AVGVSTINI NIPHI
Medices Philoſophi Sueſſani

EXPOSITIO SVBTILISSIMA NECNON ET COLLECTANEA COMMENTARIA'QVE

IN TRES LIBROS ARISTOTELIS DE ANIMA
nuperrime accuratiſsima diligentia recognita:

HIS DEMVM OMNIBVS, PRO STVDIOSIS,
ad quæq; ſcitu digna inuenienda, Locupletiſsimus Index literarũ
ſerie congeſtus nuper additus eſt.

QVORVM DILIGENS NOVISSIMA CASTIGATIO
LEGENTI PATEBIT.



VENETIIS,
Apud Hieronymum Scotum.
MDLIX.

AVGVSTINI NIPHI SVESSANI

IN LIBRVM DE ANIMA ARISTOTELIS ET AVERROIS COLLECTANEARVM

PROOEMIVM.

Sub qua parte philosophiæ enumerari debeat scientia de Anima.

CIRCA expositionem libri de Anima duo proponam, antequam ad expositionis locum me conferam, scilicet an scientia de anima naturalis Philosophiæ pars sit. Secundũ an octaua & vltima pars, an sexta. Postmodum ad literæ expositionem me conuertam. Sumptis itaque tribus scientiæ speculatiuæ partibus, scilicet metaphysica, naturali, & mathematica, primus sermo erit sub quanam horum trium partium scientiam de anima enumerari deceat. Huic quidem quæstioni Alexand. Themistius & Simplic. viri integerrimi diuersa sentire videntur. Inquit Themist. in prooemio libri physi. auditus & post ipsum Simpl. § mathematica & sciẽtia de anima nuncupatur. etenim mathematicarum rerum substanstiarum affinitate quędam & interstitio vtriusque naturæ ancipitem esse, atque intermediam autumant, eo quòd si vniuersalitatem: atque in commune spectes materiæ sint expertes, si dimensum ipsum discretionemque particularem, ac sensilem, à materia disiungi, atque auelli nõ possunt. Idem de anima dicitur, ex sensibus nãque & imaginibus: atque illo ipso intellectu potentiæ. multũ inesse materiæ colligunt: ex agente verò intellectu, quem caput esse animi Arist. ostendit, aiunt eam animã ab omni materia prorsus abiunctam &c. § In quibus verbis opinionem tangit suam. Them. & argumentum eius opinionem quidem, quoniam vult scientiam de anima mathematicam esse & mediam, Motiuum verò, quia animæ partes extant tres, vegetalis, sensibilis: & tertia intellectus, duæ quidem primæ in materia sunt omnino. tertia omnino sine materia. Arguitur ergo in hunc modum, omne id cuius vna pars in materia omnino est, & altera omnino seiuncta à materia, mathematicũ & medium existit. Sed anima est illud, cuius vna pars in materia omnino consistit, & vltra illam altera omnino extra materiam, ergo anima quoddam ens medium & mathematicum reputari debet. itaque scientia de anima relinquetur mathematica penitus. Et præterea auctor de intelligentia, à quibusdam reputatus. Arist. à quibusdam Theophrastus, à quibusdam Eudemus Arist. condiscipuli inquit § Vnde huius veræ vnius & formæ solùm animæ intellectus reperientes notitiam Theologiam scientiam intellectualem vocauerũt. Sic ipsam nec aliter esse posse inductione certificantes. cuius enim principia non sunt, illius demonstrationem esse est impossibile, secundæ autem & mediæ substãtiæ genus. licet ex subiecto & formis compositum, nulli tamen motui & ob hoc neque materiæ, sed formis, & passionibus subiectum esse discipr decreuerunt & inde medium & mathematicum esse. & reliqua vide. § Adhuc huic possunt adduci signa ab Arist. verbis sumpta primo quoniam secundo Metaphy. dicit quòd demõstrationes certissimæ simpliciter sunt mathematicæ, vt patet in commento. Sed demonstrationes huius libri sunt omniũ certissimæ, ut testatur Arist. & Auer. in principio, ergo demonstrationes huius sunt mathematicæ, & sic hæc scientia indubie mathematica dicetur. Præterea Arist. in hoc libro ait. Scientiam hanc ad omnes conferre & maximè ad scientiam de natura, Arguo sic, illa scientia quæ confert scientiæ de natura, non est connumeranda inter partes scientiæ de natura, aliter idem conferret sibi. Sed huiusmodi confert ad scientiam de natura, ergo non debet enumerari in partibus scientiæ naturalis. Præterea. In nulla parte alicuius scientiæ Arist. assueuit proponere prooemium solenne videlicet, vbi vtilitatem, & ordinem dicendi, & difficultatem tractant, quoniam (vt Græci dicunt) vtilitas partis est vtilitas totius, & ordo procedendi partis est ordo procedendi totius. modo hic Arist. apponit nõ tantum intẽtionem, imo & vtilitatem propriam, & modum procedendi proprium, quæ non apposuit in libro vniuersali scientiæ naturalis. ergo hic liber non debet computari pars scientiæ naturalis. Et cum non sit pars scientiæ naturalis, nec metaphysices erit, itaque mathematicæ pars. Huius opinionis videtur & Ioan. Philoponus in primo Perigeneseos. vbi enumerans naturalis Philosophiæ partes, hunc librum non enumerat. Et præterea Simpl. in de cœlo & mundo prooemio, enumerans Philosophiæ partes, non enumerauit librum de anima. & hoc significat ipsum voluisse non connumerandũ inter illos, vt constat.

Positio. Alexan.

Alia positio videtur Alex. Aphrodisei. ait enim ipse in cõmen. lib. Meteor. de his quidem post Meteorologicum negocium quæ sunt naturalis negociationis apponit. de animalibus enim inquit, & plantis vniuersaliter sigillatim. ordinabit autẽ in eam quæ de animalibus theoria, & in eam quæ de anima. Addit autem eã quæ de sensu & sensibilibus, & reliqua enumerat. vide vbi manifeste apparet ipsum velle librum de Anima esse vnum librorum naturalis Philosophiæ, & per consequens scientiam de anima esse Philosophiæ naturalis partẽ simpliciter protulit. Huius etiam opinionis est & Auic. in primo cap. sexti naturalium, vbi hunc librum esse partem librorũ scientiæ naturalis confirmat & esse sextum conatur ostendere. Præterea, & Auer. primo Physi. & tertio de anima. Dicit animam esse ens naturale & de ea esse scientiam de natura. Præterea secundo Physi. Auer. inquit scientiam de natura terminari vsque ad supremã formam in materiis quæ est anima. Præterea. & Arist. in principio libro de sensu inquit. Quoniam autem de anima secundum ipsam determinatum est, & de virtutũ qualibet ex parte ipsius conueniens est facere considerationem de animalibus & vitam habentibus omnibus. quæ sunt propriæ & cõmunes operationes eorum. Quæ igitur dicta sunt de anima subiiciantur, de reliquis autem dicamus, & primũ de primis &c. Ecce quomodo Arist. enumerauit scientiam de anima inter Philosophiæ naturalis partes. Vbi & Alexand. dicit in commento Theoricam de anima esse diuersam à Theorica paruorum librorum & partem aliam: vt patet ibidem. Præterea. Arist. duodecimo Metaphysi. dicit, quòd mathematicæ nulla pars considerat de substantia, nisi astrologia. & Auerro. dat causam, quia mathematicæ partes sunt de accidentibus. Præterea. Ex modo diffiniendi tradito secundo Physi. & sexto Metaphy. potest haberi veritas. Ex his potest sumi, quòd scientia de anima est naturalis. Cõferũt ad hoc authoritates Alber. Thomæ, Egid. & Ioan. Iañ. & omnium fere expositorum latinorum. Et cum vidi tot diuersitates, cõsonum fuit mihi dicere quid

Cõmen. 11. Cõmen. 13. Cõmen. 26.

In com. 44.

Cõmen. 19. Comen. 2.

mihi videtur de hoc. Dicam igitur Arist. in lib. qui de par tibus inscribitur animalium mouisse hāc quæstionem, scilicet in primo cap. primo. Ait enim sed quærit quispiam animaduertens ad id, ꝙ modo dixi vtrum de anima omni docere naturalis scientiæ intersit, an de aliqua vna. Tunc arguit ꝙ non de omni dicit. An si de omni, nulla certe præter naturalem philosophiam relinquetur scientia, consequentiam probat. d. Intellectus enim siue mens rerum intelligibilium est, itaque rerum omnium notiones naturales vna tenebit. Quot probat. d. Est enim eiusdem scientiæ, vt tam de intellectu quā de re intelligibili doceat, quod & probat per simile. d. Siquid eadem contemplatio ouium est inter se ita coniunctorum sicut sensus etiam & rei sensibilis. vult dicere, ꝙ sicut idem liber tractat de sensu & sensibili, ita vnus liber debet de intellectu & intelligibili tractare. quare si de intellectu tractat in scientia naturali. & de omni intellectuali tractabit, ergo tantum scientia naturalis relinquetur. Quā quæstionem dissoluens Arist. ait an nō omnis anima principium motus est, neq; partibus animæ omnibus id tribui debet, sed augendi principium idem putamus: quod & in plantis est, alterandi vim eandem, quàm sentiendi, differendi aūt aliud quicquam non vim intelligendi. delationē enim vel in cæteris esse animalibus nouimus intellectum, siue mentem in nullis. Tunc soluit ad formam. d. Constat igitur nō de aïa differere omni oportere. quādoquidem nō anima omnis natura est, sed aliqua eius pars vna: aut etiā plures. vide reliqua. Est itaque Arist. solutio animam esse triplicem. s. vegetalem, sensibilem, & intellectiuam. primæ duæ in naturali scientia indagantur eo, quia naturæ sunt, & principia motus animalium, vt ostendit. De tertia autem scientiam de natura differere non affirmat, sed metaphysicum esse negocium. Quando igitur queritur an de anima sit sciētia naturalis, solutio Arist. est, ꝙ si loquimur de animæ partibus, sic duæ sunt in scientia de natura indagate, & vna. s. intellectus in metaphysica, & hanc confirmat expositor Thom. 2. Physi. in illo tex. (vsque ad quātū aūt) sed si loquimur de tota aïa, non faciendo distōnem. Dicendum ꝙ sicut tepidum nec est calidū nec frigidum sed horum medium. sic scientia de tota anima nec est physica, neque metaphysica, sed harum media, prout partem tenet vtriusque vt satis Arist. demonstrat in verbis prædictis. Sed quia Them. & Simpl. non ita temere Arist. cōtra dicunt vt vides, ideo verba eorum interpretanda sunt in bonum. ideo debes scire ꝙ mathematica scientia pōt capi dupliciter apud antiquos expositores. Vno modo pro vna specie scientiæ speculatiuæ ex toto diuersa à physica: & Metaphy. vt Arist. narrat. 6. Metaphy. & sic illa est tantum de quātitatibus & accidētibus earum, vt dictum est, & sic scientiam de anima nō dicit Them. mathematicam esse. Alio modo potest capi scientia mathematica, pro ea quæ nec ex toto est naturalis: nec ex toto metaphysica, imo media, & doctrinalis certissimarū demonstrationū, & sic hæc scientia mathematica & media dicitur. Dicitur enim mathematica prout inter oēs naturalis philosophię partes hæc vna magis doctrinalis, & demonstrationū certissimarum videtur, dicitur & media, prout partem tenet vtriusque extremalis scientiæ. s. mathematicæ & naturalis. Propter hæc dicta est mathematica & media ab expositoribus Græcis, Quō aūt scientia de animæ partibus duabus primis sit physica, & quomodo de aïæ tertia parte sit metaphysica dicā in q̄onibus huius lib. Deo dante. Pro nunc autem sit distinctum intantum. Argumenta quidem pro Them soluta ex his facile habere potes. Argumenta verò contra eum iterum & emendata videntur ab eisdem quare &c.

Quota pars Philosophiæ naturalis sit lib. de anima.

Et cum dicta sunt hæc, deest modo videre quota pars scientiæ naturalis existit hic pars saltem quātum ad duas partes. vt visum est, quoniam de tertia parte: quomodo sit scientiæ naturalis, & quomodo non, dixi in quæstionibus meis lib. de anima, inscriptis Domino Francisco Bragadeno patricio Veneto, vbi enumeraui omnes quæstiones contra me, & solui, & pro me fortificaui. Antequam ad quæstionis locum accedam, opus est enumerare Philosophiæ naturalis partes omnes, & post ad quæstionis locum me conferam. De primo itaque Ioan. Grām. in primo Perigeneseos, & Simplicius in primo de Cœlo partes fere eodem modo enumerant. Alexand. autem, & Auer. alio modo vt videbitur. Inquit itaque Simpl. § vt autem aliqui dicunt, naturalium corporū, hoc quidē sunt perpetua, de quibus etiam lib. Cœli. hic aūt in generatione & corruptione, & iterum hæc duobus modis, simplicia, & de his in lib. de Generatione fecit sermonē, aut mista, & iterū duplicia, aut imperfecta, & hæc in Metheoris. aut perfecta, & hæc in duo, aut inanimata, aut animata, & si inanimata, sunt illa quæ de metallis scripta sunt. Animatorum aūt, hæc quidem insensitiuia & immobilia simpliciter vt plantæ, hæc autem sensitiua & mobilia secundum locum, vt animalia. agunt quidem de primis. quæ de plantis sunt. Quæ de residuis, sunt de animalibus. ex quibus vnus liber tantum factus est. Sunt ergo octauo librorum partes, primus physi. secundus de cœlo, tertius de generatione, quartus Metheor. quintus de mineris, sextus de plantis. septimus de animalibus, & hic est vnus liber apud ipsum qui diuiditur vlterius, quoniam continet de generatione ipsarum. & de differentia partium & opportunitate, & de motu, & oppositione. in quibus includuntur quæ de progressu animalium sunt, & de memoria, & vigilia. Hæc autem proprie secundum vnāquāque speciem animalium, quæ de animalium historia tradit. ergo & liber de animalibus est vnus totalis, vbi sunt multi partiales, sicut sunt libri Physi. vnus totalis licet sint octauo partiales, sunt autem isti partiales, & primus liber de animalibus, & secundus liber paruorum naturalium. Et sic sunt septem, & amplius Simpl. nō enumerat. § Pōt & addi octauus, & vltim. s. de anima & sic habetur numerus librorum horum quorum quosdam ab Arist. habemus, quosdam non. Dicit enim Auer. primo Physi. commento 57. ꝙ librum de mineris ab Arist. non habemus, de plantis non nisi duos tractatus. Alexand. autem Aphrodiseus in lib. de sen. & sensa. in principio capituli de odore, fecerit quòd Arist. negat tractatum de plantis, sed quod habemus de his est Theophrasti Arist. discipuli. Ego autē reperi vtrosque libros: & Arist. duos tractatus in Græco & Arabico & Theophrasti complemētum ex Græco habitum. His habitis de quæstione, latini fere omnes librū de anima volunt esse immediate post librum de Mineris, & præcedere librum de viuis seu animatis. Hoc autem ita esse plurimis rationibus declaratur. primo argumento Albertus in libro de Physico auditu vbi inquit, ꝙ scientia de principio, secundum ordinem doctrine debet præcedere notionē principiati. Sed anima est principium animati, sicut dicit Arist. hic, est enim tanquam principium animalium, ergo debet præcedere. Secundo arguitur & argumento Auic. in sexto naturalium. Inquit enim quoniam notitia animæ magis iuuat ad notitiam corporis, quàm econtra. ergo scientia de anima est naturaliter & ordine doctrinæ prior. Tertio & argumento Albertus in libro de hoīe. actus est prior potentia tēpore, & natura, & scientia 9. Metaphy. sed anima est actus corporis, ergo scientia eius est ordine doctrinæ prior. Præterea & quarto arguitur argumento eiusdem ibidem. quicquid est honorabilius melius & mirabilius, est ordine doctrinæ prius, vt mānifestum est primo. Sed anima est huiusmodi, vt in primo huius fiet perspicuum, ergo &c. Præterea & auctoritas Arist. in principio libri de sensu ad hoc facit vide quia eam supra posui. Mihi autem videtur, ꝙ liber de anima sit vltimus & octauus vt computaui: videlicet post librum de animalibus, & per cōsequens post libros paruorum naturalium.

Latinorum positio.

Cap. 1. in fine.

Qō. 1. arti. 1.

Propria positio.

Commen. 1.

Et primo ego adducam argumenta pro hoc. Secundo verba sapientum & vias eorū, & sic determinabitur quæstio tandem. Primo inquit Auer. primo Phy. quòd si nos ageremus res naturales, tunc causæ essent nobis notiores, sed quia nos nō agimus res naturales ex suis causis, ideo ordo doctrinæ est econtrario. arguo modo sic. Si

nos ageremus animata, anima esset prior nobis. Sed nos non agimus corpora animata. ergo anima est posterior doctrina corporibus animatis. Secundo quoniam si non, tunc scientia de anima esset prior scientia de cœlo, consequens falsum. consequentiam probo, & suppono quòd in lib.cœ.consideratur de composito animato ex anima, & corpore cœlesti. hic apparet in fine penul.capituli de substantia orbis. Secundo suppono quòd lib.de anima sit de anima corporis generabilis,& etiam eterni. Hæc propositio apparet in primo huius, vbi habetur quòd consideratio de omni anima est naturalis, & etiam apparet ex diffinitione animæ,vbi Auer. ait, ꝙ est communis animæ absolute. & materiali,vt patet quinto commen.3.de anima. Ex his arguo. Si scientia de animalibus & plātis est naturaliter, & ordine doctrinæ posterior scientia de anima, est quia scientia de anima & de re simplici,ordine doctrinæ prior est scientia de composito ex anima & corpore. Sed scientia libri cœli est de composito ex corpore & anima de qua tractatur in lib.de anima, vt apparet ex dictis, ergo scientia libri cœli est posterior ordine doctrinæ scientia de anima. Tertio simile multum iuuat ad cognitionem similis, vt apparet,& ideo habito vno simili facilius cognoscitur alterum. si statim apponatur,sed scientia de mistis imperfectis plus similis est sciētiæ de animalibus, quàm de anima vt dicit Auer.3.huius. ergo ordine doctrinæ debet præcedere.Quarto,quoniam sexto Meta. in principio,principium est vnde quis facile addiscit,modo liber de animalibus facilior est lib.de anima imo liber de anima difficillimus ē: vt dicit Auer.3.huius,quare &c.

Cōmen.15.

Quinto vidimus plurimum,vt dicit Auer.12.Metaphy. quòd primo tractat de corporibus cœlestibus. deinde de motoribus & animalibus cœlorum. ergo eodem modo scientia de corpore animato corruptibili debet ordine doctrinæ præcedere scientiā de anima.Vltimo,quoniaam illa est ordine doctrinæ prior,quæ est de prioribus quo ad nos, modo sensibilia & composita, vt animalia & plantę sunt sensibilia,& quo ad nos priora,vt dicitur primo Phy. sunt autem prius nota cōfusa & certa magis,vbi Auer.exponit composita ergo &c. Sed scientia de anima non est de sensibili nisi per accidens & de simplici, quare ordine doctrinæ debet esse vltima.quòd autem scientia de anima sit post librum de animalibus Auer. ostendit in huius 2. vbi plane ait Arist. fecisse lib.de anima post librū de animalibus. Dicendum itaque vt Alex.in princi.Metheo.inquit, scientiam de anima esse vltimam & post scientiam animalium & plantarum.verùm debes scire, vt Auer. ait in primo cap.1.Metheorum. ꝙ ordo librorum naturalis Philosophiæ in parte est necessarius, in parte propter melius. Quot enim lib.Physi.sit prior lib. cœli est simpliciter necessarium, cum communia ordine doctrinæ sint naturaliter priora. Aliter quòd liber cœli sit prior lib.de generatione est etiā per necessarium, quoniam corpus mobile ad vbi commun us est corpore mobili ad formam.Similiter ꝙ liber de generatione sit prior lib. Metheo. est etiam per necessarium, cum corpus mobile ad formam absolute sit communius corpore mobili ad formam misti imperfecti & similiter quòd lib. Metheo. sit prior lib. de metallis adhuc necessarium est, quoniam corpus mobile ad formam misti imperfecti est prius corpore mobili ad formam misti perfecti. hic igitur ordo hucusque est simpliciter necessarius. Quod autem lib.de vegetabilibus & animalibus sit prior lib.de anima non apparet: propter rationem hanc, vbicunque enim inuenitur anima, id est animatum, & econtra.& ideo videntur æque communia. ergo merito communitatis neuter præcedere debet neutrum.cū igitur ille ordo non sit necessarius, ideo ante ait esse propter melius,melius enim est librum de anima esse octauum & vltimum,quòd Auer.probat ibidem.d. Nā liber in quo loquitur de membris animalium & eorum vtilitatibus præcedit lib.de anima. nam hic sunt materia animæ,& syllogismus eius sic componitur. Scientia de materia animæ est de ordine doctrinæ prior scientia de anima. Scientia de animalibus est quasi scientia de materia animæ. ergo scientia de aīalibus debet esse ordine doctrinæ prior. Et intendit hic per materiam subiectum, aliter argumentum nihil est, vt patet. Ex his relinquitur ꝙ liber de anima est vltimus. Sed dices quid de libris paruorum naturalium? Dicendum quòd illa parua sunt adminicula magnorum librorum, vt Alber.ait Physi.primo & ideo non ponunt in numero. quædā enim sunt parua quæ pertinent ad librum de anima, quædam quæ pertinent ad librum de animalibus,quædam ad librum cœli, & quædam ad librum Metheo.vt patet ab Alber.ibidem. quare nō fit ex eis vnus lib. diuersus à magnis & sic verificatur sermo Themistius, scilicet scientiam de anima esse vltimam naturalis, & per consequens mediam inter Metaphysicam & naturalem. Ad argumenta prioris opinionis. Ad primum dicendum: quòd verum concludit quo ad naturam. Sed ordo doctrinæ est econtra quo ad nos. Ad secundum: licet magis iuuat: attamen est difficilior. scientię de animalibus prodest scientiæ de anima,& cū hic facilior ideo ordine doctrinę debet esse prior. Ad alia patet eodem modo ad auctoritatē Arist. illa soluit se. ait enim non absolute consequens esse facere considerationem de animalibus. sed quæ sint operationes ipsorum & partes vt patet in litera quare &c.

Cōmen.30.

Commen.1.

Cōmen.108. & 116.

Cap.4. primi tract.

AVGVSTINI NIPHI

PHILOSOPHI SVESSANI IN LIBRIS DE ANIMA COLLECTANEA: ATQVE COMMENTARIA.

PRAEFATIO.

Introductio ad disputationem.

OMISSIS vētosis exordiis,
fucatisque verbis quæ in li-
brorum interpretādorū prin-
cipiis fieri solent, Id primo
in nostrorum commentario-
rum principio disputandum
esse arbitratus sum, cur apud
omnes gentes, & quidē plu-
ribus seculis, obseruatum est
vt in scholis Philosophorum
Aristo.lib.legerentur. Quot
qua ratione factum sit nec quæsitum, nec addubitatum ab
aliquo præcessore fuisse inueni vnquam, nec quæsitū istud
infructuosum esse videtur, primo quidē, quia iter ad scien
tias est tum periculosum, tum difficile, quod non facile
assequi poterimus, nisi optimo duce assumpto, qui nobis
Laus inuenti.
iter facile prębeat. Secundo quia vt Aristote.inquit.3.
Rhetorices, qui de electione principis differit, non par-
Vtilitas quæsiti.
uum fructus in vita afferre videtur. Cum enim ducem
assumpserimus, qui & vitam, & docendi peritiam percal-
leat, facile qui ipsum imitari enituntur, & doctrinam, &
clarissimas virtutes percallebit. Qui enim epicurum
imitabitur & doctrinam epicuream amabit, & vitam epi-
Exemplum.
curean præeliget, vt Sardanapalus. Qui stoicos, di-
sputabit & viuet stoice, vt Señ. Simili modo & in cæ-
Dubitationes quæsiti.
teris erit videre. Videtur autem quæsitum istud ambi-
guum non parum, siquidem inter philosophos, philoso-
Quod Aristo. non oēs exuperauerit dialecti.
phiæque scriptores fuerunt, qui in dialecticis, atque ca-
uillandi disciplinis plurimum valuere, & Prothagoras &
Crysippus, Crysippus quidem adeo dialecticam per cal-
luit, vt si omnes Dii, omnes que deæ dialectico sermone
locuti essent, Crysippeo sermone locuti essent. Protha-
goras autem suis cauillamentis Deos reuocauit in du-
bium. Fuit & inter dialecticos Parmeni.cuius cauillus
apud omnes semper indissolubilis habebatur. Fuit etiam
& Zeno Eleates, qui & logicis & disciplinis (quæ hodie
in ore hominum calcolatoriæ vocantur) nimium præsti-
tit. Hic enim cum suo Achille, omnes exuperauit. Fue-
re & alii plurimi, quos recensere non est necesse, sed il-
lud vnum accipiamus non videri Arist.in dialecticis supe-
rare omnes. Nec in Rhetoricis etiam videtur alios exu-
Quod non oēs exuperauerit in rhetoricis.
perare. Lygurgus enim (vt Valerius lib.5.narrat) adeo in
his excelluit, vt eo maiorem, aut vtiliorem virum Lace-
Lygurgus.
demon genuerit neminem: vtpote cui Apollo Pythius
Solon.
oraculum petenti respondisse fertur, nescire se vtrum il-
lum hominum an deorum numero aggregaret. Præte-
rea. Non excessit Solonem. Solon enim (vt idem Vale-
rius auctor est) tam præclaras, tāque vtiles atheniensi-
bus leges tulit, vt si his perpetuo vti voluissent sempiter-
num imperium habituri fuissent. Insuper non superauit
Demosthenes.
Demosthenem, nam ille omnes sui temporis oratores si-
Socrates
ne controuersia experauit. Ad hæc nec Socra. nec De-
Demasi anacharsis.
madē, nec Anacharsim, nec M. Tullium in Rhetoricis
visus est exuperare, fit igitur (vt dubitatione dignum sit)
M. Tul.
cur apud omnes gentes Rhetorices libri ad Theodecten
leguntur qui Aristot.sunt. Præterea. Cæteros non exu-
Homerus.
perauit in poetica, non enim Homerum: aut Pindarum,
Pidarus.
aut Hesiodum: aut Linum: aut Orpheum, aut de nostris
Hesiodus.
Maronem exuperauit. Nec Oratium in odis, aut Catul-
Lynus.
lum in amatoriis excelluit. non ergo benefactum vide-
Orpheus.
tur, vt Aristot. libri, quos in poetica confecit: legerētur,
Maro.
aliorum poetarum libris prætermissis. Ad hæc cæteros
Oratius.
non exuperauit in naturali philosophia. In naturali enim
Catullus.
philosophia Anaxa.celeberrimus habitus est, vnde & per
Quod in naturali Philosophia non oēs exuperauit.
excellentiam ab omnibus cognomento physicus diceba-
tur, vt ipsemet Arist. in lib. auscultatoriis testatur. Præ-
terea.Emped.agrigentinus maximus fuit qui Epicurum,
& Lucretium sectatores habuit. Præterea. Fuit inter na-
turales Democr. qui teste Arist.lib.de Generatione pri-
mo omnibus aliis doctrina & naturalium rerū experien-
tia præfertur. vnde & Pētathlusius dicebatur, id est quin-
Pentathlusius
que certaminum. nam naturalia, moralia, mathematica,
liberalium disciplinarum rationes artiumq; oēm peritiam
callebat. Hic cū magnum Diacosmū legisset, quingentis
talentis honoratus est, neque eis solum, verum & æreis
imaginibus, vitaque functus publice sepultus est cum vi-
xisset vltra centū annos. Aristoxenus in naturalibus cō-
mentariis Pla.ait Democ.commentaria: quæcunque col
ligere potuit, voluisse comburere, verùm ab Amyda &
Clynia Pythagoricis fuisse prohibitum dicentibus eos li
bros apud plerosque seruari. Alii dixerunt Platonem De
mocriti libros combusisse, quod ex eo colligitur, quia
cum antiquos ferme omnes memorauerit sapientes, Pla-
to Democriti nusquam mentionem vllam fecit. Præte-
rea Timon laudat libros Democriti, illos cæteri præfe-
rens, & auidissime legendos esse monet. Insuper nec cę-
Quod non in morali Philosophia cæteros exuperauit.
teros exuperauit in morali philosophia, non enim exu-
perauit Socratem qui sine controuersia (teste Platone)
omnes exuperauit. Præterea. Si omnes in morali philo-
sophia excelluisset, iurisconsultos, legumlatoresque ex-
celluisset, qui moralem philosophiam in legibus compli
carunt, & sic non iurisconsultorum libri, sed Arist. lege-
rentur. Cuius cōtrarium videmus, quia omnes fere gen-
tes pro disciplina moralium virtutum vtūtur legibus, quę
à iurisconsultis: atque legumlatoribus sunt institutæ, &
Quod non oēs excelluit ī mathematicis.
quidem pro principum voluntate. Præterea. Non o-
mnes excelluit in mathematicis, nam licet Aristot.in ma-
thematicis astronomicis, perspectiui, musicisq; multa vo
Quod non oēs excelluit in Metaphysicis.
lumina absoluerit, vt auctor est Laertius, eius libri non
leguntur: sed Euclidis Ptolemæi, cæterorumque id ge-
nus. Præterea. Nec omnes exuperauit in metaphysicis:
Quod non oēs excelluit in vera Theo.
inter nostros enim iuniores Antonius Andreas Hiberus
asserit Aristot. metaphysicam ignorasse. Præterea. Plato
videtur ipsum excellere in vera Theologia. Vbi animad-
1. suppositio.
uertēdum primo est veram Theologiam esse christianam
2. suppositio.
veritatem, quæ de Deo habetur, vt nunc supponimus.
3. suppositio.
In Theologicis enim nostris illud compluribus rationi-
bus probauimus. Præterea. Animaduertendum est
etiam an Aristot. magis veritati christianæ accesserit, an
Plato, non esse à nobis nunc differendum. nam neque
Aristot.

Ariſtot. neque Platonem exiſtimamus aut volumus chri-
ſtianum fuiſſe.Alienus vterque noſtra fide tã Plato quàm
Ariſtot. fuit: vt nomine, ſic religione gentilis vterque.
Præterea. Neque Chriſti dicta ad Plato.aut Ariſtot.ſen-
tentiam accommodanda ſunt, ſed magis contra verba
Plat.& Ariſtot.ad veram Chriſti ſententiam,non vt chri-
ſtianam veritatem recipiamus, ſed vt receptam intelli-
gamus, & intellectã defendamus. Præterea. Nec Plato,

4.ſuppoſitio.

nec Ariſtot. quæ orthodoxæ fidei ſunt, adamuſsim tradi-
derunt, quemadmodum chriſtiani ſentiunt, re nobis di-
uinitus reuelata, & ſacris literis tradita, ſed ſpeciem
quandam noſtræ ſanctiſsimæ religionis eſt videre in Plat.
atque Ariſt. lucæ naturæ illuſtratã, quam eius creator &
princeps diuina filii ſui doctrina poſtea plenius aperuit,
ac ſua beneficentia manifeſtius reuelauit. Quod er-
go in Plat. chriſtianæ veritatis ſimilitudo magis cer-
natur, Platonici multifariam explicare enituntur,& pri-
mo quidem ſimilitudine eorum, quæ ipſe ſuis in libris
tradidit. in Parmenide enim de Deo loquitur quàm ſi-
millima his, quæ nos de Deo credimus.In Phedro etiam
Phedone, Philæbo, Timæo, ſophyſta, legibus, re.p.epi
ſtolis, omnibus, denique locis, in quibus de rebus di-
uinis mentionem fecit ſimilia ſemper de Deo dicit his,
quæ ſanctiſsimi viri numine afflati tradiderunt. De trini-
tate verò nec Plato, nec Ariſtot. diuinam trinitatem,
aut coluit, aut ſcripſit. Vterque enim huius ſanctiſsi-
mæ veritatis exors fuit, ac noſtræ pietatis ignarus, ve-
rùm Plato multa de trinitate locutus eſt, qui (etſi lon-
ge aliter quàm noſtra religio. doceat) multa tamen ſi-
milia ipſe dicit, quæ illi conuenire videntur, vt in Ti-
mæo, in epiſtola quam ad Dionyſium ſcripſit, ſexto de
re.p. li. libro de legibus quem Epimenidem inſcripſit. In
epiſtola, quàm ad Hermiam & Eraſtum, & Coriſcum
ſcribit. Præterea. De diuinis operibus etiam quam ſi-
millima tradidit his, quæ pietati noſtræ conueniunt, vt
quæ de creatione mundi, origine hominum, de demoni-
bus, de prouidentia, de animi immortalitate: de lumi-
naribus, de mundi mutatione, de reſurrectione, de fu-
turo iudicio,de ſerpentis fraude, de muliere ex viro or-
ta, de prima hominum vita, de gentilium deorum con-
tentione, deque aliis pluribus quæ breuitatis cauſa omit-
timus. Hæc enim non modo chriſtianæ pietati ſimilli-
ma ſunt, verumetiam eadem eſſe videntur. Secundo ve-
rò imitatione maiorum, qui diuinitus de chriſtiana ve-
ritate tradiderunt, quando in Ægyptum profectum Pla-
tonem Hieremiam prophetam audiuiſſe ex diui Ambro-
ſii ſententia refert Auguſt. nec incredibile ſibi videri di-
cit hebræas literas eum didiciſſe. Vnde quod in Timæo
de mundi creatione ſcripſit, ex libro Geneſeos accepit.
Cyrillus vir ſanctiſsimus in libris, quos contra Iulia-
num in defenſione ſacri euangelii edidit, Plato inquit,
Cum in terra Ægypto operam diſciplinis daret, mul-
torum aliorum virorum illuſtrium, & in primis Moſis
doctrinam pro ſuo ſtudio non ignorauit. Erat enim per
id tempus Moſis nomen non in mediocri admiratione,
vnde rationem Dei, hoc eſt primæ cauſæ eum quidem
integrius accepiſſe proindeque ſenſiſſe, diſſeruiſſeque me
lius cæteris de rebus diuinis exiſtimo. Idem quoque Eu-
ſebius Pamphilus vir doctus, & varia rerum hiſtoria pe-
ritiſsimus narrat in libris de euangelica præparatione,
qui longius de Platone progrediens, omnem fere Theo-
logiæ Platonicæ rationem à ſacris literis noſtris acce-
ptam eſſe ingenue fatetur. Accedit ad hæc notum illud
Numenii philoſophi non aliud eſſe Plat. quam atticum
Moſen, Inſuper etiam Plato Pythagoram, quãtum po-
tuit imitatus eſt, cuius cauſa magnam græciam petiit
(quæ nunc Calabria eſt) vt ab Archita tarentino Pytha-
goricam diſciplinam ediſceret. Conſtat autem Pytha-
goram de moſaica lege plurima in ſuam philoſophiam
tranſtuliſſe, vt Hermippus Pythagoricus inquit, quare
imitatione maiorum Plato noſtræ pietati magis accede-
re videtur. Et tertio cauſam aſsignant ex eo, quia Pla-
to nullam quærit demonſtrationis rationem, ſed pri-

Quod in Plat. chriſtianæ veritatis ſit ſimilitudo.

Prima ratio ex ſimilitudine eorum quæ tradidit.

2. ratio imitatione maiorũ.

Tertia ratio ex via procedendi.

mam, præcipuamque omnium virtutum fide conſtituit,
per quam res diuinas merito colendas exiſtimat vt in
Timæo inquit, & libro de legibus. primo, Theogni-
dis carmine confirmat, & duodecimo in legibus de Tar-
taro: & in Gorgia, & alibi, cum ergo Plato in his, quę
non apparent, fide vſu ſit, atque maiorum authoritate,
iure à chriſtiana pietate minus diſſentire cenſendus eſt,
ſiquidem fides ipſa atque maiorum auctoritas ad multo
plura ſe diffundant quam ratio ipſa humana. Accedit
etiam quòd tradendi genus Plato. & Ariſtot. non idem
ſit. Ariſtot. enim ex ſenſibilibus. Plato verò ex intelli-
gibilibus procedit. at ea quæ diuinitus reuelata ſunt, li-
cet ſenſibus non ſubiaceant, intelligibilia ſunt, quo fit,
vt Plato illis hærere poſsit, Ariſtot. minime. Ariſtot.
enim ex ſuo modo philoſophandi chriſtianæ veritati ac-
cedere non poteſt: philoſophatur enim ex ſenſibus, quæ
verò noſtræ pietatis ſunt, ſupra ſenſus eſſe videntur, nec
ex inſtrumento tradendi, præcipuum enim & primum tra
dendi inſtrumentum conſtituit demonſtrationem,quæ ex
neceſſariis & per ſe partibus conſtat, ſine qua à perito,
atque veritatis ſtudioſo affirmandum eſſe arbitratur ni-
hil. Conſtat autem multa quæ nobis diuinitus ſunt re-
uelata, demonſtratione non poſſe probari.Inſuper Ariſt.
non eſt vſus maiorum authoritate, niſi eorum, qui ra-
tione firma vſi fuerint. Quia verò, quæ noſtræ pieta-
tis ſunt, maiorum authoritate tradita ſunt ſolaque fi-
de comprobata, iure ab eis Ariſtot. cogitur diſſenti-
re. Patet igitur in Platonicis libris chriſtianæ verita-
tis ſimilitudinem magis videri, non ergo ab ratione du-
bitauimus cur apud omnes gentes & quidem pluribus
ſæculis obſeruatum eſt, vt Ariſtot. libri legantur. Ac-
cedit ad hæc, quòd complura Ariſtote. tradita videntur
aduerſus religionem, vtpote, & in moralibus præce-
ptis, & in ſcientificis. In ſcientificis quidem, nam quæ
ſcripſit de motu, & de mundi æternitate, & de anima-
lium generatione, & de rerum productione,videntur ad-
uerſus religionem tradita. In moralibus verò præce-
ptis, primo quia in venereis medium laudat, extrema
vituperat, vnde fit, vt virginitatem cogatur dicere vi-
tium, quod contra religionem videtur. Secundo quia
magnanimitatem virtutem facit, quatenus magnanimus
repellit iniuriam, quod etiam contra religionem vide-
tur. Tertio virtutibus nullum præbet. præmium niſi
honorem quod etiam ambiguum videtur. Quarto aſſe-
rit contra inimicos eſſe agendum veluti pro amicis, quod
nos non approbamus. Quinto ſeptimo Politicæ aſſe-
rit monſtra non eſſe nutrienda, & eodem libro monet
abortum aliquando quæ impia ſunt. Accedit inſuper
quòd imitari debemus probos, at Ariſtot. ex multis im-
probus fuit, accuſatur enim de ingratitudine erga præ-
ceptorem quem venerandum quaſi pariter vt Deum, &
parentes teſtatur ipſe, vnde Plato de Ariſtote. inquit
Ariſtot in nos recalcitrat, non ſecus, atque in matrem
pulli geniti. Accuſabatur etiam de inuidia, cum enim
Iſocratis frequentiam vidiſſet, dixit turpe eſſe reticere,
Iſocratem verò loqui permittere. Notatur præterea de
incontinentia, tradit enim Ariſtippus in primo de anti-
quis delitiis Ariſtot. herminæ pellicem adamaſſe, quam
ille, cum ei permiſiſſet, duxiſſe eam, & gaudio elatum
immolaſſe mulieri. Notatur etiam de impietate, profe-
ctus enim athenas, cum illic duodecimo annis docuiſſet
clam in calcidem conceſsit, quòd à Hierophanta de im-
pietate accuſatus eſſet. Addunt propter hanc cauſam
atonitũ accepiſſe illũ vt moreretur. Quid.n.mollius quã
ſeipſum necare,vt non iniurias,vel dolores ferat? Ex his
omnibus patet Ariſt.imitatione dignũ nõ eſſe,tũ quia ma
iores in ſcia fuerunt,tũ etiam,quia defecit in moribus.

4. ratio ex genere tradendi.

Quod Ariſt. in ſuis traditis veræ theologia accedere non potuit.

Quod cõplura Ariſt. cõtra religionem tradidit.

Quod improbus fuerit Ariſto.

Ego verò non ſum tanti, vt poſsim differentiam tan-
torum virorum aſſerere. qui enim differentiam aliquo-
rum vult aſsignare in ſapientia ſupponitur vtriſque ſa-
pientior. Nec quæſtio noſtra eſt vter, ſit maior, an
Plato an Ariſtot. an aliquis eorum, qui in Philoſophia
calluerunt, ſed cur apud omnes gentes inſtitutum eſt
vt

Dilucidatio quæſiti.

vt Ariſtot. libri legantur. Taceamus ergo comparationem, quæ ſemper fuit odio plena, & ad quæſitum dicamus libros Ariſtotelis multiplici ratione eſſe apud oẽs gentes, qui quærunt diſcere, legendos. Primo propter diuiſionem ſcientiarum in generibus, & ordinem inter illas, ſub propriis generibus: collocatas. Ariſtot. enim ſcientias diuiſit per genera: & genus ipſum diuiſit per libros, & librum vnumquemque repoſuit in ſuo genere, hæc ſeries in Platonis libris non videtur. Plato enim primum maxime omnes has Philoſophiæ partes vſque ad ætatem ſuam, ſicut membra Penthei, diſiectas atque confuſas in vnum corpus atque animal reduxit, quandoque enim in vno libro miſcuit omnes ſcientias vnde & primo Poſte ior. quaſi in Platonem argumentans, iuſsit non eſſe de genere vnius ſcientiæ in genus alterius in eodem libro tranſeundum, dixit enim demonſtrationes eſſe augendas, aut in poſt aſſumendo, aut in latus, propterea ſcientiis ordinem & diſtinctionem adiecit. Secundo propter ordinem procedendi, nam voluit ſemper eſſe nobis procedendum à nobis notioribus. Plato autem quandoque proceſsit à nobis ignotioribus, vt in Timæo vbi primo agit de Diis, demum venit ad naturales res, contra quem ordinem Ariſt. vbique exclamat. Tertio, quia in procedendo vniuſcuiuſque rei de qua agit: ſimul inuentionem & reſolutionem coniunxit, vnde venans materiam: eius inuentionem dedit refellendo opiniones remotas de principiis rerum, componendo verò quæ de materia dicuntur: ſic ſimul eius inuentionem & eius reſolutionem in inuenta de ea dedit. Plato autem nec inuentionem nec reſolutionem rei fecit, proceſsit enim more dialectico, argumentans ſemper ex datis. Quarto propter ornatum tradendi, nam nihil ſuperflui, nihil diminuti, vt Alexand. autumat, continent eius verba. At Plato multa ſuperflua addit ad ſcientiam eius rei de qua loquitur, parumque vtilia, vt qui legit libros eius videre poterit. Quinto propter proprietatem verborum, quibus vtitur, præcipit enim rhetoricos ſermones eſſe fugiendos in ſcientiis demonſtratiuis. At vult illis non eſſe vtendum, niſi in abſtruſiſsimis rebus, quæ vix intelligi poſſunt. At Plato ſemper per rhetoricos ſermones procedit: perque exempla, atque metaphoras, impropriaque verba. Sexto propter cõſtantiam in eius dictis. Ariſtot. enim ſemper ſibi conſtat, nec in eius dictis aliqua vera contradictio inuenta eſt, vt Auer. & Alexand. & alii expoſitores oſtendunt. At Plato ſibi inconſtans eſt in compluribus, vt notat Euſebius libro de præparatione euangelica. Septimo quia in eius dictis cum ſumma verborum luce ſummam breuitaté coniunxit quod in Plat. & aliis Philoſophis per rarum eſt. Patet igitur non ab ratione factum eſſe apud gentes, vt libri Ariſtot. legerentur in his omnibus, de quibus ſcripſit, qui libri peruenerunt ad nos, dico qui libri peruenerunt ad nos, quia in perſpectiua mathematica, aſtronomica ſcripſit, & eiuſmodi libri ad nos non peruenerunt. Patet etiam non eſſe ad propoſitum diſputare de comparatione cæterorum Philoſophorum cum Ariſtot. nam ſiue aliquis fuerit Ariſtot maior (quòd nõ credit Alexand.) ſiue nullus eo maior fuerit, hoc ad quæſitum nihil facit cũ queſitum noſtrum non de exceſſu in doctrina ſit, ſed de eo ꝙ quærebamus, cur apud omnes gentes Ariſtot. libris leguntur. Siquis in doctrina ergo Ariſt. maior fuerit (quod Alex. negat) in arte docendi nemo Ariſt. antecellit.

1. ratio. — 2. ratio. — 3. ratio. — 4. ratio. — 5. ratio. — 6. ratio. — 7. ratio.

Solutio eorum quæ cõtra Ariſtotele obiiciebantur.

Contra verò ea quæ Ariſtot. in opprobrium obiecta ſunt, facile dicemus, ſi primo dixerimus aliquem poſſe eſſe maiorem in doctrina atque in his, quæ traduntur, qui in arte tradendi, & in præceptis artis erit minor. Arbitratur M. Tullius multos fuiſſe Ariſto. maiores in dicendo: qui non fuerunt maiores in arte dicendi: quæ græce Rhetorica dicitur. Simili modo dici poſſet aliquos eſſe maiores in loquendo, atque diſputando, qui in arte diſſerendi: quæ dialectica dicitur, ſunt minores, vt ſi contingeret eos, qui artem callent, inexpertos eſſe in ea. Tunc eliduntur, quæcunque contra Ariſtote. obiecta ſunt. Primum quidem quia licet Prothagoras, Chryſippus, Zeno, & Parmenides, in diſputando Ariſtot. maiores fuiſſent (quòd non credo,) in arte differendi Ariſtot. omnes exuperauit. Alexander verò & in diſſerendo, & in arte diſſerendi diceret Ariſtot. omnes exuperaſſe: cuius ſignum eſt, quia cauillos eorum redarguit, oſtẽdẽs illos peccare ex imperitia dialecticæ. Simili ratione dici poteſt de his, qui viſi ſunt Ariſtot. maiores in Rhetorica, nam ſi fuerunt aliqui per experientiam in dicendo Ariſtot. maiores, vt fortaſſe Lygurgus, Solon, Demoſthenes, & cæteri in arte dicendi, & in præceptis artis, teſte M. Tullio nullus fuit æqualis aut maior Ariſtot. Simili ratione dici poteſt de poetis: ſi enim in conficiendis poematibus Ariſtot. exuperarunt propter experientiam, quàm in poematibus fecerunt: in arte conficiendi poemata nullus aut Ariſtot. exuperauit, aut ei fuit æqualis. Signum nobis fecit Horatius, qui in ſua poetica Ariſtot. imitatur. In naturali Philoſophia omnes exuperauit tum in arte, tum in philoſophando, vt placet Alexand. Cum verò dicebatur eum ſuperatum fuiſſe à legum latoribus, atque iuriſconſultis in ſcribendo ſiue tradẽdo moralem Philoſophiam, animaduertendum eſt moralem Philoſophiam dupliciter poſſe tradi, aut in forma mandati, & ſic traditur per leges ſine ratione, & hoc pacto principes philoſophiam moralem promulgarunt cõſultoribus iuriſconſultis, atque legum latoribus: qui Philoſophi fuerunt, ſine ratione tamen, factæ enim nonnullæ leges ſunt, vt homines formidine penæ liberalitati aſſueſcant, vt quæcunque ſunt de verborum obligationibus, de furtis, de teſtamentis, contractibus, & id genus. Aliæ, vt metu penæ aſſueſcant temperantiæ, vt quæcunque de actione iniuriarum conſtitutæ ſunt. Aliæ vt metu pene aſſueſcant continentiæ, vt quæcunque de ſacrilegis, inceſtibus & id genus factæ ſunt. Aliæ vt metu penæ hominis aſſueſcant veritati, vt quæcunque de iureiurando & periurio conditæ ſunt, ſicque in cæteris facile deduci poteſt. Alio modo Philoſophia moralis tradi poteſt per modum concluſionis argumenti Rhetorici, & ſic traditur à Philoſophis, huius autem differentiæ cauſa eſt, quia morales actus ſubduntur intellectui & appetitui, vt ergo ſubduntur rationi rectæ atque intellectui recto, vt ſic Philoſophi illos nos docent, vt ſubduntur appetitui recto, vt ſic illi mandantur à principe, vtpote per leges. Ariſtot. ergo in tradẽdo Philoſophiam moralem per modum concluſionis omnes exuperauit: hoc enim erat Philoſophi. In tradendo philoſophiam moralem per modum legis, non omnes exuperauit, quia in eo non ſe exercuit. De mathematicis dicamus apud nos nõ eſſe libros quos Ariſtotele ſcripſit, ſic enim non Euclidis libri aut Ptolemei legerentur, cuius ſignum eſt, quia geometria Euclidis non traditur, vt Ariſt. probat in Poſterioribus eſſe tradendam. De metaphyſica tranſeat Hiberus cum ſuo errore, nos autem cum Alexand. Themiſtio: Simplicio: Auerroe volumus errare, qui Ariſt. omnibus metaphyſicis præponunt, tum in arte, tum in ipſa ſcientia. De theologia verò, Thomas noſter arbitratur Ariſt. in theologia rationibus naturalibus inuenta omnes anteceſsiſſe Philoſophos. Sed in theologia diuinitus tradita Plato fortaſſe exuperauit Philoſophos omnes propter cauſas aſsignatas, ſcilicet ſimilitudine eorum, quæ tradidit, autoritate eorum quos imitatus eſt, via qua vſus eſt, & modo philoſophandi. Cum verò dicebatur Ariſtotele contra Chriſtianam pietatem erraſſe, fateor, quia non locutus eſt authore Deo, ſed luce naturæ illuſtratus. qua non potuit omnia recte tradere, minus tamen aliis errauit. Plato enim in compluribus à pietate Chriſtiana deuiauit, vt doctiſsimus Thomas vbique indicat. De erroribus verò, quos ſcribit in morali philoſophia, facile dici põt primo eum non explodiſſe virginitaté, in continentia enim laudauit medium, & vituperauit alterum extremum laſciuiam, alterum non inueni exploſum ab ipſo. De magnanimo minime errauit, quia locutus eſt de magnanimitate

Quot modis moralis philoſophia traditur.

nimitate heroica,nō autem de magnanimitate ciuili.The mistius.n.destinguit lib. poste.2.duplicem magnanimitatem alteram in superando,quæ regibus, & heroibus conuenit. Alteram in contendendo, qualem Socrates, & Hirus,& Diogenes habuerunt, qui contempserunt honores & regna. De prima ergo Arist.locutus est, nō autem de secunda. Cum etiam nullum præmium dedit virtutibus, loquitur in præsenti vita vt diuus Thom. autumat. nam in alia vita,est alia ratio. Quod dicit de inimicis, illud dicit tanquam probabile,non tanquā verum, cuius signum est, quia problema illud accepit in topicis, dicens si probabile est amicis benefacere,probabile est inimicis malefacere.Quod de monstris dicit illud dicit non ratione habita ad bonum simpliciter, quia simpliciter dixisset illud non esse bonum, sed ratione habita ad bonum ciuitatis.Similiter quod dixit de abortu,illud non dicit ratione habita ad bonum simpliciter,sed vt Tho.inquit, ratione habita ad bonum rei familiaris,vtpote pro cōseruatione nobilitatis, simpliciter autem malum esse dixisset,hoc pacto Arist. moralitas defendi potest. De his verò quæ Arist. obiiciuntur in vita, primum delet vbique Simplic. qui voluit Arist.non contra Platonem obiecisse, sed contra male intelligentes verba illius. Pōt etiam dici Arist. obiecisse contra Platonem,non quia ei ingratus erat, sed quia duobus existentibus amicis, sanctum est præhonorare veritatem. Verum in verbis & scriptis semper eum veneratus est, non aliter quàm vt parentem,non enim Platoni hominem,sed veritatem præposuit. Simili ratione dici potest eum contra Isocratem non,vt inuidus, egisse, sed vt amicus veritatis. Quod de pellice hermiæ asserit Aristip.ab omnibus qui vitam Arist. scripserunt tanquam fabulosum negarūt. Quod de impietate obiicitur, verum est,quia religio illa gentilium non recta erat, nec rationi consona, propterea Deos gentilium & alia eorum fabulas cōtempsit. De aconito verò,omnes historici,qui eius vitam scripserunt,negarunt.Arist.ergo nec de ingratitudine, nec de inuidia,nec de incontinentia, nec de impietate, nec de mollitie iuste notatus est. Si ergo eos imitari debemus, & eorum libros legere,qui & vita & doctrina & arte clariores sunt, Talis autē est Arist.vt probauimus & defendimus. Iure ergo factum est,vt libri eius, & eius doctrina per omnes scholas legantur.

HACTENVS de duce, de ea verò philosophiæ parte,quàm hoc anno sumus professuri, agendum est,verum hoc ordine procedamus. Primo nāque de diuisione scientiæ in generali loquemur.Secundo in specie de diuisionibus,& subdiuisionibus cuiusque partis. Tertio circa illas & dubitationes,& resolutiones addemus, quibus omnibus factis eam philosophiæ partem eligemus, quàm hoc anno profitebimur.

De scientiæ diuisione. Asignātur autem à veteribus complures scientiarum diuisiones,cōplures quoq; subdiuisiones. Verū cōis positio & prima de sciæ diuisione est, q̄ alia est practica, alia Theorica. Quā diuisionē probare vr̄ Arist.6.Meta.ex eo quia omnis scientia est, aut cuius finis veritas est, aut cuius finis operatio est, ergo omnis est aut practica, aut *Prima positio.* Theorica.Præterea. Oīs scīa est aut cuius finis, & obiectum concidunt in idem,& sic est Theorica. (In ea enim obiectum & finis concidunt in idem) aut cuius finis & obiectum non concidunt in idē vt in medicinali,vbi obiectum est corpus humanum. Finis autem sanitas. Sed pace horum, hæc diuisio prima non est,nā nō omnes scientias complexus est: quia grammatica scientia est, cuius finis nec est veritas,nec operatio,similiter Rhetorica scīa est, cuius finis nec est veritas: nec operatio,sed bene dicere: modo dicere non est agere: nec facere. Secunda ratio friuola videtur: quia in grammatica finis & obiectum non concidunt in idem: nam obiectum grammaticæ est oratio. Finis verò est congruitas: vt tradunt oēs: *Secunda positio.* & tamen nec est practica nec Theorica. Philoponus verò & Alexand.diuiserunt scientiam in organicam: & principalem: ad organicam pertinere dicunt Grammaticam: Rhetoricam:Poeticam: & Logicam,ad principalem verò dicunt pertinere naturalem Philosophiam: moralem: Metaphysicam: & Mathematicam. Subdiuidunt principalem, in theoreticem. & practicem, & practicē,in actiuam & factiuam. ergo iuxta positionē hanc omnis scientia est aut organica, aut principalis, & principalis aut theoretica aut practica,& practica,aut actiua, vt moralis Philosophia, aut factiua vt mechanica. Hæc diuisio est pulchra, verùm quæstione non caret: Grammatica enim nec videtur organica, nec videtur principalis. Organica quidem non cum nullius scientiæ sit proximū organum. Quod verò non sit principalis, nemo est qui dubitat, atticus verò præclarus Platonicus in eo libro, quem aduersus eos conscripsit, qui Aristotelicam habētes scientiam Platonicam profiteri non audent diuisit scientiam in artem, & philosophiam: philosophiam autem in moralem & naturalem, & Logicam, naturalem autem subdiuisit in Metaphysicā & Physicam, & Mathematicā, quæ etiā diuisio non placet,cum scientiarum diuisionem Arist.per obiecta statuat. Dicamus ergo cum Alpharabio Babyloniensi, qui (pace Græcorum expositorum dixerim,) libello de diuisione scientiarum melius illis amplexus est *Propria positio et dilucidatio.* scientias, quòd scientia sit alia,de vocibus, alia de rebus, ea quæ de vocibus (vt si mihi concedatur) communi verbo Logica dici potest, id est sermonica,huius primę partes sunt dialectica,& grammatica, nam ea pars sermonicæ, quæ de vocibus est, quo ad ornatum, congruum, atque incongruum, grammatica græce dicitur, latinæ literaria, cuius inuentrix fuit Carmenta. Quæ verò considerat voces, vt signa veri, vel falsi, probabilis, vel verisimilis dialectica communi verbo dici potest, hoc est disserendi facultas: huius partes sint Analytica, Topica, Sophistica, Rhetorica, atque Poetica: Analytica Grece, latinæ resolutoria, quæ quia docet iudicium de re à M. Tullio in suis topicis dicitur iudiciaria, dicitur etiam sciendi facultas à Philopono. Hanc absoluit Aristotele in lib. Priorum, qui est de syllogismo simpliciter, & in lib.Poster. qui est de syllogismo demonstratiuo. Topica aūt græce, latinæ est locaria, quatenus edocet loca, sedes, atque maximas, quibus probabiliter de quolibet possumus disserere, quæque facultas probabiliter loquendi etiam appellatur: hoc Aristotele in octo libris absoluit. Sophistica græce, latine deceptoria, eo quia docet paralogizare: hanc Aristotele absoluit in duobus libris elenchorum. Rhetorica græce, latine est oratoria,hec docet benedicere ad persuadendum, diciturque facultas benedicendi, hanc absoluit Aristotele in tribus libris ad Theodecten. Poetica denique, quæ à pieo verbo græco descendit, latinæ creo, siue facio, ea est, quæ delectando fingit quædam ad persuadendum: quæque non differt (vt mihi videtur) à Rhetorica, nisi quòd Rhetorica propriis. poetica fictis persuasionibus persuadet. Hāc Arist. absoluit in vno libro poeticæ. Hæ igitur sunt vocum scientiæ. Scientia rerum (vt Themistius primo auscultationis physicæ, & Alpharabius eodem libello tradūt,) *De scientia rerum.* prima sui diuisione in practicam,siue operariam,& Theoreticam, siue speculatoriam diuiditur. Practicæ duo sunt prima genera. Est enim altera actiua, altera factiua, factiua mechanica græce dicitur, sub hac medicinalis, & omnis manu factibilis continentur. Sub actiua continetur moralis, cuius tres sunt species, ethica, quæ agit de bono hominis, quatenus homo: œconomica, quæ agit de bono domus: politica, quæ agit de bono ciuitatis. Has omnes Aristotele complexus est in libris Ethicorum, Politicorum, & œconomicorum. Theoreticæ verò partes tres sunt primæ, Physica, Metaphysica, Mathematica. Huius diuisionis in practicam & Theodoreticam rationem asignat Themistius quia animæ duplex est vis, appetendi vna, cognoscendi altera, id genus quod perficit appetitum, practicum appellant peripatetici, id verò quod in cognoscendo mentem perficit, Theoreticum dicunt. Theoreticæ diuisionem in tres: Themistius rationem asignat, ex eo, quia ea speculatio, quæ circa res materiæ coniunctas, quæque

auxilio sensus & visionũ ope ipsum potestatis intellectũ perficit, physica scientia nuncupatur. ea rõne, q̃ circa eas res, & in his cõsistere natura videtur. Ea verò speculatio: quæ circa res est omnino à materia abiunctas, quæque dicuntur simpliciter, & per essentiam separatæ, metaphysica vocatur, quia post naturalium rerum traditionem instituta est. Ea demũ quæ versatur circa res materiæ partim coniunctas, partim separatas, mathematica appellatur. Hæc enim de rebus est quæ secundùm esse materiæ sunt coniunctæ, secundũ verò rõnem à materia sunt separatæ. Diuisionis in factiuam & actiuam Alpharabius assignat rationem, quia omne quod appetitum perficit, aut perficit actione, aut factione. Metaphysicæ partes duæ sunt, altera in qua agitur de his quæ cõmuniter cõpetunt materialibus & immaterialibus, qualia sunt ens, actus, potentia, vnum, & id genus, & hæc in primis vndecimi libris agitur metaphysicæ. Altera in qua agitur de propriis subiectis abstractis & hæc diuiditur, quia vel de his agitur secũdum veritatem, & sic hæc pars cõtinetur in duodecimo libro Metaphy. aut secundum opiniones aliorum falsas, & sic agitur de hac parte in cæteris libris vsque ad finē. Mathematicæ oẽs agunt de quantitatibus (vt cõmuniter dicitur) verum aut agũt de his in genere, aut de his in specie, quæ agunt de his in genere, duæ sunt Geometria, quę agit de continuo, & Arithmetica, quæ agit de discreto quæ agunt de his in spē, sunt perspectiua, quæ agit de linea visuali, quæ pars Geometriæ subalterna est, & musica, quæ agit de numero sonoro, quæ subalterna est Arithmeticæ, & astronomia, quæ agit de stellis secũdũ numerũ & quãtitatem, quæ vtrique subalterna est. Physicæ partes aliter à Simplicio, aliter nunc enumerantur, nunc hæ sunt partes: nã cũ physica agat de corpore mobili vel agit de corpore mobili simpliciter motu cõmuni ad omnem motum, & sic est prima pars quę habetur in octo libris Physi. Aut agit de corpore mobili ad locum, hoc est motu locali, & sic est secunda pars, quæ habetur in libris de Cœlo. Aut agit de corpore mobili ad formam, hoc est quod mouetur motu terminabili ad substantiam vel quantitatem, vel qualitatem: & sic est tertia pars quæ continetur in libris de Generatione. Aut agit ex corpore mobili motu terminabili ad formam misti imperfecti, & sic est quarta pars, quæ habetur in libris Meteororũ. Aut agit de corpore mobili motu terminabili ad formam misti perfecti scilicet ad formas lapidum & metallorum: & sic est quinta pars de qua agit pro parte in libris Meteororum. non enim liber spãlis habetur ab Arist. Aut agit de corpore mobili terminato ad animam vegetabilem. & sic est sexta pars, quæ habetur in libris de stirpibus, de quibus (teste Laertio) Arist. duos libros conscripsit: Theophrastus cõpleuit. Aut agit de motu terminato ad animam sensitiuam, & sic est septima pars, quæ habetur in libris de animalibus, & hic completur physicum negocium. In collectaneis aũt partes has enumerauimus, sed alio modo.

Partes physicæ.

Dubitationes.

CONSEQVENTER Tertio dubitatur, quia non videtur negocium physicum hic completum, quia adhuc considerari potest corpus, vt mobile motu terminato ad animam intellectiuam: ergo adhuc restat alius liber, qui erit octauus: & de corpore mobili motu terminato ad intellectiuam animam, qui liber (vt placet multis) est liber de anima.

Quæstio in collectaneis.

In collectaneis nostris disputauimus, an scientia de aĩa sit physica, an media, an mathematica, vbi pro vtraq; quæstionis parte bona argumẽta collegimus. Quod quidem esset media & mathematica adducebamus authores fide dignos: Themistium, videlicet, & eum authorem qui de intelligentia libellum scripsit. Hi enim clarissime asseruerunt scientiam de anima esse mediam & mathematicam. Adducebamus insuper Simplicium & Philop. qui enumerãtes Philosophiæ naturales partes librum de anima non enumerarunt. Quod autem esset physica, adducebamus Alexand. Aphrodiseum, Auer. Auicen. & demũ Arist. qui duodecimo Metaphy. libro ait nullã Mathematicæ partem considerare de quantitate nisi astronomiam. Præterea. In libro de sensu & sensato se dixisse de anima, modo de sensu agere asserit: cum igitur agere de sensu ad physicum attineat etiam de anima ad eundem attinebit. Demum adducebamus quę Arist. sentit in lib. de partibus animalium primo vbi Arist. mouit quæstionem hanc, & eandem soluens, voluit scientiam de tota anima esse mediam inter simpliciter metaphysicam, & simpliciter physicam, hæc breuiter & probabiliter disputauimus.

Dubitationes contra determinata.

Contra verò hæc emerserunt postea magnæ dubitationes. prima quidem in verbis Arist. quæ narrauimus ex libro de partibus. Nam Arist. volens probare naturalē Philosophiam non esse de intellectu, Argumentatur, quia si esset de intellectu, tunc nulla alia relinqueretur scientia, nam de intellectu, & omni intelligibili, vna sciẽtia est, sicut vna scientia est de sensu & sensibili. Prima ergo dubitatio est, quia illa Arist. probatio friuola videtur, nã à pari argumentabor. metaphysica est de intellectu, ergo omnis alia scientia præter metaphysicam frustra relinquetur: probatur ratione Arist. quia vna est scientia de intellectu, & intelligibili, sicut vna est de sensu & sensibili. ergo sicut illa ratio valeret de naturali Philosophia, q̃ si esset det intellectu, esset de omni intelligibili: eodẽ modo valebit de metaphysica, scilicet quòd si esset de intellectu, esset de omni intelligibili. Præterea. Scientia de anima est de sensu. ergo à pari erit de omni sensibili, & sic frustra aliæ scientiæ erunt de sensibili: hoc argumentum valet à simili: vt argumentatur Arist. de intellectu. Arist. enimmet citat hanc similitudinem. Præterea. Si de anima esset scientia media: hoc esset, quia de intellectu non esset naturalis Philosophia, modo de intellectu videtur naturalis Philosophia, quia est forma, cuius nulla operatio est sine corpore etiam in statu fœlicitatis si intellectus cõstitueretur. Formæ enim de quibus metaphysicus est, licet secundum earum secundas operationes dependeant à corpore, s̃m primas tamen sunt simpliciter absolutæ. Quia igitur intellectus nec secundũ primam, nec secundũ secundam operationẽ potest esse sine corpore. ergo videtur omnino pertractari in scientia naturali. Præterea Mathematica est scientia de abstractis secundum rationem, sed anima non est ratione abstracta, cum in eius definitione corpus ponitur. In collectaneis diximus sciẽtiam de anima mathematicam esse secundũ modum, non autem secundũ rem. Mediam verò esse re, & modo, est quidem mathematica non re, quia mathematicæ re sunt scientiæ, quæ de quãtitatibus sunt omnino diuisæ à naturali, & à Metaphysica: inter quas scientia de anima esse non potest, est verò modo, quia procedit per certissimas demonstrationes, veluti cæteræ mathematicæ. Quod verò re & modo sit media, probauimus, quia aĩa secundum eam partẽ, quæ est intellectus, est res Metaphysica. Secundum verò eas, quæ sunt sensitiua, & vegetabilis, est res naturalis & concreta. ergo scientia de anima mathematica quidem secundum modum est, & non re, media verò re, & modo: hæc in collectaneis. Ex his sequitur scientiam de anima ratione habita ad modum procedendi esse mathematicam, ratione habita ad res cõsideratas, esse mediam. Potest etiam teneri scientiam de anima esse mathematicam, & mediam, mathematicam quidẽ, ratione generis, quia genus omnium scientiarum est dianoetica cognitio, quæ vno verbo dicitur didascalica, vel mathematica. Mathesis enim disciplina dicitur, ratione verò speciei, non, quia scientiarum mathematicarũ nulla est scientia de anima, cum ille sint de quãtis scientia, de anima non. Mediam verò participatione conditionũ extremorum, non aũt participatione ipsorum extremorum in se. Est enim duplex medium participatione extremorum in se, vt tepidũ participatione calidi, & frigidi, & participatione conditionum extremorum, vt forma elementaria: quæ simpliciter substantia est, participatione tamẽ conditionum substantiæ, & accidentis dicitur media inter substantiam, & accidens, dicitur enim accidens participatione intensionis & remissionis, quæ sunt accidentis conditiones, absolute tamen est substantia, quia constituit

Prima solutio. Prima positio in collectaneis

Secunda positio.

ſtituit ſubſtantiam. Ad propoſitũ ergo ſcia de aĩa põt dici reuera phyſica, & tota, & ſecundũ quãlibet aiæ partem, dicitur tñ media participatione conditionũ extremorum quinto Metaphy. & phyſicæ. Secundũ.n.eã animæ parté, quæ eſt intellectus, ſcia de aĩa participat conditione Metaphyſicæ ſciæ. Secundũ alias aiæ partes, participat cõditione Phyſicæ, verùm tota eſt ſimpliciter phyſica. Quare ſecundũ hæc dicitur mathematica rõne generis, nõ auté ſpeciei, & dicitur media participatione condõnũ extremorũ, non aũt condõne extremorũ in ſe. Tertio dici põt ſcientiam de aĩa eſſe mediã, & mathematicã cõparatiue, hoc eſt reſpectu cæterarũ partiũ naturalis ſciæ. Inter partes.n.naturalis ſcientiæ ea pars, quæ eſt de anima, eſt media & mathematica, abſolute tñ eſt phyſica, veluti aſtronomia & perſpectiua dñr mediæ inter phyſicã & mathematicam ſecũdũ Phyſicæ auſcultationis. Hæ.n. abſolutę ſunt mathematicæ, ſed inter mathematicas, dñr magis phyſicę, & tunc iuxta hanc tertiam expõné ſcia de aĩa erit ſimplr naturalis, rõne tñ quadam habita ad partes alias naturalis ſciæ dicitur media & mathematica magis cæteris. Iuxta hos ergo tres modos exponẽdi patet ſciam de aĩa eſſe ſimpliciter naturalẽ, licet aliqua rõne dicatur mathematica, vel rõne modi procedendi ſecundũ primã expõné, vel rõne generis ſecundũ ſecundã expõné, vel cõparatione ſecundũ tertiã expõné, & ſic tolluntur argumẽta pro vtraque parte. Pro veritate & pro Ariſt. mẽte dicamus ſcientiam de aĩa eſſe vere mathematicã, & vere mediam inter phyſicã & metaphyſicã, vt verba Themiſtii in ſuperficie prætendunt, & vt Philoponus inquit infra & Simpl. etiã, vt poſtea dicemus. Et ad rõnes hic inductas facile reſponderi põt. Ad primã quidẽ dicendum ex verbis Ariſt. non rõné reſponſionis, ſed auctoritatem colligendam eſſe, nã ſiue eius rõ efficax fuerit, ſiue non, auctoritas clara eſt, ſciam de aĩa mediam eſſe. Sed ne tãtus vir videatur in ratione deficere, põt etiam eius ratio defendi. Poſſumus enim dicere rõné illam valere de phyſica, nõ aũt de metaphyſica, quia phyſica cõſiderat intellectũ ſub rõne ſpãli. Si ergo conſideraret ipſum ſub rõne vniuerſali, nulla alia ſcia relinqueret, quia ſic cõſideraret oẽ intelligibile. ſ. ſub rõne vl̃i, & particulari, veluti cõſiderat intellm ipſum. At metaphyſica, vbi cõſiderat intellm, illũ non cõſiderat, niſi ſub rõne vl̃i, & ſic oẽ intelligibile, cæteræ ſcientiæ conſiderarent ſub rõne particulari, nõ ergo fruſtra erũt. Secunda etiam deletur, nã ſcia de anima eſt de ſenſu in vl̃i, nõ in particulari, nã ſi eſſet de ſenſu in vl̃i & in particulari nulla alia relinqueretur ſcia de ſenſibili, mõ ſcia de aĩa eſt de ſenſu in vl̃i, & ſic non eſt de omni ſenſibili ſub quacũque rõne. Si aliquis liber eſt de ſenſu: etiã in vl̃i eſt, propterea nõ fruſtra ſunt cæteræ ſciæ, quæ ſunt de ſenſibilibus. Ad ſecundã principalẽ in libello de animi immortalitate plures reſponſiones patent, ſit illa vna nunc, ꝙ aĩa ſiue intellectus nõ quo ad ſui operationẽ oẽm dependet à corpore, nõ enim ipſa ſeparata intelligẽs vi ſeparationis ab intelligendo illo modo aliquo pacto à corpore dependet.

Ad tertiam dicemus aĩam eſſe rõne abſtractã, quoties nõ ſecundum ſe totã dependet à corpore: nã ſaltẽ ſecũdũ intellectũ nõ dependet à corpore, & licet definiatur per corpus, hæc fit propter primã eius cognitionẽ, quę nobis ineſt ex ſenſibilibus. Põt aũt eſſe alia cognitio poſt illã ſine corpore ſecundũ aliquam eius partem, & illa ſufficit. Põt etiam dici nõ oẽm mathematicam eſſe de abſtractis rõne, & concretis ſecundũ eſſe, ſed eam ſolum, quæ eſt de quãtis. Alia verò, vt ſcientia de aĩa dici poteſt reuera mathematica quæ non erit de abſtractis ratione, vt in hoc primo dicemus. Aliter & quidem melius dico, ꝙ anima eſt ſecundum rationem abſtracta à materia ſenſibili ſenſu tactus, non enim res mathematicæ ſunt abſtractæ à materia intelligibili, nec à ſubſtantia ſenſibili ſenſibilitate aliorum ſenſuũ. Quod verò aĩa abſtrahat à materia ſenſibili ſenſu tactus, patet de Anima Cœli, quæ licet nõ abſtrahat à ſubſtantia nec à corpore quali, abſtrahit à materia tangibili, & hoc ſufficit ad hoc, vt ſcientia de anima ſit media & mathematica.

Ad rõnes verò in collectaneis cõtra hãc poſitionẽ, dicere poſſumus, ad authoritates quidẽ, ꝙ Alex. Auic. Auer. fuerũt alterius opinionis, Them. verò & Simpl. alterius. Ad verba aũt Ariſt. in lib. de ſenſu, dico ꝙ ſupponit eſſe dictum de anima ſenſibili, non aũt de tota anima. Ad verba eius in metaphyſica dici põt eum loqui de mathematicis, quæ per excellentiam ſecundũ antiquos dicebantur mathematicæ. Ad ſcientiam de aĩa eſt reuera mathematica, non tñ de illis, quæ per excellentiam ſic dñr. Ad rationem quæ procedit ex modo definiendi, patet ſolutio ꝙ ſcia de anima eſt mathematica, nã cũ definit animã ſimpliciter, in eius definitione non ponitur materia tangibilis, quia ſic nõ eſſet illa definitio cõmunis cœleſti aiæ, vt vult Auer. imo ex mõ definiendi colligitur totum oppoſitum. verùm de definitionibus his infra dicemus. 15. & 17. Hæc pro veritate poteſt etiam ſuſtineri ſimpliciter illam ſciam, quæ de anima eſt, eſſe ſimpliciter phyſicã, & tũc ad rõnes & auctoritates, quæ probãt contrarium, facile reſpondere poterimus. Ad auctoritates quidem dicere poterimus oẽs auctores, vt Themiſtium, auctoré de intelligentia, Simpliciũ, & Philoponũ fuiſſe alterius opinionis.

Ad rõnem Themiſtii & auctoris de intelligentia dicerem animam non eſſe vere mediam rem, quia ſecũdũ oẽm eius partem ſaltem ſecundum operationẽ dependet, vel dependebat à corpore, vt alibi declarauimus. Secũda ratio etiam deletur, quia demonſtrationes animaſticæ non ſunt ſimpliciter certiſsimæ, ſed reſpectu demonſtrationũ, quæ fiunt in partibus aliis naturalis Philoſophiæ vt circa textum videbitur. Tertia etiam ſoluitur ꝙ cõfert ad oẽs alias partes naturalis Philoſophiæ, non tñ ſibi, & ſic non ad oẽm partem. Quarta etiã tollitur, quia præmiſit prooemium propter partis dignitatem, non aũt, quia ſit alterius generis à phyſico. Verũ qualis hæc poſitio ſit, poſtea textu commen. 15. & 17. dicemus.

Supponendo ergo ſcientiam de anima eſſe partem naturalis Philoſophiæ, emergebat in collectaneis alia queſtio, quota nam pars naturalis Philoſophiæ ſciẽtia de anima ſit. Enumerauimus.n. prius oẽs partes naturalis Philoſophiæ, & in collectaneis etiam de mente Philoponi, & Simplicii eaſdem ſupputauimus alia rõne. Supponẽdo ergo ſupputationes tales, de loco libri de anima plures opiniones adinuentæ ſunt. Prima quidem aſſerit librum de anima eſſe ſextum. ſ. poſt librũ de mineris, & ante librũ de animatis, quam partem Auic. & Alber. & cõplures latinorum ſecuti ſunt. Primo, quia ſcientia de principio prior ſcientia de principiato. Secundo, quia ſcientia de anima confert longe magis ad ſcientiã corporis, quàm ecõtra. Tertio, quia actus eſt prior potentia. Quarto, quia honorabilior, melior, & mirabilior eſt ſciẽtia de anima ea ſcientia, quæ eſt de corpore. Pro hac opinione videbatur facere auctoritas Ariſt. in principio de ſenſu: vbi ſupponit ſciẽtiam de anima ante pertractationem de ſenſu. Secunda opinio in collectaneis ſuſtẽtata erat, ꝙ liber de anima ſit vniuerſalis, & poſt librum de animalibus. Primo quia ordo doctrinæ eſt contrarius ordini naturæ, ſed ſecũdum ordinem naturæ anima eſt prior animali, ergo ſecundum ordinẽ doctrinæ animal eſt prius anima. ergo ſcientia de anima eſt poſt ſcientiam libri de animalibus. Secundo quia tunc ſcientia de anima præcederet ſcientiam de cœlo, eſt enim cœlum animal, & anima prior aſt animali. Tertio ſimilia ſunt eiuſdem cognitionis, miſta imperfecta ſunt ſimiliora animalibus: ergo inter illa nõ debet interponi ſciẽtia de anima. Quarto liber de animalibus eſt facilior lib. de anima eſt.n. aĩa difficillimorũ. ergo à lib. de aĩalibus ordine doctrinæ eſt incipiendũ. Quinto Ariſt. in tractãdo de cœleſtibus animabus: primo tractat de aĩalibus, & deinde de animabus. ergo eodẽ modo de animalibus terrenis. Sexto animalia ſunt notiora quo ad nos ipſa anima. ergo ſcia de animalibus præcedit ſcientiam de anima. Tertia opinio, quæ ex collectaneis narratur de mente Auer. eſt, ꝙ ordo librorum naturalis Philoſophiæ vſque ad librũ de mineris incluſiue eſt propter neceſsitatem, quia ſubiectum prioris eſt vniuerſalius ſubiecto poſterioris.

Tertia poſitio.

Poſitio probabilis & quarta.

Oppoſita poſitio ꝓbabilior.

Quota partem eſt ſcientia de anima.

Prima poſitio de loco ſcientiæ de anima.

Secũda opinio.

Tertia opinio.

sterioris. Vt subiectum libri physi. est vniuersalius subiecto libri de cœlo, & subiectum libri de cœlo vniuersalius subiecto libri de generatione, & subiectum libri de generatione vniuersalius subiecto libri Meteororum, & subiectum libri Meteororum vniuersalius subiecto de mineris. Sed an liber de anima cæteros præcedat, an cõtra cæteri præcedant librum de anima, ordo non potest assignari merito vniuersalitatis, quia anima est æque communis cum animate: nõ enim animatum ad plura quàm aïa, nec econtra anima ad plura quàm animatum se extẽdit. ergo ordo inter hos nõ põt statui necessarius, quia solus ordo qui sumitur penes vniuersale, & minus vniuersale est necessarius, ordo vero qui penes aliam rationem accipitur: non est necessarius. Ponitur ergo lib. de aïa octauus: non quidem necessario, sed (vt dicit Auer.) propter melius. Melius enim est vt scientia de subiecto præcedat sciam de forma, propter causam assignatam. Tenendo hanc opinionem dici potest ad omnes rationes, quæ probant scientiam de anima præcedere librũ de animalibus, quòd id quòd in collectaneis dictum est, nunc recusamus, quia (vt recte Auer. inquit) ordo librorum naturalis Philosophiæ secundum aliquos eorũ est necessarius, ſm aliquos eorum propter melius. Cum enim anima cõmuniter dicta ęqualis sit rei animatæ, quia vbicũque aïa est, idipsum animatum est, & quod animatum est, illic & anima est: Fit vt lib. de anima secundum necessitatem, nec prior libris de aïatis sit, nec posterior, propter melius verò post libros de animatis collocãdus est, quia licet ad scientiam simpliciter perfectam de animatis necessaria sit scientia de anima, ad perfectam scientiam de animatis in genere, hæc scientia non est necessaria. De plantis enim agitur primo historice. 2. de partibus. 3. de generatione illarum. Constat autem nec ad historicam de plantis partem, nec ad scientiam de partibus, nec ad eam quæ est de generatione scientiam, ipsam scientiam de anima necessariam esse. Similiter de animalibus agitur historice, & agitur de partibus, & agit de generatione, vbi patet scientiã de anima minime necessariam esse. ergo ad sciam perfectam in genere de ipsis animatis non vr̃ necessaria scientia de aïa. Ad sciam verò de aïa & perfectã simpliciter. & perfectam in genere, necessaria est scia rei aïatæ, qm̃ aïa actus est rei aïatæ, non. n. agitur hæc de aïa, nisi quatenus est actus rei aïatæ, ob melius ergo scientia de aïatis præcedere debet hanc sciam librumque hunc. Pro solutione rationum ergo debes scire, ꝙ ad sciam de aïatis perfectã in genere nõ requiritur scientia de anima distincta, sed sufficit pro scientia illorum notitia quædã de aïa imperfecta, quę habetur lumine intelľs solo, nõ per doctrinã distincte trãditã, vt hæc de ea agitur, & tunc per hoc cessant rõnes ad oppositũ. Prima quidẽ quia notitia de principio est necessaria ad notitiã principiati, perfectã simpľr. Vel cõceditur ꝙ scïa de aïa præcedit, quæ habetur solo intelľs lumine, quia hæc requiritur ad sciam de aïatis. Per idẽ ad rõnem Auic. scïa. n. de aïa imperfecta quæ habetur solo lumine intelľs, præcedit sciam de aïatis, nõ aũt oportet vt scientifica de aïa scïa præcedat, per idẽ ad tertium. Quartum verò cõcludit sciam de aïa esse priorẽ scïa de aïatis dignitate. Quarta opinio est, ꝙ ex scïa de aïa: & paruis naturalibus, & libris de aïalib⁹ fit vnus liber totalis, cuius subiectũ est aïal, nec ab rõne, quia Plin. lib. 7. de historia naturali eo capite, vbi de leone loquitur, asserit auctoritate eorũ, qui Arist. opera enumerarũt, libros de aïalibus esse. 52. Quod verũ esse nõ põt, nisi & parua: Arist. & lib. de aïa, & libros de aïalibus cõnumeremus. Gandauẽsis verò in q̃nibus refellere hãc põnẽ enixus est. Primo quia in lib. de sensu Arist. supponit sciam de aïa tãquã oĩno diuersam à libris paruorũ. Quod Alex. aïaduertens illic sciam de aïa diuersam esse à scïa paruorũ asserit. Arist. etiã & Auer. 3. huius idẽ sentire vñr. Verum hæc Gãdauensis refutatio friuola est, qm̃ ex his omnibus nihil aliud habetur, nisi sciam de aïa esse diuersam à scientiis paruorũ, nõ quidẽ diuersitate totius ad totum, sed partis ad partẽ. Vnde patet sciam de aïa esse partẽ sciæ de aïalibus, & hoc autumat Simplic. & Philo. qui enumerãtes partes naturalis Philosophiæ, lib. de aïa nullã fecerũt mentionẽ. Quod ideo est, quia ex paruis, & lib. de aïalibus, & lib. de aïa vnũ totalẽ librũ fieri intellexerũt. Ex his patet cur libri paruorũ naturaliũ nõ fecerũt octauã aut nonã partẽ Philosophiæ naturalis. Hoc. n. est, aut quia cõnumerãtur inter lib. de aïalibus, aut (vt Alber. autumat, & in collectaneis scripsimus) quia parua naturalia sunt adminicula magnorũ librorum. Liber. n. de sensu est lib. de aïa adminiculus, iõ cũ illo coordinatus eũ locũ tenet. Liber de elñtorũ proprietatibus lib. de cœlo adminiculus est, propterea eũ locũ tenet quẽ de cęlo lib. tenet, & de cæteris id genus siľr. Sed adhuc cõtra hec sunt dubõnes. Prima quidẽ, quia ex his nõ apparet quẽ locũ tenet problematũ liber. Secũda dubõ est, quia nõ vr̃ librum de anima magis debere cõgregari cũ lib. de animalibus, q̃ cũ lib. de plãtis, cũ plãtę sint animatę, & propterea nõ desunt, qui volũt ex lib. de plãtis, lib. de animalibus, libris paruis fieri vnũ totalẽ librũ. Tertia dubõ est, quia sicut parti animæ vegetabilis lib. de plantis corrñdet, & parti animæ sensitiuę liber de animalibus, cur parti animę intellectiuę nõ corrñdet lib. de homine? Quod si corrñdet, eẽ nõ põt, nisi separatus. Hę dubõnes licet sint difficiles, pñt tñ facile deleri. Prima quidẽ deleť, ꝙ ideo lib. de anima colligať cũ libris de animalibus, & nõ cũ libris de plãtis, quia plãtę nõ putanť animatæ, vnde & veteres arbitrati sunt sola animalia viuere, & animata eẽ. Coordinauit ergo Arist. librũ de anima cũ libris de animalibus nõ ꝑꝑ necessitatẽ, sed ꝑꝑ melius, vtpote ꝑꝑ vsum veterũ, qui nõ cognouerũt animã, nisi in animalibus inesse. Secũda verò deletur, quia liber ꝓblematũ secundũ diuersas partes cũ diuersis libris naturalis Philosophiæ coordinať. Cũ ea. n. parte quæ est de rebus medicinalibus coordinať cũ medicinali facultate, cũ ea parte, quę est de vẽtis coordinať cum metheologia, eodẽ mõ, & in cęteris, cũ cæteris id genus. Tertia tollitur concedendo parti animæ intellectiuæ correspõdere librum de homine, verum liber de homine est liber de animalibus: non enim de animalibus loquitur, nisi ratione habita ad hominem, vt Arist. eo. lib. inquit propterea animæ intellectiuæ non correspondet liber de homine separatus à cæteris. Hactenus de diuisione scientiæ, & de dubitationibus, quæ accidere possunt.

Superest ergo vt eligamus eam scientiæ partem, quã hoc anno sumus professuri. Dicamus ergo scientiæ naturalis tot partibus existentibus, eam hoc anno nos esse expositures professurosque, quæ liber de anima apud græcos Arist. codices inscribitur. Quam quidem licet olim per collectanea nostra aliquã ex parte exposuimus, nõ tamen maturæ, nec semper secundum verum Arist. sensum. Secuti. n. sumus in omnibus fere expositiones Auer. quẽ nõ arbitror in omnibus verba Arist. recte fuisse interpretatũ. Cuius cãm assignat ipse lib. de Cęlo. 3. quia bonas trãslationes nõ habuit. Quod si bonas trãslationes nõ habebat, minime potuit recte in verbis verũ sensum colligere. Quare postquam collectanea fecimus, pro veritatis luce nũc scribimus commentaria, in quibus sensum verborum Arist. verum (inquãtum potero) assignabimus, non recedendo à græcis expositoribus Themistio, Simplicio, & Alexand. Aliquando cum latinis interpretibus præsertim cum diuo Thom. qui (pace cæterorum dixerim) dilucide Arist. libros interpretatus est, nec eius commentaria minoris facio his, quæ græci scripserunt, vt recte intelligenti patet. Cõmẽtaria Auer. nõ omnino refellemus, sed vbi illa ad mentẽ Arist. non erunt nec parcemus alicui pro veritate tenenda, imo nec nobis ipsis. Qui ergo vellet hanc nostram expositionẽ nuncupare eorũ, quæ scripsimus in lib. de Anima. Dilucidarium, posset si vellet, & quidẽ non iniuria, nã quæcũque in collectaneis, aut perperã, aut obscure olim tradidimus, hic in commentariis dilucidamus. Quãtum igitur inique Alex. Calcidonius collectanea nostra publicauerit, quantum venenose, ex hisce patet. Ego enim publicare illa non destinaueram, nisi nono pressis in anno, & de electione partis, deque tota præfatione hactenus. Ad textum ergo redeamus.

Quarta opi.

Cõmen. 54.

De prædicamento.

Dubitationes.

Sol. dubitat.

De electione partis.

Expositi

Dilucidarium

ARISTO.

LIBER I.

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS DE ANIMA,

Vna cum Commentarijs ac Collectanei Celeberrimi Philosophi Magni Augustini Niphi Suessani Medices.

ARGYR.

CVM omnem scientiam rem esse bonam arbitremur ac honorabilem, & aliam alia magis ex eo talem esse putemus quia vel exactior est, vel rerum est earum quæ magis præstabiles magisque sunt admirabiles, scientiam animæ nimirum ob hæc vtraque non iniuria ponendam in primis esse censemus.

Tex.commẽ.1.

Scientiam.

BONORVM & honorabilium notitiam opinantes, magis autem alteram altera, aut secũdum certitudinem, aut ex eo quòd & meliorum, & mirabiliorum est, propter vtraque hæc historiam de anima rationabiliter vtique in primis ponemus.

COLLEC.
Tex.commẽ.1.

VISIS his, modo ad literæ expositionem opus est transire, in qua primo semper expositiones inducam græcorũ. secundo commentum legam. De primo itaque, liber hic tres continet partes, vt Auer. ait. In prima, scilicet ponit prologum. secunda, ibi. §Intendentes aũt de anima.§ innuit antiquorum opiniones de anima, tertia ibi. §Considerandum aũt primum.§ opiniones quas inuenerit, impugnat. Hæc igitur prima pars prologum proponit, & multas continet partes quas subdiuidere non intendo. In hoc ergo loco Arist. inducit auditores ad amorem huius scientiæ, tradendo huius scientiæ dignitatem, & syllogizat hoc modo in secunda figura ex duabus affirmatiuis cõuertibilibus. omnis notitia existens magis bona altera, & honorabilis, est nobilioris subiecti & maioris constantiæ. Sed scientia de anima est nobilioris subiecti, & maioris constantiæ, ergo in secunda figura, scientia de anima est notitia magis bona altera, & honorabilior. Debes scire quòd vna scientia ponitur in primo loco secundum dignitatem, quando est magis bona & magis honorabilis, quare idem est, scientiam esse altera magis bonam & honorabilem magis, & eam poni in primo loco. tunc itaque Arist. primo apponit maiorem & inquit. §Sed§ & ista particula, §sed§ hic non habet vim aduersatiuæ. ideo in translatione Bysantii inuenitur §cum§ legetur ergo sic. Cum nos simus opinantes alteram, id est vnam notitiam esse sup. magis de numero bonorum, & magis sup. honorabilium altera, aut secundum certitudinem, id est constãtiam, aut ex eo ꝙ meliorum & mirabiliorum, scilicet consideratorum, hæc est maior. Deinde tangit minorẽ. d. propter vtraque hæc. i. propterea quia animæ scĩa est nobilioris & maioris constantiæ. apponit conclusionem, & inquit. ponemus. i. debemus ponere historiam aĩæ rationabiliter. in primis. i. in dignioribus locis. hic est superficialis intellectus literæ.

Commen. 36.

Expõ Them.

Vt ergo literæ sensus capiatur, primo debes scire: Themistium in loco isto exponere ly certitudinem, prout refertur ad subiectum. s. cõstans. Similiter ly & admirabile, & melius sicut est subiectũ libri de anima. anima enim est constans, eo quia (vt Themistius ait) ea ratione ꝙ aliæ scientiæ ab hac scĩa suam constantiam & certitudinem reponunt. & secundo subiectum tale. s. anima, nobile. s. bonum, & admirabile. dicitur enim bonum. secundo cœli illud in cuius esse cadit operatio, & anima est operationis principiũ, ideo dicitur nobilis secundum bonitatem. & iterum notabilis admirabilitatis, quoniam (vt Themistius ait) cæteris rebus mundi intellectus antistat, ergo propter vtraque hæc. s. cõstantiam subiecti, & eius nobilitatẽ, scientia de anima est aliis scientiis præstabilior. Secundo debes scire, apud eos, ꝙ ex eo ꝙ subiectum constat, scientia eius dicitur certa. ex eo quòd nobile adhuc, vel notabilis bonitatis, sic scientia de eo dicitur bona vel nobilitate admirabilis, & sic scientia de eo dicitur honorabilis. Scientia ergo de anima dicitur de numero certissimarum, bonarũ, & honorabilium magis aliis propter hæc duo.

Commen 3.

Obiectiones.

Sed obiiciet quis, sicut hoc quod dixit §bonorum§ respondit ad illud quod dicit §meliorum,§ & illud quod dicit §honorabilium§ respõdit ad illud, quod dicit §mirabiliorum,§ cur non apposuit §certissimorum§ quod respondere debet ad ly §secundum certitudinem.§ Secundo obiiciet, & amplius quis, cur non dicit §verissimorum§ magis quàm §bonorum & honorabilium.§ Videtur enim quod debet dicere magis in litera §verissimorum,§ quoniam. 6. Metaphy. falsum & verũ sunt in intellectu. ergo potius dicere debuit §verissimorum§ vt constat. Tertio dubitabis, cur dixit §opinantes§ cũ opinio sit cum formidine, & post in fine assertiue dicit §ponemus.§ non enim ex propositione dubia sequi debet cõclusio indubia. Quarto & adhuc ambiges, cum subiectũ sit vnum in scientia, vt dicitur primo Poster. cur dicit §meliorum & mirabiliorum.§ hic enim modus loquendi multitudinem notat. Quinto ambiges, cũ illa sint tria. s. constantia subiecti, bonitas, & mirabilitas, cur dicit vtraque hæc, debet enim apposuisse, propter hæc tria. Sexto & adhuc, cur dicit §historiam§ cum hæc scĩa dicatur? Vltimo cur dixit §in primis.§ Cum nulla sit hac nobilior? ergo debuit dixisse §in primo loco.§ huiusmodi sunt quę circa textum mouent veteres expositores.

Commen. 8.

Responsio.

Ad hæc quidem dicendum, ad primam, ꝙ tacuit §certissimorum,§ eo quia dixit, notitiam. hoc enim verbum, notitia, seipso præsefert certitudinem, & ideo noluit apponere certissimorũ, quia vero non, præsefert bonitatem, & honorabilitatem, apposuit illa ambo. Ad secundam dicendum ꝙ subiectũ quod dicitur quod quid est, non dicitur verum nec falsum, vt dicitur. 3. de anima. & ideo quia hæc ex obiecto capiuntur tantum tacuit §verissimorum.§ Ad tertiam dicendum ꝙ dixit opinãtes, vel, vt vteretur verbo honestatis, in fine. n. dixit apponemus, quoniam illud relinquitur ex syllogismo. vel dixit opinantes, quoniam hoc in loco illam maiorem non probauit, sed ex. 8. Topic. eam accepit ex confessione omnium. Sicut fecit Poster. 1. quando dicit §scire opinamur.§ accepit enim illud secundum cõmunem consensum.

Cap. 4.

Ad quartam dicendum, ꝙ licet subiectũ sit vnum secundum genus, est tamen multa secundũ species, & notans illud loquitur illo modo. Vel forte illud respondit ad ly §bonorum & honorabilium§ itaque accipit multa subiecta multarum bonarum scientiarũ & honorabilium, ita ꝙ sit sensus, aut ex eo quia subiectum est §de numero bonorum & mirabilium &c.§ Ad quintam dicendũ, quod duo sunt. s. constantia, & secundum est nobilitas, & nobilitas adhuc subdiuitur. s. in melius, & mirabilius, illa itaque particula vtraque refert membra primo diuisa, & nõ subdiuisa.

Egidij respõsio.

Ad sextam Egidius dicit, ꝙ ideo dicit historiam, quoniam scientia est per cãm, modo quanto res seu notitia plus recedit à ratione processus per causam, tãto plus ad rationem narrationis accedit, propter quod, cum hæc scientia semper ab effectu procedat ad cãm in narrationis rationem vertitur, & inde historia dicitur.

Thom. respõsio

Thomas au-

tem inquit ꝙ dicitur historia, quoniam in quadam summa tractat de anima,est enim historia fundamētum fabulæ & eius veritas,& quia hæc scīa dicitur breuis , & summatim tradita,ideo dicit historiam. Obiicies contra primā,quia sic omnis pars scientiæ naturalis deberet historia dici,cū quælibet procedat per genus demonstrationis quia , vt Auer.ait in prologo 1.Physi. Obiicies & contra secundam,quoniam Arist.ait in principio de sen & sen. de anima esse dictum sufficienter . Sed neutra cogit , prima nō, quoniam (vt dicitur.2.Topic.) nomen natum competere pluribus,accomodatur nobiliori parti , & sic in proposito. Secunda minime , quoniam Arist.non vtitur verbo sufficienter : vt patet videnti illud . vel si alicubi vtetur , exponitur sufficienter.i. quantum decebat nō ad plenū secundum totum possibile. Potest tamen & satis tutius dici,quoniam (vt Arist.accipit in lib. rhetorices) historia à fabula differt , eò ꝙ fabula est fictio quædā qua apollogizatur alia veritas , historia est ipsa fabulæ veritas & verisimilis,dico itaque ipsum dixisse se animæ historiam velle tradere propter antiquos,qui(vt The.ait in primo Physi.) tractantes de anima sub tegmine fabularum & enigmatice locuti sunt,vt patet in Phædone apud Platonē , vbi de anima loquitur sub fabulæ figura. vt igitur polliceatur nobis se dicturum res veras , & non sub tegmine velatas dixit animæ historiam.Vel dico ipsum apposuisse historiam, respectu veterum vt suum opus extolleret, eo quia in cōparatione ad ea quæ antiqui de anima dixerunt , traditio Arist.historia dici potest,& forte hoc est melius, cum nullo pacto possimus de anima ipsa secundum veritatem intrepidam tractare,non enim est in nobis ea perscrutari ad summum quæ Deo sunt secretissima cū simus mortales. Ad vltimam solutio est manifesta,quia (vt Simpl.inquit) non tantum hæc scientia in loco digno mereretur apponi,imo & aliæ multæ,vt.s.Meta. dixit itaque in primis.i.in vno locorum primorum . Et cum hoc sit ita, patet secundum expositiones græcorum,quod Aristo.non anteponit hanc scientiam aliis propter firmum genus demonstrādi. & nobilitatem subiecti,vt Auer.& latini consentiunt, sed propter constantiam subiecti,& eius nobilitatem,& tunc qōnes modernorum secundum hos sunt ad nihil.& ideo consueui dicere in expositione mei libri Posteriorū,multas esse motas qōnes ex litera,quæ si intelligantur, ruunt. Quid enim dubitant moderni an demonstrationes mathematicæ sint certiores,an nō,his quæ fiunt hic,& alia multa.Arist. enim non anteponat scientiam hāc aliis nisi propter constantiam subiecti & illius nobilitatem præ aliis.

Cap.8. — *3.responsio.* — *4.responsio.*

Cōm.primum.

POST hoc ad commentum transeo,in quo expositionem secūdam audies in fine commenti ⟨intendit per subtilitatē.⟩ Istud itaque est primum commētū in quo quatuor facit.Primo exponit quædam noīa quæ ponuntur in litera , secunda ibi ⟨Artes.n.⟩ accipit propōnes vt Arist. facit in litera. tertia ibi ⟨Et incepit sermocinari⟩ apponit textus intentionem. quarta ibi. ⟨Et sermo eius⟩ componit syllogismum.De prima , quia in arabica translatione dicit,differunt ⟨aut in subtilitate⟩ exponit quid intendit per subtilitatem,& inquit, & intendit per subtilitatem confirmationem demonstrationis. & per hoc patet differentia expositionis. Auer. ab illa Græcorum,& debes scire ꝙ subtilitas potest dici confirmatio demōstrationis metaphorice , qm̄ proprie subtilitas dicitur de accidente gladii,vt.d.Auer.primo Cœ. & de accidente vocis vt dicemus.2.huius.Sicut ergo subtilitas gladii dicitur eo,quia scindit dura,ita confirmatio demōstrationis quia scindit dubium dici potest subtilitas . Deinde quia Arist.in litera arabica ait ⟨aut quia sunt scitæ per res nobiliores & digniores.⟩ exponit quid intendit per res nobiliores.s.qua nobilitate . & inquit, & intendit per hoc quod dicit . Aut quia sunt cognitæ per res nobiliores nobilitate subiecti . Debes scire quòd nobilitas est virtus quæ homini conuenit ex genere suo,vt Aristot. ait primo Ethic.& in de bona fortuna . & quia subiectū dicitur genus scientiæ , vt dicitur Poster.primo,ideo potest merito scientia dici nobilis à subiecto,quare bene exponit Auer.

Commen.20. — *Commen.86.*

Artes ⟩ hæc est secunda pars principalis, in qua declarat propositiones syllogismi in litera positi. & primo maiorem , erat enim maior hæc , omnis notitia existens nobilior altera est certioris demonstrationis , & nobilioris subiecti.hanc probat per propositionem confessam omnibus.d.Artes enim non differunt . vult dicere secundū nobilitatem & ignobilitatem adinuicem, nisi altero triū modorum.s.aut confirmatione demonstrationis , id est certitudine demonstrationis,aut nobilitate subiecti, aut vtroque . vult dicere , quòd vna scientia sit altera nobilior,est vel quia eius subiectum est nobilius,vel quia eius demonstratio est certior,& hoc probat exemplo.d.V.g.quoniam geometria.i.scientia de quantitate cōtinua excellit astrologiam per confirmationem demonstrationis, astrologia excedit illam per nobilitatem subiecti , quoniam eius subiectum est corpus cœleste. ⟨Et manifestū.⟩ Nūc probat minorem pro confessionem cōmunē,& inquit,& manifestum est considerantibus ꝙ subiectum huius scientiæ est nobilius aliis,& similiter manifestū est, ꝙ demonstratio eius est magis firma. Deinde applicat scientiā verbis,& patet . Et incepit. ⟩ hæc est tertia pars,vbi apponit intentionem textus,& debes scire , vt Arist.ait in rhetoricis , ꝙ prooemium debet continere in se dignitatem, & vtilitatem,difficultatem,& modum procedendi, qm̄ auditor debet reddi beneuolus, quod per dignitatem & vtilitatem fit,attentus , quod per difficultatem redditur,docilis, quod per modum procedendi habetur , vult itaque Auer.ꝙ Arist.hic reddat auditorem beneuolum declarando dignitatem . dicit ergo & incipit sermocinari ita inducendo homines ad amorem scientiæ . reliquum patet. Et sermo eius. ⟩ hæc est vltima pars commenti vbi tria facit. Primo narrat ī qua specie syllogismi est pn̄s syllogismus, & inquit , & sermo eius est in forma syllogismi categorici.Debes scire(vt in prioribus exposui) syl'm hypotheticum fieri in hypotheticis propositionibus,& quatuor modis fit, aut arguendo à positione antecedentis ad positionem consequentis, aut à destructione antecedentis ad destructionem consequentis, aut à positione consequentis ad positionem antecedentis, aut à destructione cōsequentis ad destructionem antecedentis Duo modi sunt vtiles, scilicet à positione antecedentis ad positionē consequentis,& secundus.s.à destructione consequentis ad destructionem antecedentis . categoricus syl's est , qui ex propositionibus constitutus est categoricis , vt dyon nauta, omnis nauta nauigat , ergo dyon nauigat. Inquit ergo & sermo eius est in forma,id est specie syllogismi categorici. ⟨Et.q.d. ⟩ hoc in loco explicat syl'm,& accepit maiorem, & inquit . Et.q.d.quia nos opinamur ꝙ cognitio est de rebus honorabilibus & delectabilibus,& ꝙ scientiæ superant se adinuicem,aut propter confirmationem demonstrationis , aut nobilitate subiecti, aut propter vtrunque, hæc est maioris vis. deinde tāgit vim minoris.d.Sicut intendimus in scīa de anima.s.quia superat in his duobus alias scientias,hæc est minor . & tunc remouens dubium ait,præter scientiam diuinam . posset.n.quis dicere , quas scientias superat & quot?& ideo dixit, omnes excepta diuina. deinde ponit conclusionem,& sermo eius est manifestus per se. Ex his patet differentia inter expositionem Auer.& expositorum græcorum hoc in loco . Auer.enim vult duo esse quibus vna scientia potest alias excellere.s. demonstrationem,& subiectum. Vna enim scientia excellit alteram per demonstrationē , quoniam sua demonstratio est firmior.& tunc per subiectū,quando subiectum est nobilius subiecto alterius . & ideo ait Auer. ꝙ penes hæc duo hæc scientia debet anteponi,quoniā est aliis præponenda quantum ad subiecti nobilitatem,& demonstrationis constantiam. Græci autem hoc in loco volunt vnam scientiam excellere alteram secūdum nobilitatem tantum propter subiectum,& quia subiectum duobus modis potest se habere.s.vt constans est , & vt honorabile & mirabile

Differentia inter Auer. & Græcos.

mirabile.i.vt nobile,ideo in his duobus scĩa animæ excel-
lit alias.s.propter nobilitatem subiecti, & eius cõstãtiam,
ꝙ enim subiectum animæ sit aliis constantius, ex duobus
põt dignosci,primo quia nihil certius quàm esse aĩæ, quin
que enim sensibus experimur aĩam esse,quoniam quinque
sensuum operationes sentimus, & per ꝯñs quinque sensi-
bus esse animæ experimur in nobis,alia subiecta,nõ quin-
que sensibus experiuntur,vt patet.Secundo(vt Them̃.ait)
qm̃ aliæ scĩæ ab hac scĩa suam cõstantiam & certitudinem
reportant.Aliȩ.n.scĩȩ intantum certitudinẽ accipiunt, in-
quantum cõclusionem ex propositionibus ostendunt, in-
tantum cõcl'oné ex propositionibus ostendunt,inquãtum
principia fiunt nota intell's agentis lumine, lumen intell's
agentis in hac scĩa inuestigatur, ergo oẽs scĩæ recipiunt
suam certitudinem à subiecto huius scĩæ quod est agens
intellectus. Quod aũt sit nobilius Them̃. probat, inqui-
ens,ꝙ cæteris rebus quibus formatur mundus, ingenium
animæ fere antistat.est ergo scientia aĩæ in duobus ante-
ponenda.s.propter constantiam subiecti, & eius nobilita-
tem. ergo totam bonitatem & honorabilitatẽ huius scĩæ
ad subiectum referunt expositores græci. Vt autem vi-
deatur vtra istarum sit melior, arguitur pro expõne Sim-
plicii & Them̃. primo scĩa in relatione ad certitudinẽ de-
monstrationis dicitur certa & vera,in relatione ad subie-
ctum dicitur nobilis,quia (vt dicebam) nobilitas rei sumi
tur ex genere,& subiectum in scĩa genus est scientiȩ.ergo
si Arist. per certitudinem intelligeret certitudinẽ demon
strationis, hæc scĩa non tantum rõne subiecti esset de nu-
mero bonorum & honorabilium, imo de numero certissi
morum,& verorum,ergo sicut Arist. cõcludit in fine hãc
esse ponendam in primo loco propter nobilitatem, pro-
posuisset in principio esse de numero bonorũ & certissi-
morum, ergo diminutus. Præterea. Demonstrationes
vnius generis subiecti eandem hñt firmitatem, vt patet se
cundo Meta.sed demonstrationes animasticæ & Philoso-
phicæ sunt vnius generis, ergo non est præponenda hæc

Commen.6.

propter hoc.Præterea.Medium est in virtute tota demon
stratio, vt Arist.docet.2.Poster.sed medium in demonstra
tione est subiecti essentia,quæ secundũ rem est ipsum. er-
go tota bonitas scĩæ ex subiecto redundat. Præterea. Pe-
nes illud debet sumi dignitas scĩæ à quo sumitur differen-
tia essentialis, sed differentia essentialis sumitur ab obie-
cto,vt patet.6.Meta.vbi diuidũt scientiæ per obiecta. Pro
expositione Auer.arguo primo, oĩs effectus plures habẽs
cãs potest nobilitari à qualibet illarum,hoc patet,qm̃ esse
effectus est à cã,vt dicit Auctor de causis. Sed scĩæ causæ
sunt subiectum & demonstratio, ergo tam penes subie-
ctum,quàm penes demonstrationem potest scĩa dici nobi
lior altera,ergo si Arist. præponit hãc aliis in vtroque de-
buit præponere. Præterea.Penes operationem res dici-

Commen 3.

tur melior altera pfectiorq; 2.cœli & 4.Meteor. sed ope-
ratio scĩæ est demonstrare, sicut citharædi posse cithariza

Cap. 5.

re,ergo penes demr̃oné vna scĩa põt anteponi alteri.Prȩ-
terea.Scĩa intantum est honorabilis, inquantum perficit
intell'm 1.Meta.& 1.Ethic. sed intantum perficit intell'm
inquãtum eum quietat,& non quietat illum nisi demr̃one
3.Meta.in principio,ergo per demr̃onem redditur perfe-
cta,& per ꝯñs contra eos. Hanc expõnem teneo propter
famositatem. Ad primam in oppositum,dictũ est,ꝙ Arist.
dixit notitiam & hoc sufficit.hoc.n.verbum præsefert cer
titudinem,& ideo non apponit certissimorum.Dicitur.n.
scĩa notitia illa bona,primo modo à certitudine,secundo
modo ab obiecto. Ad secundam licet sint vnius generis
subiecti,differunt specie subiecti, & ideo possunt variari
penes certius & incertius. Ad tertiam dicendum ꝙ cer-
titudo demonstrationis & constantia subiecti in virtute
idem sunt,sicut deus,& leo,differunt aũt formaliter, sicut
deus & leo, ideo põt esse duobus modis. Præterea. Ad
quartam dicendum ꝙ sumitur ab obiecto principalius, à
modo vero demõstrandi minus principaliter,ideo &c. est
ergo expõ Auer.verior.Tũ primo quia plus cõsona est li-
teræ. Tum quia pluribus rõnibus &c. Ex expõne itaque

Auer.colligitur hæc exceptiua.scĩa de aĩa est omnibus no
bilior & certior secundũ vtrunque, excepta Meta.quæ in
vtroque excedit scĩam animæ,ideo quæritur, vtrũ hæc ex-
ceptiua sit vera,& primo arguit,ꝙ demonstrationes huius
artis non sint certiores demonstrationibus Mathe. qm̃ 2.

Quæstio 1. Vtrum scĩa de anima sit omnibus aliis nobilior excepta Meta.

Meta.demonstrationes Mathem. sunt in primo gradu cer
titudinis,& naturales sequũtur eas, sed demr̃ones anima-
sticæ sunt naturales,ergo sequuntur Mathema.in certitu-
dine,ergo non excedunt oẽs penes certitudinem demon-
strationis excepta diuina. Præterea videtur,ꝙ hæc scien-
tia etiã Meta.excedat,qm̃ demonstrationes huius ex sensi
bus procedunt.Meta.vero ex intelligibilibus,ergo añs pa
tet primo Meta. In oppositum est Auer. In ista qõne est

Commen.16.
1 opinio.

opinio Latinorum,qui exposuerunt aĩæ librum.s.ꝙ scien-
tia animæ est certior certitudine demonstrationis,quo ad
nos, licet certitudine demonstrationis simpl'r Mathema.
sunt certiores. In quo gradu adhuc est ordo,qm̃ in latitu
dine demr̃onũ simpl'r, in primo gradu sunt demonstratio-
nes diuinæ,in secũdo sunt Mathe.vult itaque hæc opinio,
ꝙ certitudinȩ quo ad nos animasticæ demr̃ones sunt cer-
tiores,certitudine simpl'r demr̃ones diuinȩ.& post Mathe
maticæ.Et per hoc patet solutio dubii. Sed hæc opinio

Confutatio.

est erronea primo,qm̃ quod est simpl'r tale,est absolute ta
le,& magis eo quod est tale cõparatione ad nos, sed per
te demonstrationes libri Mathematicorum sunt absolute
tales, ergo &c. ad hoc simpl'r Mathema. est præferenda.
Præterea.Contradicit dicto Auer.qm̃ cũ dicit, ꝙ demon-
strationes animasticæ excedunt oẽs præter diuinã,quero,
vel intelligit quo ad nos,vel quo ad naturã.si quo ad nos,
tunc exceptiua falsa est,cum excedat etiam diuinã, si sim-
pliciter, tunc falsa est,cum Mathematicã non excedat vt
dicit.Præterea. Tunc hæ demonstrationes non excederẽt
demr̃ones libri Cœli,& libri Physi.& aliorũ,qm̃ huiusmo
di procedunt per operationes,illæ aũt per obiecta opera-
tionum, sed obiectũ est prius quo ad nos operationibus,
vt dicam in secundo huius,quare illæ sunt priores. Præte-
rea. Demõstrationes hmõi in 2.processu sunt simpl'r.s.per
medium notum nobis & natura,vt Auer.testatur 8.Physi.
& alibi,sed excessus debet sumi penes maximum, vt dicit
Arist. & Auer.1.Cœli.quare nec hæ nec illæ erunt certio
res.Præterea.Quod demonstratio Meta. non sit in primo
gradu illius latitudinis arguitur, qm̃ medium Mathe. de-

Cõ.50 & 53.
Cõmen.116.
Commen 35.

monstrationis est notum nobis, & naturæ, & hæc demr̃o
simpl'r,medium Meta.est notum naturæ tm̃,& prima dici-
tur demr̃o simpl'r,secunda propter quid 2.Cœli, ergo de-

2 opinio.

monstratio Mathe.sola est simpl'r,& per consequẽs in pri
mo gradu,& præferenda. Post hoc est secunda opinio Pa
tauorum,pro qua ipsi proponunt distinctioné.s.ꝙ notius

Commen.3.
Commen 4.

natura est dupl'r,vel quia cã,vel quia nobilius. primus mo
dus habetur 1.Physi.& secũdus modus accipitur 2. Meta.
Et hac distinctione concluditur demonstrationem proce
dere, per effectum tanquam per medium,& esse per nota
natura,dummodo effectus sit nobilior medio alterius de-
monstrationis.etiam si sit cã.V.g.hȩc demõstratio Mathe.
Isocheles est triangulus,omnis triangulus habet tres, er-
go Isocheles habet tres,est per cãm,hæc vero per effectũ,
anima est immortalis,omne immortale ex immortali, er-
go anima ex immortali.demonstratio secunda est per no-
tiora natura, quantũcunque sit per effectum,qm̃ medium
est nobilius medio primæ,vt patet. Tũc dicit hæc opinio
ꝙ loquendo de certitudine demonstrationis quo ad natu
ram secundo modo,in primo loco sunt diuinæ, qm̃ media
illarũ siue effectus siue causæ, sunt simpl'r nobiliora aliis,
secũdæ sunt naturales animasticæ, qm̃ siue media sunt cau
sæ siue effectus, semper media harum demonstrationum
sunt nobiliora mediis mathematicis, tertiæ sunt demon-
strationes Mathe,qm̃ per media vilia procedunt, quo aũt
ad nos est econtra,quoniam media Mathem. sunt viliora,
post hæc media naturalia,post hæc Meta. Ex his sequitur
veritas propositionis Auer.ꝙ omnes excedat cõfirmatio-
ne demr̃onis simpl'r quo ad naturam præter diuinam,cum
medium illius sit nobilius simpl'r.Et ad dubium, patet qm̃
ibi

Confutatio. ibi loquitur de certitudine alio modo quàm hic. Contra hanc opinionem arguo, qm̄ demonstrationes istæ non excederent demonstrationes libri cœli, & octaui Physi. qm̄ media demonstrationum huius libri sunt operationes corruptibiles, media demonstrationum illarũ sunt operationes æternæ. Præterea. Media demonstrationum animasticarum sunt qualitates, quia operationes, media autẽ demonstrationum mathematicarũ sunt quantitates, sed quãtitas est nobilior qualitate, cum sit propinquior substantiæ, vt patet. Præterea. Demonstrationes diuinæ diuidun tur in duas partes, vna vbi proceditur per media communia, altera per operationes, prima maneries erit imperfectissima, cum minus cõe sit perfectius vniuersali 3. Meta. secunda erit imperfectior demonstrationibus Mathema. quarum media sunt quantitates. Post hoc diuus Alber. in hoc lib. de anima ait, & est certissimarum demonstrationum, qm̄ licet quo ad nos sit occulta hñs principia: tamen nihil manifestius in natura quàm fons & origo omnis cognitionis, quod est lumen intelligibile in nobis. Ad idẽ.n. lumen certificatur quicquid certe scitur, & tunc sciri indicatur quãdo illi cõueniens inuenitur. Vult itaque Alber. demonstrationes animasticas ideo dici certissimas, quia ꝑ eas declarabitur lumen intellectus agentis qui est examẽ omnium verorum. & forte hoc voluit Them. dicere in verbis dictis. Sed dubitatur circa hoc multipliciter, primo, quoniam minima pars scientiæ animæ est de demõstrationibus circa illud lumen, ergo licet demonstrationes animasticę quantũ ad illam partem essent hoc modo certissimæ, non tamen omnes, nec tota propter hoc debet dici certissima, quoniam denominatio debet fieri à superabundanti, vt dixit Anaxagoras 1. Phy. Secundo certitudo demonstrationis non prouenit ex certitudine conclusionis, vel subiecti conclusionis, sed medii, vt dicitur 2. Poster. ergo demonstrationes hmõi non deberent dici certiores, quia sint de subiecto conclusionis certo. Præterea 3. non vr̄ consonum, ꝙ ideo demr̄o sit certior, quia est circa id, quod est examen aliorũ, quod.n. aliquid sit examen aliorũ non propter hoc demonstratio eius est certior. Præterea. & 4. tunc hic scientia non tm̄ excederet alias, imo Meta. quoniã demonstrationes Meta. non sunt circa aliud quod sit examen aliorum, sicut est intellectus agens. Videtur itaque mihi esse dicendum ꝙ Alber. & Them. & alii vnius sint opinionis, volunt.n. hanc scientiam excedere alias nobilitate subiecti, & constantia demonstrationis, quæ sumitur ab illo subiecto vel eius parte: ergo totam nobilitatẽ referunt ad subiectum. Et tunc sustinendo hos, ad primã, & ad alias debes scire, ꝙ vna demr̄o põt dici certa dupl'r, intrinsece, & extrinsece, intrinsece quidem, quoniam medium est nobis certius & euidentius re monstrata. Extrinsece dupl'r, vel quia subiectum circa quod tendit est nobilissimum in natura, vel quia subiectum circa quod tendit est certificatiuum mediorum & principiorum aliarũ demonstrationum in aliis scientiis. Dicendum itaque quòd demonstrationes hmõi sunt incertiores aliis intrinsece, eo quia media sunt valde debilia, vt ex eis perueniamus ad compræhensionem intellectus agentis, extrinsece aũt sunt certiores, tum quia sunt circa obiectum nobilissimũ in natura, tum quia circa obiectum certificatiuũ omnium aliorum. Demonstrationes Met. sunt extrinsece simpliciter certiores omnibus. tũ quia circa obiecta ĩ natura optima, quæ sunt Deus & substantiæ separatæ, tum quia maxime certificatiua aliorum, quoniam intell's agẽs nõ certificat nisi in virtute primæ intelligentiæ, vt dicit Alber. 11. suæ Meta. primæ ergo demonstrationes extrinseca certitudine certę sunt, Meta. Post has animasticę & vltimę oẽs aliæ. Ad primã dicendũ, ꝙ licet illa pars sit minima quãtitate, est tñ maxima excellentia, & ideo consentaneũ est denominationẽ fieri ab ea. Ad scd'm dicẽdũ, ad añs ꝙ nõ est verum certitudine intrinseca, sed extrinseca põt. Ad tertium eodem modo, facit.n. ad certitudinem demonstrationis extrinsecam, vt dictũ est. Ad quartũ dicendum, ꝙ licet substantiæ abstractæ non causant in nobis immediate euidẽtiam omnium verorum, tñ in virtute earũ intell's agens causat oẽm veritatẽ, cum cã secunda in virtute dependet à prima, vt auctor. d. de causis. Post hos vr̄ mihi esse dicendum aliter. vbi debes scire, ꝙ notum nobis qñque capitur pro proximo sensibus nostris, & notũ natura pro remoto à sensu, siue sit cã, siue effectus, vt ait Arist. 1. Poster. s. ꝙ singularia sint notiora nobis, quia sunt proxima sensui, & vl'ia nota natura, quia sunt remota. Secundo debes scire ꝙ medium demr̄onis, est tribus modis, vel actu sensatum, vel potentia sensibile, vel nec actu, nec potẽtia sensibile. medium quidẽ demonstrationũ Mathe. non actu sentitur, sed potentia, cum sit extra nos, licet medium demonstrationum naturalium libri Physi. & cœli &c. potentia sentiuntur, medium nec actu nec potentia sensibile est demr̄onũ Meta. medium demõstrationum animasticarum semper actu sentitur, cũ semper sit in nobis coniunctum, semper.n. operatio sensitiua, vel vegetabilis, vel alicuius partis huius est in nobis coniuncta, vt patet, ideo semper actu sentitur medium demonstrationũ animasticarũ, hæc distinctio capitur ab Auer. 1. Cœli. vbi ait, qm̄ aũt qñ differentes sunt demr̄ones, quarũ altera testatur sensui. i. quare vna est per medium, actualiter sensatũ, alia vero nõ. aut quia non innata est sentiri. i. & si medium non actu sentiatur, hoc est: quia nec potẽtia nec actu poṫe est sentiri. Vel quia potentia poṫe est sentiri. His acceptis accipitur modus cõueniens, & dico ꝙ in primo gradu certitudinis quo ad nos isto modo sunt demr̄ones animasticæ, eo quia media earum semper actu sunt nobis præsentia, & non oportet nos laborare in inuentione mediorum illarum, vt patet, post has sunt naturales & Mathe. quoniam media non actu sunt nobis præsentia, sed potentia, vltimo sunt diuinæ. Sed dices hoc non tollit difficultatem, quoniã inquit, ꝙ demr̄o huius sc̄iæ excedit oẽs, præter diuinam. Dicendum ꝙ loquitur quãtum ad subiectum, est.n. sensus ꝙ hæc sc̄ia excedit oẽs in vtroque præter diuinã, quã nõ excedit in vtroque, sed in vno. s. confirmatione demonstrationis.

Verum si velimus dictũ Auer. intelligere ꝙ diuina demonstratio excedat oẽs, & post sit animastica demr̄o, dicã vltimo, ꝙ (vt. d. Auer. 3. Meta.) sc̄ia naturalis considerat duas cãs vltimas. s. materiam primam & agens primum, & Meta. duas alias vltimas. s. formam primã & finem primũ, Mathematica tantum formã, prout abstrahitur à materia, quæ esse habet diminutũ. vt. d. Auer. 3. cœli, ergo demr̄ones animasticæ cum sint per cãm agentem & materialem reales sunt potiores mathematicis, demr̄ones diuinæ sunt potiores, cũ sint per cãs nobiliores. Et si dicas ꝙ demr̄ones animacticæ sunt per effectum. Dicẽdum, ꝙ Auer. cõparat eas secundum optimũ. i. in 2. processu, & sic pñt cõcordari dicta huius hominis. penultimus modus melior est, vt constat. Post hoc dubitatur & iterũ circa hoc, vtrũ hæc sc̄ia excedit omnes alias nobilitate subiecti, excepta diuina, & videtur ꝙ non, quoniam sc̄ia de cœlo est de cœlo prout est animal, vt nobis declarat Auer. In penul. cap. sed animal est nobilius anima, cum totum sit nobilius parte, vt patet. Præterea. Scientia est de primo motore, qui est præstabilior aĩa. similiter sc̄ia astronomiæ, vt prius. Præterea. Subiectum Meta. est ens, sed anima est nobilior ente, cum inferius sit nobilior superiori 3. Meta. In oppositum est Arist. d. vt Auer. ait, ꝙ hæc sc̄ia excedit omnes alias in duobus. s. firmitate demonstrationis, & nobilitate subiecti præter diuinam, quam excedit non nisi in vno. s. infirmitate demõstrationis, vt dixi. Pro solutione q̃nis debes scire quòd excessus vnius rei ad alteram, simpliciter & absolute, debet sumi penes optima eorum. v. g. homo est præstabilior simpliciter leone, quoniam optimũ hominis est præstabilius optimo leonis, hæc regula ponitur ab Arist. formaliter 3. Topic. cap. 4. & colligitur. 3. huius. & 1. cœli. Et hoc sequitur, quòd quia multa sunt cõsiderata in scientia animæ, & in Meta. & aliis. excessus huius scientię debet sumi ab optimo. considerato hic, est autem istud (vt Themistius ait) ingenium. i. intellectus agens. hic.n. cæteris rebus quibus mũdus formatur fere antistat, optimum

Marginalia: Confutatio. — Commen. 11 — 3 opinio. — Tex. cõmẽ. 34. — Commen. 22. — Cõmen. 3. — Commen. 6. — 2. quæstio. Vtrum hæc scientia alias excedat nobilitate subiecti. — 8. physi. — Cõmen. 11. — Cõmen. 19. Commen. 11.

mum itaque est intus vt intelligens est optimum. ergo in Meta.est primus intus vt intelligẽs per suam substãtiam, & ideo Them̃.addit fere, q̃m excedit omnes alias præter diuinam,& ab hoc verbo Auer.accepit suam exceptiuã,vt recte exposui,& nõ à modo demonstrationis, vt rudes dicunt. Ad opposita in principio,ad primam dicendũ quod ibi tractatur de toto composito, hic de parte, modo pars est nobilior toto,vt Auer.vult 7.Meta.& 8.Meta. Ad secũdam dicendum, ꝙ primus motor apud quosdam nõ est subiectum libri.8.imo dñt ꝙ subiectum non debet assignari,nisi respectu vnius libri totalis, & nõ vnius partis scientiæ . quòd aũt primus motor non sit subiectum probatur, quoniam nulla scĩa probat suum subiectũ esse, vt.d.Auer. 1.Phy.& 12.Meta.& 2.huius,sed in.8.probatur primũ motorem esse : quare &c. Sed hoc nihil est,q̃m in omni ordine multorum oportet dari vnum primũ : sicut.10.Meta. probat Auer.& lib.de causa motuum animalium. Cũ igitur hic in.8.multa considerentur,ideo oportet dare vnum primum,& illud est subiectũ. Præterea. Minima pars scĩæ est vna sola conclusio, sed conclusionis assignatur vnum subiectum ergo vnius partis scientiæ debet assignari vnũ subiectum,quare &c. Dicendum itaque subiectum octauum esse primum motorem,vel saltem esse optimũ consideratum ibidem. Ad argumentum contra hoc dicendum, ꝙ si probatur esse, non probatur sub rõne qua subiectum, est.n.subiectum vt primus motor,& sic non probatur, sed vt abstractus à materia,& sic consideratur in Meta. vt patet. Tunc ad argumentum cõtra nos dicẽdum, ꝙ primus motor vt optimum consideratum non est melius optimo in hoc lib.vt optime considerato, vt patet . Consideratur enim hoc vt principium intelligendi & illustrandi intelligibilia,& hoc modo est melius octaui optimo. vt patet. Ad illud astrologiæ patet. Ad vltimum patet, q̃m primus intellectus vt intelligẽs per suam essentiam est optimum in Meta.& hoc est melius intellectu agẽte, vt Themistius innuit, & Alber. quare patet qualiter verificatur dictum Auer.hoc in loco.

Commen. 7. Commen. 7. Commen. vlti. Commen. 10. Commen. 27. Commen. 7. Conclusio.

COMMENTARIVM.

HÆC sunt nostra de aĩa cõmẽtaria, in quibus primo exponam Arist.verba secũdum eum sensum.qui nunc nobis occurrit . Secundo reuidebimus , quæ in collectaneis confecimus aut omnia, aut quædã (vt potero) perlibrando , in quibus siqua perperam dicta fuerint,ea annotabimus,siqua obscure, illa dilucidabimus.In ponendo vero sensu nostrũ , aliorum interpretationes non omittemus,si.n.illas refutabimus, nostra interpretatio dilucidior erit.Si aũt bonæ videbuntur,modo (quo fieri potest) dilucidiori tradentur.Arist. ergo de anima volẽs differere.Primo præmittit Rhetoricũ procœmium. Deinde prosequitur.ibi {Intendentes aũt de anima} In præmittẽdo procœmiũ, primo captat audientium, vel legentium beneuolentiam,asserens scientiæ de anima dignitatem, & innuit hanc conclusionem,historia de anima est in primis ponenda . vbi patet textum esse comparatiuum, quia intendens beneuolentiam captare , scĩam de aĩa aliis comparat,quod & græci,& arabes, & latini interpretes asserunt. Sed quibus scientiæ partibus hanc scientiam compararit.Arist.non explicauit,nec ex his , quæ dicit facile patet. Them̃. & Auer. (quos in collectaneis sequebamur)scientiam de anima cæteris omnibus Arist.cõparasse autumant, Auer.quidem asserens hãc scĩam omnibus aliis esse præferẽdam,& dem̃onis efficacia, & rerum subiectarum præstantia,diuina philosophia excepta , quæ animæ historiam excellit saltem rerum subiectarum excellentia.Them̃.autem dicens hanc cęteras excellere,sed rerum subiectarum constantia,& earum præstabilitate,præterquã diuinã,quæ historiam de aĩa antecellit, & nobilitate,& constantia rerum subiectarum, res.n.scientiæ diuinæ substantiæ,quales sunt intellectuales substãtiæ suapte natura certiores sunt ipsa anima,& animæ intellectu,qui est eius pars,& nobiliores, ergo hæc scĩa cæteris præponẽda est præterquã diuinæ, has expõnes in collectaneis tetigimus,verum de his postea. Nunc vero vr̃ nobis , scĩam de aĩa non cæteris omnibus comparasse,si quidem vera cõparatio non nisi ad ea,quæ eiusdem generis sunt , fieri solet.Sed his philosophiæ naturalis partibus , quæ de rebus naturalibus sunt,sic.n.si textus intelligatur, omnis neotericorũ quæstio deletur,in qua & de certitudine,& de pręstantia quæritur, vt postea videbimus . Accedit,ꝙ ex hac comparatione cum cæteris naturalis philosophiæ partibus deletur questio non parua,nã cũ sit vltima pars philosophiæ naturalis,posset quis eã credere esse abiectã , ideo quasi respõdens,vult ꝙ licet hæc pars sit octa. & vlt. tñ in dignitate est omnibus philosophiæ naturalis partibus præferenda. Quod vero scientia de aĩa sit cæteris naturalis philosophiæ partibus præferenda : probat, pro cuius probatione duo assumit. Primum quidem ꝙ oĩs scĩa & bona sit,& honorabilis,quod quidẽ nõ ꝓbat , sed ex lib.Topic. verũ esse intelligit.Et hoc inquit, {bonorum & honorabilium notitiã opinantes}.i.cũ nos arbitremur scĩam , quãuis esse de numero bonorũ,& honorabilium , hæc est prima assumptio,& debet textus legi suspensiue.vsq; ibi{propter vtraque hæc.}Secunda vero assumptio est , ꝙ altera scĩa sit altera magis.s.bona : & magis honorabilis,aut certitudine,aut præstantia rerum consideratarũ,siue vtroque modo(vt Auer.suppleuit)nec assumptionẽ hãc aliter probauit Arist.sed eã ex Poster.lib.verã esse intelligit.Et hoc inquit,magis aũt.s.honorabilẽ & bonã alterã , altera sup. opinãtes,aut ſm certitudinem , aut ex eo ꝙ scĩa de aĩa est & meliorũ.i.de melioribus rebus , & mirabiliorũ.i.de mirabilioribus,& hic finitur suspensio . Ex his vult scĩam de aĩa esse cæteris philosophiæ naturalis partibus præferendam,quæ erat cõclusio , & inquit propter vtraque hæc historiam de aĩa rationabiliter vtiq; in primis ac dignioribus locis ponemus . Sed ad quid prima assumptio posita sit,non facile patet, Videtur.n.solam secũdam assumptionem sufficere , si.n.hęc scĩa cæteris antistat,constantia videlicet & rerum præstantia,erit in primis collocanda. Et dicendum primam assumptionẽ positã esse cõtra proteruũ,qui dicere posset inter cæteras naturalis philosophiæ partes solam scĩam de aĩa esse bonã,& honorabilẽ,quatenus cæteræ nec bonæ sunt nec honorabiles , & sic scĩa de aĩa cęteris philosophię naturalis partibus nec in boni rõne,nec in honorabilis qualitate cõparabilis erit, nã cõparabilia ei cõuenire debent,in quo cõparantur.Vt ergo innueret oẽs naturalis philosophiæ partes in bonitate atq; honorabilitate cõparabiles esse,sumpsit oẽm scĩam esse & bonam & honorabilem.Præstantiorem vero hanc cęteris & certitudine,& rerum cõsideratarũ præstantia. Quo vero ad verba attinet, verbũ notitiã appellat græce, εἴδησιν idesin,quod verius sonat scientiam.nec ab rõne,quia licet oĩa notitia bona sit,non tñ omnis notitia honorabilis est. Preterea.Verbum aũt,ibi {Magis autem, } græce est δὲ, de,quod licet aduersatiue accipiatur, aliquando copulatiue pro,&,accipitur, vt hic (vt diximus) Arist. ad probãdũ scĩam de aĩa esse præstabiliorẽ cæteris philosophiæ naturalis partibus assumpsit duo simul,vt visum est, quã interpretationẽ Bysantius etiam obseruauit. Historiam multifariam in collectaneis exposuimus , nunc scĩam intelligimus,cum.n.accepisset scĩam oẽm esse bonã & honorabilem,si conclusio debet sumptionibus cõsonare, per historiam scĩam intelligere debemus , nec ab rõne vel hæc expositio,siquidẽ Arist.scĩam de anima nunc scĩam,nunc notitiam,nunc historiam appellauerit.scĩam quidẽ, quia per dem̃ones relinquitur.Historiam vero,quod de aĩa sit vera narratio,& nõ anilis fabula, quàm de aĩa prisci fabulati sunt.Notitiam denique (vt sequenti textu) ꝙ non dem̃onibus propter quid sit tradita,vt dicemus. Præterea. Verbum certitudinem, græce appellat,ἀκρίβειαν,acribian, latine certitudinem,diligentia,efficaciã , atq; constantiam. Verum expositores arabes acribian ad dem̃ones huius scientiæ retulerunt, vt Auer. hic . Græci ad subiecti constantiam.nos vero ad quid referendum sit,nõ facile intelleximus,q̃m postea videbitur.nũc vero satis sit , per acribian,efficaciam esse intelligendũ, vbi ad dem̃ones verbũ

Conclusio. Positio Them̃. & Auer. Qualis te. Dubius. Quæ Auer.

Probatio, & qualis. Prima assumptio. 2.assumptio. Dubitatio de prima assũptione. Solutio. Verborum cõsideratio. Quot nominis scientia de aĩa dicatur.

illud referatur. Sin aût referatur ad res subiectas, per acribiã certitudinem, vel constantiam intelligerem. Insuper verbum propter vtraq; hæc, dupliciter exponi potest, aut vt Them. & Auer. ob hæc vtraque. s. certitudinẽ, & rerum subiectarum nobilitatem, aut ob hæc vtraque. s. assumpta, vtpote quia scia est res honorabilis & bona, & quia altera scia alteram excellit, aut certitudine aut rerum subiectarum præstantia, & vtroque modo bene exponitur: hactenus de sensu, qui nobis vr̃, nunc ad collectanea veniamus. Vbi primo considerandum est id, quod de syllogismo textus diximus, dicebamus. n. syl l̃m esse in secunda figura ex duabus affirmatiuis, quod per accidens esse pôt, cum altera propositio est conuertibilis in terminis. Hoc autem dicebamus propter, ea, q a de ambabus assumptionibus vnam tm̃ assumptionẽ faciebamus, quæ erat maior. Quæ expositio licet stare possit, clarius tñ textus legitur, si in eo duæ assumptiones intelligantur, loco antecedentis, & inferatur conclusio modo, quo fecimus. Secundo considerandum est, quia quod Them̃. ait, pôt videri dubiũ, dicit. n. sciam hîc reponere suam certitudinem, & nobilitatem à subiectis rebus. modo hoc falsum vr̃, certitudo. n. quæ reponitur à subiecto, idẽ est ꝙ nobilitas. 2. lib. Meta. vbi dicitur sicut res se habet ad esse, ita se habet ad cognitionem. gradus. n. nobilitatis certitudo est quo ad naturã. ergo si hæc ad subiectas res referantur, nõ erũt duo. Propter hæc Auer. certitudinem retulit ad demonstrationes, nobilitatẽ ad subiectas res. Verum de his in collectaneis. Nobis aût pro Them̃. satis sit dicere, ꝙ licet certitudo naturalis, & gradus nobilitatis idem sit, tñ alio respectu res dicitur certa certitudine naturali, & alio dicitur nobilis. Certa quidẽ respectu intel l̃s qui ipsam cognoscit, vel posset cognoscere, si esset, nobilis vero secundũ eius operationem, q̃ potest, primo de coelo. nõ ergo ab rõne Them̃. illa duo esse asserit. Circa textum occurrit illa græcorũ dubitatio, cur in scia demonstratiua proposuit Rhetoricum procœmium. Est. n. duplex procœmium alterum philosophorum, alterũ oratorũ. In philosophorũ procœmio solent aliquãdo octo, aliqñ decẽ, aliqñ vnum, aliqñ plura pro necessitate libri præmitti. In procœmio oratorũ, vt Arist. inquit. 3. Rhetoricæ ad Theudectẽ, cum est perfectum, sufficiunt tria, vt captetur auditorũ beneuolentia, attẽtio & docilitas. non ergo bene factũ vr̃ in lib. Philosophiæ naturalis vt Rhetoricum procœmium præmittatur. Mihi vr̃ ideo esse præmissum, quia vsque ad tẽpora Plat. nõ erat liberum loqui de diuinis, vt notauit Plutarchus. quare per accidens procœmium Rhetoricũ præmittit, vt captet beneuolentiam, & attentionem, ita vt sit ei concessum loqui de aïa. Tu vero si melius habes, melius dicas. non. n. ignoro aliquos dixisse Arist. huic lib. præmisisse Rhetor. procœmium ob excellentiam libri huius, quod friuolum est, nã ex hoc non habetur, nisi ꝙ huic lib. propter eius dignitatem, debuit procœmium præmitti. Cur vero Rhetoricum præmittatur, ex dignitate huius libri non videtur haberi. Rhetoricum. n. procœmium, cũ præmittit aut in genere deliberatiuo aut in genere iudiciali, aut in genere demr̃atiuo præmittitur. Propterea vt dictum est, oportet dicere, cum. n. de rebus diuinis non licebat loqui ante Plat. tẽpora, præmittit ꝓœmium Rhetor. in genere deliberatiuo ꝑ accidens, vt gentes permittant de his posse loqui, de q̃bus non erat liberũ loqui. Vel ꝑmittit ꝓœmiũ Rhetor. in genere demr̃atiuo de laudibus vel vituperio rerũ dicendarum, & hoc cõsueuit ꝑmittit in scientijs demr̃atiuis, quoties laudare intendimus illas. Hac ratione hic, & in Meta. Rhetoricũ ꝓœmiũ præmisit, vel per accñs in genere deliberatiuo, vt à gentibus de his dicere permittatur. Aut in genere demr̃atiuo de dicendarũ rerũ laude. In his collectaneis, quæ pro expõne primi Auer. cõm. collegimus, disputabamus, an certitudo, & nobilitas quibus hæc scia cęteris præponitur excepta diuina, referendæ sint ad subm̃ tm̃, vt retulerunt græci, aut certitudo referenda sit ad demõstrationes, & nobilitas ad subm̃, vt Auer. autumat, vbi contra græcorũ expõnẽ pro parte Auer. supponebamus alteram sciam alteri posse præferri dupl r̃ & efficacia demonstrationis, & præstantia subiecti, quod probabamus primo, quia quælibet scia effectus est proficiscens à subiecto, & à demr̃one. ergo ab vtroque pôt dignificari. s. à subiecto, & à demr̃one. secũdo quia sciæ operatio est demõstrare, vt citharedi citharizare, ergo vna scia dici pôt altera nobilior inquãtum demr̃at efficacius tertius scia intm̃ excellit alterã inquãtũ magis altera quietat intel l̃m, modo quietare intel l̃m non pôt nisi efficacia rõnum. Ex his patet oẽm sciam nobilitari posse ab efficacia demonstrationum, quibus vtitur. Ex hac suppõne argumentabatur. Arist. preponit sciam de aïa omnibus aliis diuina excepta, & oïs scia pôt excedere alterã demr̃ationum efficacia, ergo debuit Aris. intelligere, dum præponit sciam de anima omnibus aliis. propter hæc in collectaneis græcorum expositionẽ derelinquebã, defendens illam Auer. Ego vero nunc dico nec Auer. expositionẽ, nec expõnẽ græcorum conuenire, quia Arist. hanc sciam non omnibus excepta diuina cõparauit, sed solum his naturalis philosophiæ partibus, quę cũ ipsa eiusdẽ generis sunt. hoc stãte, dico Arist. sciam hanc de aïa cæteris philosophiæ naturalis partibus præposuisse solum præstantia subiecti. non aût efficacia demonstrationũ, cã vero est, quia oẽs naturalis philosophiæ partes in demonstrando vtuntur eadẽ efficacia, cũ solum vtantur demr̃one quia, raro propter quid, & sic in efficacia demonstrandi sunt æquales, quare si hæc pars cæteras naturalis philosophiæ partes excellet, nõ in efficacia, sed in rõne subiecti excellet, vtpote, quia est de certiori, & nobiliori subiecto. Si quis tñ expõne Them̃. afficeretur, posset ad rõnes quæ factæ sunt pro parte Auer. facile r̃ndere concedendo suppõnem. s. ꝙ altera scia tribus modis excedere alterã pôt, aut demr̃onum efficacia, aut subiectarum rerũ præstantia, aut vtroq; modo, vt recte rõnes illę probant, tñ diceret sciam de anima excedere oẽs penes rõnẽ subiecti pręter diuinã, quatenus est de nobiliori & certiori subiecto q̃ cæteræ sint, diuina excepta, non aût cæteras excedit demr̃onũ efficacia, q a nõ excedit Mathematicas.

Sed dices si non excedit Mathema. nisi in rõne subarũ rerum, tunc nõ debuit eã simpl r̃ Aristo. cunctis præferre. nã vr̃ cõmittere Elenchiam s̃m quid & simpl r̃. si. n. excedit oẽs in aliquo præter diuinã, nõ sequitur simpl r̃, vt oẽs excedat præter diuinã. Defendi pôt expõ græcorũ, ꝙ nobilitas contracta à genere est simpl r̃, vt Aristo. inquit in lib. de animalibus. Contracta vera ab efficacia demr̃andi est secundum quid, cuius signũ assignauit Arist. quia desideramus longe magis de diuinis rebus parum scire, & topice, q̃ multũ de Mathema. & demr̃atiue. Qm̃ nos & acribiã. i. certitudinẽ, & nobilitatẽ retulimus ad subm̃, quæret quispiam q d ꝑ certitudinẽ subiecti libri de aïa intelligat Arist. nonnulli per certitudinẽ subiecti lib. de aïa intelligunt, qua aïam esse est certum, eo quia nihil certius est in entibus q̃ aïam esse, quatenus quinque sensibus depræhẽdi pôt, imo quinque sensibus, patet aïam esse Them̃. aût ꝑ certitudinem intelligit qua cæteræ sciæ fiunt certæ: vnde certitudo secundum hic intelligi pôt actiue: & sic deus maxime certus est, quatenus maxime aliorũ est certificatiuus. nihil. n. nobis notũ fieri pôt, nisi in virtute dei, & pôt intelligi passiue, & sic sensibilia sunt nobis certa, quia vi sensuum facile certificabilia. Ad propositum Them̃. vult subm̃ libri de aïa esse, tum nobile, tum certũ rõne intel l̃s agentis. qui est eius pars, nobile quidẽ quia oïbus rebus mundi antistat. Certum vero, quia oïum mũdi intelligibilium certificatiuum, & sic ꝑ acribiã certitudinẽ intelligit, qua subm̃ huius sciæ subiecta aliarũ certificat, nõ qua subiectum huius sciæ subiectis ceterarum est nobis certius. Sed de his postea, nũc vero satis sit, vt referatur certitudo ad res hic cõsideratas. Præterea. In collectaneis quærebamus, posito ꝙ certitudo referat̃ ad demr̃ones, vtrũ animasticæ demr̃ones sint certiores demr̃onibus cæterarum sciarũ exceptis demr̃onibus diuinæ sciæ. Prima pô in collectaneis recitata est quorundã iuniorum, qui in libris de aïa scripserunt. isti. n. dixerunt ꝙ certitudine quo ad nos animasticæ demr̃ones sunt primæ, & certiores, certitudinę simpl r̃ diuinæ primæ, Mathe. secundæ, vltimæ aïasticæ.

Quæ

Primum in collect.

Secundum collectaneorum. Tex. commẽ. 4.

Dubiũ pulchra de procœmio.

Solutio.

Dubitatio in collectaneis.

Replicatio.

Defensio.

Quid per acribia certitudinẽ.

Quæstio in collectaneis.

1. positio.

Refutatio. Primus error. Secundo cali t.35.

Quæ opinio licet sit bene in collectaneis refutata, adhuc continet errores. Primum quidem errorem, quia in nulla scīa fiunt demõstrationes simpľr secũdum Auer. nisi in Mathema. est.n.secundum ipsum triplex demonstratio, alia quidem signi siue quia: & hęc est ab effectu primo no bis noto. Alia causæ siue propter q̃d, & hæc est à cā non primo nobis nota, sed per effectum inuenta: vt secundus processus. Alia est simpliciter dicens cām & esse, & hæc est, cuius medium est nobis & naturæ primo notũ, vt demonstratio Mathe. in qua non inuenitur cā per effectum, sed primo est nobis & naturæ cā ipsa, quæ medium est, nota. Modo in nulla scīa, nisi raro inueniť demr̃atio simpliciter secundum amoré, sed solum in ipsa Mathe. ergo pō assumit falsum, dũ asserit demonstrationes diuinas certitudine simpľr esse primo certiores, & secundo loco Mathe. cũ in diuina scīa, aut nõ fiant simpľr demonstrationes, aut si fiant, raro eas inuenias.

Secũdus error.

Secundum errorem vero, continet quia demr̃ones diuinæ non sunt proprie per cām, q̃a cum demonstramus aliquid de eo, vt ipsum esse intelligenté per hic, quia est forma sine materia, tam demr̃atũ, q̃ demonstrans sunt attributa, quorũ alterum non est alterius cā, licet ordine quodam de eo attribuantur. Simili modo de cæteris intelligentijs, semper.n.vnũ attributũ per alterum demr̃amus. Cum vero demr̃amus aliquid de ente cõmuni omnibus rebus Meta. illud per alterum attributum demõstramus, vnde fit, vt in Meta. nulla demr̃o fit ꝑ cām, licet demr̃ones esse possint propter quid: vnum.n.attributum potest esse propter quid alteri attributo. Illa ergo positio propter inexperientiam rerum Meta. processit.

2 positio.

Secunda pō in collectaneis recitata est ꝙ demr̃ones animasticæ sunt certiores quo ad naturã omnibus alijs, diuinis demr̃onibus semper exceptis, sumendo notũ naturæ pro eo, quod est nobile. Quæ positio est etiam bene recitata, & reprobata in collectaneis, & nunc iterũ reprobo. quia data hac expositione, pō Auer. non differret ab illa Themistij, quia data hac põne, de aīa scīa excederet oés alias prӕter diuinã solum præstantia rerum, quas considerat, & sic non excederet alias demr̃onũ efficacia.

3. positio.

Tertia pō est Alberti, qui & nobilitaté & certitudinem non ad idé retulit, sed ad diuersa. Certitudiné quidé ad demr̃ones huius libri, nobilitaté aũt ad sub̃m huius scīæ. Asserit.n. demr̃ones aīasticas esse omnibus certiores exceptis diuinis, non quidem formaliter, sed obiectiue. Vbi debes scire ꝙ aliqua demr̃atio est certior obiectiue, quæ nõ est certior formaliter. Veluti visio, qua solem videmus, est certissima obiectiue, quia de maxime visibili: tñ non est maxima formaliter, nec certissima, cũ visio ligni sit formaliter illa maior. Ex his patet non bene esse dictum hanc Alber. põné esse eandem cum illa Them̃. Themistius.n. & nobilitatem & certitudinem retulit ad idem.s.ad sub̃m huius scīæ. Alber.vero secutus est Auer. retulit.n.certitudinem ad demr̃ones, & nobilitatem ad sub̃m. Verum animastica demr̃ones vult esse certiores non formaliter, sed obiectiue. In collectaneis sub alijs verbis diximus Alber. velle demr̃ones aīasticas esse certiores extrinsece, nõ intrinsece, verũ dicebamus opinioné Alber. non differre ab illa Them̃. Quod nunc non assererem, quia Them̃.& certitudinem, & nobilitatem ad idem retulit. Alber.vero ad diuersa, quicq̃d sit positio Alberti ĩ collectaneis bene defenditur.

Quarta.

Quarta pō est, ꝙ demr̃ones aīasticas esse pollentiores põt dupľr intelligi, aut penes genus mediorum aut penes spém mediorum. penes genus mediorũ aīasticæ sunt certissimæ & Mathe.& Metaphysicarũ, oés.n.procedunt à medijs nobis notis: & sic oés conueniunt in procedendo per media nobis nota: verum aīasticæ procedũt per media nobis nota actu. Mathe. per media nobis nota potentia, Meta.per media nec actu, nec potétia nobis nota, sed per inuentioné notificata. ergo in procedendo per media nobis nota, animasticæ sunt priores, media.n.sunt operationes, quas in nobis ipsis semper actu experimur. Mathema.per media nobis primo nota, sed nõ actu, qm̃ nõ semper illa experimur, Meta.ꝑ media nec actu nec potentia primo nota nobis, sed ꝑ inuentioné notificata. penes spém vero mediorũ, Mathe.sunt certiores, q̃a media illarũ sunt causæ nobis, & naturæ primo nota, & sic sunt simpľr nota. Media aīasticarum sunt effectus, qui licet sint nobis primo noti, demonstrare tñ per effectum est minus q̃ per cām. Ex quo sequitur exceptiuã. Auer. esse intelligédam sic, ꝙ scīæ de anima confirmatione demr̃onis, & nobilitate subiecti excellũt omnes præter diuinã, quã in his duobus nõ excellunt, sed solum efficacia demr̃onũ, diuina vero excellit scīas de anima nobilitate subiecti, vt in collectaneis recte dictum est.

Vltima positio.

Vltimus modus noster etiã est, supponendo ꝙ demr̃ones aīasticæ in.2.processu, & Meta. in.2.processu, & Mathema.in illo vno processu, quo vtuntur, inter se cõparantur, modo cũ animasticæ procedant ꝑ efficientem & materialem cās reales, procedunt verius q̃ Mathema per cām formalé diminutã, quæ abstractione diminuitur, non tñ verius procedunt, q̃ Meta. demr̃ones.n. Meta. procedunt per cām formalé, & finalem, quæ sunt potiores causæ. Sed occurres, quia diximus in Meta.non fieri demr̃ones per cām, sed propter quid: nunc dicimus demr̃ones Meta.procedere per cās finales, & formales. Dici põt Meta.demonstrare per cām raro, & in paucioribus, vtpote cum demr̃at ordinem in intelligentijs, & vnitatem earum in vno mundo, & vnitaté primi per cām finalé, quia entia nolunt male disponi, & nõnulla alia, sed pauca. Vt in pluribus aũt demr̃ones sunt propter quid, vt dictum est.

2. q̃ō de nobilitate subiecti.

Scd̃o in collectaneis quærebamus, vtrũ scīa de aīa excellat oés. præter diuinã nobilitate subiecti, vbi per pulchre dictũ est, & r̃nsum. Emergit tñ alia q̃ō vtrum excellat oés nobilitate primi prædicati. Prima fronte vr̃ esse dicédum, ꝙ sic etiam Meta. quia primũ prædicatum hic est aīa, primũ prædicatũ in Meta.est ens inq̃tũ ens, modo aīa vr̃ perfectior ente inquãtũ est ens. Quãquã forticolæ facientes vim in ordine cõcedant aiam esse ente nobiliorem, non tñ esse nobilioré ente, sed hæc derisoria sunt, vt paruulis logicis diximus.

3. q̃ō de nobilitate prædicati.

Põt tñ dici actuali perfectione aīam esse ente inq̃tũ est ens perfectioré, ẽns vero vt ens esse nobilius aīa permissiua perfectione, quia permissiue ens est deus, quo nihil est nobilius. Obiter etiã in collectaneis disputať vtrũ in omni partiali lib. sit dare vnũ primũ sub̃m, vbi contra aliquos argumentabar ꝙ sic, quia in omni ordine multorũ est dare vnum primũ, & illud est subiectum. Præterea. Conclusionis est dare vnũ sub̃m, quæ est minima pars alicuius libri, ergo à fortiori, cuiuslibet particularis libri. Animaduerte ergo nõ tm̃ in vna parte scīæ dabile esse vnum primũ sub̃m, sed vnũ primũ prędicatum. Si ergo in prima rõne per primum totius multitudinis intelligitur perfectione, illa rõ valet ad probãdum primum sub̃m. Si per primũ totius multitudinis intelligitur cõmunitate, illa rõ probat primum prædicatum. Secunda rõ etiam probat vtrũque, qm̃ cuiuslibet cõclusionis datur primum prędicatum, quod est terminus maior, & primum sub̃m, quod est terminus minor. hæc ĩ collectaneis digna consideratione esse videntur.

Diluci expositio quæ declaratur quid ꝑ certitudinem, quid etiam per nobilitatem intelligit Arist.

Superest nunc declarare quid ꝑ acribiã hoc est certitudiné intelligat Arist. quidúe per nobilitaté, vbi debes scire ꝙ sicut duplex est visibile, alterũ ꝙ suapte nã maxime includit rõné obiectiuã visus, & hoc pacto sol est suapte nã maxime visibile, q̃a maxime lucé cõtinet, quæ est obiectiua rõ vidédi. Alterum, q̃ď est maxime proportionatum visui nostro, quod licet nõ maxime videndi rõné includat, quia tñ rõné vidédi includit & est debite visui nr̃o ꝑportionatũ, vtpote, quia nec visum excedit, nec à visu excediť, maxime visibile est, & hoc pacto quælibet stella est à nobis visibilior sole, imo minima visibilia ex debita proportione ad nostrum visum sunt sole visibiliora. sic duplex est intelligibile alterum suapte nã maxime tale, vtpote quod rõné intelligendi maxime includit, q̃ď est entitas. omne.n. quod intelligitur, intantum intelligitur, inq̃tũ rõné entis includit, & omne intelligibile, pro tanto est intelligibile, pro quanto est ens, & hoc pacto deus est maxime intelligibile, quia in eo rõ intelligendi, quæ est entitas, maxime includitur. Post ipsum sunt cæteræ sub̃æ separatæ, quæ licet sint minus intelligibiles suapte natura ipso deo, sunt

suapte natura intelligibiliores ipso intellectu nr̃o, quia in illis rõ entis magis includitur, q̃ i intellectu nr̃o. Intus vero noster suapte nã est cæteris rebus mũdi magis intelligibilis, qa in eo rõ entis magis includit. Alterũ est maxime intelligibile, quia est maxime intellectui nr̃o corpori vnito proportionatũ, vtpote ꝙ nec excedat nec excedat, vt ens sensibile, & hoc pacto oẽ ens sensibile est deo intelligibilius à nobis, quia ꝓportionatũ est magis intellectui nostro ipso deo. Scd̃o accipiamus perfectius dici quatenus eius operatio est ꝑfectior primo de cęlo. & 4. Meteo. & quia nulla operatio est dei operatione perfectior, ideo optimũ in nã deus est, sic ꝙ eo ordine quo operationes in perfectione sunt constitutæ, entia, à qbus operationes ille proficiscuntur, sunt ordinata. Ex quibus sequitur ꝙ intelligibile nãli intelligibilitate, & nobile penes idẽ accipitur, nõ tñ eadẽ rõne, nam intelligibile dicitur quo includit rõnẽ intelligendi. s. entitatẽ. nobile vero, quo refertur ad suam operationẽ. Ex his patet Aristotelẽ per acribiã intelligere cõstantiam subiecti, nõ quidẽ, quo ad oẽs eius spẽs, sed quo sub subiecto cõtinetur intel̃ls (vt Them̃. dicebat) intelligit dico constantiam subiecti, nõ qua nobis constat, sed qua suapte nã in se includit magis rõnẽ intelligendi, quæ est entitas cunctis alijs, perfectior exceptis diuinis substantijs. per nobilitatem vero intelligit entitatem, quatenus refertur ad operationẽ intellectus, quæ est perfectior omnibus rerum operationibus, diuinarũ rerũ operationibus exceptis. Ex his patet certitudinem & nobilitatẽ Aristotelẽ ad idẽ retulisse, vtpote ad sub̃m huius sciæ, non tamen eadẽ rõne, vt ex his manifestum est. Hæc de mẽte Them̃. Verũ quia ẽm nr̃am expositionẽ comparatio huius sciæ non est ad oẽs scias, sed cæteras naturalis philosophiæ partes, facilius patet per cõstantiam & nobilitatem quid sit intelligendum, vt superius dictum est.

ARGYR. *Videtur autem & ad veritatem omne ipsius animæ cognitio vehementer conferre, & maxime ad ipsius naturæ scientiam. est enim anima, quasi principium oĩum aĩalium.*

Tex. cõmen. 2. Videtur autem & ad veritatem oẽm, cognitio ipsius multum proficere, maxime autem ad naturã. est enim tanquam principium animalium.

Collectanea tex. cõmen. 2. Hæc litera inducitur à Them̃. apud me, in hunc modũ, ꝙ. s. postq̃ Arist. duo posuit qb⁹ reddimur beneuoli ad hãc sciam. s. constantiam subiecti & eius nobilitatem. In hoc loco proponit tertium quo efficimur summopere hanc amantes. vnde dicit tertium id nos ad præsentem curã maxime inhortari, atque incendere debet. Et id explicat. d. ꝙ cum reliquæ sciæ nullam fere nobis opportunitatẽ occasionemq; ad cætera afferant cõdiscenda quæ extra se sint, vna cognitio animæ ad notitiam pertinet oĩum rerũ, &c. potest itaque syl̃ls Themistij in hũc modum cõponi. oẽm sciam quæ opportunitatẽ & occasionẽ dat oĩbus alijs, debemus summopere amare. Sed scia aĩæ est scia quæ dat opportunitatem, & occasionẽ omnibus alijs, ergo sciam animę debemus summopere amare. huius syl̃li ẽm Them̃. non apponitur in litera nisi minor, vt in cõmentatione literæ expositum fiet. Posteriores græci in alium modũ literam cõmentati sunt. dicunt. n. Arist. syl̃m in. 2. figura fecisse, cuius minor erat, sub̃m sciæ p̃ntis est maioris cõstantiæ, & maioris nobilitatis: ideo volunt Arist. hoc in loco probare minoris primam partem. s. sub̃m aĩæ esse maioris constantiæ cæteris subiectis aliarũ sciarũ, & syl̃m in hunc modum cõponunt p̃ntis textus. oẽ conferens ad oẽm veritatem est maioris constãtiæ subiectis illarũ veritatũ, hęc est confessa vt dicunt, sed aĩæ cognitio cõfert ad oẽm veritatem. ergo aĩæ cõstãtia est maior cæteris subiectis aliarum sciarum. & apud hos litera legetur in hũc modum, vt Arist. apponat ꝓ syllogismi tm̃ minorem, inquit, cognitio ipsius. s. aĩæ vr̃ multum cõferre & proficere ad oẽm veritatẽ. i. ad oẽm sciam speculatiuam, & quia aliquibus cõfert: aliquibus nõ tm̃ cõfert sed est etiam necessaria, adiunxit. maxime aũt ad nãm, est. n. tanq̃ principium aĩalium. Et his colligi põt, pro syllogismi minor apertissime. Aliquibus visa est aĩæ scĩa & perfecta indagatio impo͞ssis, adeo ꝙ tm̃ de aĩa quædam tradiderũt, quæ ex apologis collegerunt. vnde vt Numenius Philosophus ait Plato de aĩa locutus ea cõmentatus est quæ ex Mose mẽdicauit. & Hermippus Pythagoricus dixit Pythagoram nihil esse locutũ in aĩæ certitudine, nisi testimonio Moses putans aĩæ sciam fere impossibilem, quare Arist. rationabiliter dixit aĩæ cognitio, & non aĩæ scĩa qm̃ scientia est perfecta rei ad plenum expõ, cognitio aũt esse põt & perfecta & imperfecta, ideo vsus est vocabulo honestatis. Et ob hãc cãm apposuit vr̃, qm̃ si perfecta indagatio animæ haberetur, non tm̃ esset alijs vtilis, imo ẽt necessaria, & ideo quia non habetur aĩæ perfecta indagatio, posset quis credere eã nõ esse vtilem, ideo adiunxit, vr̃ illa modica aĩæ cognitio multũ proficere. Iterum addit ad veritatem oẽm qm̃ vt dictum est in Metaphysica. s. 2. finis oĩum speculatiuarũ est veritas, practicæ vero opus. vt igitur dare intelligere se loqui præcipue de speculatiuis, apposuit veritatẽ oẽm, & qm̃ vna scĩa põt alteri conferre, & econtra, posset quis dicere hãc conferre alij, & econtra, & ꝑ p̃ns non magis hæc erit alijs certior, cũ mutuo sibi conferant, obtemperans hoc apposuit, multum. & in translatione Bysantij, vehementer, vt innueret hanc plus alijs conferre q̃ econtra, & propterea esse certioris & constantioris subiecti. vt patet. Et qa huius aĩæ cognitio aliquibus philosophiæ speculatiuæ partibus est vtilis, & non simpl̃r necessaria, aliquibus necessaria & vtilis, vt naturali sciæ, ideo mirabiliter hoc innuens apposuit, maxime aũt ad naturã. i. sciam entium nãlium, quorũ natura est principium, & accepit nãm pro omnibus entibus naturalibus, qm̃ natura dicitur de mã, & forma, & qa oĩum principiatorum virtus cõsistit i principio, apposuit principia loco principiatorum, & inquit admodum conferens, quia diuersum existit ab eo cui confert. ideo quia ab natura & ab aĩa dicitur ad naturã. Et huius rõnẽ adiunxit, & inquit. Est. n. tanq̃ principium aĩalium, quõ aũt propter esse principium animalium conferat ad totã entium naturalium cognitionem, in cõmento aperietur. Apponitur ly, tanquã, apud Thomã nõ similitudinarie sed expressiue. sed cur verbo vsus est diminutionis, cõsueui apponere quinque expõnes, pro nunc aũt videtur mihi ꝙ propter duo vsus est. vno modo, quia nõdum declarauit animã esse principium corporis aĩati, sed in secũdo dilucidabitur, & ideo donec declaretur, currit eius consuetudo suspensiue loqui. Vel forte melius principium rei vr̃ esse totalis cã rei: & quia aĩa non est totalis, & ẽm totã eius cõtinentiam principium aĩalis, quia nõ secundum intellectũ, ideo apposuit tanq̃. q. d. quod est vel principium, vel tanq̃ principium aĩalium, & hęc expositio multum apparet, si de aĩa intellectiua sit Arist. sermo tm̃ hic. erit enim tunc nõ verum principium animalium, cum non sit principium essendi sed principium operationis. & hoc Hammonius ait, addidit autem veluti, quoniam propinquum principium animalium natura est & non aĩa. Hæc est loci præsentis expositio tertia. Anteq̃ ad com̃. Auer. me conuertam horum duorum textuum cõmẽtatio expostulat primo, vt inuestigemus de qua aĩa Arist. hoc in loco locutus est. Secundo quomodo apud expositores animæ cognitio iuuamentum præbet omnibus veritatibus. Tertio quõ anima sit omnibus rebus naturalibus antistes, atque nobilior, propter quod. 2. minoris pars erit perspicua. Quãtum ad primum Theophra. in his quę de anima, dixit Arist. de aĩa mundi locutum esse, nam cum animæ genus multas cõtineat species. vna cõmodissima, & alijs præstabilior animus erit, qui mundi machinam sustinet. hæc. n. erit quæ omnibus constantior, & præstabilior inuenitur. & eius agnitio omnibus conferre reperitur. Huius sententiæ & Them̃. esse vr̃, cum inquit, mundi contemplatores exploratoresque qui esse poterimus, si nobis ignorabitur ea natura quæ fons atque initium sit omnium motuum? Fortasse & corporum omnium præsertim animalium atque plantarum. ecce quomodo anima est ea, de qua Arist. loquitur, quæ est fons, & principium omnium motuum, & omnium corporum, & plãtarum. & animalium, hæc autem non

Tex. cõm̃. 3.

De qua aĩa loquitur Arist. in hoc libro.

Positio Theophrasti et Themistij.

ergo accipit definitionem quatenus, vt subalternus animastico, congerat in vnam definitionem, ea quæ dispersim in hoc libro tractantur, ex quibus fit definitio fœlicitatis. Sic enim exponendo verba Auer. stare possunt, expositio tamen diui Thomæ est melior, est enim accepta ex verbis Arist. in lib. Ethic. & nihil melius quàm Arist. per Aristo. exponere. Hæc enim scientia morali confert quatenus in hac agitur de potentiis animæ, quæ sunt subiecta virtutibus de quibus agitur in morali philosophia, non enim parum rebus prodesse videtur ea scientia, quæ subiecta rerũ exponit. Tertium est quomodo animasticus confert diuino, cui Auer. respondet dicens, quia diuinus suscipit ab hac scĩa definitionem sui subiecti. Et nos in collectaneis per subiectum intelleximus principalem partem subiecti secundum cõmunem modum loquendi de subiecto, & per diffinitionem, intelleximus rationem conflatam ex attributis. At nunc dubitationes occurrunt contra hæc, primo quia si metaphysicus suscipit ab hac scientia definitionem sui subiecti. In aliquo libro Metaphysicæ legeretur hæc definitio, modo nullo in libro illam legimus, ergo non suscipit illam ab hac scientia. Secundo si ab hac scientia metaphysicus definitionem sui subiecti, & à libro physicorum suscipit subiectum esse, nihil relinquitur considerandum de substantiis abstractis. Tertio octauus physicorum liber videtur etiam hanc vtilitatem diuino præbere, tradit enim de Deo multa attributa, vt ꝙ sit abstractus, & indiuisibilis, & incorporeus, & extra id genus, ex quibus potest dei descriptio confici, & sic liber de anima non haberet hoc proprie. Hæ tres dubitationes requirerent longam disputationem, quam nos in dilucidario confecimus, nunc vero breuibus de his pertransibimus. Pro dilucidatione ergo primę dubitationis, debes scire, quòd philosophi vtuntur hoc loquendi modo, quo Auer. hic vtitur. dicunt enim geometram sumere à naturali philosopho continuum diuidi in infinitum, & tamen videmus eorum libros, in quorum nullo id legimus. Similiter dicunt metaphysicum sumere à physico substantias abstractas esse, & in nullo metaphysicæ lib[illegible] legimus. Quare dicamus ꝙ per sumere, philosophi supponere, aut vti intelligunt. Geometra enim sumit continuum diuidi in infinitum, quia supponit hoc, & aliquando vtitur illo, sic metaphysicus sumit ab hac scientia definitionem sui subiecti, & à libro physicorum suum subiectum esse, quia supponit hæc, & quandoque his, vt suppositionibus vtitur si occurrit, hactenus de prima dubitatione. Pro dissolutione secundæ, nonnulli, & quidem doctissimi, dixerunt metaphysicum sumere hæc modo exposito .s. illa supponendo, & aliquando illis vtendo, & tamen vltra hæc quæ supponit ex his libris considerat quidditates substantiarum separatarum & in vniuersali & particulari. In vniuersali quidem quatenus illas considerat vt ens actus, bona, & id genus, quod est eas considerare quo ad quidditates vniuersales. In particulari vero, quia proprium est metaphysico considerare abstractum à motu & à materia sensibili. ergo ad illum maxime pertinebit considerare quidditates earum substantiarum puras, quæ sunt per essentiam separatæ, & in particulari. Metaphysicus ergo supponendo substantias abstractas esse, ex libro physicorum, & quid illæ sint descriptione collecta ex attributis in hoc libro considerata, considerat vltra hæc quidditates illarum in vniuersali & in particulari essentiales. Sed hæc positio non videtur conueniens: primo quia metaphysicus considerat quidditates in vniuersali non modo substantiarum separatarum, sed omnium rerum, & sic per primum eorum dictum non habet aliquod proprium consideratum de illis. Secundum eorum est omnino ambiguum, primo quia substantiæ separatæ non habent proprias definitiones, quia tunc essent in genere, contra Auerroem libro secundo de cœlo. Præterea. Si haberent quidditates, haberent formam, omne enim habens quidditatem habet formam, est enim quidditas forma, habens vero quidditatem est habens formam, quare essent compositæ ex materia & forma. Præterea. (vt vniuersalius argumentemur) vel per quidditatem intelligunt essentiam, & hoc non, quia à nullo artifice substantiæ separatæ intelliguntur per essentiam, imo cognoscere illas per essentiam est beatitudo, vel per quidditatem intelligunt definitionem propriam, quæ constat ex genere & differentia, & hoc minime, quia substantiæ separatę non sunt in genere, vt secundo de cœlo ait Auer. aut per quidditatem intelligunt aggregatum collectum ex sensibilibus, & cum tale aggregatum declaretur in hac scientia, nihil Metaphy. habebit proprii de illis, sed solum quædam communia, quæ habet de omnibus. Quãquam hæc res in 1. libro Metaphy. dilucidarii fuerit dilucidata, tamẽ breuibus, resumendo, dico primo ꝙ sumendo quidditatẽ substantiarum separatarum pro illarum essentia, cognitio illius ad nullam scientiam abstractiuam pertinet. Dico secundo eam sic acceptam spectare ad Meta. intuitiuam, vt dicemus. 3. huius. Dico tertio ꝙ sumendo illarum quidditatem pro illarũ vera & propria definitione, sic quidditas earum ad nullam scientiam spectat, quia quod non est, nõ scitur, substantiæ abstractæ talem definitionem non hñt, essent, n. in genere. At si sumimus quidditatem pro descriptione aggregata ex prædicatis per modum quid, & prædicatis per modum qualis, sic quidditas vno modo spectabit ad Meta. alio modo ad animasticum. Ad Meta. quidẽ, si illa prædicata immediate colliguntur ex phãtasmatibus Meta. Ad animasticum autem si colligũtur ex phantasmatibus animasticis. Ex hoc patet solutio. Meta. enim vltra hæc, de substãtiis separatis considerat descriptiones illas, quas colligit ex phantasmatibus Metaphy. hæc de secunda. De tertia vero dicamus, ꝙ ea, quæ. 8. Physi. de substantiis separatis, vel de primo motore, nactus est Arist. solum pertinẽt ad esse subiecti, quod cõsideratur in diuina scientia, quia in diuina scĩa subiecta sunt substãtiæ separatæ, modo substantiæ separatæ, & indiuisibiles, & incorporeæ synonyma sunt, ergo in diuina scientia substantiæ separatę indiuisibiles & incorporeæ sunt subiecta. quare quæ habentur de substantiis separatis. 8. Phy. potius sunt de quæstione si est subiectum in Meta. quæ vero habentur hic potius attinent, ad quid est, collectũ ex phantasmatibus animasticis, vt dictum est. hæc de tertia dubitatione. Quo vero modo diuinus suscipiat ab hoc scĩa substantiam sui subiecti ex hisce patet. Quartum vero est quo modo scientia de anima cõmuni quodam iuuamento omnibus prosit scientiis, cui rñdet Auer. & vult hoc cõmune iuuamẽtum esse, quo facit acquirere confirmationem omnium principiorũ scĩarum. nam in hac scĩa assignatur cognitio intellectus agentis. qui intellectus agens est cã primarũ propositionũ, & cognitio rei per cãm est firmior quàm sui esse tantum. Quare cum hic habeatur causa, qua omnia principia scientiarum illucescant, ab hac scĩa omnes sumunt causam, cur propositiones primæ veræ sint in eis. In collectaneis diximus nõnullos voluisse intellectum agẽtem esse causam non veritatis. qua. s. propositiones primæ in scientia veræ sint, sed qua nos illis assentimus. Cõtra hoc multa diximus, tamen nunc contra hoc videtur, quia veritas est in nostro consensu: non enim assentimus illis nisi quia arbitramur veras esse, veras esse arbitramur lumine intellectus agentis, ergo de veritate & de cõsensu vna erit causa. Propterea dicebamus lumen illud esse causam veritatis, & consensus, nõ quidem quo veritas est in re. sed quo veritas est in intellectu. Verum dicebamus lumen esse causam, vt propositionibus assentiamus, non tamẽ propositioni, per quam prima demonstrari possint, vt longa commentatione diximus. Sed contra hæc sunt dubitationes non paruæ, prima quidem, quia tunc scientia de anima subalternaret sibi omnes alias, & deducitur, quia dicit propter quid omnium principiorum omnium scientiarum. Scientiæ enim suorum principiorum dicũt, quia, supponentes illa vera esse, hæc scientia dicit propter quid assignans declarationem luminis intellectus agentis, est enim definitio luminis propter quid omnium primorum principiorum. Secũda dubitatio est, quia non videtur hæc scĩa dare cõfirmationem primorum principiorum

Marginal notes (left column): *Qualis expõ D. Thomæ.* — *Tertium quõ hæc sciẽtia prodest diuinæ.* — *Dubitationes.* — *1. dubitatio.* — *Secundo.* — *Tertio.* — *Solutio. 1.* — *Solutio. 2.* — *Prima positio.* — *Refutatio.*

Marginal notes (right column): *Propria solutio Dispositione. 10 cap 4. Commen. 36.* — *Solutio 3.* — *Dubõnes.*

rum aliis,quia aliæ ſcientiæ acciperent talē confirmationem,hoc aūt eſt cōtra experientiam,phyſica.n.ſupponens plura entia mobilia eſſe,& motū eſſe,& naturā eſſe principium motus,talium cōfirmationē à lib.de Aia nō accipit. Tertio dico ꝙ in hac ſcīa intellectuale ſi iſtud lumen definiatur,non vt quō ex tali definitione pateant omniū ſcientiarum principia,ſicut ſi aliquis definiret ſolare lumen in tenebris nō ſequitur nobis in tenebris patere colores.Vltimo ſi definitio talis luminis eſt propter quid, & cā primorum principiorum,ergo principia prima non eſſent indemōſtrabilia. Pro ſolutione debes ſcire expoſitores per lumen intellectus agentis intelligere definitionem luminis modo in hoc libro definitio talis luminis haberi pōt, eſt enim intellectus agentis lumen,quo ſolo prima ſciarū principia patent.Dico ſolo,quia lumine tali patent concluſiones,non tamen eo ſolo. Secundo debes ſcire, hanc luminis definitionem cōfirmare omnium ſciarū principia, poſſe dupl'r intelligi.Aut affirmatiue illa demonſtrando, & illorum propter quid.& cām aſsignando, & hoc pacto ex huius luminis definitione non confirmantur prima omnium ſciarū principia(ſic enim eſſent demonſtrabilia,& non immediata.) Aut negatiue, quatenus ex definitione talis luminis habetur primorū non eſſe demonſtrationem quærendam,nec probationem petendam, ſed ſupponenda in ſcīa vt vera,& hoc pacto definitio talis luminis confirmat omnia ſciarū principia: quia ſi lumen hmōi eſt,quo ſolo prima ſciarum principia vera eſſe patet,ſequitur phyſicum non debere probare ſua principia,ſed ſupponere, vt vera, & metaphyſicū ſimiliter,& totum hoc habere ex definitione luminis,quæ in hoc libro poteſt aſsignari. Ergo hæc ſcientia per hoc,quod definit lumē tale,negatiue confirmat oēs primas propoſitiones omnium ſcientiarū.Modo hæc ſcīa de primis quæ habetur per cām negatiue, eſt firmior,quàm ſi haberetur,& non per cām, vt dicit Auer. tunc ad rōnes. Ad primam dico hanc non ſubalternare ſibi alias, quia principia non cōfirmat affirmatiue. Ad ſecundam patuit ſolutio. Scientiæ.n.accipiunt talem ſuorum principiorum cōfirmationē non reponendo illam in aliqua parte ſui: ſed ſupponendo illā ex definitione huius luminis. Ad tertiam patet ſolutio. Qui enim lumen ſolis declarat in tenebris,non manifeſtat colores affirmatiue,non.n.ex tali declaratione nobis exiſtentibus in tenebris patent colores. Manifeſtat aūt illos negatiue, quatenus facit, vt nos nullum aliud manifeſtatiuum quęramus præter ſolare lumē. Ad quartā patet ſolutio.Sunt.n.indemōſtrabilia affirmatiue, licet ꝯfirmabilia ſint negatiue.

ARGYR.

Atque perſpicere cognoſcereq́ue naturā eius & ſubſtantiam quærimus: deinde ea quæ circa ipſam accidunt, quorum quædam affectus ipſius eſſe proprij,quædam animalibus etiam per ipſam ineſſe competereq́ue videntur.

Tex.3.

Inquirimus autem conſiderare, & cognoſcere, & naturam ipſius,& ſubſtantiam. Poſtea quæcunque accidunt circa ipſam, quorum aliæ quidem propriæ paſſiones animæ eſſe videntur, aliæ autem communes, & animalibus propter illam ineſſe.

COLLEC. Tex.cōmen.3.

Hoc in loco ordinem procedendi ponit, dictum eſt enim in poſterioribus accidentia nō poſſe quæri, nec demonſtrari de aliquo,niſi prius quæratur illius diffinitio, eſt enim diffinitio rei medium cōueniens ad demonſtrandum accidentia ineſſe illi. ponit ergo hunc ordinem ꝙ in hoc libro vult inueſtigare primo diffinitionē animæ. poſt hoc inueſtigabit accidentia ipſi,quæ duplicia ſunt. aliqua quidem animæ propria,& ſolum ei competentia. alia quæ per ipſam cōmunia ſunt corpori, quæ toti inſunt cōpoſito,& hæc literæ eſt ſuperficialis expoſitio. Inquit modo. Inquirimus autem.Ariſto. inquit Meta.lib.3.in cap.Ineſt autem inueſtigare volentibus ſummopere bene dubitare, potior.n.inueſtigatio priorum eſt ſolum dubitatorū, quia igitur antequam diffinitionem aīæ veram venetur,& accidentia propria ei,primo opiniones antiquorum probabiles proponit, ideo inquit. Inquirimus & nō intendimus, eo quia antequam definitionem aīæ cōſideret & accidentia eius cognoſcat inquiret, & hoc antiquorū opiniones & argumenta pro eis tangendo.Conſiderare & cognoſcere inquit Philoponus. dicimur.n.conſiderare hoc aliquid quando ſimpliciter attendemus ipſum.i.notitia incōplexa definitiua. cognoſcere vero ipſum quando & quæ inſunt ipſi accidentia diſcamus. ergo duo proponit inquirere.ſ. conſiderare ipſam incomplexe, & definitiue, & cognoſcere ea quæ inſunt ei. & reſpondens ad ly §conſiderare§ inquit §naturam ipſius & ſubſtantiam§inquirimus itaque conſiderare naturam ipſius & ſubſtantiam §& inquirimus cognoſcere§ poſtea quæcunque accidunt circa ipſam, ita ꝙ ly §naturam & ſubſtantiam§ reſpondet ad ly conſiderare, poſtea quæcunque accidunt circa ipſam reſpondet ad ly cognoſcere, eſt ergo ſenſus nos inquirimus conſiderare naturam & ſubſtantiam animæ, poſtea inquirimus cognoſcere quæcunque accidunt circa ipſam. dixit. §naturam ipſius, & ſubſtantiam§vt præcedentis, ſcilicet naturæ ſequens.ſ.ſubſtantia ſit expoſitiuum. Vel naturam quidem genus animæ, ſubſtantiam vero differentiam ſignauit, ita ꝙ ſit ſenſus, nos inquirimus conſiderare naturam, id eſt ſub quonam genere ſit anima,vtrū ſubſtantia, vt peripatetici.vel ſub quanto,vt dicentes eam eſſe proportionem.vel ſub quali,vt dicentes eā eſſe cōplexionem, vt Galenus inquit, deinde cum cognouerimus genus, diſcere eius ſubſtantiam.i.eius conſtitutiuas differentias, & per conſequens totam diffinitionem colligere §Poſtea quæcunque accident circa ipſam§& per accidentia hoc in loco non inquit quæ ipſi per accidens inſunt vt corpori album. Sed ſecundum ſubſtantiam annexa, ita ꝙ accidentia intelligit eſſentialia, & propria quæ ex diffinitione emanāt eſſentiali, vt hoc in loco ex diffinitione ſyllogiſmi accipit Philoponus,concluſio enim non per accidēs propoſitionibus accidit, ſed eſſentialiter ſequitur & hæc accidentia proponit poſt diffinitionem inueſtigare. Quorum aliæ propriæ paſsiones animæ videntur,alię vero per ipſam & animalibus ineſſe§ quia propoſuit dicere de accidentibus ipſi,& accidentia animæ duplicia eſſe videtur, ideo ſubdiuidit, vt recolligat quæ accidentia inueſtigare intendat,dico ergo ꝙ eorum quæ eſſentialiter conſequuntur animam, hæc quidem ſolum ipſam conſequuntur.hęc vero totum animal. hæc quidem quæ ſolam conſequūtur animam paſsiones intelligent.hæ enim ipſius ſecundum ſeipſam rationalis animæ proprium. cæteræ vero, id genus paſsiones ſentire,imaginari,iraſci,concupiſcere,& ſiquid horum exiſtit,hæc cōmunia ſunt vtriſque. Huius rationem inquit Philoponus, qm̄ cæterarum animarū nulla exiſtit propria paſsio, qm̄ neque eſſentia ipſarū ſeparabilis.in ſimpliciter aūt anima que rationalis eſt,propria exiſtit paſsio,cum ipſa ſola ſecundum eſſentiam ſit ſeparabilis. Sed ambiges qm̄ vna tantum eſt paſsio ſoli aīæ competens intellectio.ſ.cur ergo dicit §quorum aliæ propriæ paſsiones animæ videntur§ac ſi plures eſſent. Sed ſoluitur,qm̄ quamlibet cōprehenſionem ſequitur appetitus ſicut vmbra corpus, vt Auer.ait.11.ſuæ Meta. ideo intētio, & velle intellectiuum duæ ſunt propriæ animæ operationes,quæ inſunt ei, vt anima eſt & ſeparabilis vt dixit. Et debes ſcire ꝙ paſsionis nomē dicitur duobus modis, vno modo pro eo quod ad corruptionem deducit, & hoc modo paſsio corruptiua appellatur, vel quod ad perfectionem, dicitur enim pati lignum ab igne eo quia aliquando ad corruptionem deducitur. dicimus vero & pati ſenſus à ſenſibilibus, eo quia ex poteſtate perficiuntur in actum. Et hoc pacto inquit Plato in ſophiſta ꝙ totum non eſt vnum, ſed quod totum vnum patitur.totum enim non eſt id quod vnum, eo quia totum partium exiſtit totum. partes vero multa ac non vnum, quapropter non vnum totum, ſiquidem habet in multis eſſe: ſed paſſum, ſeu affectum habet vnum quia patitur, & ſuſtinet vnum ſecundum paſsionem perfectiuam. Hoc & Ariſtote. inquit in huius.2.non eſt autem ſimpliciter, neque agere, neque pati, ſed aliud quidem corruptio quædam à contrario.aliud autem ſalus magis eius,quod potentia ab eo

Commen.39.

eo quod est actu & simili. Ecce & quomodo Arist. in idẽ incidit verbum cum Platone. Hoc ergo in loco passionis nomen accipit perfectiuæ. inquit ergo quorum accidentium per se aliæ propriæ passiones vidẽtur animę, alię autem per ipsam videntur & in esse animalibus communiter, vt exemplis dictis dictum est. Philoponus hoc in loco Andronicum rhodium repræhendit negantem librum de interpretatione Arist. fore. dicente enim ibi Aristotele ꝙ conceptus passiones existunt animæ. sicut dictum est in libro de anima. Ait Andronicus ꝙ hoc nulli compertum est in libro de anima. quare (vt inquit) aut liber de anima Arist. non est, vel liber de interpretatione non est, & certum est hunc librum Arist. esse, quare ille Arist. non erit. Cui respondit hoc in loco. d. dicimus ergo ꝙ hic proprias passiones animæ, nihil aliud quàm conceptus dixit, & hoc erat quod in tractatu de interpretatione aiebat.

Commen. 3. CVM demonstrauit. Hoc in loco expositionẽ Auer. huius textus expedit enarrare, ideo dicendum ꝙ Auer. primo proponit huius loci intentionem. 2. ibi § Dicendo & quæsitum est. § exequitur, & inquit in primo. Cum demonstrauit vtilitatem huius scientiæ, incepit demonstrare intentionem suam, ecce quõ Auer. differt ab illis. hoc enim in loco non ordinem dicendorum dicit. Arist. proponere, sed intentionem. Et videtur ꝙ expositio prima sit vera, & hæc falsa, qm̃ cum proposuit hanc scientiam esse maioris constantiæ & nobilioris subiecti, & iuuans ad alias, vel proposuit intentum ex quo redundant hæc, vel non. si non. ergo ad quid hæc tria accipit? si sic: ergo hoc in loco superfluit. Et solutio est, quoniam in generali intentionem apponit cum dicit aīæ historiam in primis ponemus. hoc in loco in speciali intentionẽ eius exprimit, cum enim de anima differere proposuit, opus erat dicere quid de anima differere opportunũ est. Dicendo & quæsitum. § Nunc intentionem proponit huius libri, & est circa duo. s. circa substantiam, & naturam. i. diffinitionem, & circa accidentia propria animæ. &. 1. Auer. hoc inquit. 2. ibi. § Sicut est de aliis. § cãm eius quod proposuerat assignat. & quod dicit in prima manifestum est per se. Attamen debes scire ꝙ Auer. per naturã, & substãtiam idem intelligit, vt præcedẽtis sequens sit expositiuum, naturam dico. i. substantiam, vt & Hammonius etiam exponit. Propter quod & adhuc debes scire ꝙ diffinitio est natura. essentia quidditas, & forma secũdum Auer. Natura quidem prout est principium operationis eius cuius est, natura. n. principium operationis existit Physi. lib. 2. Essentia verò, qm̃ principium essendi est rei cuius est, vt. 7. Metaphy. tradit Auer. quidditas quoniam est principium intelligendi. vnde. 7. Metaphy. Auer. inquit, ꝙ diffinitio est sermo certificatiuus &c. Forma denique qm̃ principium est speciei vniuersaliter. 1. Meta. Ex his apparet quõ Auer. & Hammonii cõmentatio est literæ idonea & bona. Sicut est. § hoc in loco probat intẽtionem circa illam esse bene propositam propter duo. Tum primo quia ita est de aliis rebus naturalibus, quoniam de his oportet tractare, & substantiam seu diffinitionem, & accidentia per cõsequẽs de anima idem faciendum. 2. ibi. § Cognitio. n. § probat hoc secũdo, qm̃ cognitio cuiuslibet generis scibilis & cuiuslibet speciei non cõpletur nisi cognoscendo diffinitionem & accidentia illius rei, vt Arist. inquit primo Poster. scīa est vnius generis subiecti. Et debes scire ꝙ subiectũ dicitur genus, vel species, qm̃ quemadmodum genus dicitur principium generationis, vt Porphy. inquit, sic & subiectum principium cognitionis in scientia. Et species, quoniam quemadmodum species forma est rei, ita subiectum forma specificans est scientiam. Accidẽtium. § quia proposuit dicere de diffinitione & accidentibus & accidentia duorum sunt modorum, ideo hoc in loco id distinguit. Et debes scire ꝙ operationem indigere corpore põt duobus modis intelligi. vno modo subiectiue, alio modo dispositiue. vult ergo prima expositio ꝙ accidentia sunt duobus modis, quædam propria animæ, quædam cõmunia aīæ, & corpori. & secundum hoc per accidentia propria intelligit quæ insunt animæ tantum non indigẽdo corpore nec subiectiue, nec dispositiue, sicut intelligere, & velle. ad hoc enim vt intellectui insint, non debet esse calidus, neque frigidus, nec prius insunt corpori, vt in subiecto, sicut album prius superficiei. Per corpus itaque hic intelligit rem corporalem seu materialem quomodocunque Auer. Quædam sunt accidentia, quæ insunt aīæ indigendo corpore dispositiue & subiectiue, sicut irasci, timere, & alia. hæc enim indigent corpore vt subiecto, & re corporali, vt dispositione, non enim homo irascitur nisi calefiat, nec timet nisi frigefiat. similiter homo nõ sentit, nisi sentire recipitur in organo corporeo. ergo indiget corpore. & tu lege Auerroim, quia verba patet per se. Et induxit § assignat rõnem quare subdiuidit accidentia animæ, & inquit. & induxit hanc distinctionem in accidentibus animæ, qm̃ id, quod est magis desideratum de passionibus animæ est, vtrum possit esse de eis abstractum aliquid, aut non. s. n. scitum erit quod aliquid eorum est abstractum, scitũ erit & id quod est plus desiderabile, & est esse æternum eius, quod impossibile est sup. inesse animæ, nisi sit aliquid eorũ proprium animæ sine corpore. & quasi per hoc assignauit cãm quare apponit subdiuisionem accidentium quæ est, quia per illam excitamur ad quæstionem de perpetuitate ipsius animæ intellectiuæ, vt dicit com̃. 3. huius. Debes scire ꝙ propter quatuor qõ de animæ perpetuitate est appetibilis, primo quia est de optimo ente, quod est in homine. inquit. n. & Aristo. in his quæ de animalibus, melius est scire aliquid de rebus arduis, & topice, quàm multum de vilibus & demonstratiue. Secundo qm̃ ex solutione huius dirigimur ad operationes virtuosas, quoniam inquit Auer. 3. huius Alexand. ponens intellectum corruptibilẽ, non põt saluare moralem scientiam, at qui ponit eã æternam potest. Tertio quia ex solutione huius quæstionis homo excitatur ad perscrutationẽ entium separatorum, quia (vt Auer. inquit. 3. de anima.) Alpharabius ponens intellectum corruptibilem, non põt dicere nos posse intelligere substantias separatas. Quarto vt Auic. inquit in. 10. suæ Metaphy. cap. de electione prophetæ ex solutione huius qõnis scimus reuelare aliqua populo pro eius bono regimine, & tu vide ibidem. Et põt intendere. § hoc in loco apponit secundam expositionem. vbi debes scire, ꝙ operatio est duplex hoīs. vna quæ inest corpori propter aīam, & per consequens primo aīæ, vt imaginari &c. alia quæ inest animæ propter corpus, vt somnus &c. vult ergo exprimere, ꝙ Arist. intendit accidentia propria aīæ primo modo, & cõmunia secundo modo, & verba Auer. patent.

Commen 4. Commen. 36.

Sed dubitatur circa primã expositionem, quę est Hammonii & Simplicii hoc in loco etiam. Deinde contra secundam, quæ est propria Auer. qm̃ inquit Arist. melius autem est fortassis non dicere aīam misereri, aut addiscere, aut intelligere, sed hoīem anima. vide infra. ergo vr̃ nulla passio est animæ propria. Et præterea secunda expositio & literæ contradicit expresse, qm̃ sicut illę animę quia incipiunt ab ea propriæ dicuntur, & non cõmunes, ita & illæ corporis, quia à corpore incipiunt, non cõmunes dici merentur. Præterea. In litera quã Auer. exponit inquit & quædam accidunt corpori propter aīam, modo Auer. exponit ꝙ ideo communes ꝙ insunt aīæ propter corpus.

Tex. com. 64.

Ad primam intendit Arist. aīam non est subiectum denominationis, non tamen negat eã posse esse subiectum inhæsionis, vel forte ibi loquitur de intelligere ad opiniones antiquorum, qui ipsum esse corporeum narrãt, vt ibidem patet. Ad secundum dicendum ꝙ antiqui sic dixerunt. modo loquendo vt plures, vel dicuntur illæ communes, quia famosæ, illæ propriæ quia occultæ. Ad secundam dicendum ꝙ in græco sic habeatur ἐκεῖνο, & sic exponitur. aliæ aũt per ipsum & animalibus inesse. vbi in græco ly ipsum neutri est generis, & propterea trãslator trãstulit per ipsum, & Auer. hũs duas literas dedit expositiones, primã primo secundã secundo. itaque per ipsum vult intelligere corpus, & sic expõ secunda est cõtra textũ primũ, licet sit pro textu secũdo. Aliud exemplar in græco habet ἐκείνην, & est generis fœminini, & exponit p ipsam, & sic Auer. bene exponit, prout duas habet literas.

Commen. 20. Commen. 42. & 43 Commen. 27.

COM-

COMMENTARIVM.

EGIDIVS lucidus expositor vult Arist. hic procedēdi ordinem tradidisse, cuius causam assignauit, q̃a cum captauit legentium beneuolentiā ex dignitate, & vtilitate captat beneuolentiam nunc ex ordine procedendi in his quæ vult dicere. Græci vero dicunt Aristot. in hac parte legentes reddere dociles, ideo ponit ordinem. Vbi debes scire Arist. in primo textu duo cōplexum esse intentionē p̄ntis libri in generali per illud verbū historiam de aīa. & dignitatē sciæ, cum dixit in primis ponemus. Similiter hic duo cōplexus est, intentionem in speciali, cum ait se velle inquirere naturā & substātiam hoc est definitionem essentialem, & ordinem, cum ait postea quæcunque accidunt circa ipsam, quorum accidentium sunt quædam propriæ passiones aīæ. Aliæ aūt cōmunes, quę animalibus inesse videntur propter ipsam animam. Ergo in præsenti parte reddit (vt græci dicunt) legentes dociles assignans specialem intētionem & ordinem in illa. Cur vero talem ordinem sit seruaturus in collectaneis dictū est, quia accidētia nō quærunt de aliquo, nisi definitio eius prius quæratur, per q̃ acciñtia illa insunt, vt in posterioribus dictum est. Quæret quispiam, vtrū proponat quærere definitionē aīæ in cōmuni, an aīæ humanæ. Quidā dixerunt eum proponere se velle quærere definitionē aīæ in cōmuni, q̃a sic in. 2. prosequitur. Greci vero aīæ humanæ eū definitionē quærere dixerūt, q̃a de eius accñtibus proponit dicere. Ego dico de vtraq; aīæ definitione, & aīæ in cōi, & aīæ in spē, q̃a vtrāq; ꝯplectetur huius lib. secūdo. & fortasse hac de cā dixit naturam ipsius & substantiam, intelligens per nām cōmunem animæ definitionem, & per subām intelligens propriam, ideo dixit quorum vero aliæ sunt propriæ passiones, aliæ cōmunes. Quo vero ad verba attinet, in collectaneis dicebamus Arist. dixisse quærere, siue inquirere, quia disputando cum veteribus definitiones hasce inq̃rit. dicebamus eum dixisse cognoscere & cōsiderare, propter duplicē notitiam (vt Philoponus innuit) cōsiderare quidem quo ad incōplexam notitiam. cognoscere vero quo ad complexam, & respondens ad considerare, dixit nām, & substantiam. i. definitionē substantialem vel cōem & propriam: vel genus, & differentiam. respondens vero ad cognoscere, dixit deinde accidentia. Quid vero per naturā & quid per subām intelligat dictum est, tñ arbitror eū per naturam intellexisse cōem animæ definitionem. per substantiam aūt, intellexisse propriam. alias expōnes quære in collectaneis. Per quæcūque accidūt intelligit aīalia accidentia, in aīalibus enim duplicia accidentia videmus, quædam corporalia, siue naturalia, vt qualitates primæ, & qualitates secundæ videntur, quæ insunt aīalibus rōne elementorum, quædam animalia, quæ insunt ratione animæ, & quia anima est triplex, intellectiua, sensitiua, & vegetatiua: ideo triplicia sunt aīalia accidentia, quædam quæ in animalibus videmus propter animam intellectiuā, vt intelligere & velle, quædam propter animam sensitiuam, vt sentire & moueri. quædam propter vegetatiuam vt nutriri, generare, & augeri, hæc oīa animalia accidentia dicuntur, quia ratione animæ insunt & non nisi animatis rebus. Hæc dicuntur accidentia, vt Philoponus inquit, non quia possint non inesse, sed essentialia accidētia. Horum autem animalium accidentium, Aristoteles diuisionem faciens, dixit alias esse proprias passiones, alias cōmunes. passiones propriæ sunt intelligere & velle, cōmunes aūt cætere cæterarum aīarum, cur vero illæ propriæ, hæ cōes, postea dicemus. Verbum ἰδιοπαθῆ, idiapathe, Philoponus conceptus mentis interpretatur, & per hoc, legitimat contra Andronicum librum de interpretatione. Nostri tamē pathe, affectionem, siue affectum, vt ipse Quintilianus interpretatur M. Tullius perturbationem, Boetius vbique passionem. Hæc quo ad textum. In collectaneis circa commentum, primum considerandum erat de intentione pręsentis partis. vbi dicebamus Auerroē velle Aristotelem demonstrasse vtilitatem, nunc intentionem, non quidem in vniuersali (quia eam complexus est in primo textu), sed in speciali. At nunc hæc Auer. expositio non placet quia Arist. in Rhetorico proœmio prætermisisset docilitatem quæ est in proœmio Rhetorico pars magis necessaria. Secundum in collectaneis considerandum est, quid Aristot. per passiones communes, & quid per proprias intelligat: & supponamus primo Aristotelem subdiuisisse animalia accidentia quæ animatis rebus competunt propter aīam, non autem naturalia, quæ insunt, aut propter elemēta, aut propter mistionem, vt dictum est. Quare fit, vt aīales passiones, sint aut communes aut propriæ. Auerroes dupliciter exponit, primo ꝙ Aristoteles ꝑ aīales proprias intelligat, quæ ad hoc vt insint subiecto, non egent corpore. vel re corporea, communes vero, quæ ad hoc, vt earum subiectis insint egent corpore, vel re corporea, hæc est prima. Aliter dicit, ait enim proprias esse passiones, quæ insunt earū subiectis propter aīam, communes vero, quæ insunt propter corpus, & dicebamus hanc secundam expositionem nasci ex differētia textuum, quia in græcis codicibus reperiebatur propter ipsum, & ita vr̃ referre corpus. ergo cōmunes erūt, quæ insunt propter ipsum corpus. Sed circa has expositiones, primo refuto secundā, deinde dubito contra primam. Refuto secundam quidem, nam nulla vr̃ passio aīalis, quæ animatis rebus insit ꝑꝑ corpus, cū enim Arist. passiones animales subdistinguat, & passio animalis est quæ animatis rebus inest propter animam, iure nulla videtur passio animalis animatis rebus inexistens propter corpus. erit enim non animale accidēs, sed nāle. Sed dices, aliqua animalis passio non pōt inesse sine corpore, ergo est aliqua inexistens propter corpus. Præterea. Aliquæ sunt passiones, quæ inesse non possunt nisi præcedāt motus corporales, ergo saltem hæ erunt propter corpus. Et dicendum ad primam, nullam fortasse passionem posse sine corpore inesse: non tamen sequitur eam esse propter corpus, vt licet nullus sine externis bonis felix sit, nullus tamen est felix propter bona externa, vt Philoponus inquit. Ad secundā vero dico passiones illas, & præuias alterationes omnes aīatis rebus inesse propter animam, licet non sine corpore, prima ergo Auer. expositio hoc pacto sit refutata. Contra vero secūdam dubitatur, quia ea data nulla esset animæ operatio propria, q̃m si qua esset, illa esset ipsum intelligere, modo intelligere non est absque phantasmate. Sine. n. phātasmate nequaquā intelligit aīa. ergo ipsum intelligere ad hoc vt insit, eget corpore, & ita est cōis, & non propria passio. Propterea melius Philoponus, Simpl. & Hammonius, voluerunt tam proprias q̃ cōes affectiones subiectis suis ꝑꝑ aīam inesse, alioqui non dicerentur aīales, verum dixerunt illas pro tanto proprias, quia animæ vt subiecto solum insunt siue ad hoc vt insint animæ egeant, siue non egeant corpore. Illas vero cōes, quia cōpositis animatis ex aīa & corpore insunt (vt subiectis) primæ sunt omnes operationes aīæ intellectiuæ, vt intellectiua est, aliȩ sunt operationes sensitiuæ, & vegetatiuæ, quæcunque illæ sint. Egidius doctor lucidus per passiones proprias intelligit eas aīæ passiones, quæ, vt insint, corpore non egent, nisi per accidens vt operationes intellectiuæ animæ. Hæ. n. tandiu corpore egent, q̃diu anima est in corpore. per communes autē intelligit, eas quæ corpore simplr̃ egent, vt operationes cæterarum animarum. Sed quæres iuxta has expōnes, vtrum vt animalium accidentium dantur quædā cōmunia & quædam propria, sic naturalium atque corporalium dentur quædam cōmunia, & quædam propria. Licet hęc qō sit extra propositum, dici pōt, ꝙ non, q̃m accidentia corporalia cōmunia oīa insunt propter aīam, cum. n. sint cōmunia animæ & corpori, vt subiectis, inesse non p̄nt nisi propter animam, & propterea hæc diuisio in corporalibus locum nō habet, & si haberet locum, non posset aptari ſm assignatū modum. Vt cōsiderandum ad aliud tempus differatur. Siquis tamen afficeretur prima Auer. expōne: potest illam defendere, pro cuius defensione debes scire, aliquam animalem operationē trifariam egere corpore vel re corporea intelligi posse, aut, vt subiecto siue organo, vt operationes animæ sensitiuæ & vegetatiuæ. oēs enim hæ egent pro esse earum corpore: vel aliqua corporis parte, vt subiecto & organo. Aut disponente, vt operationes animæ sensitiuæ quo ad eam partem quæ est concupiscibilis: &

Quæstio.

Diuisio.

Primum circa commentum.

Operationē animalē corpore, vel corporea re indigere tripliciter capi posse.

operationes vegetatiuæ.oẽs enim egẽt ad hoc vt sint aliqua alteratione corporea,non.n.irascimur,nisi cor præcalefiat, similiter & in alijs. Aut vt obiecto, veluti videre eget pariete,in quo est color. non enim videre possumus absque pariete,in quo sint colores. ergo ad videndum pariete egemus : & certum est eo nos nõ egere,vt subiecto, non enim visio in illo est : vt in subiecto : neque illo egemus,vt disponente, cum paries oculum non disponat pro visione,ergo egemus eo,vt obiecto, saltem per accidens, quatenus in se continet per se visibile.Tunc dicẽdũ Auer. per proprias passiones nõ intelligere illas, quæ nullo modo egent corpore : quia secundum eius fictionẽ,nulla talis animalis passio est.Sed per proprias intelligit eas,quæ corpore,nec vt subiecto organo,nec vt disponente egent cuiusmodi sunt operationes intellectiuæ partis. Hæ enim egent corpore,vt obiecto, non enim possumus intelligere nisi vniuersalia,modo vniuersalia sunt in singularibus phantasiatis (quæ græci hic phantasmata vocãt) eo modo quo colores sunt in pariete. ergo sicut visio eget pariete, vt obiecto,sic intellecto eget phãtasmate,vt obiecto. Per communes vero intelligit oẽs illas,quę egent corpore vt subiecto organo,vel vt disponente. hæ ergo cões dicũtur propter hanc causam.Vltimo quæres cur diuisionem animalium accidẽtium hic fecit,Auer.dixit, vt excitaret nos ad immortalitatem animæ(vt in collectaneis patet.) Ego vero dico eum hanc distinctionem fecisse,ad ostendẽdum se in hoc libro de vtrisque esse pertractaturum.

ARGYR. *Verum omni ex parte atque omnino difficillimum est, fidem aliquam de ipsa tandem accipere. Nam cum hæc quæstio communis sit etiam cum alijs rebus compluribus,de substantia dico & quid est, vnus cuipiam fortasse modus, vna via quædam esse videtur,qua cognoscere quid nam sit vnaquæque possumus rerũ, quarum substantiam percipere volumus, perinde atque modus vnus est hisce quo proprij rerum demonstrantur affectus. Quapropter quærendum est, quænam sit illa via, quis ille modus vnus, quo rerum substantiæ percipi possunt.*

Tex.cõmẽ.4. πάντως o=mnino πάν=τως penitus λαβεῖν ac=cipere πίστιν fidem tacita respõsio .n. profecto.

Omnino autem & penitus difficillimorum est accipere aliquam fidem de ipsa. Etenim cum sit cõmunis quæstio etiam multis alijs, dico autem eã, quæ est circa substantiam, & ipsum quid est, fortasse alicui videbitur vna quædam esse methodus de omnibus,de quibus volumus cognoscere substantiam. sicut enim & eorum quę sunt secundum accñs propriorum demonstrationẽ, quare quærenda vtique erit methodus ista.

COLLEC. Tex. cõmen.4.

Hoc in loco expositorum expositionem apponã in primis,post ad commentum transibo. hoc ergo in loco cum in principio procemij aĩe speculationem commendauerit vt studiosiores ad eam capescẽdam hortaretur proponit, quod ardua atque difficilis est de aĩa speculatio, vt pigriores deterreret eosque dehortaretur,quia igitur dixit supe rius inquirendum primo considerare diffinitionem aĩæ,& post accñtia per se eius,hoc in loco ostendit qõnẽ de diffinitione,non tñ animæ, imo cõmuniter omnibus entibus quante sit difficultatis.oportet.n inquit querere cõmuniter in diffinitionibus,vtrum primum vna quædam est methodus per q̃ omnium entium possumus diffinitiones reddere, vel plures. & apponit illud quod vř primo aspectu, & inquit,ꝙ forte alicui vř vna cõmunis methodus omnibus de quibus diffinitionem quærimus, hoc argumento vtenti, qm̃ quemadmodũ omnium propriorum accidentium vna est methodus,dico autem demonstrationem, sic & omnium diffinitionum vnam esse decet. Adhuc aũt est dubitandi locus, quænam sit ista an diuisio, an compositio,& quænam dicetur post hoc in cõmẽto. hæc igitur est huius literæ sententia.{Omnino & penitus} inquit accipere aliquam fidem.i.diffinitionẽ de ipsa, vt proposuit inquirere est omnino & penitus quicquã de numero difficillimorũ.i.ardua,& difficillima indagatio. dixit. {Omnino & penitus,} quia (vt quidam inquit) de anima duplex difficultas est vna ex natura eius,alia vero ex parte nostri,vt ergo hunc duplicem ambiguitatis modum innueret, duplex apposuit difficultatis aduerbium. Sed hoc stare non potest,qm̃ cum cãm reddit huius non difficultatẽ ex parte eius explicat,sed ex parte nostri. Præterea. vt dictum est auctoritate omnium cõmentorum, nihil certius est in natura q̃ fons & origo totius veri. declaratum est.n.ab his hanc sciam alias præcellere, non tñ subiecti præstantia, verum & ipsius constantia vt Them. aiebat. Philoponus vero aliter hunc locum exponit.voluit esse dictum. {Omnino & penitus,} qm̃ in qõne de via inuentiua diffinitionis aĩæ est duplex difficultatis genus.s.cõe omnibus diffinibilibus & maxime aĩæ, vt ergo hos duos modos afferret,aduerbio difficultatis vsus est bino. Nec hoc cõsonũ, qm̃ non alio indagatio diffinitionis ardua existit ꝓp viã eius inuẽtiuæ difficultatẽ.ergo vna tñ est difficultas, quare nõ ea decẽs erat duplicẽ difficultatis modum apponere. Põt itaque & alio modo exponi, qm̃ cũ duplex sit inueniendi genus, vnũ quidẽ ex eis quæ priores patres tradidere: à quibus aliq̃d dignũ,proposito accipiendũ relinquitur,aliud vero ex seipso. primũ quidẽ Arist.insinuat.2. Meta.& inq̃t.Nã si Timotheus non fuisset non tantã haberemus artẽ cantãdi.habitum.n.nřm excitarunt ac acuerunt. & si phrynis non antecessisset non talis Timotheus euasisset.Eodẽ modo res sese hẽt & de hisce q̃ de veritate dixerunt.à quibusdã.n.opiniones quasdã suscepimus, & quidem,vt illi talia sentirẽt cã sane fuere. hũc etiã modũ 2.Cęli apertissime explicauit.dico ergo ꝙ q̃a ex antiquorũ opinionibus nihil digni accipi põt qđ ad explanationẽ aĩæ ꝑducat,(& hoc inq̃t & ipse in principio secũdi huius) quæ q̃dẽ igitur à prioribus tradita fuere de aĩa, dicta sint. Iterũ aũt nos tanquã ex principio redeamus tentãtes determinare q̃d est aĩa &c.Etiã ex parte ipsius Aristo. est qõ difficillima de modo inueniendi illã ꝓp quod laborat & ipse in.2.huius.hũc duplicẽ difficultatis porro modũ innuebat cũ inq̃t{Oĩno & penitus}.i.tũ ꝓp opiniones antiquorũ,tũ ꝓp nosipsos.& huic Bysantij trãslatio facit inq̃t. {Verũ omni ex parte oĩno difficillimũ est fidẽ aliq̃ de ipsa tandem accipere} vbi ly {tãdem} dat intelligere:post longum pertransitũ esse difficile, & ꝓp hoc dat intelligere ꝙ nec ex antiquis aliquid dignũ accepit, & ob hoc addit:& {accipere} ea.n.accipimus quæ ex alijs habemus. Fidem}.i.diffinitionem vt quidã inquit, qm̃ definitio est sermo certificatiuus quidditatis & essentiæ,vt Auer ait.7. Meta.& quia fides est in dubia opinio,ideo & pro diffinitione accepit.& est sensus difficile esse de ipsa aĩa accipere fidem.i.diffinitionem.Vel forte ly ipsa, diffõnẽ refert, cum.n.dixit se inquisiturum cõsiderare de diffõne aĩæ, modo forte inquit.ꝙ de ipsa.s.definitione {fidem}.i.certitudinem hře est arduum,& sermones sunt ambo boni. Cum enim sit qõ cõmunis & multis alijs (dico aũt eam quæ circa subam & eius quod quid est) fortassis alicui videbitur vna quædã methodus esse de omnibus de q̃bus volumus cognoscere subam, sicut & eorum quæ sm accidens propriorum demřationem{quare quærẽda vtique est methodus ista}cũ proposuit difficillimum esse negatiuã aĩæ diffinitionẽ inuestigare,adiunxit rationẽ quæ est, qm̃ est cõmunis qõ aĩæ & oĩbus de quibus diffõnẽ quærimus. dico aũt eã qõnem quæ est circa subam & eius quod quid est, ad quã varij inueniuntur rñdentes,qm̃ alicui vř vna,sicut vna est demřatio qua oĩa propria accidentia ostendũtur, cui adhuc locus qõnis remanet, quænam sit.ergo hæc est ardua difficultas,tum primo quia est cõis qõ : tum.2.quia ad eam varij inueniuntur rñdentes, tum quia ad singulam solu.adhuc oritur locus ambiguitatis, quare ardua est res aĩæ diffinitionem venari dixit {& multis alijs,} qm̃ non omnia diffinitione sciuntur. quædam enim sunt quæ forte propter transcendentiam definitione carent, vt magna pars eorum quæ tractantur in metaphysicis. Vel forte dixit {& multis alijs,}qm̃ nondũ est locus quærendi, quorum est diffinitio,& quorum non, vt ergo vteretur verbo certo, dixit cum sit qõ cõmunis nõ tñ animæ, verum & alijs multis pro nũc. Dico aũt eã quæ circa substãtiam & eius quod quid est.} inquit Philoponus, qm̃ subæ. nomen

Commen. 42. & 43.

mẽ plura figfiat,etenim genus,ac materiam, & diffinitionem,idcirco cum dixit {circa substantiam} exposuit adiungens ipsius quid est,vt demonstret diffinitionem:& sic vult ly &,expositiue teneri hoc in loco. melius autẽ puto quoniam de anima duplicem introducet diffinitionem in 2.cõem .f. logicam, alteram propriam.i.specificã.ideo inquit.dico aũt eam quæ circa sũbam.i.specificam diffõnem & propriã & eã, quæ est eius quod quid est.i. cõem & logicã. Vnde & in principio secundi aggrediens illud,quod hoc in loco proponit inquit. iterum aũt tanq̃. à principio redeamus tentantes determinare quid est aïa.i.specificam diffõnẽ tradere & quæ vtique erit cõmunissima rõ ipsius. ecce igitur quõ verba verbis rñdent inuicem. Fortasse alicui videbitur vna quædam methodus esse de oĩbus,de quibus volumus cognoscere sũbam sicut eorum quæ ₤m accidens propriorum demr̃atiõnẽ.i.cum sit qõ illa fortasse.i. primo aspectu videbitur vna quedã.i.determinata methodus.i.via.Methodus.n.nihil aliud est , vt Alber. ait primo Topic.tract.1.cap.2.nisi breuis & cõpendiosa via quæ vulgari noĩe summa appellat̃ de oĩbus de q̃bus volumus cognoscere sũbam,cuius rõnẽ inquit, sicut & eorũ propriorum quæ sunt ₤m accñs demr̃atiõnẽ esse viam cõgruã ponit,{₤m accñs} inquit Philoponus aliud accñs,& aliud ₤m accñs,accñs quidem est quod ꝯ distinguitur ad sũbam,qđ ₤m se non subsistit neque ₤m sũbam existit rebus sed extrinsecus ipsis accidit.Scđm accñs vero qđ ex necessitate ꝯsequitur sũbas,sicuti dicimus accidere propõnibus conclusionem,qm̃ ex necessitate ipsas consequit̃.Dicit igitur {₤m accñs} hoc in loco proprie quę primo ac p se existũt.

Cap.4.

Dicitur aũt & melius dixit {propriorũ ₤m accñs,} q̃a in primo inq̃t Topic.propriũ duplex est ₤m accñs,& ꝓpriũ, quod essentiã dicit,qđ diffõ dicit.est.n.ꝓpriũ ₤m accñs qđ cõuersim ꝑdicat̃ extra essentiã . ꝓpriũ qđ est definitio est quod prædicat̃ cõuersim ₤m essentiam.inq̃t ergo ꝓpriorũ ₤m accidens ad differẽtiam propriorũ ₤m essentiã.{Quare quærenda est methodus ista.}patet mõ qualiter triplex est difficultas . Prima gñalis & est qõ cõmunis.2.ex varietate qõnem soluentium.3.quia postquam solutiones datę sunt , adhuc singulariter locus relinquitur ambiguitatis. Propterea adiunxit,quare quærenda est methodus ista, vt tertiam ostenderet difficultatem.

Commen 4.

C V M demonstrauit. Proponit primo ea quæ fecit,& inquit,cum demonstrauit ꝙ quærẽda in hac scia sunt principia duorum generum,quorum vnũ est scire substantiam animæ,& aliud est scire ea quæ contingunt substãtiæ.i.accidentia propria. Apponit post intentionem literæ,& inquit : Incepit primo demr̃are ea propter quæ est difficile scire substantiã eius.quod explicat.d.& est difficultas cognitionis viæ & regulæ ex qua põt quis inuenire suã diffinitionem,& totum residuum est manifestum per se.

COMMENTARIVM.

Q V I A proposuit se velle dicere duo,& de animæ definitione,& de accñtibus anime,nunc ostendit difficultates cõtingentes circa hæc,& primo difficultates,quæ contingunt circa definitionem. Sed cur difficultates has cõplexus sit græci cãm attulerunt,vt rudes dehortaretur, fugaretque ab hac diuina scia.mente vero doctos alliceret, hortareturque,& attentos faceret, vt lucidus Egidius inquit.Pro intellectu ergo verborum accipiamus omnibus volentibus definitionẽ alicuius inuenire cõtingere vnam cõem & vulgatam qõnem,illam,videlicet,an sit aliqua via inueniendi definitiones,q̃ græci methodũ appellant, quare volenti animæ definitionem aggredi hæc cõmunis qõ primo accidit,quæ omnibus rebus , quarum definitiones quærimus,accidere vr̃.Aristo.ergo primo præmittit difficultates,& inquit.{Omnino aũt & penitus accipere aliq̃ fidem de ipsa,}est de numero difficillimorũ, hac difficultate proposita,explicat illam,primo quo ad qõnem cõem omnibus volentibus definitiones quærere,& inquit , etenim cum sit cõmunis qõ non tantum animæ in quærendo eius definitionem,sed etiam alijs multis , quorum definitiones desideramus quã exponit, & inquit.dico autẽ quæstionem, quæ est circa substãtiam & quod quid est.i.circa definitionem,hæc est prima difficultas,quæ pendet ex cõ-

Dubitatio Græcorum.

Responsio.

muni qõne,deinde in specię multiplicat alias difficultates,quæ pendent datis partibus hincinde. Cõcessa nãque parte affirmatiua qõnis.f.ꝙ sit rerũ definiendarum methodus aliqua,ita vt definitionis animæ inueniẽdæ sit methodus aliqua, emergit altera qõ statim , vtrũ methodus hæc definitionum inueniendarum sit vna , an plures & si vna, emergit altera qõ : quænam sit illa.Arist.ergo supponens cõmunis qõnis solutionem.f.ꝙ omnium inueniendarum definitionũ sit aliqua via,& supponens illã esse vnã , inq̃t, fortassis alicui videbitur vna quædam methodus esse de omnibus,de quibus volumus cognoscere sũbam.i.definitionem,sicut est reuera supponendũ, cuius cãm affert , & inquit.Sicut.n.& eorũ quæ sunt ₤m accñs propriorũ demonstrationem supponendum tangit qõnẽ. quæ emergit hac qõnis parte data,& inquit.Quare quærenda vtiq; erit methodus ista quænam sit , difficultas ergo in genere est vtrum sit aliqua methodus,concesso ꝙ sit aliqua, emergit in specie altera qõ vtrum illa sit vna,aut plures , & cõcesso,ꝙ sit vna : emergit qõ tandem quæ sit illa, vtrũ diuisio, vel syll's,vel id genus.Ex his patet omnem difficultatẽ esse ex parte viæ, est enim primo dubium vtrum inueniẽdæ de aïa diffinitionis sit aliqua via,vel ne,& si aliqua, vtrum via qua definitio animæ inueniri potest sit vna communis animæ,& cæteris quarum definitionem quærimus an plures plurium & si vna omnibus cõmunis , qõ erit de specie viæ an sit compositio,an diuisio,an id genus. Verba vero textus in collectaneis per pulchre ꝯsiderauimus. Primo considerauimus cur dixit. Omnino & penitus esse difficillimum,dicebamus aliquos dixisse Arist. vsum esse duplici difficultatis aduerbio quia accipere aliq̃ fidem de anima est dupliciter difficile,tum ex parte nostra , tum ex parte rei,quod stare non potest,quia Arist. omnem difficultatẽ ex parte viæ posuit , talis aũt difficultas non nisi ex parte nostra nascitur,siquidem (vt Them.inquit) anima ex parte rei notissima est,& fons omnis notitiæ, Philoponũ vero dixisse narrauimus Arist.vsum esse duplici difficultatis aduerbio,quia ex parte viæ duæ sunt difficultates , altera cõmunis oĩbus definitionibus,altera propria definitioni animæ.Contra quã diximus difficultatem in definitione animæ nullam esse propriam,sed oẽm cõem. demum dicebamus duplici illo aduerbio vsum esse Arist. quia duplex erat difficultas, ex parte antiquorum : qui nihil dixerunt, & ex parte Arist.qui in hoc erat dubius . Melius aũt dico nunc Arist.vsum esse tribus vocibus significantibus difficultatem,videlicet. Omnino & penitus & difficillimorũ, & quidem non ab rõne, quia est difficultas de trãscẽdenti,vtrum sit aliqua via,trãscendens.n.est ipsum aliquid , & de genere viæ,vtrum cõmunis an propria,& de specie,q̃a vbi via sit vna,qõ est quæ sit illa : & si plures etiam qõnes accidunt circa pluralitatem,quia igitur est difficultas in transcendenti : in genere & in speciebus generum . ideo tribus vocibus difficultatem significãtibus vsus fuit. Per accipere in collectaneis sumere ab antiquis intelligebamus . At melius per accipere venari intelligit , per fidem intelligebamus definitionem de ipsa.f.anima: vel certitudinem,de ipsa.f.animæ definitione , & vtraque expositio bona est.Cur vero dixit{& multis alijs} dicebamus eum hoc dixisse,propter transcendentia , quorum non est definitio : aut quia nondum est locus quærendi quorũ sit denitio , quorumue non sit,ideo supponatur de multis saltẽ definitionem esse. Cur etiam dixit,circa sũbam:& ipsum quid est,Philoponus(vt diximus)dicebat,quia substantia, plura significat, ideo addit quid est quasi cõtractiuum substantiæ,vel expositiuũ:quare & pro.i.accepit.Dicebamus aũt nos per sũbam eum intelligere propriam definitionẽ,per quod quid est,cõem,vt.2.huius patebit, disputabamus cur dixit ₤m accñs propriorum, & non dixit accidentium propriorum.referebamus expositionem Philoponi qui voluit differre accidens,& secundum accñs, potest.n. aliquod proprium esse ₤m accidens, quod nõ est accidens. propriæ enim passiones sunt ₤m accidens , cum non sint de sũba rei,quæ non sunt accidentia . Melius aũt diximus eum dicere propriorũ ₤m accidens , quia duplex propriũ, ₤m sũbam,vt definitio & ₤m accidẽs vt propriũ.Ad drĩam

Propria solutio nunc.

Secundum accidens propriorum.

ergo definitionum,quæ sunt propria ſm ſubſtantiam dixit propriorum ſecundũ accidens,hæc ſunt,quæ in collectaneis diximus. Quæres fortaſſe,cur poſt qõnem cuiuſque, ſi ſit aliquid,ſtatim ſequitur qõ an illud ſit vnum, vel plura,vt ſi quærimus,vtrũ Deus ſit aliquid, poſtea quærimus dato ꝙ ſit aliquid,vtrum vnus vel plures Dij, ſic.n.querit Ariſt.vtrum definitionũ inueniendarum ſit aliqua via ſtatim conceſſo ꝙ aliqua ſit: quærit vtrum vna vel plures.

Quæſtio.

Solutio.

Dicendum fortaſſe hoc euenire, quia prima entis diuiſio eſt per vnũ,& multa: ſic enim Ariſt.proceſsit.1.Phy. ſupponens enim ens eſſe,quærit an vnum: an plura, vt in diſputatione contra Parmeñ.patet.

ARGYR.

Quod ſi non vnus quidam atque communis ſit ille modus longe difficilior ipſa pertractatio fit.oportebit enim de vnaquaque rerum accipere, quis ad vnamquãque modus accõmodabitur. Si vero pateat illum demonſtrationem vel diuiſionem, vel etiam quendam alium modum eſſe, complures inſuper difficultates erroresq́ue emergũt in ijs exquirendis è quibus vniuſcuiuſque conficienda eſt diffinitio. aliarum nãque rerum alia principia ſunt: vt numerorum ſuperficierumq́ue.

Tex.cõmẽ. 5.

Si autem non eſt vna & communis quædam via de ipſo quid eſt, adhuc difficilior eſt negociatio.oportebit enim accipere circa vnumquodque quis modus.Si autem manifeſtum erit vtrũ demonſtratio eſt, aut diuiſio,aut etiam aliqua alia methodus, adhuc multas habet dubitationes:& errores, ex quibus oportet quærere. Alia enim aliorum principia ſunt ſicut numerorum & ſuperficierum.

COLLEC. *Tex. cõmen.5.*

Cum dixiſſet difficultates tres quæ emergunt in animæ diffinitione,hoc in loco qões enumerat, quæ dicentibus multas eſſe methodos,inſurgunt,& inquit, ꝙ ſi non vnus quidam eſt atque communis ille modus, longe difficilior fiet ipſius pertractatio. & rationem reddit: & inquit. qm̃ oportebit de vnaquaque rerum accipere quis modus accommodabitur vnicuique,iſta ergo eſt difficultas quæ dicẽtibus methodorum pluralitatem emergit,poſt redit ad eos qui vnam teſtantur methodum,& inquit. Si vero pateat illum demonſtrationem,vel diuiſionem, vel compoſitionem,vel aliquem alium modum eſſe, multo plures adhuc qões: & errandi loca relinquuntur exquirendis in ijs,e quibus vniuſcuiuſque cõficienda eſt definitio. rationem reddit & inquit. Aliarum nanque rerum alia principia ſunt,vt numerorum quidem alia,ſuperficierum aliaq́;. Debes ſcire vt ex Philopono excipitur ꝙ tribus modis difficultas circa methodum inuadit: Primo quidem quæ ſit.2.quot ſint.& 3.quales ſint,Si quæ ſit quærimus ipſam, an demonſtratio an diuiſio anq́; compoſitio ſit quęrimus. Si vero quot ſint,an tot quot diffinitiones, & diffinibilia. an vna omnibus cõmunis. Si quales,circa principia vniuſcuiuſque vertetur indagatio, quare ardua & difficillima aïæ definitionis erit inueſtigatio. Inquit modo Hammonius hos tres modos Ariſtote. hoc in loco tetigiſſe. dixit § Alia enim aliorum principia ſicut numerorum & planorum. } vt Hammonius inquit. qm̃ non vnum genus oĩum entium,numeri quidem diſcretum q̃tum, ſuperficiei vero continuum,itaque per principia Ariſto.(vt ipſe vult) hoc in loco genus & differentiam audit. Sed non bene inqt, qm̃ & Ariſt.ſtatim in ſequenti litera mouet & nouã quæſtionem,& dicit, primum aũt fortaſsis neceſſarium eſt diuidere in quo genere &c.ergo non eſt conſonũ ipſum idẽ hoc in loco intelligere,eſſet.n.ſuperfluus. ideo & melius principiorum ſunt hæc quidem elementaria.hæc vero abſtracta & ordinata.vnitas enim principiũ numeri elementare,cum ex vnitatibus numerus cõſtet, linea vero & punctus ſuperficiei,punctus.n.fluens lineam cauſat, hæc vero ſuperficiem.quia igitur nobis conferunt principia elemẽtaria multoties in diffinitionis reditionem queadmodum in numeris (dicimus.n.numerum ex vnitatibus multitudinem) ideo inquit, principia.n.alia ſunt aliorum,vt numerorum vnitates,& planorum lineæ. Et ſic patet huius loci commentatio.

Commen 5.

INTENDIT. In hoc commento non proponit cõtinuationem, qm̃ eam appoſuit in pede cõmẽ.4.quã lege. Duo ergo facit.quia primo facit illud, quod dixit in continuatione.ſ.oñdit difficultatem contingentem dicẽtibus plures vias,ſecunda ibi.§ Et cum fecerit§ redit ad dicẽtes vnam viam,inquit ergo intendit,& ſi hæc via, qua imus in inueniendo diffinitiones rerum,& cognoſcẽdo ſubas earum,non fuerit eadem.i.vna,& cõmunis omnibus rebus, quarum diffinitiones ſunt quærendę,ſed plures vna, tunc illud quod quæſitum eſt de ſuba.i.diffinitione aïæ magis erit difficile: cuius rõnem inquit, neceſſarium eſt.n.ſcire primitus in vnaquaque rerum quarũ diffinitio eſt cognoſcendo ꝑ aliquam viam propriam illis rebus,quarũ ſubę.i. diffõnes ſunt cognoſcendę. ergo hic colligabitur duplex difficultas.vna qua inueniemus viam, altera in inueniendo principia propria ſingulo cuius diffinitionẽ quęrimus. Et cum fuerit.§hoc in loco redit ad difficultatem dicentium vnam viam,& inquit,& cũ fuerit declaratũ illã viam eſſe vnam,tunc oportet ſcire quæ ſit,an demonſtratio, vt Hippocrates Geometra Chius dicit, aut diuiſio, vt Plato ait,aut cõpõ,vt Ariſt.quo facto, adhuc emergunt loca errandi nõ pauca:qm̃ oportet adhuc ſcire principia vniuſcuiuſque quibus applicemus illam viam.& dat rõnem, & inquit.principia enim rerũ diuerſorum generũ ſunt diuerſa.ideo concludit,vnde cognitio iſtius viæ non ſufficit in ſcire diffinitiones rerũ,niſi ſcita fuerint principia propria illis rebus proprijs.i.ſpecificis,nam diffinitiones nõ componuntur niſi ex principijs proprijs quæ ſunt in re. Et ex hoc apparet quod terminata qõne,an ſit vna via,adhuc labor erit circa principia propria rei, q̃bus viam illã applicemus. In hoc loco aperte colligitur, ꝙ diffões ſint in re,& reales ait diffões fieri ex principijs quæ ſunt in re, huic etiã ꝯſonat ſermo eius.1.Phy.vbi inquit.v.g.qm̃ ſi poſuerimus ꝙ ens qđ eſt vnũ apud eos eſt hõ, neceſſe eſt vt aïal quod eſt genus hoïs, & bipes, quod eſt eius dr̃ia ſint entia in rei veritate.nam partes rei quæ ſunt ſm diffõnem præcedunt rẽ in eſſe. Et idẽ in fine commen.30.6.Meta. In oppoſitũ eſt Auer.7.Meta.& infra,vbi colligitur ꝙ partes diffõnis ſunt partes rõnis & 1.Phy.idem ait.Dicẽdum vt Auer.inquit.7.Meta.ꝙ diffinitio põt accipi duobus modis.Vno modo in potẽtia,alio modo in actu. ſi accipit in potẽtia,ſi eſt in re,& ſic verificat ſermo eius hic.ſi in actu, ſic ſunt partes rõnis,& alibi ſermo verificabitur.

Quæſtio Vtrũ partes diffinitionis ſint reales.
Commen.28.
Commen. 33. & 34.
Commen 8.
Commen.5.
Commen.42.

COMMENTARIVM.

ENVMERATIS difficultatibus quæ cõtingunt dicentibus vnam eſſe omnium cõem methodum: enumerat difficultates quæ cõtingunt dicentibus plures.Et duo facit,q.a.primo has difficultates enumerat, deinde redit ad difficultates,quæ contingunt dicentibus vnã oĩum cõem, de prima inquit. Si aũt non eſt vna cõis oĩum methodus de ipſo quid eſt,ſed tot gñe,vel ſpẽ, quot gñe vel ſpẽ ſunt ea,quorũ definitiones quærimus, adhuc difficilior eſt negociatio, cuius cãm dicit, quia oportebit accipere circa vnũquodque genus,vel ſpẽm definiendã q.s modus.i.proprius modus ſpẽ, vel gñe, & ita facere tot methodos ſpẽ vel genere,quot res gñe vel ſpẽ definientur, quod cũ ſit impoſsibile vltra nõ inquirit.redit poſtea ad difficultates contingentes his qui oĩum vnã cõem eſſe methodũ dicerent,& inquit.Si aũt concedatur ꝙ ſit vna,& ſit manifeſtũ quod illa vna ſit demr̃atio,aut diuiſio, aut aliqua alia methodus quæcunque ſit, illa adhuc multas habet dubõnes & errores.i.errandi loca,de quibus oportet quærere:quia (vt inquit)aliorũ alia atq; alia principia ſunt,alia.n.numerorum,& alia ſuperficierum ſunt principia.Quare licet ſit cõmunis methodus oĩum,oportet adhuc laborare in adaptando illam diuerſis pro rõne diuerſorũ principiorũ, ex q̃bus res definitur.Ex his ſeq̃tur ꝙ dicentibus cõem q̃dã omniũ methodũ,duæ accidũt difficultates.Prima in ſciendo quæ illa ſit. ſecunda dato ꝙ ſit diuiſio: qũo applicatur diuerſis principia habẽtibus diuerſa. Dicẽtibus vero plures vna qõ accidit.ſ.in applicãdo vnicuiq; ſuã propriã.Sed tunc eſt dubitatio, cur dixit difficultatem accidentem dicentibus

Dubitatio

centibus plures esse maiorem, cum illa sit vna, dicentibus vero vnam, difficultates accidere plures. Dici pôt illam vnam esse pôderosiorem illis duabus, est.n. difficultas accidens vnam dicentibus maior extensiue, difficultas autem dicentibus plures, est maior intensiue, concurrunt.n. ad illam applicationem plura. Primum scire oẽs vias applicabiles, non enim applicari pôt cuique sua, nisi per oẽs applicabiles discurramus. Secundum scire oĩa, quibus applicari debent, nisi.n. per illa omnia decurremus applicationem propriam facere non poterimus. Tertium est experiri applicationes omnium vni vt eligamus cuiq; propria: ergo rectæ dixit difficilior est negociatio, negociari enim est multifarie laborare. Philoponus vt in collectaneis, dixit tres esse difficultates circa methodum, prima (vt inquit) quæ sit, secunda quot sint: & tertia quales sint, difficultas quæ sit est vtrum diuisio vel demonstratio, difficultas quot sint est, an tot, quot diffinibilia, quorum definitiones quærimus, difficultas quales sint est inuestigatio circa qualia principia hæc Philoponus, quæ non placent, quia nô hoc ordine Arist. in difficultatibus processit. primo.n. quæsiuit si definitionum sit inueniendi aliqua via, deinde an vna, an plures, & si vna quæsiuit quæ sit, & si plures, tûc tot, quot definitiones, oportet illas esse hic est ordo Arist. non ille Philoponi. Quo vero ad verba attinet, Aristo cum dicit aliorum alia esse principia Hammonius & Auer. genus & dñam intellexerunt, quæ dñr principia essentialia. Philoponus vero intellexit elemẽtaria, qualia sunt materia & forma respectu compositi, vt vnitates numeri & puncta superficierum, cã est, quia de principis essentialibus quæret postea. Sed qm̃ definitiones aliquando fiunt ex essentialibus: aliquâdo ex elementarijs principijs, ideo arbitror Arist. intelligere definitiua principia, quæcunque illa sint. Quæret quispiam quot difficultates contingunt dicentibus vnam viam. Rñdet Egidius duæ, altera ex parte nostri, altera ex parte rei. Ex parte nostri quidẽ, quia difficile est scire si est aliqua via, vel nô est, & si est, vtrum sit vna, & si vna, vtrum côpositio vel diuisio, hæc ex parte nostri. Ex parte rei vero est, quia dato ꝙ sit compositio, accidit difficultas ex parte rei, quæ sint illa principia, ex quibus definitio constabit. Sed pace sua dixerim, hæc difficultas non ex parte rei oritur (vt greci dicunt) sed ex parte viæ. Dato enim ꝙ via sit compositio, oritur difficultas in applicâdo illam viam illis principijs, ergo tota difficultas erit ex parte viæ, & ita ex parte nostri. Quod quidẽ tota ex parte viæ sit, Philoponus ostendit, quia altera est in inuẽtione viæ, altera est in implicando principijs rei viam inuentam. Cum enim anima & animæ principia in natura nota sint, nulla est difficultas applicationis ex parte rei, sed tota ex parte nostri, q ignoramus viam illam applicare rei in se notæ. Secundo dubitatur, quia 2. Poster. dicitur tam diuisionem quàm compositionem esse vias inueniendi definitionem. Auer. autẽ dicit solam compositionem. Respondet Egidius diuisionem esse per accidens vtilem, compositionem per se necessariam, inuentio enim definitionis nônisi compositio quædam est ex genere & differentia, verum fieri non pôt, nisi præcesserit diuisio. Facilius dici potest diuisionẽ disponere ad inuentionem definitionis, compositionem autem perficere ipsam inuentionem. In collecta. notat contradictio quædam in dictis Auer. quatenus hic colligitur definitionis partes esse reales, alibi vero clare dicitur illas esse rationis. Datur rñsio per verba quædam posita cômẽ. 42. lib. 7. Meta. in quibus accipitur partes definitionis esse in re dum accipiuntur in potentia, & ante actum intelligendi. dum vero in actu accipiuntur, quatenus actu intelliguntur, sunt rationis. Animaduerte tamen pro veritate, ꝙ de mente Auer. triplex est diffinibile, aliud quidẽ per se primum, & hoc est forma substantiæ compositæ, vt significatur per nomẽ speciei, vel generis de prædicamento substantiæ, vt homo, vel animal, aut equus & id genus: quodlibet enim horum forma est per nomen speciei concretiuum significata. Aliud per se non primo, vt singulare significatum per nomen commune, veluti animal, mistum, animatum, compositum ex anima rationali: & corpore, &c. id genus. quodlibet.n. singulare est, nô tamẽ vniuersale compositum præter singularia: quia tamẽ significatur ꝑ nomen côe, ideo videtur esse vl'e. Aliud est ꝑ accidens, & est singulare, vt significatur per nomẽ singulare, veluti Socrates & Plato, quæ sunt singularia hoĩs, aut hoc vel illud mistum, hoc vel illud animatũ, quæ sunt singularia compositorum per nomina cômunia signatorum. Hac distõne stante, dicamus ꝙ si nos loquimur de partibus definiti per se primo illæ non sunt realiter distinctæ, tales .n. partes non sunt nisi genus & dña quæ sumuntur à forma, vt diuersimode concipitur. aĩal.n. rônale significatiue nihil aliud sunt, nisi aĩa hoĩs, prout diuersimode concipit, & partes hoc pacto definitionis vbiq; ab Auer. dñr rônis. Sin aût loquimur de partibus definiti per accñs, vel ꝑ se non primi, sic sunt signantes mãm & formã, & hoc modo in re sunt, & realiter diuersæ, materia enim & forma in re sunt, & realiter differunt, hæ partes vbiq; ab Auer. dñr reales, & in re per hæc tollitur contradictio, hic enim loquitur secundo modo, alibi aût primo modo.

Solutio. *Dubitatio.* *Quæ Egidius.* *2. dubita.* *Solutio. Egidij.* *Solu. alia.* *Cõtradictio in dictis Auer. Solutio.* *Solutio pro veritate.*

ARGYR. *Primum autem fortasse necessarium est diuidere atque accipere, in quonam generum collocetur, quidque sit anima: vtrum sit substantia: an in qualitate, vel in quantitate, vel in alio quodam prædicamentorum genere collocetur. Deinde peruestigandum est, vtrum eorum subeat rationem quæ potentia sunt, an potius quidam sit actus: non enim parum interesse videtur.*

Tex. cômen 6. Primum autẽ fortasis necessarium est diuidere in quo generum sit: & quid sit. dico autem, vtrum hoc aliquid, & substantia, aut quale, aut quãtum, aut etiam aliquod aliud diuisorum prædicamentorum. Adhuc autem vtrum eorum quæ sunt in potentia, aut magis actus quidam sit. Differt enim non aliquid parum.

COLLEC. *Tex. cômen. 6.* Cum absoluit cômuniter de diffinitionibus quæ in aĩa dubitantur, Hic incipit narrare quæ in anima dubitantur ad sumptionẽ diffinitionis, & inquit oportet in alia inuestigare sub quo genere ipsam collocemus, nô pauca.n. de hoc dubitatio. Ipsam.n. hi sub sub̃a collocant vt peripate. hi vero sub quâto, quorum est Xenocrates & Plato, numerus.n. inquit seipsam mouẽs est aĩa. numerus aût sub quâto. Hi vero sub quali, vt Galenus, & Homerus & medici complures complexionem esse dicentes. Hi vero sub ad aliquid, proportionem.n. dicentes elementorum aiam, vt Empedocles, & Alexand. vñr vtiq; sub ad aliquid reducere. duplum.n. vel sexquialterũ sub ad aliquid, alicuius nanque duplum ambiguum ergo intantum genus. Sed cû inuenerimus eam sub substantia, rursum quærimus vtrũ corpus an incorporeum, non.n. sic vel aliter dicere parum interesse videtur. hæc igitur est huius literæ sententia {primum aût fortasis necessarium diuidere in quo generũ, & quid sit.} Inquit Plato in Phædone vnum est principium recte consulendi, nosse vero oportet de quocûque si sit consilium in totũ aberrare necesse, de aĩa igitur quærẽtes nisi prius demũ sit ipsa nouerimus, qûo diffõnẽ eius colligere possumus atq; Arist. inq̃t, in philosophia, qm̃ nosse ac scire ꝯtingit circa oẽs methodos quarũ sunt principia, aut causæ, aut elñta, ex horũ cognitione. Si ergo ad cognoscẽdum res opus est cognoscere principia, alia verò aliorum sunt principia, inuestigâdũ quod nã principium aĩæ, atq; eo magis, quo inuẽtione difficilior ꝑter cętera in aĩa principij qô. dixit aût {fortasis} qm̃ diffinitio aĩæ datur ꝑ corpus, quẽadmodû & alia accñtia multa, ideo posset q̃busdã videri nô ꝑ genus diffinienda, & ꝑ ꝯñs qô querens sub qđ genus collocetur superfluit, ideo dixit fortasis: vel dixit {fortasis} vt reputo, qm̃ aĩa nô ponit̃ in gne ꝑ se, sed reductiue, vt notaret itaq; ambiguitatẽ hâc apposuit {fortasis} & adiunxit {& qđ sit} qm̃ & si nô oportet quærere genus ꝑ se saltẽ illud qđ prædicat̃ in qđ sit. Dico aût vtrũ sit hoc aliqđ & sub̃a, aut qualitas, aut q̃titas, aut etiã qđdã aliud diuisorũ pñtorũ. i. relatio. dixit autẽ {hoc aliquid & sub̃a,} qm̃ hoc aliqđ qñq; côius est qñque minus côe sub̃a qñq; in æquo, ideo vt innueret ꝑ eodẽ illa capi dixit {hoc aliquid

aliquid & ſuba. } Adhuc aũt vtrum eorũ,quæ ſunt in potentia, aut magis endelechia ſit. Inquit Them. præterea nõ mõ longinquum,& genus, ſupremũque inueniendum eſt,ſed etiam proximũ & iunctũ.nõ.n.ſuos numeros diffinitio hoĩs habet ſi ſuba dicas, ſed ſi aial afferas.Quare cũ Ariſt.de gñe quæſiuit remoto hoc in loco, ipſe inquit ſub quo nã genere propinquo aĩa ponet? Sũpſit aũt {vtrũ eorũ quę ſunt in potẽtia} pro.corporeis.i.vtrũ aĩa ſit corpus {aut magis endelechia ſit} ſumpſit pro incorporeo, itaq; cũ inueſtigatũ erit ipſam eſſe in gñe ſubæ: opus eſt ſubdiuidere,an ſub corporeo,an ſub incorporeo. Sũt.n.corporeũ & incorporeũ dr̃iæ primæ ſubæ p id q̃dem quod dixit {in potẽtia} denotat corpus {p endelechiã vero incorporeũ} & huius rõne Hãmonius inquit, q̃a oẽ corpus ptãte exiſtit,vt longa narratione declarat. Et debes ſcire ꝙ diuiſio hæc fuit & neceſſaria,q̃m Pythagorici aĩam, corpus dicũt eſſe,eo q̃a extra corpus exit & intrat, & oẽ qđ exit ab aliquo,& intrat corpus,quare & aĩa corpus. Præterea. Quidã dñt eã aquã,quidã aerem, quidã ſanguinẽ, vt videbitur.Alij aũt nõ corpus, ſed actũ & forma dicũt, vt Ariſ. & Anax.clazomenius,ideo ſubdiuiſio illa fuit & ꝯueniẽs queadmodũ & prima. Ambigit Philoponus, Cur corpori{ in poteſtate } accõmodauit in incorporeo,nõ dixit {in endelechia} in ablatiuo caſu, ſed { endelechia} ẽm rectũ. Rñdet ipſe ꝙ aliud eſt ptãs, & aliud in ptãte: & aliud endelechia: & aliud in endelechia.mã.n.ſolum poteſtas eſt, forma vero tantummodo endelechia: quod ex mã & forma eſt in poteſtate exiſtit, & in entelechia, q̃m ergo in corporalibus non eſt ipſum poteſtate, quia neque mã, & propterea neque ipſum actu,non ſunt actu,ſed ipſe actus. ideo cõtradiſtinguẽs mãli ac ꝯpoſitæ naturæ immaterialẽ & incorporalem,dixit vtrũ eorũ quæ in ptãte exiſtũt.i.corporeũ, vel entelechia quædã.i.forma quædã pura atq; immaterialis {Differt.n.non parum}.i.non paucũ inter medium corporis: atque incorporei. Ex hoc ſequitur, tã ẽm Them.q̃ ẽm Hammonium, illã eſſe ſubdiuiſionẽ ſubæ, & non primã entis diuiſionẽ,vt Auer.inq̃t in cõmẽto, cuius rõnẽ inquit ad hoc Hammonius: ſemp ſecũdã diuiſionem præcedens alterũ membrũ diuiſionis accipit, & illud ſubdiuidit,cũ igitur dixit vtrũ,quale,aut q̃tũ,vel aliquid aliorum prædicamentorum: ſumpſit ſubam: & eã ſubdiuiſit, vt genus proximum inueſtigaret,vt Them.ait.

Commen 6. CVM demonſtrauit. Iſtud cõmentum.6.eſt manifeſtum per ſe.attamẽ pro illa parte,ibi {potẽtia.n.& actus} Debes ſcire ꝙ hic reddit cãm eius quod dicit in litera.inquit.n.ĩ litera {Differt.n.non parum} cuius rõnẽ reddit,& inquit.potentia.n.& actus ſunt dr̃iæ: quæ ꝯtingunt omnibus prædicamentis,& ſunt valde oppoſitæ. Et ex hoc apparet ſecundum eum ipſum non accipere ens in potentia pro corporeo:& actum pro incorporeo, eo q̃a corporeũ & incorporeum non contingunt omnibus prædicamẽtis: ſed ſubſtantiæ tm̃.Et ſic expoſitio Auer. differt ab expoſitione Them.& Hammonij.Vr̃ aũt & Auer.hoc in loco errare multum primo,q̃a taliter intelligit de actu,& potentia Ariſt.quale antiquis cecidit diuerſitas, & qualiter eſt dubitabile,inueſtigatio.n.debet ſupponere ſemper aliq̃d veri,vel dubij.vt Ariſt.inquit.7.Meta.mõ nullus antiquorum dixit aĩam eſſe potẽtiam illo modo quo ſumit Auer.

Commen.5 9. Præterea.Taliter debet Ariſt. intelligere qualiter ſecũdo huius accepit illa. Sed ibi ſubdiuidit ſubſtãtiam in actum pro forma,& potentiam pro materia: & cõpoſito,ideo & hic illo modo loqui debet. Adhuc actus, & potentia vt circuiunt omne genus ſunt oppoſita relatiue, quod Auer. Meta.dicit.9.Meta.Sed ſic non multum ſunt oppoſita,q̃m oppoſitio relatiua põt eiuſdem eſſe ad ſe.5.Meta. modo

Commen. 11. nihil ad ſe opponitur valde. Rurſus ſi eſſent circuientes omne prædicamentũ,eſſent differentiæ modales diuidentes ens.hoc aũt falſum eſt, q̃ñ omnis diuiſio per dr̃ias ſiue modos,fit ab aliquo vno vnã naturam importante.modo ens,nec eſt vnum, nec vnam nãm importans, vt Auer. inquit.10.Meta.vbi inquit ꝙ ens immediate ſignat decem

Commen.8. pñta.ergo illa diuiſio nihil eſt. Præterea.Si per actũ & potẽtiam entis dr̃ias Ariſt.intelligeret vt Auer.ait: qõ prior ſecundũ nãm debet eſſe in litera,an anima ſit potentia, an actus cuius oppoſitum fecit.Primo nanque q̃onem quæſiuit de genere,poſt quærit,an eorum quę potẽtia,an actus anima ſit. Ideo expoſitio græcorũ ſine dubio melior eſt. Sed quia non eſt credibile tantum Cõmentatorem hunc locum ignoraſſe,cum in multis ſubtilius proceſſit q̃ quicunque græcorum expoſitor, ideo debes ſcire ꝙ p actum Auer.intelligit formam, & per ens in potentia materiã, quæ mã non pro prima hic capitur,ſed pro omni eo,quod nõ eſt purus actus,licet.n.in omnibus pñtis non ſit mã ex qua,vt Ariſt.inquit.10.Meta.eſt tñ materia, capiendo materiam pro omni eo, quod eſt proportionale materiæ, vt Auer.ait.12.Meta.& alibi. Et hoc mõ corpus mã dicitur, & hoc modo mã ĩ omni exiſtit pñto,& forma ſibi oppoſita etiã ſimiliter.Scd'o debes ſcire ꝙ hoc mõ capiendo,illa ſunt dr̃iæ entis,nõ quidẽ diuiſiuæ,ſed ꝯſtitutiuæ cuiuſlibet pñti,nec incõuenit dr̃iam ꝯſtituere aliquid,& nihil diuide re.omne.n.pñtum & quodlibet illorum ex mã & forma cõponitur,acceptis illo modo. Tertio debes ſcire ꝙ ſunt valde oppoſite duobus modis,cõtradictoriæ & priuatiuæ cõtradictoriæ quidem,q̃m vt Auer. inquit.7.Meta. mã eſt principium quo res nõ eſt, forma principium quo res eſt, modo principium eſſendi, & principium non eſſendi vñr oppoſita cõtradictoriæ.Sũt vero priuatiuæ, quia vt Auer. inquit.9.Meta.potẽtia priuationem dicit, actus aũt habitũ,quare oppoſita erunt & priuatiuæ. Philoponus aũt dicit eſſe ea diſtantia ẽm diſtãtiam perfectionalẽ.inq̃t.n.nõ paucum eſſe intermedium corporis atque incorporei. Ex his patet differentia expoſitionũ. expoſitores enim græci volunt actum,& potentiam eſſe veras generis ſubæ differentias de quibus Porphyr. inquit in Iſagogis.& per ꝯñs ſolum opponi ſecundum diſtantiam perfectionis. Argumenta vero contra Auer.ſunt ſoluta modo.

Tex. cõmẽ.11. Tex. cõmẽ.22. & 23.

Cõmen.37.

Commen.3.

COMMENTARIVM.

OMNES cõueniunt Ariſt.in hoc textu mouere quęſtiones circa genus,& differentiam ex quibus animæ diffinitio conſtat,nec in hoc differunt græci à noſtris.Sed cur tales difficultates moneat nunc Ariſt. non eodem modo omnes ſentiunt. Egidius lucidus expoſitor ſequens ſuũ exponendi modum,quem proximo textu aſsignauit,aſſerit Ariſt.difficultates has circa genus, & dr̃iam nunc mouere,quia pauloante dixit data certitudine viæ, eſſe difficultatem adhuc non paruam ex parte principiorum rei, ideo tales difficultates ex parte principiorum rei enumerat,enumerauit.n.difficultates ex parte viæ, quare & nũc ex parte principiorum rei difficultates enumerare cogitur,quæ expõ pulchra eſſet, ſi cognitio aĩæ eſſet dupliciter difficilis,& ex parte noſtra, & ex parte rei, ſed q̃a res hęc non caret q̃one,Them.lucidus doctor: aliam cãm aſſignat his verbis,cum igitur duæ res potiſsimum habeantur, in quas omni de aĩa inquiſitio digerĩt: ipſa.videlicet ſuba aĩæ,& eius accñtia, cũ mouit difficultates circa viã, nũc mouet difficultates circa ſubam,quæ ꝯſtat gñe, & ipſa dr̃ia,q̃ cãm expoſitor Thomas ſequĩt,cum ait circa ſubſtantiam eſſe dubitationẽ de gñe,& dr̃ia. Et Philoponus qui ſub Hãmonio ſcripſit,hic ait Ariſt. mouiſſe difficultates, quæ cõmuniter occurrunt animæ, & omnibus alijs, quarum definitiones quærimus,quę difficultates ſunt circa viam,& quaſi cõmunes, nunc vero eum mouere dicit difficultates in ſpecie circa ea, quæ ſumuntur ad definitionem aĩæ,hactenus de intentione: & de cã intentionis.

Quæ Egid.

Them.

Q̃ones ergo quas in hoc textu de ſuba aĩæ in ſpẽ Ariſt. mouet,ſunt duæ ſecundũ Them.Hãmoniũ,& Philoponũ. prima de gñe,in quonam gñe ipſa aĩa ſit, vtpote quid ipſa ſit ẽm genus,dico aũt vtrum hoc aliquid,& ſuba, aut quale,aut quãtum,aut etiam aliquod aliud diuiſorum pñtorũ .ſ.relatio.Secunda qõ eſt de dr̃ijs, vt vtrũ anima ſit de numero eorũ quę ſunt in potẽtia,qualia ſunt corporea, hoc eſt vtrum ipſa ſit ſuba corporea, aut ſi magis q̃dam actus .ſ.ſuba incorporea. Et addit ꝙ dicere ipſam corpoream, vel incorpoream differt non parũ,corporeum enim & incorporeum ſunt primæ ſubæ dr̃iæ, vt inquit Hammonius. quæ non parum differunt,quippe cũ ſub incorporeo contineantur æterna,ſub corporeo corruptibilia,quę differũt plus q̃ gñe, vt dicĩt.10.Meta. Quo vero ad verba attinet, Ariſt.

Quæſtio.

Consideratio verborum. Arist. dicit primum esse cōsiderandum de genere: in quo ipsa sit & in collectaneis ex verbis Plato. cām assignauimus, quia. 1. qō. quę occurrit circa inuentionem definitionis quo ad eius principia, est qō de gñe. vtrum hæc cā nūc obscura vr̄: quia secundo huius Arist. inter qōnes de principijs definitiuis aīæ, primam qōnem non fecit de genere animæ, sed de transcendenti. Et dicendū Arist. fecisse primam qōnem de genere, supponit. n. aīam esse ens, & quærit vtrum substantia, ostendit tandem esse substantiā, nec pōt aliter facere, quia oīs scīa supponit suum subiectū esse. nō ergo pōt esse qō an aīa sit ens, recte ergo dictū est primā .q. de aīa esse de genere, quia nulla esse potest prior: qm̄ qō in transcendenti esse non potest, siquidem nulla scīa ꝓbat suum sub̄m esse. Dixit aūt fortasis, vel q̄a (vt Egidius inquit) posset alicui videri non esse quærēdū de genere, sed de subiecto, primo quia cum formæ n̄ales definiantur per additamentum, prima. q. posset videri esse de subiecto addito, & non de genere, vel (vt etiam in collectaneis diximus) Arist. fortasis dicit quia posset alicui videri aīam nō esse in genere, vt reuera nō est, nisi reductiue. Dixit etiam diuidere, vt innueret pro definitione colligenda prænecessarium esse procedere diuidendo, diximus. n. superius definitiones inueniri cōpletiue per ꝯpōnem, dispositiue ꝑ diuisionem. Dixit insuper in quo generum, & non in quo genere: vt innueret esse plura rerum genera, per quæ negociari oportet, vt animæ definitionē colligamus. Præterea dixit & quid sit, vt innuat illud quæsitum si non fuerit genus, saltem sit p̄dicatū in quid, quod loco generis accipi potest. vel melius verbum & expositiue legatur, vt sit sensus in quo generum, & pro. i. quid sit. Dixit hoc aliq̄d & sub̄a pro eodem sumens, vel quia hoc aliq̄d est cōmunius sub̄a, vel quia hoc aliquid verbum obscurū est, vt innuat in hoc libro verbum illud intelligi vbique pro sub̄a. Præterea ꝑ ea, quę sunt in potentia, corporea intelligit, vt græci exponunt, omne. n. corporeum in potentia est, per actum aūt, incorporeū, incorporea. n. actus sunt: vt Hammonius & Philoponus dixerunt. Fuit aūt hæc quæstio de differentia necessaria, vtrum. s. aīa corpus, vel incorporea sit, tum propter Pythagoricos, qui dicentes aīam exire, & ingredi corpora, moueri ipsam asserebāt, quare & corpus esse concedere cogebantur. Tum etiā propter physicos, quorum alij aīam dixerunt aquam, alij aerem, & id genus.

Tex. cōmē. 2.

Ens actu ens in potentia. Quærit Philoponus, cur Arist. mouēs quæstionem secundam, corporea vocat ea, quæ sunt in potentia, vel potestate entia, incorporea vero actus, & non ens in actu, vel ens actu. R̄ndet q̄ aliud est potentia, aliud ens in potentia, aliud actus, aliud denique ens in actu. Potētia quidem materia est: actus vero forma, cōpositum ex materia & forma est ens in potentia, & ens actu, vel ens in actu, & quoniam corporeum est compositū ex materia & forma: potest dici ens actu, & ens potentia, quia vero incorporeum nullo modo cōponitur ex materia & forma. ideo nec dicitur ens actu nec ens in potētia, sed actus. Sed dices si corporeum dici potest ens in actu: & ens in potentia, cur corporea potius entia in potentia, q̄ entia in actu appellauit? Præterea. Falsum vr̄, quod Philoponus inq̄t .s. q̄ incorporeum non est in potentia, quia, vt Auer. dicit tertio huius de incorporeis solus Deus est actus: omne aūt aliud citra primū est in potentia. Et defendi p̄nt dicta Philoponi, primum quidem, quia licet indifferēter corporeum dici possit ens in actu, & ens in potentia, potius appellat ipsum ens in potētia vt maiorem differentiā innuat inter ipsum, & suum oppositum. nā ens in actu, licet differat ab actu, differentia non est ita euidēs, vr ergo euidentem inter illa differentiam innuat, corporea appellauit entia in potentia, incorporea actus. Ex his sequitur diuisionem hanc per ea quæ sunt in potentia & ea, quæ sunt actus, non intelligendum esse eam entis diuisionem, quæ est per actum & potentiam, vt Auer. inquit, vt patet per Hammonium, Them. & Philoponum. Præterea patet ratione: quia nullus posuit aīam esse potentiam, sed actum tantum. Secundum vero diluitur, quia licet omne citra primum est in potentia: tamen potentia de illis dicitur æquiuoce, nec facile illa esse in potentia intelliguntur.

Commen 5.

Defensio.

Arist. autem procedit per d̄rias euidentes, & ita satis est. Hæc pro dilucidatione: atque recognitione eorum quæ in collectaneis circa textum diximus. De considerandis circa cōm. primum est q̄ Auer. in expositione textus non discordat à græcis, quia vult post narrationem earum difficultatum, quæ accidunt de definitione animę in cōmuni, descendere ad difficultates quæ contingunt primo circa genus, Secundo quæ contingunt circa d̄rias entis diuidentes illud genus. Secundum. n. Auer. 1. q. est vtrum anima sit in genere substantiæ. Secunda est, dato q̄ aīa sit in genere sub̄æ vtrum anima sit in substantia ſm potentiam, an secundum actū, quæ d̄riæ sunt entis, & quidē valde oppositæ. ex qb⁹ (vt bene in collectaneis diximus,) patet Auer. per ea, quæ sunt in potentia, nō corporea intellexisse, nec per actum incorporeum, quia corporeum, & incorporeū non circuūt omnia prædicamenta, veluti circuere videntur actus & potentia.

Dubitatio. Sed pro dilucidiori declaratione quæritur quid Arist. intelligat per ea, quæ sunt in potentia, & quid per actum, cum inquit, Adhuc autē vtrum eorum, quę sunt in potentia, aut magis actus. R̄ndet Auer. Arist. per hæc intelligere actum & potentiam: quæ circuunt oē prædicamētum. Hæ autē sunt entis d̄riæ valde oppositæ, & ita intelligit actum & potentiam, quæ sunt entis d̄riæ valde oppositæ, quodlibet prædicamentum diuidentes. Contra hanc expositionem in collectaneis subtiliter obiecimus. Primo, quia taliter de his loquitur qualiter inter veteres fuit opinionum diuersitas. modo nullus veterum dixit aīam esse potentia, vt est entis d̄ria. Secundo quia secundo huius soluens hanc qōnē, non accepit actum & potentiam hoc pacto vt videbitur. Tertio actus & potentia: vt circuunt oē genus, sunt opposita relatiue, mō vt sic non valde opponuntur. Quarto ens non est vnum in n̄a, ergo nō potest diuidi per aliqua, omnis enim diuisio supponit vnitatem. Quinto si per actum & potentiā intelligit d̄rias entis, tunc qō prior debuit esse, vtrū anima sit actus vel potentia, q̄ vtrum sit sub̄a, quia diuisio entis in actum & potentiam est prior, q̄ in decem prædicamenta. Pro defensione Auer. diximus primo per potentiam eū intelligere id oē, q̄d est proportionale, & simile materiæ, ꝑ actū vero proportionale & simile formæ, hoc. n. modo sumendo hęc circuūt oē p̄dicamentū, in omni. n. p̄dicamēto est aliq̄d vt mā, & aliq̄d vt forma. Secundo dicebamus actū & potentiam esse entis d̄rias, non quidem diuisiuas, sed cuiuslibet p̄dicamenti ꝯstitutiuas. Tertio dicebamus has eē valde oppositas priuatiue, & aliquo modo ꝯtradictoriæ, priuatiue q̄dē, q̄a actus habitum potētia priuationē dicit, contradictorie vero, quia actus essendi: potentia non essendi principium est. Et sic patet qūo sint d̄riæ entis, circuentes oē genus, & valde oppositæ. Nūc dico q̄ licet pro defensione Auer. nihil magis dici possit. qm̄ nūc veritati magis studemus, expō hæc Auer. cum tota hac defensione, non placet: primo quidē quia actus & potentia hoc modo intelligēdo accipient pro māli, & formali. non. n. p̄nt actus, & potentia esse in omni p̄dicamēto, nisi aliquo horū modorum, aut sumendo potentiam pro vera mā, & actū pro vera forma, & hoc modo nō sunt nisi in p̄nto sub̄ę. aut sumendo actū pro actu existentiæ, & potentia pro eo q̄d est poſe esse, & in potētia obiectiua, quo modo nūc rosa quæ generabitur est in potentia, & postea in actu, vnde à Metaphysicis actus & potentia sic accepti d̄nr existendi, potentia quidē, q̄a aliquid poterit existere, actus vero quo existit, hoc modo intelligat, non sunt opposita relatiue. etiam nullus dixit aīam esse potentiam hoc pacto, vt rosa nunc, rursus soluens Arist. secundo huius hanc qōnem, nihil dicit de potētia, & actu hoc pacto sumptis aut potentiam sumit pro simili materiæ, actū vero pro simili formæ vt diximus in collectaneis, & tunc friuolum est, quia cum Arist. moueat hanc qōnem ꝑp opiniones veterum, & nulla fuit inter veteres opinio, quæ diceret aīam esse potētiā hoc modo, ergo hæc expō non conuenit, aut quarto per actum intelligit perfectum, & per potētiam imperfectū, & hoc mō minime valet, q̄a tūc qō est vtrū aīa sit ꝑfectio, vel imꝑfectio, mō nullus antiquorum dixit aīam esse imꝑ-

RECOG.

fectionem corporis. hæc ergo expositio non cõuenit verbis. Rectius ergo cum græcis per ens in potentia, corpus & per actum, incorporeum est intelligẽdum, hæ enim differentiæ valde oppositæ sunt, quia differunt (vt Philoponus inquit) secundum distantiam perfectionalem valde. Hæc circa commentum.

ARGYR. *Considerandum est præterea: si partibilis sit necne & vtrum eiusdẽ sit aĩa speciei omnis, necne. Et si non sit eiusdem speciei, vtrum specie tantum, an etiam genere differat. nunc enim ii qui dicunt atque quærũt de anima, de humana tantum quærere perscrutarique videntur.*

Tex. cõmen. 7. Considerandum autem est, & si partibilis sit, aut impartibilis, & vtrum eiusdẽ speciei sit omnis aĩa, aut non. Si aũt nõ eiusdem speciei est, vtrum specie differant, aut genere. nunc quidem.n.dicentes, & quærentes de anima, de humana sola videntur intendere.

COLLEC. Tex. cõmen 7. Mouet hoc in loco qõnẽ aliam circa aĩam, q̃ Philoponus tribus modis exponit, sed qa secundus modus est expositio Auer. ideo duos enarrare nunc expedit. Inquit ergo Arist. quærere vtrum aia multarum potestatum existit vel partibilis.i.non multa ptãte, impartibilem.n.ipsam dicit Democritus, ac nõ multarum potestatũ, idẽ esse dicẽs intelligere ipsi sentire: atque ab vna hoc proficisci virtute. Aliter Hamonius inquit. ita vero melius exponere illud{partibilis aut impartibilis} vtrum vna quædam sit aĩa in cunctis aĩalibus vel multæ, & hoc dicit{Considerãdum aũt & si partibilis sit, aut impartibilis}.i.vtrum vna omnibus{aut partibilis}.i.vtrũ plures pluribus, & singulo singula.{Et vtrum sit similis speciei oĩs aĩa, aut non}.i.& si multæ, in multis, vtrum spẽ differunt solũmodo, an & etiã genere. dicentes eam cõplexionẽ dicerent ipsam vnã, variari tñ ipsam ẽm partem cõplexionis in vnoquoq;, queãd modum vnus aer cõmuniter ab oĩbus inspiratus. sed differt secundum partem in vnoquoque aĩalium.{Si aũt non sit similis speciei, vtrum spẽ differũt. an genere. nunc qdẽ enim dicentes, & quærẽtes de aĩa, de humana solũ vr̃ intendere} Alex. inquit in Plato. clam ipsum inuehi, qui de aĩa loquens solũ humanę pfecte tractationẽ fecit. Cõtradicit huic & Philoponus & inqt. vr̃ tñ Plato in plerisque locis, & maxime in Timæo, & de irrõnabili differere. quare quod Alex. dicit falsum vr̃. Ideo aliter inqt, fortasse igitur in physicos obloquitur tacite Democriticos: & cæteros mordens. Sed Philoponus hoc excusat & inquit. dicerent.n.illi ꝙ in humana aĩa quælibet aĩæ virtus terminat. igitur de ista differentes de omni vtiq; disputabimus. Hæc est expositio ad modum græcorũ. Sed ambiges qm̃ Arist. non vr̃ sequi diuisionem. cum.n.diuisit, an corpus: an incorporea, adhuc scd̃m nãm diuisionis debet quærere, & si corpus, an simplex, vt physici, qui aerem, vel ignem, vel aquã dicunt, vel cõpositum, vt alij dicentes sanguinem, vel humidum, vt Ipus Philosophus rudis. Adhuc si incorporabile, vel sit aliqua separabilis, vel inseparabilis. & siquidẽ quædã separabilis: & quædã inseparabilis, tũc debet quærere Aristo. vtrum plures, aut vna omnibus aĩalibus. ergo vr̃ Arist. diminutus. Et solu. est forte, qm̃ Aristo. enumerat diuisiones, & subdiuisiones valde famosas, & alias occultas. & non ita cõmunes proprijs locis enumerat, vt videbitur locis eorum. Et propter hoc Them̃. hunc textum inexodians videtur ipse enumerare has quas Arist. tacuit, propter breuiloquium vide.

Commen. 7. Cvm incipit numerare.] Ponit primo intentionẽ literæ, & inquit cum incepit numerare qõnes perscrutãdas ab eo, ꝙ vult cõsiderare de aĩa, & demõstrauit primo ꝙ suba eius est quærenda, incepit dicere, quid est quærendũ post hoc, est ergo intentio Arist. enumerare qõnes accñtes inquirentibus de aĩa & mouet.q.accñtes eis ex parte definiti, & sic nũc dinumerat.q.circa definitum.i.qõ intelligitur apud Auer. sic. vtrum anima sit diuidua secundum diuisionem subiecti, aut si subiecto indiuidua, reddit causam, qa Stoici: & Pla. dixerunt aĩam rationabilem esse in cerebro, veluti in subiecto, cõcupiscibilẽ & appetitiuã in corde, nutritiuã, & naturale in hepate. sic ergo Pla. vt in Timæo colligitur circa finẽ, aĩam humanã in tres partes secuit, & loco: & subiecto disiunxit. Arist. aũt totam rõnalẽ aĩam opinatur subiecto esse vnã, sed diuiduã virtutibus, & potentijs. & sic Arist. vult aĩam esse totũ quoddam potestatiuũ & virtuale. Et considerandum.] Secunda qõ intelligitur sic apud Auer. vtrum oĩs aĩa omni animæ sit eiusdẽ speciei. an sicut hõ & equus differunt, sic & aĩæ, cã huius qõnis sunt Pythagorici, nã oĩum animaliũ aĩam dixerunt esse rõnalem, eãque è corpore in corpus migrare. Ad hos ergo quærit, an omnis aĩa omni aĩæ eiusdem sit speciei vel non. Et considerandum} tertia qõ apud Auer. sic intelligitur, si differũt spẽ, an differunt spẽ tm̃, & genere conueniant, ita vt saluet vniuocatio, an in vtroque sit illa dr̃ia, vt aĩa sit quid analogũ de omnibus aĩalibꝰ dicta, & Egid. addit, & bene, ꝙ prima.q. tangit totalitalẽ aĩæ potestatiuam. secũda & tertia tãgunt eius totalitatem vl̃em quæ dicitur totalitas in mõ & natura. Dimittere.n.} Reddit cãm tertiæ qõnis, Nam antiqui vt Pythagorici obliti huius tertiæ .q.crediderunt oẽs aĩas spẽ cõuenire, sed numero differre tm̃, easque è corpore in corpus migrare, esse etiã in quodam numero cõstitutas. Nã crediderũt solam considerationem fieri in humana anima. & sic in cæteris esse factũ. Et hoc est.} Verificat.q. & vult hoc Pythagoricorũ intentum esse verũ, si oẽs aĩæ essent eiusdẽ speciei. sed qm̃ differunt spẽ, ideo opus est cõsiderare, si cõueniant genere. nã tũc primo de illo genere opus esset solicitari: tãquam de vniuersaliori & predefinire, tanq̃ cõmunius, deinde definire spẽs seorsum singulas, vt fecit Arist. Nam primo aĩæ genus. secundo spẽs eius perscripsit vt secũdo huius notabimus. Et indifferenter,} Docet quale illud cõmune sit nõ referri ad rem, & inquit, & indifferenter, siue illud genus aĩarum sit prædicatũ vniuocũ, siue secundum prius & posterius, non impedit nos, quin prius ipsum perquiramus, vt patet de definitione, q̃ postea inducet de aĩa. hæ ergo sunt qõnes, & earum expõnes apud Auer. & certe Them̃. non differt ab eo: licet verbis videatur diuersus.

Debes scire ꝙ Pythagorici non cognouerunt aĩas nisi humanas, & posuerunt numerum aĩarum determinatum, & hoĩes in certo numero & aĩas migrare de corpore in corpus, sed inter Pythag. hæc est dr̃ia, nã quidã posuerunt aĩas humanas differre spẽ ab aĩabus brutorum, sed eas ponunt æternas à parte post, sed semel creatas, & ante corpora in quodã numero & eas migrare dicũt ex hoĩe in hominem. Nam oĩa numero & mensura determinant. Nam hoĩes ponũt in certo numero: dicunt.n.hoĩes esse in mũdo. 46560000. totque semper esse aĩas rõnales, & sic dum vnus hõ definit alter oritur, dũ in hac parte mundi hoĩum cætus definit, in alia parte incipit, & sic hoĩes & mundus conseruatur semper in pari perfectione. huius opinionis fuit Hermes cœlestium rerũ scriptor accuratissimus qui hoc modo venatur numerũ hoĩum, & aĩarũ. ait.n. ciuitates esse tot in mundo, quot sunt cœli minuta, sunt.n. partes cœli quæ gradus dicuntur. 360. quæ ductæ in 60. sunt oẽs. 21600. & tot dicit esse ciuitates & castra, hoĩes aũt dicit esse. 46560000. nã. 21600. minuta ducta ĩ quarta cęli sunt. 46560000. & tot dicit hoĩes esse, & rõnales aĩas, ciuitates ergo tot dicit esse quot minuta, hoĩes vero tot quot quartæ cœli, & sic oĩa numero stabiliuit, & mensura. & sic cogitur Hermes ponere aĩarũ regressum & ingressum in hominibus tm̃. Alij Pythag. aliter dixerunt. dixerunt.n. aĩas humanas & brutales esse eiusdem speciei, easque non tm̃ in hominibus migrare, sed & in cæteris animaliũ speciebus. Aristo. ergo ad hos & ad Plat. qõnes has tetigit, quæ omnes in secundo huius aperientur.

COMMENTARIVM.

Expositio Egidij & Philop. Egidivs expositor lucidus triplex totum distinguit, qm̃ aliud est totũ definibile, cuius partes sunt genus & dr̃ia. Aliud totum potestatiuum: cuius partes sunt virtutes & potentiæ. Aliud est totum vl̃e cuius partes sunt spẽs. vel inferiora. Dicit Arist. in proximo textu mouisse qõnes circa aĩam, vt est totum definibile, nũc vero mouet

qõnes

qõnes vt eſt totum poteſtatiuum. Ideo dicit Ariſt. cõſiderãdum eſſe, & ſi partibilis ſit, aut impartibilis. ſ. poteſtate, multiplex aut non. Huius expoſitionis cãm aſſerit Philoponus. quia nonnulli dixerunt aĩam eſſe vnam poteſtate, vt Democritus, qui non diſtinxit inter intellm̃ & ſenſum.

Expõ Hammo. Hammonius autẽ aliter exponit & intelligit per impartibilem vnam in omnibus aĩalibus: vt nõnulli dixerunt de mente Plato. qui voluerunt vnã formã eſſe omnium cõpoſitorum: in elñtis quidem eſt & in miſtis inaĩatis nãm, in plantis aĩam vegetabilem, in brutis ſenſitiuam, in hoĩe intellectiuam, in corpore cœleſti intelligentiam, in mundo ipſo Deum, vel mundi aĩam: vt M. Varro de qua in lib. de intellectu. per partibilem vero plures pluribus, vt cõmuniter dicitur quia in brutis alia, in plantis alia, in hominibus alia. Et vtrum eiuſdem } Egidius aſſerit Ariſt. mouere qõnes circa aĩam quatenus eſt totum vl̃e, quia ꝓximo textu mouit, quatenus eſt totum poteſtatiuum, quatenus eſt totũ vl̃e duas mouet qõnes. 1. vtrum oĩs aĩa ſit eiuſdẽ ſpeciei, aut non. ſecunda dato ꝙ nõ ſint oẽs aĩæ eiuſdẽ ſpeciei, vtrum ſpẽ tm̃ differãt, an & ſpẽ & genere. Huius qõnis cãm aſsignat Ariſt. quia q̃ hodie de aĩa diſputãt, de humana ſolum loquuntur credentes aiam humanã eſſe eiuſdẽ ſpeciei in oĩbus aĩalibus. Hãmonius vult, ꝙ poſtq̃ mouit qõnẽ de vnitate, vltra quærit, ſi aĩæ ſunt plures, pluriũ, vtrũ differant ſpẽ, an numero. & ſi ſpẽ, vtrũ ſpẽ tm̃, an gñe, & ſpẽ.

Diſputatio græcorum. Diſputãt græci, cur Ariſt. mouit has qõnes. ſ. vtrũ aĩa ſit vna ſpẽ, an vna genere, an ſpẽ, & genere diuerſa in diuerſis, & cur illa verba dixit. } Nũc quidẽ intendentes. } Alex. aſſerit hanc Ariſt. mouere clam mordens Platon. q̃ ſolum de humana viſus eſt loqui. Philoponus ait Alex. non bene dicere, quia in Timæo loquitur de irrationali. Propterea has mouiſſe Ariſt. aſſerit ꝑꝑ phyſicos democriticos, & alios mordens, q̃ ſolum de humana loquebãtur. Excuſat tñ eos: ideo ſolum dicens de humana eſſe locutos, quia humana aĩa poteſtate oẽs eſt: & oẽm virtutem continet cuiuſque aĩæ, ideo qui dicit de ea, de omni vr̃ dicere. Hæc circa textum.

Circa cõmẽtũ. Quo vero ad ea quæ in comméto dñr, debes ſcire ꝙ qõnes poſſunt accidere circa definitionẽ aĩæ, & circa definitum ipſum. vult igitur Auer. ꝙ proximo textu mouit. q. circa definitionem at nunc mouet circa definitum. cum. n. aĩa ſit, quæ definitur, ideo circa ipſam õrit tres. q. 1. eſt vtrũ ſi partibilis. ſ. ſubiecto vel impartibilis ſubiecto. 2. q. circa definitam aĩam hæc eſt, vtrũ aĩa ſit eiuſdem ſpeciei, q̃ qõnem nõ vult eſſe cum proxima colligatam. 3. q. eſt, ſed colligata ſecundæ. videlicet ſi aĩæ differũt ſpẽ, vtrum etiam genere, an ſpẽ tm̃. Verũ apud græcos iſtæ qõnes ſunt colligatæ, q̃a prima quærit vtrum vna oĩum ſit aĩa, vel plures plurium, ſecũda dato ꝙ plures plurium ſint: vtrum ſicut ea quorum ſunt differũt ſpecie, ſic & animæ eorum. tertio dato, ꝙ differunt ſpecie: veluti ea, quorum ſunt aĩæ, vtrum differant genere: & ſpecie, ſicuti ea, quorum ſunt: an ſpecie tm̃. Ecce ꝙ qõnes colligatæ ſunt, atque ſubalternæ. Auer. autem ſecundam & tertiam ſubalternas autumat, primam abiunctam fecit.

ARGYR. *At cauendum eſt ne nos prætereat, vtrum vna ſit eius ratio vt animalis: an vniuſcuiuſque ſit alia ratio, vt equi, canis hoĩs, Dei, Animal aũt vniuerſale, aut nihil eſt, aut poſterius eſt, & quidquid itidem aliud cõiter prædicatur.*

Tex. cõmen 8. Formidandum aũt eſt, quatenus non lateat, vtrum vna ratio ipſius ſit, ſicut animalis, aut ſecũdum vnumquodq; altera, vt equi, canis, hoĩs, Dei. Animal aũt vniuerſale aut nihil eſt, aut poſterius eſt. Similiter aũt, & ſi aliquod commune aliud prædicetur.

COLLEC. *Tex. cõmen. 8.* Mouit qõnes circa definitum, nunc circa definitionem perquirit. vertiẽ aũt qõ hæc (vt omnibus græcis, & Auer. placet) circa definitionis vnitatem. eſt. n. definitio ſicut & definitum, definitum aũt dicitur vnũ, vel gñe, vt aĩal, vel ſpecie, vt homo, ideo & definitio eſt vna vel genere, vel ſpecie, quærit ergo qũo definitio aĩæ perquirenda ſit vna vtrum genere, vel ſpẽ. inquit } Formidandũ aũt quatenus non lateat vtrum rõ } .i. definitio } ipſius } aĩæ } ſit vna } ſicut aĩalis rõ & definitio, hoc eſt vna genere, aut ſecũdum vnumquodque altera: vt eſt altera equi altera canis, altera hoĩs, altera Dei. i. corporis cœleſtis hoc eſt vel ſit vna ſecundum ſpẽm. Aĩal aũt. } Them. vr̃ per hanc partẽ reddere cãm dictæ nunc qõnis, & legit hãc literam cum nota cauſæ. ſ. } enim } ſed pace eius melius Auer. legit. n. literam vt in græco ſtat. ſ. cum nota diuerſatiua } aũt } & in græco δὲ, nam hic Ariſt. quaſi aduerſando, rñdet tacitæ qõni, põt enim quis dicere Ariſt. cur tu prius nõ pertractaſti, an deẽ aĩarum idea ſeparata? Nã ſi datur debet definitio primo eſſe illius, & quaſi participatiue aliarum. Cui obijcit reſpondendo. d. } aĩal aũt vl̃e }. i. idæale, aut nihil eſt, q̃tum ad rẽ } aut } ſup. ſi eſt, poſterius eſt, quãtũ ad cognitionẽ noſtrã, vt videbimus in cõm. & ſic hæc qõ nihil ad nos. } Sĩlr aũt. } aut nihil eſt: aut poſterius, & ſi aliqđ cõe, illud ꝑdicetur. q. d. & ſicut dixi de aĩali: ſic de cæteris oportet dicere, ꝙ nihil ſunt in re, vel ſi ſunt, ſunt poſterius q̃tũ ad cognitionem noſtram. & ſic Ariſt. ſe excuſare videtur ab illa. q. tanquam ad propoſitum parum cõferente. hæc videtur expoſitio Auer. & Them. licet aliqua ex parte differant, vt dicemus.

Commen. 8. CVM narrauit. Primo introducit textum & reſumit quid fecit, dicit. n. Ariſt. narraſſe dñm huius artis. ſ. cõſideratorem libri de aĩa oportere apponere cõſiderationẽ in aĩa vniuerſali. ſ. vel vl̃itate generis, vel alijs vniuerſalitatibus. Nũc vult quærere qualis vnitas eſt in definitione animæ, an generica an ſpecifica. } Qm̃ cũ. } reddit cãm qõnis. d. qm̃ cum hoc fuerit cõſideratum, nõ contingit nobis, cũ locuti ſimus de aĩa hoĩs, ꝙ æſtimemus loqui de omni aĩa, vt Platoni accidit, & ſtoicis, qui tm̃ humanã aĩam cognouerunt. ſcito enim ꝙ definitio aĩæ eſt generica: ſcimus ꝙ aĩæ ſpẽs ſunt plures. Demrãt ꝑ hoc. } Hic Auer. primo cõcludit corollarium, ſcđo exponit literã inquit. } demrãt ꝑ hoc }. i. ꝑ hæc verba Ariſt. ꝙ ipſe nõ opinatur ꝙ definitiones generum & ſpecierũ ſint definitiones rerum vniuerſalium exiſtentium extra aĩam: ſed ſunt definitiones rerũ particularium extra intellectũ, ſed intellectus q̃ agit hoc, eſt intellectus agẽs, facit vl̃itatẽ in eis. Hic colligunt nõ dari vl̃ia realia, hic etiam colligũt definitiones eſſe rerum particularium. Sed nec hoc, nec illud colligi põt. nã verbũ hoc in Platonẽ dirigit Auer. vult. n. vniuerſalia nõ eẽ extra aĩam modo Platonico ſecundũ eſſe, & exiſtentiam ſeparata à ſingularibus, & ſic etiam vult vl̃ium ſic realr̃ & eſſentialiter ſeparatorũ, nõ eſſe definitiones, & ſic nihil hñt. Et ſic dicendũ: vt ex. 2. Meta. colligi põt, ꝙ vniuerſalia apud Auer. exñtia extra aĩam, ſunt vniuerſalia in potẽtia, actu vero fiunt ab intellectu agente, & ſic illorum non particulariter, ſed vniuerſaliter, acceptorũ ſunt definitiones: ſed hæc ſtatim melius perquirenẽ. *Commen. 4.* Et. q. d. } Ecce qũo Auer. vult Ariſt. rñdere tacitę obiectioni, dicet. n. quis, cur tu nõ perquiſiſti primo, an deẽ vl̃e idæale? & ſi datur idea aĩæ, cuius primo ſit definitio, deinde ꝑ illã cognoſcamus in cæteris. Et dixit hoc. } Reddit cãm dicti, nã vl̃e idæale, vel nihil eſt quãtum ad eſſe reale: ita vt illius ſit definitio, eſt, nihil facit ad intellectum rerum ſenſibilium, & aĩarum particularium. Et. q. d. } Concludit duo, primum ꝙ definitiones non ſunt, niſi rerum particularium exñtium extra aĩam, inquãtum vl̃r concipiuntur: & ſic ad nihil ſunt ideę.

Secundũ ꝙ apparet. } Concludit ſm̃. ſ. ꝙ aut nihil ſunt. ſ. q̃tũ ad eſſe reale, & ſm̃ exñtiam ſeparatũ, aut ſi ſunt, poſterius ſunt quãtum ad cognitionem. & hoc declarat ſic. nã ſi ſunt ideæ, eſſent cauſæ rerũ ſenſibilium, ſi cauſæ ergo oportet prius eas nos cognoſcere, an ſint, & hoc per ſpẽm demõſtrationis ſigni: nã aliter cauſæ nõ cognoſcuntur, vt patet in forma & materia: & poſt, cognitis ipſis cognitione quia: regredimur ad res cauſatas ab eis demonſtratione propter qđ, ergo vel nihil ſunt, q̃tũ ad eſſe reale, ſm̃ eſſe ſeparatũ, vel ſi ſunt, oportet vt præcognoſcamus res ſenſibiles prius ſaltem in demrãtione quia, & ſic ſunt poſterius cognitæ ſaltem in via demrõnis quia, & ſic non ſunt neceſſariæ, & hanc caudam cõmenti pauci intelligunt: Hæc ergo eſt expoſitio Auer. Debes ſcire ꝙ Egid. Romanus: hic q̃dã differẽtiam inter Auer. & Them̃. præfingit. ait. n. Them̃. ſic expõnit ꝙ aĩal vl̃e. i. genus, aut nihil eſt quãtum ad vnitatẽ hypoſtaticam, aut poſterius eſt q̃tũ ad

ad intellectus conceptionem. Auer. aūt (inquit) ait vle, aut nihil esse q̃tum ad esse idæale, aut posterius, quātū ad conceptionem intelľs. Pace sua, nec Them. illud: nec Auer. istud dicit, vt ex vtriusque cōmentis perquiri pōt: & propterea tunc illa disiunctiua Them. pro vtraque parte vera esset, & sic nō esset natura disiunctiua, sed copulatiua. & sic vt puto Them. ab Auer. in nullo differt vt in exponēdo commentum perspicuum.

Digreßio The. de vniuersalib. Mouet Them. hic. q. vtrū genera & spēs sint notiones, & fabra animi, an naturæ potius aliquæ in singularibus cōtentæ, hæc quoque est ardua, & in doctrina Auer. nō parua, nec dudum quid ipse velit inuentum est. & licet alibi nos prolixe dixerimus, nunc quæ tantus vir resumpsit breuibus perstringamus. Dicit ergo tria, primo ꝙ genera & spēs sunt nudis notionibus proxima, appellat nudas notiones conceptiones, quibus nihil in re conuenit, vt tragelaphus, & hypocentaurus, & eiusmodi, genera ergo & species his nudis notionibus proxima sunt. Dicit secūdo eiusmodi vniuersalia ex singulariū collectione ac similitudine reponi. & nō intelligas ex singularium collectione integratiua, vt domus colligitur ex fragmentorū collectione, quia sic vle esset totum integrale, sed intelligas ex collectione singularium potētiali, nā vle est quoddam potentia, aliter cōtinens oīa singularia, nec intelligas per similitudinē spēm accn̄talem, vt imago in speculo: sed formam, nam vle est, forma concepta apud Them. 3. huius, & *Commen. 27.* apud Auer. 1. Meta. & alibi. ergo vlia sunt formæ conceptæ potentia cōtinentis oīa singularia. Aduerte tn̄ apud Them. & Auer. ꝙ forma habet triplex eē, materiale, intētionale, & intellectuale, quod cōceptum esse vocat. forma dum habet esse materiale, est vle, potētia remota, imo remotissima. dum vero habet esse intentionale, habet esse medium, & est vle potentia remota: non tn̄ remotissima, vnde vt Auer. ait vle intentionale, habet gradus, nā inq̃tū abstrahit à materia continet in medio, & in sensibus exterioribus, vsque ad sensum cōem, vt abstrahit à materia, & à pn̄tia materiæ, habet esse in virtute imaginatiua, vt dianoea apud The. vel cogitatiua apud Auer. quæ vna sunt, vt sic tn̄ nō abstrahūt à condōnibus materiæ, vt denique abstrahunt à materia, à pn̄tia materiæ, à cōdōnibusque materiæ, reperiuntur in intellectu poīi, & sic hn̄t esse cōceptum, & intellectuale, & dn̄r vlia actu. ergo dum vle habet esse intentionale, habet esse medium, nam pro quanto abstrahunt à mā esse vli participant: pro q̃to adhuc nō vltimo abstractum est à condōnibus materiæ, participat esse singulari. vult ergo dicere Them. ꝙ vle actu est similitudo. i. forma actu cōcepta, collecta ex singulariū collectione. i. continens potētia oīa singularia. Sed ambiges; ɔtra hæc, nonne cōpositū ex materia & forma est in aīa, vt aīal, & homo, & asinus, quorū quodlibet est cōpositū? Dicendum apud Them. & Auer. ꝙ mā non est in aīa, q̃a non est per se intelligibilis, cū per se ɔceptū sui nō formet, oportet aūt oē intelligibile esse actu: vt. 10. Meta. colligi pōt. *Commen. 20. Commen. 14.* & ideo. 12. Meta. mā vt habet esse cōe, non hēt extra aīam, & propterea si est in aīa, est ibi per intentionem ad placitū ipsam signātē, & nō ꝑ notionē naturaliter eā ꝑntātē. Ex hoc etiā sequitur ꝙ ɔpositū non est in aīa, quia mā est pars cōpositi, & ipsa nō pōt eē abstracta à seipsa, ita, vt cū forma vli faciat cōpositū vle, & sic bene dicit Auer. lapis *Commen. 38.* non est in aīa, sed forma lapidis. 3. huius. ergo vle est forma tm̄ rei cōpositæ ɔcretiuæ, & per modum ɔpōnis accepta, & sic aīal: hō, equus, & eiusmodi, vt vlia sunt, formæ sunt ꝑ modum cōcreti: & ɔpositi acceptæ, & hæc est The. & Auer. positio. Dicit. 3. ꝙ eiusmodi formæ in nās euidētes, & sol idas recidūt. vbi debes scire, ꝙ hoc dicit, q̃a quædam sunt formæ, quæ secundum esse, & nām hn̄t esse intellectum, & separatum, quæ dn̄r vlia in essendo, vt Deus, intelligentiæ, & intelľs possibilis, & hęc dn̄r vniuersalia per essentiam, quæ non pn̄t prædicari de pluribus, qm̄ nō sunt conceptæ ex collectione singularium, nec recidunt in res singulares. Aliæ dn̄r formæ vles participatione, inq̃tū à formis vlibus per essentiam redduntur tales, & hæc dn̄r vlia in prædicando, quia suis essentijs non sunt talia sed participatione. & vertunt in nās singulares prædicādo de eis, hæc ergo tria sunt, quæ Them. de vniuersalibus colligit. Sed tunc quorum sit definitio subscribit. d. nam neq; aīalis notio subā est aīata sensibilis: multoque minus notio hoīs pōt esse aīal rōnale mortale, sed singulares homines proprie āialia rōnalia dn̄r, & sunt. & hoc declarat exēplo. d. atque hoc dilucebit, vel hinc, siqs vnū duntaxat hōminem toto orbe constituat, quemadmodū fabulæ diluuij tēpore Deucalionem fuisse testantur: nimirum tunc hominis definitio in vnius hoīs rōnem ɔclusa, compræhensaque fuerit. vult ergo definitiones non esse notionum. sed singularium, vt in exēplo Deucalionis ostendit. Sed *Commen. 37.* contra hæc vr̄ Auer. 2. Meta. inq̄t. n. definitio est intentionis vlis; & formæ vlis, & proprie, nón congregati ex materiā & forma, ergo non est singularium. Amplius definitio est ex genere & dr̄ia: sed genus & dr̄ia sunt vles, vt. 7. Meta. & alibi. Hanc contradictionē tollit Auer. in cōm. *Commen. 43.* voluit. n. definitiones esse singularium non vt singularia: sed vt intelľs agēs facit vniuersalitatem in illis. hoc est vt vlr concepta sunt: sic enim Auer. in commento moderat hæc verba Them. Sed hæc moderatio vr̄ ɔ̄ Them. & ɔtra ipsummet, contra The. quidē, nam Them. ait, definitiones non esse notionum generis vel speciei: modo vle est forma ɔcepta vlr, vt diximus: ɔ̄ ipsum vero, q̃a primo auscul- *Commen. 28.* tationis philosophicæ, inq̄t genus & dr̄ia sunt entia in rei veritate, & præcedūt rē in esse, ergo definitiones sunt vniuersalium ꝭm rem, & non ꝭm cōceptionē. Dicendum ꝙ Them. vult definitiones non esse notionum, vt notiones sunt: quia vt sic essent formarū abstractiuæ acceptarū, sed sunt rerum, vt notio natæ sunt. vnde definitiones sunt formarum mālīū cōcretiue acceptarū: quæ sunt ꝑ nām singulares, participationes sunt vles. ergo non sunt notionum abstractiuæ & præcisiue acceptarum: sed formarū ꝭm esse singularium, ꝭm participationē vniuersalium: & sic non contradicit Them. Ad secundum sumit genus pro forma *Commen. 43.* vli, & dr̄iam pro forma particulari: vt loquitur. 7. Meta. hæ enim sunt singulares in re, & ꝭm esse & nām, reddūtur tn̄ vles participatione pro quanto ɔcipiuntur. Hinc est perspicuum: primo vlia esse formas, non quidē vt notiones tm̄, sed vt accepta per modū totius, & concreti, & hoc loquēdo de vlibus in actu. sunt etiam formæ singulares per essentiam, & nām, sed participatione vles: participatione dico vlium ꝑ essentiā acceptorū, vt intelľs agentis, & intellectus materialis: perspicuū secundo definitiones esse vniuersalium, & particularium, particularium quidē per essentiam & nām, vnīm vero participatione & concretiue. hæc oīa dicta intelligenda sunt de vlibus simplicibus, & non complexis, cuiusmodi sunt propōnes vles petitiones & principia doctrinæ. de vlibus hæc pauca ad mētem Them. & Auer. tene, nā fortassis alias prolixius hæc ɔtractabūtur, licet aliq̄n semina scripsimus, nec auscultes verba sophistarum hic, q̄ ita rem hāc degustant: sicut cœcus videt colores: sunt. n. verba ventosa. Sed ꝓꝑ dicta Auer. *Qō de idæis secundum Plat.* quæritur, quæ sit opinio Plato. de idæis. circa hoc inuenio multos dicendi modos: accipiā tres tm̄, & eligam modum conuenientem verbis Pla. & Arist. & illum dico q̄ opposito inseruit. Est primus modus, q̄ ex verbis extrahit Iam- *Iamblici modus primus.* blici in Simposio Platon. qui ponit idæas. nihil aliud esse, nisi rōnes rerum nālium in aīa mundi sigillatas in vltimo cōplemento ornamenti eius. vbi debes scire aīam mundi duos hr̄e ordines: vnum quo ab oīum rerū auctore in medio modum egreditur. Alterum quo redit in illū in primo qdē aīa tenebrosa, seu chaos existit, in fine reditus ornata: seu mundū adipiscitur. Iterū in reditu plures imaginandi gradus, vnus quidem quo in illū reuertitur, & hic amoris dicitur origo à Plato. in illo lib. Secundus quo ab auctore illustratur. & hic amoris pabulum. Tertius quo illi inhæret, & hic amoris incendium. Quartus quo Deo plus appropiquat, & hic amoris impetus dictus est. Quintus quo Deus, vt sigillator, in illa eius mente oēs rerum nālium formas, vt est dicere, depingit celorum. videlicet eln̄torum, & breuiter oīum rerū nālium: & hic amoris ꝑfectio dicitur. Vltimus est quo oēs illæ ideæ, rerumq; similitudines hn̄t esse quietum ꝑfectūque, & sic mūdus dicitur. i. ornamentum, in quo amoris statum Plato posuit.

Ecce igitur, ſm hos, ideas nihil aliud eſſe, niſi rões, & rerum ſimilitudines in aïa mũdi formatas, vt per illas oïum rerum teneat notiones, & eas producere ſciat in vltimo complemento mundi appoſitas ei. Hæ igitur ideæ ſunt rerum naturalium formæ, quidditates, & exemplaria, & nobis deſeruientes propter noſtrum ſcire. formæ q̃dẽ, q̃m vt Plato ait in Timæo, forma ęo dicitur, quia, vel ipſa res format, vel quia eſt rõ formandi res, quia igitur huiuſmodi ideæ ſunt illi aïæ rões formandi res, q̃m per rationem hominis in ſua mẽte depictam, hoïem format aia illa, per rõnem lapidis, lapidem. ergo formæ ſunt quidditates, q̃m vnumquodque ſua quidditate, & rõne vñi cognoſcitur, cũ igitur illa aïa ratione ſibi formata, hoïem cognoſcit, ideo idea hoïs quidditas dici põt, & ſic de alijs. Exemplaria vero, q̃m vt Plato ait in Timæo, omne agens agit, prout in quodam reſpicit exemplo, & quia aïa res oẽs procreat, illas reſpiciens, vt ſic exẽplaria dicta ſunt. Ecce q̃uo ſeruiũt ad generationem rerum duobus modis, vt formæ. ſ. & vt exempla deſeruiunt etiam nobis propter ſcire nr̃m, cum enim ſenſibilia ſint in fluxu, oportet vt dẽtur res ſtabiles, quarum cognitiones nobis ſunt ſciæ, q̃n ergo anima hoïs creata fuit ſub vmbra aïæ mundi, iterum illos ſex gradus, quos in reditu animæ mundi explicaui, perficit, cum eodẽ modo ſingula aïa, ſe habeat ad mundi aïam, ſicut aïa mundi ad ſummum rerum auctorem. q̃n ergo aïa hoïs in. 5. fuerit gradu, rõnes omnium rerum ſibi depinguntur, quibus omnium rerum tenet notiones firmas, veniens tñ in hoïs corpus, oppræſſaque eius mole ſcibilium, notiones remittit quæ poſt per ſenſus concurſum rurſus ad rerũ notiones venit, quod Plato in Menone reminiſci dicit eſſe, & in hunc modum idæas illas ad ſcire deſeruire Plato ait. vt Iamblicus dicere viſus eſt, & cum hoc ſit ita, apparet q̃uo Auer. ſermo ſit Platonem aduerſus, nec Ariſ. in quocũque loco nullius exiſtit valoris. Huius opinionis vr̃ eſſe hoc in loco Philoponus vt ſuperius recitaui, rurſus Auer. 12. Meta. viſus eſt dicere ideas eſſe rões formarum materialium exiſtẽtes in mente primi motoris, ꝙ ſi intelligat per primum motorem aïam, recte inquit. Secundus modus famoſus ab Alberto electus in primo ſuæ Meta. & alibi eſt, ꝙ idæas virtutes ponit ſtellarum, Deus. n. cum auctor perfectus omnium exiſtat conueniebat vt mundũ formaret, ita vt nihil ei deeſſe videretur, formauit itaq; cœlũ. 8. eique. 48. appoſuit imagines. v. g. cœleſtis ſcorpio, nihil aliud eſt, niſi ſtellarum amplexus, qui inferis dominat̃ ſcorpionibus. ſerpens ſerpentibus, & ſic ſecundum numerum omnium aïalium poſuit imaginem determinatam, ſingulo ſingulam determinate, imo Hermes Enoch Mercurius Aegyptius inq̃t, quælibet arenarum maris ſuum obtinet ſydus, incitans ad incrementũ eiuſdem. Et quia huiuſmodi ſtellæ virtutes earum in hunc mundum multiplicant, ideo inquit Ariſto. in lib. de mundo quoſdam antiquorum dixiſſe omnia hæc plena Dijs eſſe. Ideæ ergo ſecũdum has virtutes harum imaginum ſunt ſecundum Plato. ſunt aũt huiuſmodi. ſ. ideæ formæ, quidditates, exemplaria, formæ quidem, q̃m (quemadmodum dictum eſt) hm̃oi virtutes omnium rerum naturalium formant imagines, & inde formæ merentur dici. Dicuntur & quidditates, q̃m virtutibus iſtis cognitis, intell̃s diuinus in omnium rerum notiones deuenit, quemadmodum artifex per inſtr̃m cognitum deuenit in notionem rei fiendæ. dicuntur & exẽplaria, eo quia intelligentia cœlum id gubernans, in harum apparitione, cunctas generãdarum rerum formas ꝓcreat. Quod aũt ad generationem deſeruiant palã, virtus enim ſcorpionis ea eſt, quæ aïas ſcorpionis procreat. Rurſus virtus arietis, quæ arietum aïas progenerat. ergo hm̃oi ad generationem deſeruire nõ eſt ambiguum. Ad ſciam quoque noſtram, q̃m cum oïs ſcientia ſit per cãs firmas, nihil firmius his virtutibus, ideo hm̃oi virtutes intelligens, rerũ ſciet cãs, & per conſequens ſciam adeptus erit, aïa itaque creata in circulo illo ſignorum has virtutes conſpiciens, imaginumque appræhendens omnium rerum retinuit notionem, & inde plenam formis aïam dicunt eſſe Platonici, quæ oppreſſa corpore illas poſt per tp̃s exercẽs recordari dicta eſt. Opus eſt modo dicere modum q mihi plus Platonis verbis congruit, dico itaque, ꝙ Plato in Parmẽnide de vno rerum omnium principio, de idæis diſputans, quatuor abſoluit q̃ones de eis, prima quidẽ vtrũ ideæ ſint. ſecunda quorum ideæ ſint, & quorum minime, tertia quales ſint q̃ue vim habeant. quarta q̃uo ab his, quæ infra eas ſunt, participantur. Et quia q̃onis an res ſit, quid rei noïs ſupponit. Ideo dicendum ꝙ in omnibus his q̃onibus Plato per idęam vl̃e audit: quod. n. apud peripateticos vl̃e dicitur, idæam Plato appellat. Sunt aũt vl̃ia duplicia: generica ſpecificaque: generum Plato idæas non apponit, vt in illo libro vr̃: apponit ergo idęas indiuiduorũ, quas ſpecies appellat. eſt ergo ſenſus primæ q̃onis: an ideæ. i. ſp̃es indiuiduorum ſint. v. g. homo ſeparatus ab indiuiduis ſm eſſe exiſtentiæ: cui rñdet Plato cap. 4. ꝙ ſic. Et tu debes ſcire: ꝙ ſicut nos ponimus hoïem conceptum eſſe ens ſecundum rõnem diſtinctũ ab indiuiduis proprijs, ipſumq;, vt ſic, non eſſe in loco nec in tp̃e: conceptus. n. rei dum in intellectu eſt, nullum tenet locum: iterũ nec tẽpus: ſic & Plato hoïem ſeparatum à materia, & ab indiuiduis ſecundum rem ponit: nullum tenens locum: nec tempus occupans, & ſicut de hoïe dixi: ita audit Plato: & de omnium indiuiduorum ſpeciebus cunctis. Ad ſecundam. q. ſoluit ibidem, non omnium idæas debere poni, vt non pilorum, luti macularum: nec viliſsimorum: & vl̃iter eorum nõ videtur ponere idæas, quæ nõ ſunt per ſe intenta à natura, nec ſunt opus naturæ per ſe: ſed ſequuntur opera naturæ, & ideo ſi habent idæas non proprias: ſed cões eis, & illis quæ conſequuntur, vt vr̃ ibi probare Plato, Socratem inducens. Debes ſcire, ꝙ (vt dicã) Plato poſuit idæas propter duo, propter generationem, & propter ſcire, & quia hm̃oi entia viliſsima: nec per ſe ſciuntur, nec per ſe generantur, ideo propriæ ideæ non eis reſpondent, ſed hæ eædem ideæ, quæ ſunt primorum, ad quæ hm̃oi conſequũtur: ſunt & horum cõſequentium: propter quod nec accidentium Plato ponit idæas. Tertiam. q. abſoluens vult Plato poſt ca. 5. hm̃oi idæas eſſe ſimilitudines rerum impartibiles, non diſtantes à rebus: nec in his rebus vnitas, inquit enim Plato ꝙ idæa hoïs nõn partita eſt: ita, ꝙ pars eius ſit in vno hoïe, & alia in altero, quemadmodum velamẽ quo plures cooperiuntur, partitũ eſt in pluribus, ſed velut dies, ſicut enim dies totus eſt omnibus habitantibus, & nihil ſecernitur à die, ſic tota illa forma eſt in indiuiduis: & nihil ab eis ſecernitur. Debes ſcire ꝙ ſicut Ariſt. ponit hominis conceptum in mente exñtem eſſe omnium hoïum indiuiduorum, iterum eſſe indiuidualem, & ab omnibus participatum, ſic & Plato ponit hoïem conceptũ: ſm eſſe ſeparatum ab indiuiduis, ipſum impartibilem, & omnibus illis præſentem, & nullatenus diſtantem: quemadmodum ſimilitudo vna exñs, in omnibus eſt ſimilibus, & hoc vniuerſale eſt Platonis. Quartam abſoluit Plato tãdem, & vult, hm̃oi eſſe ab indiuiduis participatas, nõ ſic intelligendo, ꝙ pars eius vna capiatur ab vno indiuiduo: ſic. n. idæa diminuibilis: & augmentabilis eſſet, ſed intelligendo, ꝙ ea quæ ſunt hic illa capiant indiuiſibiliter, quæ participari dñr, eo, quia non eſt aliqua earum in vno indiuiduo, quin ſit & in alio, & ſic participatã dicit ibi eſſe idæã ab eis. Debes ſcire ꝙ quemadmodum Ariſt. inquit hominem cõceptum participari ab indiuiduis, nõ quia ſit pars in vno, & pars in alio, ſic. n. for. non eſſet homo ſimpl̃r, ſed hoc modo, quia homo eſt ſortis, & nõ tm̃ ſortis: quin Plato hoc modo, & idæam hoïs ponit. Huiuſmodi quidem ideæ, vt ibidem explicat: ad ſcire deſeruiunt, quemadmodum. n. Ariſt. ponit ſcire non eſſe indiuiduorum, ſic & Plato, non ponit ſcire indiuiduorum: ſed harum idæarũ, vt apparet in fine illius capituli, nec inuenio eas ibi eſſe propter generare, vt ſibi imponit Ariſt. & totum illum librũ pertractanti non videbitur hoc. Et debes ſcire quecũque Ariſt. ponit de vl̃ibus, Plato ponit de idæis, & ſicut apud Ariſt. vniuerſalium eſt ſcĩa, ſic apud Plato. idæarũ eſt tm̃, & ſicut vl̃ia ſunt in ſingularibus, ſic apud Platonem idæas has non loco, & ſubiecto diuerſas, & diſtantes ponit ab indiuiduis, & ſicut philoſophus ponit eas res vl̃es ab indiuiduis participari, ita & Plato. differt tantum in vno: quia Ariſt. vniuerſalia rõne ſolũ, ab indiuiduis ponit ſeparari.

Plato

Commen. 39.

Secundus modus Alber.

Modus tertius & proprius.

Plato secundum esse,& existere . Hanc opinionem Arist. sibi imponit, & Auer. & Ioães Gramma. primo Poster. in illo verbo §Gaudeant ideæ Platonis &c.§ Cõfirmauit hoc aperte. Præterea. Proclus Platonicus in libro de causis à quo fuit extractus liber Dauid Iudæi, propositione 12. designãs rerum ordinem, inquit omne corpus diuinũ: per aĩam deificata est diuinam: oĩs aũt anima diuina propter diuinum intellectum: oĩs autem intellĩs diuinus ẽm participationem diuinæ virtutis. ecce quõ per intellectus intelligit formas vl̃es, quæ participant Deum,& has alibi Proclus Deos appellat, vt 116. propositione,& inquit, oĩs Deus participabilis .i. participatiuus est excepto vno .i. idæa vnius, quæ Deus est. Et cum hoc sit ita apparet, q̃uo Plato voluit diffinitionem aĩæ esse dandam, de idæa aĩæ, & per pñs Arist. querẽs .q. an diffinitio sit generica: an specifica, debuit prius quærere an idæa aĩæ sit diffinibilis, an eius sit scia tantum : & non indiuiduorum aĩæ. cui Aristo. r̃ndet: ꝙ hæc .q. superflua est, q̃m animal vl̃e .i. idea aĩalis,& aliorum, aut nihil sunt, aut sunt posterius perscrutanda .s. in Metaphysica,& non hoc in lib. Et ideo Auer. ait ꝙ diffinitiones sunt rerum singularium, non ꝙ velit singularium esse diffinitiones, vt singularia, sed prout intellectus facit vniuersalitatem eis .i. prout intelliguntur ab intellectu ad differentiam Platonis : qui ponebat idæas esse rerum vniuersalium extra aĩam, quibus intellĩs non dedit vniuersalitatem, sed sunt secundum naturam vl̃em, & sic absoluitur contradictio hic,& 7. Meta.& primo Posterioꝝ, vide. 12. Meta. Vtrum aũt hæc opinio sit probabilis, an non, non est p̃ntis negocij, reputo.n. ꝙ si auscultetur ad vnũ sensum sit falsa: sed si auscultetur, prout debet, est vera simpl̃r, & absolute,& tu vide in Metaphysica de hoc. Forte.n. Plato per hmõi idæas intelligit indiuiduorum naturas, non quidem abstractas secundum esse subsistere, sicut dicimus Deum esse abstractum à naturalibus, hoc modo.n. nõ inuenio verba Platonis, sed forte intẽdit esse abstractas, secũdum rei essentiam, eo quia ponit naturam hõis alteram scd̃m rẽ naturæ ab indiuiduo,& hoc sonant verba eius, & sic opinio hæc nõ est admirabilis, nec extranea, vt patet.

Commen. 35. Commen 4.

COMMENTARIVM.

In collectaneis diximus Aristotelem mouere q̃onem circa definitionem, quærit enim de definitionis aĩæ vnitate, quæ expositio placet Themistio, cæterisque græcis, & si hæc expositio vera est, oportet dicere Aristotelẽ redire ad difficultates circa definitionem, interposuit.n. q̃ones quasdam circa rem definitam occurrẽtes. Et quia in serie textus tanti philosophi turpe est ponere discontinuationem, vbi poni põt continuatio, dicamus ꝙ Arist. mouens quæstiones de ipsa aĩa in specie, primo mouet illas quo ad definitionem,& fuerunt duæ, prima de genere, secunda de differentia. Secundo quo ad ipsam aĩam definitam, & sunt quatuor, tres tactæ sunt. prima quidem si omnium vna sit aĩa, vel plures. secunda si plures vtrum eiusdẽ speciei oẽs, vel alterius speciei. tertia si alterius speciei sint, vtrũ alterius speciei tm̃, an alterius speciei,& generis, quarta vero in hoc textu erit, si alterius generis ac alterius erunt, vtrum earum possit vna esse rõ, hoc est, vtrum cõueniant in vno vniuoco, an sint alterius rõnis, ita vt non cõueniãt in vno vniuoco. Sic enim intelligendo hæ quatuor q̃ones contingunt circa rem definitam, & oẽs sunt colligatæ, ac subalternæ. Quo vero ad verba græca attinet, in græcis codicibus legitur εὐλαβητέον eulabeteon,& interpres antiquus formidandum transtulit, nos vero cauedũm (quod magis ad verbum esse constat) dicere possumus, verum ad sensum melius formidandum dicitur, erit.n. sensus, eẽ formidandum, vtrum vna sit eius ratio, erit dico formidãdum hoc, quatenus nõ latent,& sic magis intelligibilis est textus. Aĩal autem vl̃e &c.§ In collectaneis diximus Them̃. legere verba hæc cum nota causalitatis, volens Aristotelem reddere cãm eius, quod dixit. Quam expõnẽ Egid. obseruat, Auerroes aũt legit literam cum nota aduersatiua (vt in græco iacet) vt in collectaneis patet,& quidem dilucide, hactenus circa textum. Circa vero cõmentum, animaduerte Auerroem velle Aristotelem mouisse hanc quæstionem circa definitionem, vt Themistius asserit, vult enim Aristotelem quærere de vnitate definitionis, ergo quæstio est circa definitionem.

Ordo & subalternatio q̃onũ.

In collectaneis de vniuersalibus loquentes diximus ea quæ Them̃. tradit, obscure tamẽ, propterea pro dilucidatione debes scire: ꝙ notio, q̃ græci noema, vel noesim appellant, nos conceptum, siue conceptionem, bifariam accipi põt, vno modo pro ipso formali conceptu, qui est ipsa intellectio, qua res intelligitur. Alio modo pro obiecto, quod concipitur,& est res ipsa, quæ intelligitur. Vnde metaphysici neoterici alijs verbis vtentes, dicunt conceptum alium formalem, alium obiectiuum esse, formalis est intellectio, qua res concipitur, obiectiuus est res concepta. Ex hac distõne, dupliciter dilucido opinionẽ Themistij, vno modo declarando vl̃ia esse notiones, sumendo notiones pro rebus, quæ cõcipiuntur, q̃uo in collectaneis dicebamus. Alio modo declarãdo vl̃ia esse notiones pro formalibus conceptionibus, quibus res cõcipiuntur. nam vtroque modo sumendo notiones: vl̃ia sunt notiones: vel intelligi p̃nt esse notiones. Quãtum ad primum licet in dilucidario 7. Meta. pulchre illud dilucidauimus bene dictum etiam non displicebit tamen, si bis dicitur, vt dicit Plato. Quare pro dilucidatione huius accipiamus primo ꝙ res quæ intelligitur, nihil acquirit aut deperdit per intellectionem, qua concipitur: sicut color nihil acquirit, aut deperdit per hoc, quod videtur. Secũdo accipiamus ꝙ res effici actu intellectas & vl̃es, non est nisi nos illas actu intelligere per rõnes siue cceptiones illarũ repræsentatiuas, vl̃r res esse in potentia vl̃es & intelligibiles, nihil aliud est, q̃ nos esse in potentia ad vl̃es conceptiones, siue rõnes, quibus illas vniuersaliter intelligimus : sicut colores actu visiles efficiuntur, cũ in nobis rõnes videndi actu sunt, quæ illos actu repræsentent, in potentia vero, quia in nobis sunt sensus ipsi rõnes illas potentes recipere. Tertio accipiamus, ꝙ aliquod dicitur actu vel potentia vl̃e, actu vel potentia existente in nobis, nõ in ipso vl̃i : patet quia actu vniuersalia erunt aliqua, q̃n in nobis erũt rationes illorum actu repræsentantes. potestate vero per hoc, quia in nobis adest intellĩs potentiæ potens illas rationes recipere, & agens potẽs illas agere. Vltimo accipiamus ꝙ rõnes istæ in nobis esse nõ p̃nt, nisi moueamur à rebus, vt. 12. Meta. patet. Intelligere.n. nr̃m causatur à rebus, intelligere Dei cã rerum est. ergo nisi tales rõnes in nobis à rebus ipsis causantur, nunquã erũt actu in nobis. Quibus acceptis, dicamus primo ꝙ singularium rerum formę sunt actu & potẽtia vl̃ia apud Auer. & Them.& rõne patet, quia singularia quæ in sensibus inferioribus phantasmata sunt, rõnes cognoscendi ipsa vl̃r non agunt nisi propter eorum formas & rõnes cognoscendi singulariter nõ nisi propter mãm: vt. 12. Meta. Auer. inquit. ergo formæ erunt vl̃ia actu & p̃tate : non t̃n eodem modo : formæ.n. erunt actu vl̃ia, cum in nobis erũt actu rõnes cognoscendi vl̃r, quæ illas vl̃r repræsentant, potestate vero, cũ rõnes illæ erunt in nobis potestate : dicebamus.n. rem fieri actu vel potentia vl̃em ex parte nostra. Ex quibus sequit̃ formas rerum singularium esse actu vl̃es, q̃m in nobis sunt rationes illa vl̃r repræsentantes : p̃tãte vero, quia in nobis sunt t̃m intellectus agens,& possibilis. Ex quibus patet vniuersalia esse aliquid præter singularia extra aĩam, quia vl̃ia sunt formæ, singularia vero sunt composita ex mã & forma, igit̃ vniuersalia sunt præter singularia modo quo formæ sunt præter composita. Patet secundo vniuersalia esse aliquid in rebus, quia formæ singularium sunt aliquid in rebus singularibus. Sed dices, si vniuersalia sunt formæ. tunc non prædicarentur de singularibus, quæ sunt cõposita. Præterea. Tunc non daretur cõpositum vl̃e, & sic de compositis non esset scia. Prima diluitur, quia formæ prædicantur de cõposito, vt sigñantur per nomen vl̃e cõcretum. vt animal & hõ, vt vero per nomen abstractum & partes sigñantur : non prædicantur. Secunda etiã deletur, quia compositum põt significari per nomen discretum,& hoc rõne materiæ signatæ,& põt sigñari per nomẽ cõmune,& hoc rõne materiæ nõ sic signatæ: & sic de ipso est scia. Ex his dicta Themistij p̃nt dilucidari, primum .s. cum dicit, vniuersalia esse nudis notionibus proxima : per nudas

Pulchra de vniuersalibus. Notio Noesis Noema Quæ neoterici.

Duplex dilucidatio.

Dispu. 17. Prima suppõ.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Prima cõclusio

Commen. 14.

Expositio conclusionis. Excerptum primum.

Secundum excerptum. Dubitationes.

nudas notiones intelligit figmenta, quæ nullum hñt esse prҿter obiectiuum,per vniuersalia intelligit actu vniuersalia,quæ licet habeant esse in re, tñ vt sic hñt esse obiectiuum,& quãtum ad tale esse obiectiuum,quod actu habet, sunt proxima nudis notionibus . Cum vero dicit esse reposita ex collatione, & similitudine singularium : intelligit formas rerũ singularium non esse actu vniuersalia:nisi singularia rõne formæ quæ est similitudo essentialis,in nobis agant rõnes vniuersales vniuersaliter rerũ actu repræsentatiuarum, cum vero dicit hæc vniuersalia recidere in singularia,& in euidẽtes naturas ac solidas,intelligit vniuersalia actu.vt concipiuntur à nobis vniuersaliter prædicari de singularibus,modo significantur per noîa cõcreta (vt dictum est.) Qũo vero diffõnes non sint harum notionum,sed rerum singularium,vt Them.dicit. Attende,eum per notiones intelligere formas.vt significantur nominibus partium: quales sunt humanitas,aîalitas , & id genus per singularia,quorũ dicit esse definitiones,intelligit,formas,vt signãt noîe totius,quia sic pñtur de singularibus, & sunt ipsa singularia prædicatione.oẽ.n.prædicatũ est aliquo modo subm.Hæc est dilucidatio prima. *Secunda dilucidatio.* Secunda dilucidatio est sumendo notiones formaliter pro formalibus conceptibus,quibus res,quæ sunt singulares, actu vl'r concipiuntur . nam sic sumendo,vniuersalia actu erũt formales notiones,siue formales ↄceptus,qbus res vl'r cõcipiunt.Vnde intellectio hoîs, qua hoîem intelligo vt prædicatum de pluribus numero differentibus est spẽs.Intellectio vero aîalis,qua aîal intelligo, vt pdicatum de pluribus differentibus spẽ,est genus.Tunc oîa, quæ Them. dicit,patent.Cum.n.dicit vniuersalia esse proxima nudis notionibus,verũ dicit,qa per vniuersalia intelligit formales notiones,sicut figmẽta ipsa sunt.Cũ aũt dicit hæc vniuersalia reponi ex collatione & similitudine singulariũ , etiã verũ dicit,qa formales istæ notiones in nobis à singularibus phantasiatis generant,prout cõueniunt in vna forma, quæ est eorũ collatio,& similitudo essentialis. Cũ etiã dicit,hæc vniuersalia recidere ad singularia , & ad nãs solidas,& euidentes,hoc dicit, quia postq̃ in nobis à singularibus ipsis facta sunt,recidunt ad singularia,illa repræsentando vniuersaliter,nõ.n.repñtãt nisi singularia,licet vniuersaliter. Sed dices,si vniuersalia sunt formales notiones,tũc vniuersale nõ prædicaretur de singulari , hæc notio,qua aîal cõcipitur,vt genus, non pdicatur de Socrate. Et dicendum ꝙ alia sunt vniuersalia significatiua,alia aũt prædicatiua,notiones formales sunt vniuersalia significatiua,vniuersalia pdicatiua sunt ipsamet singularia: vt vniuersaliter per formales notiones pñtantur : & sic pñtur de seipsis,ita vt alia,atque alia rõne singularia sint subã & prædicata. Ex quibus patet,quo modo notionum formalium non sunt definitiones,non.n.formalis notio,qua homo intelligit,est aîal rõnale,sed sunt rerũ singularium: vt per notiones has vniuersaliter repñtatiuas , vniuersaliter intelliguntur.

De idæis. Vlterius de idæis quædã transfigere oportet,& quidẽ breuibus,in collectaneis .n. & in dilucidario prolixius,& in theologicis diligentius disputauimus, sed qm̃ ex ignorãtia nominum de facili paralogizamus , ideo prius de noîe ideæ disserẽdũ nobis est, postea de re.de nomine itaq; dicamus *Idea.* ἰδέα ,idæa,græcũ nomẽ est, latine aũt dixerunt idæam figurã,alij formam,aspectũ alij,alij originalem rerum spẽm . Alij aũt dixerunt idæam rei puritatẽ, siue id,quod tm̃ ipsum est.Homo.n.circũcernit formam.s. humanitatem , & subm cuius est humanitas.s.Socratem, quare eius idæa erit humanitas,quæ tm̃ ipsa est,hanc neoterici,& quidem non ab rõne,abstractũ à suppositis dicũt. Vnde arbitror id quod neoterici abstractũ à suppositis, siue indiuiduis appellant,Platonicos idæã nuncupare. Dixi abstractũ à suppositis,qa neoterici in accñtibus abstractũ finxerunt,à subo,quale albedo est,& à suppositis,quale esset in casu albedinitas taceo abstractũ à fundamẽto, quale in relatiuis datur : quia satis pro intelligentia nois hæc sufficiunt. Quod igitur neoterici abstractũ à suppositis dñt,vt respectu indiuiduorũ hoîs humanitas est , & respectu indiuiduorũ albedinis est albedinitas , hoc Platonici idæam afferunt,nam vt humanitas est puritas hoîum, & albedinitas puritas albedinum,ita idæa est rei,cuius est puritas.Magnus doctor Aurelius vbiq; idæã exponit formam,vel rõnẽ . Ego vero quod græci idæã appellant latine similitudinem dicerẽ vel exemplar. Vlterius accipio, ꝙ sicut notio põt accipi dupliciter formaliter,pro conceptu,quo aliquid concipitur,& obiectiue pro obiecto , qđ concipitur,ita quoque idæa apud veteres accipi solet,aut pro formali ipsa notione qua res extra aîam menti concipienti pñtatur,aut pro ipsa re repñtata menti per talẽ formalem notionem : hactenus de noîe,& de eius multiplicitate.

Ordo procedendi. Nunc dicamus breuibus opiniones de idæis, nã alij voluerunt idæas esse formales , alij obiectiuas rerum notiones. *Prima opinio de idæis.* Qui quidem formales rerum notiones ideas esse dixerunt,de idæis sex affirmarunt.primo quid sint . secũdo quorum sint,& quot.tertio in quibus,vel vbi sint . quarto vnde sint.quinto ad quid vtiles.sexto quibus noîbus dicãtur. *Quid ideæ sint* De primo igitur dixerunt idæas esse formales rerum generabilium & corruptibiliũ notiones : quibus res ipsæ corruptibiles nosci pñt,mentiq; illas concipienti repñtari : has peripatetici spẽs intelligibiles appellãt:nonnunq̃ conceptiones corruptibilium rerum repñtatiuas. *Quorũ et quot sint.* De secundo vero dixerunt tales idæas esse earũ rerum, quæ ẽm peripateticos in mente efficere pñt spẽm propriam : quales sunt res actuales,& p se existentes.Quot vero res istæ sint,quҿ in mente agere spẽm pñt,in tertio huius disputabitur,nũc vero satis sit scire eorũ esse idæas , quorũ ꝓprie spẽs esse pñt in mente ẽm peripateticos. *Vbi sint.* De tertio vero dicendum tales idæas esse in mente diuina,in aîa mũdi,& in mente humana ẽm Platonicos . In mente diuina sunt causæ rerum,quarum Deus auctor est,& à nullo causatæ. In mundi aîa sunt causæ & causatæ,causæ quidẽ,rerũ sublunarium,causatæ vero ab ipso omniũ rerũ opifice Deo. In humana aîa sunt causatæ tm̃.& non causæ. Causatæ q;dem ab ipsa mundi aîa.Non causæ vero: quia aîa humana nullorum cã est. *Vnde ortæ sint.* De quarto dicamus idæas in mente diuina incausatas esse,& à nullo, vt à cã fuisse : sed (vt diximus) primæ oîum rerum causæ sunt.In aîa mũdi ideæ causatæ fuerunt à Deo. Deus.n.aîam mundi formans in ea formauit idæas,in humana aîa ideæ sunt ab ipsius mundi aîa,nam mundi aîa humanã aîam formans,in illa & rerum omnium scibilium idæas formauit . Ergo ideæ,quæ in diuina mente sunt,à nullo sunt,quæ in mũdi aîa sunt,à Deo defluxerunt,quæ in humana collocant, ab aîa mundi deriuatæ sunt.Deus.n.creans mundi aîam , secum concreauit idæas,aîa mundi creans humanam aîam cõcreauit idæas. *Ad quid vtiles* De quinto dicamus in Deo idæas vtiles esse ad causandum eas res: quarum sunt ideæ . In mundi aîa vtiles sunt ad causandũ,& ad sciendum , ad causandũ quidẽ sublunaria,quorum sunt causæ,ad sciendum vero,illa,quorũ sunt exemplaria . In humana denique vtiles sunt ad sciendum ea tm̃,quorum sunt exemplaria. *Quibus nominibus.* Hinc patet sexto quibus nominibus ideæ dicantur, dñr.n.ideæ formæ in mente diuina quia res formant.In aîa mundi quia & formãt, & informant Formant quidem,quatenus ipsis aîa mundi, res, quarum sunt,efficit . Informant vero,quia mũdi aîam decorant,atque replent,modo quo formam decet & replet mãm.In nostri vero aîa dñr formæ quia informãt,ipsamq; formosam efficiunt . Dñr in mente diuina exemplaria, ꝙ res imitatione illarum procreatæ sint . In aîa mundi dñr exemplaria,& exemplata.exemplaria, quatenus imitatione illarum aîa mundi sublunares res procreat.exẽplata vero,qa imitatione earum idæarum, quæ in Deo sunt , procreata vñr. In humana aũt,sunt exemplata tm̃,quia imitatione earũ,quҿ in mundi aîa sunt,procreata.Dñr denique quidditates : quia in triplici mente diuina.s.mundiali , & humana principia cognoscendi sunt : hæc est vna opinio attributa Platoni: cuius opinionis errores in theologicis diligenter reprobauimus . Nunc aũt narratione tm̃ contenti,dicimus Aristotelem pro parte hanc cõcedere , pro parte vero negare , concedit.n.prima duo ex toto : vt ꝙ sint formales notiones,ꝙ sint earum rerum, quæ pñt agere in mente speciem sui . Quatuor alia non ex toto concedit,pro parte tamẽ non negat . Q; quidem in mente diuina sint tm̃ causæ,& in humana causatæ tantum,cõcedit, in anima

in anima mundi eas esse nulla ratione concederet, cum talem mundi animam Arist. non posuerit. De quarto vero ideas eẽ incausatas in diuina mente, bene affirmat, in alijs vero illas esse à Deo deriuatas negaret: eas.n. deriuari asserit solũ à sensibilibus, vt tertio huius dicemus. De quinto concederet in Deo vtiles esse, & in mente humana, in anima mundi, cum nihil sint, oĩno inutiles erunt. De sexto etiã diceret esse idæas formas, quia formant res, in nostra, quia eam formosam faciunt, in aĩa mundi nullatenus esse videntur. Hactenus de idæis, vt accipiunt pro formalibus notionibus. Superest nunc videre opiniones de idæis, vt sumũtur pro obiectiuis notionibus, proq; rebus ipsis repræsentatis. Sunt aũt duæ opiniones celebriores, altera Alberti cognomento Magni. Altera (vt arbitror) Plato. in Parmenide. Post has in veritate quid differendum sit, addemus, breuibus veritatem dilucidantes. Albertus in cõpluribus locis idæas fingit eas esse imagines, quas astrologi in cœlo stellato descriptione stellarum figurarunt. In cuius opinione primo videamus quid ideæ sint, sicq; per ordinem de cæteris. Itaq; ideæ sunt cęlestes imagines, ex connexu stellarũ descriptæ, quales sunt in zodiaco Aries, Taurus, Gemini, & cæteræ id genus. extra zodiacum vero hinc atq; illinc gallina, serpẽs, & id genus. Deinde quot sint, dicere possimus: non tamen eodem mõ, Albertus.n. 48. in cœlesti natura constituit, quarum. 12. zodiacum describunt. 36. vero per cœli regiones collocauit, alias quidem ad septẽtrionem assurgentes: ad austrum alias declinantes, quo fit, vt non omnium sint ideæ, sed eorum tantũ quorum cœlestes ipsæ figuræ referunt effigies. Hermes, qui apud Ægyptios Mercurius est trismegistus, tot numero in cœlo stellato imagines constituit, quot sunt rerum sublunarium species. nam cum Deus perfectissimus opifex sit, & hunc elementarium mundum instar cœlestis: & cœlestem instar spiritalis condidisset: in cœlesti tot ideas constituere debebat: quot in elementario sunt rerum species. Hac ratione dixit quodlibet arenarũ granum in cœlo proprium sydus obtinere suscitans ad sui incremẽtum. est.n. in celo Scorpius stellarũ connexus, qui inferis Scorpijs dominatur, & serpens serpẽtibus, sicq; de cæteris, pro terrenarum rerum numero comparandum esse autumat. Deinde declaremus vbi ideæ huiusmodi sint, distinguunt enim duplices cœlestes idæas, alias insensibiles, alias sensibiles. Pet. Apponẽsis insensibiles in primo mobili collocauit. s. nono vel decimo cœlo: quę ideo insensibiles sunt, quia carent luce qua videri possint. Sensibiles vero collocauit in octauo cœlo stellato: quod apud Arist. creditum est esse primum mobile. Post hęc dicamus quarto tã insensibiles, quam sensibiles ab ipso primo opifice deriuatas esse, cum enim cœlestem mundum instar spiritalis cõstituisset, fuit necesse aliquas facere insensibiles spiritali mundo proximas, quæ non sentirẽtur, veluti nec quæ sunt in spiritali sentiri possunt. Aliquas sensibiles sublunari viciniores, quæ sentiri possent luce, vt ea: quæ sunt hic: coloribus: & aliis sensibilibus. Quinto dicamus vtiles esse tum ad rerum sublunarium scientiam, cum ad earum gñationem, ad scientiam quidem, quia cũ sublunares res corruptibiles sint, atque in fluxu semper collocatę, nisi ad cœlestes idæas, quarum imitatione factæ sunt, referantur, sciri non possunt, vt Heraclitus inquit. per has ergo cęlestes terrena scimus, quod similia similium, & imitantia eorum, quæ imitantur: cognitione deprædhendantur. Præterea, omnis scientia, & quidem perfecta per causas est, & non per causas, nisi sempiternas formasq;. est his imaginibus firmius nihil: quare cum res terrenæ cœlestes tanquam proprias causas imitentur, qui tales imagines perfectæ appræhenderit, rerum omnium sublunarium scientiam consequetur. Ob hanc causam, qui Platonem sequuntur: animam in signifero circulo creatam esse tradunt, ꝙ illic anteq̃ ad corpus descendat, omnium sublunarium idæas appræhendens omnium sublunariũ notionibus impleatur, q̃ postea sic formis, notionibusq; rerum plena, ad corpora descendens quorum mole oppressa est, non nisi recordatione in corpore discat vt Plato inquit in Menone. Est & earum vtilitas ad generationem, siquidem Scorpius Scorpij formam in materia inducit, & aries arietis, quoties formarum materiæ à particularibus agentibus sufficiẽter affectæ fuerint, simili ratione in cæteris id genus, hanc ob rem asserit Arist. mundum hunc plenum esse Dijs, qđ cœlestium idearum virtutibus plenus sit, quas antiquitas tanquam Deos coluit. Sexto dicamus huiusmodi idæas Platonicos appellasse formas, ꝙ sublunares res forment, atq; efficiãt: exemplaria, ꝙ sublunares res imitatione illarum procreatæ sint: quidditates, quoniam illarum cognitione sublunares res cognoscuntur. Hæc ex Alberto: quæ (si liceret rerum nomina peruertere, ipsisq; abuti,) hoc pacto de idæis loqui posset, sed quia nec Plato, nec Arist. nominibus idæarum hoc pacto vsi sunt, ideo hæc opinio ipsius Plato. nõ est. nec Arist. sed cõmento simulata. Illud tamen illico verum est apud Albertum idæas duplices esse virtute, & forma. Virtute quidem ideæ cęlestes imagines sunt. Forma vero ideæ, sunt notiones earum idæarum: quæ virtute ideæ sunt: quibus reficitur aĩa in prima sui origine, q̃ fuit in cœlo stellato: verum de hac positione in theologico. Post hos fuit alia opinio, quæ de ideis obiectiuis etiã loquens, asseruit de mente Plato. in Parmenide ideas esse vniuersalia ſm esse à singularibus separata: quæ.n. Aristo. vbiq; vniuersalia vocauit, Plato ideas in Parmenide appellat: dicit.n. vniuersalia, quæ ideæ sunt, esse separata ſm esse ab ipsis singularibus, concedit.n. hoĩem ab omnibus hoĩbus ſm esse separatum: equũ quoq; ab omnibus equis. simili ratione oẽm speciem separatam ab ipsius indiuiduis dicit, qua oẽm intelligẽtiam à corporibus fecit separatam. In substantijs.n. abstractis ordinem constituit & ponit in primo ordine Deum deorum: in secundo angelos, quos Deos secundos appellat in Timæo: in. 3. ponit ideas earũ rerum, quarum species & vniuersalia ponit Arist. Quorum vero sint, dicit nõ omnia vniuersalia esse idæas, nõ.n. genera idæas fecit, sed species, nec oĩum rerũ species, forsitan quia nõ accidẽtium, sed substantiarum tm̃, nec oĩum substãtiarum, quia nõ pilorum, luti, macularum, vilissimorumq; indiuiduorum. Vnde eorum idæas negat, quæ ꝑter naturæ intentionem sunt, cum.n. hęc naturę opera sequantur, ideas proprias nõ meruerunt, cum fieri, & sciri possint eorum idæis, quorum gñationem sequũtur. Vbi aũt sunt, respõdet Plato eas prope nullibi esse, cum.n. incorporea sint, vbiq; esse possunt, dicũtur tamen esse in proprijs singularibus quorum sunt, vt idæa hoĩum in hominibus, idea equi in equis, sunt dico in his per indistantiam ab eis, etiã quia in eis operentur: veluti intelligẽtia in orbe est, quia ab eo indistãs est. & in illo operetur. Vnde vero ideæ defluxerint, Plato in Timæo respondet, eas esse ex Dijs secundis, propter quod nõnulli idæas esse animam mũdi arbitrãtur de Platonis decreto. Sed quicquid velint, omnes eas deriuari certant à Dijs secundis, veluti Deos secũdos ab ipso deorum Deo. Quæ sit vtilitas in Parmenide Plato declarat, asserit.n. illas esse propter sciẽtiam rerum, nã anima creata vbi ideæ creatæ sunt, impletur sciẽtia idæarum, cuius ob descensum ad corpus obliuiscit. recordatur autẽ pulsata à sensibilibus. Rursus & propter generationem, arbitrans omne quod per se fit, fieri à simili, homo ergo fit ab idæa hominis, quæ species est eius. Quibus vero nominibus dicãtur, facile patet ex his, quæ diximus, dicũtur.n. formę, quia res formãt: & efficiũt exemplaria, quę similitudine sui res condunt dicuntur rationes, siue quidditates, quia appręhensione illarum anima res sublunares appræhendit. Hanc positionem Aristo. Platoni attribuit, Alexãder etiam, Philoponus quoq; primo posteriorum in commentario eorum verborum. § Gaudeant ideæ Platonis § digreditur. & hanc opinionem tandem Platonis esse asserit, cuius etiam sententiæ Proclus est libro de causis. Q. si Plato aliquãdo aliter dicere videatur, hoc est, quia Plato sibiipsi non semper constat, vt Eusebius inquit, sed quia Aristo. hanc refutauit expresse haud plura de ipsa. Hæc pro opinionibus. Pro veritate autem licet multa in theologicis disputauimus, tamẽ breuibus dicamus. Apud complures Theologos idæam accipi posse pro ipsa notione siue ratione, qua creatura apphenditur, ab ipso Deo, & pro ipsa creatura apprehensa, secundum eum modum, quo

Quid ideæ sint · *Quot sint & quorum.* · *Vbi sunt.* · *Vnde sint.* · *Ad quid vtiles* · *Quibus noĩbus dicantur.* · *Quid idea.* · *Ordo in abstractis.* · *Pro veritate*

quo appræhendi poteſt à Deo,veluti domus in mente artificis accipi poteſt pro notione ſine ſpecie, quæ in mente exiſtens repræſentat domum extra,& pro domo apprehenſa,quæ per illam ſpeciem repræſentatur. Tunc communis ſchola theologorum aſſeruit ideas eſſe rationes ſiue notiones,quæ in diuina mente creaturas repreſentant, notiones dico,quæ nec ſunt eſſentia diuina: nec creaturæ appræhenſæ,ſed rationes, ſiue notiones mediæ repræſentatiuæ creaturarũ, veluti in anima nr̃a intelligibiles ſpecies. Sed quoniã hæc poſitio reprobatur in Theologicis, dicamus nihil in Deo eſſe repræſentatiuum creaturarum præter eſſentiam : cuius cauſa eſt, quia eſſentia eſt diſtincta ratio repræſentandi diuino ĩtellectui omne intelligibile.ergo ad repræſentandum creaturas, nihil eſt ponendum in Deo preter eius eſſentiã. Cum igitur eſſentia Dei non ſint ideæ.Erunt ergo ideæ ipſemet creaturæ appræhẽſæ:veluti idæa domus eſt ipſa domus appræhenſa,non aũt ratio appræhendendi.Quare ſicut domus, vt appræhenſa ab artifice eſt idæa: in re vero producta eſt opus, ſic creaturæ appræhenſæ à Deo,ſunt ideæ,in re ꝓductæ ſunt creaturæ.Hanc ſententiam catholici concedunt,dicẽtes idæã eſſe in mente,quemadmodum eſt in re. Auerroes etiã.12. lib.metaphy.Ait omnes formas eſſe in primo motore , & eaſdem eſſe in materia.Rurſus & ſeptimo metaphyſicæ libro Ariſto. & Auer. idem aſſerunt. Quare ideæ ſunt ipſæ creaturæ appræhenſæ,non autem rationes, quibus creaturæ appræhenduntur. Hæc pauca pro veritate , quia etiam poſtea dicemus.

Cõm.18.
Cõm.32.
Tex.cõm.17.

ARGYR. *Præterea ſi non plures ſint animæ:ſed partes,vtrum animam totam,an partes quærere prius oporteat.Difficile autem eſt id quoque determinare, quænam inquam partes à quibus diuerſæ ſint.*

Tex c.9.
Quæ aliter. ποῖα.
Quales aptæ ſint eſſe inuicẽ alteræ.

Amplius autem ſi non multæ animæ ſint, ſed partes,vtrum oportet quærere prius totam animã,aut partes. Difficile autem eſt & harum determinare, quales aptæ ſint alteræ inuicem eſſe.

COLLEC. Tex.com.9.

Cvm quæſiuit : an vna vel plures animæ ſint: nũc ſupponit eam eſſe vnam in vno:& habere plures potentias.quærit ergo,ſumpto hoc, an prius à tota anima, an à partibus .i.potentijs incipienda ſit pertractatio . Huius autem q̃ōnis reddit rationem Philoponus:quoniam hincinde difficilis videtur:videtur enim à tota eſſe ꝑtractatio incipienda,quoniam tota notiora,vt in phyſicis dicit Ariſt. videntur,& iterum propter rationem textus: quoniam qui vult de partibus prius pertractare,oportet ꝑſcire illas, & hoc determinatum eſt difficile.videtur autem propter aliã rationem à partibus:quoniam cognitio totius ex cognitione ſimplicium habetur, inquit ergo. Amplius autem ſi nõ multæ animæ,ſup.ſint,in vno ſubiecto: ſed vna,& ſecundũ virtutes plures:quæſtio adeſt,vtrum oportet prius quærere totam animam, aut partes.i.potentias. Et debes ſcire ꝙ totũ eſt multiplex: eſt.n.totum vl'e, vt genus totũ integrale.totum eſſentiale.& totũ ꝑtatiuũ.aïa itaq; totũ poteſtatiuũ quoddã: ideo in litera poſtpoſitas partes eam totũ quoddam appellauit Ariſto. Difficile.§Reddit rationem, quare non à partibus ſecundum græcos.& poteſt ſyllogiſmus hoc modo ordiri:q. debet prius tractare de partibus : debet ſcire differentiam illarum : ſed hoc eſt difficile : ergo à faciliori eſt exordium,huius apponit minorem, difficile autem & harum determinare quales, ideſt quomodo ſint aptæ natæ eſſe alteræ.i.differentes adinuicem,vult dicere ꝙ differentiam harum determinare eſt difficile, ergo non ab his : ergo à tota.

Cõmen.9.

Dicit & etiam. In prima parte mouet quæſtionẽ propoſitam. ſecũda ibi§Et cum poſuerimus§ Apponit difficultatem contingentem quæſtioni poſitæ in textu commenti præcedentis : prima pars eſt manifeſta per ſe . Et cum poſuerimus.§Debes ſcire quod iſtud verbum. §Difficile autem.§Auer.& Themiſt.volunt eſſe applicandum quæſtioni primæ.quæſiuit enim litera præcedenti, an anima habeat plures partes,in diuerſis ſubiectis.an vna ſit ſubiecto,& ratione diuerſa,inquit modo rationem Auer. & Themiſt.quid difficultatis ſequitur ponentes eam plures partes.d.& cum poſuerimus eam eſſe plures ſecundũ partes.i.potentias,difficile eſt nobis diſtinguere has partes , & dare differentias:quibus differunt adinuicem : & reddit rationem,in quibuſdam enim ſunt manifeſtæ,& in quibuſdam latent.v.g.inter intellectum,& imaginationem latẽt differentiæ: immo multi idẽ reputant,vt Epicurei,& Homerus,& Democriti:& inter imaginationẽ,& ſenſum externum palam differentia harum.ergo ſi anima eſt vna , & partes plures:difficultas emergit,quomodo differunt illæ partes. Themiſtius autem adhuc in alijs virtutibus dubium ponit. & vide ipſum hic.

COMMENTARIVM.

Hactenvs Ariſt.de difficultatibus,quæ contingũt in definitione animæ: at nunc tangit difficultates q̃ contingunt circa ordinem procedendi,ſiue cognoſcẽdi,comparando animam ad partes eius . Supponendo.n.animam eſſe vnam in vno animato,multiplicem vero poteſtate,ita vt animæ ſint complures poteſtates.Queſtio erit an oportet quærere prius totam animam,aut partes prius. Difficile autem.§ Auerroes atque plerique expoſitores partem hanc cum nota cauſæ legunt, volentes Ariſto . aſsignare quæſtionis difficultatem : cũ qua expoſitione in collectaneis currebam.Verum non oportet corrumpere textum , vbi ſenſus ſtare poteſt. Ariſto . ergo poſtq̃ queſiuit vtrum prius à tota anima,an à partibus eius ſit incipiẽdum,quaſi ſupponens ſolutionem tacitam ꝙ prius à partibus , ſtatim opponit.d.autem pro ſed,difficile eſt determinare etiã harum partium,è quibus prius incipiendum eſt,quales aptæ ſunt alteræ inuicem eſſe, & vt in collectaneis dicebamus quales pro qualiter intelligere videtur vt ſit ſenſus , quales.i.qualiter differũt.Quaſi dicat tametſi à partibus prius ſit incipiendum,tamen nõ eſt leue intelligere earum differentias. Aliter autem,& magis ad mentem Ariſto.ſecundo huius exponi poteſt etiam aduerſatiue legendo verba eius,hoc modo,videlicet,q̃uis à partibus eſſet incipiendũ, tamen difficile eſt,& harum partium determinare, quales .i.quæ ſint aptæ abinuicem eſſe alteræ , quæ vero non ſunt aptæ eſſe alteræ. nã(vt Themiſtius inquit) virtutes eiuſdẽ generis,vt quæ ſunt generis vegetatiuæ potentiæ . videlicet,augmentatiua & nutritiua non videntur aptæ eſſe alteræ,aliquæ videntur,vt intellectiua,& nutritiua. nec expoſitio hæc verbis Grecis diſconuenit,nam ποῖα, pia,verbum græcum,etiam quæ exponitur,ergo vult dicere, dato ꝙ à partibus eſſet incipiendum,eſſet tamen difficile intelligere quæ partium ſuapte nã atque euidenter differant, quæue non differant . Quam expoſitionem non abhorret Auerroes,cum ait differentiam in quibuſdam patere,in q.buſdam latere : vt exemplis oſtendit.

Tex.com.19.

ARGYR. *Et vtrum ipſas partes, an ipſarum partium operationes prius quærere perſcrutariq; oporteat, ceu intelligere an intellectiuum, & ſentire an ſenſitiuum, & eodem modo de cæteris. Quod ſi operationes ſint exquirendæ prius , rurſus profecto quiſpiam dubitabit, ſi oppoſita prius, ſint inquirenda, vt ſenſibile prius quàm ſenſitiuum,& intelligibile quã intellectiuum.*

Tex.cõm.10.
ἔργα *opera operationes* ἀντικείμενα. *anticimena oppoſita obiecta cõtra ia centia* τούτων. *horum operũ harũ potentiarũ.*

Et vtrum oportet quærere prius partes , aut opera ipſarum vt intelligere,aut intellectiuum: & ſentire,aut ſenſitiuum : ſimiliter autem & in alijs . Si autem opera prius,iterum vtique dubitabit aliquis , ſi & obiecta his prius quærenda ſunt, ſicut ſenſibile,ſenſitiuo: & intelligibile,intellectiuo.

COLLEC. Tex.com.10.

sunt nobis manifesta: ideo quærit an passiones animæ sint aliquæ propriæ an oẽs cõmunes. vt ostendat etiam viam hanc, quæ confert ad cognoscendũ quod quid est, esse difficilem. Arist. ergo, cum mouit qõnẽ, tangit statim eius necessitatem, & eius difficultatem, & dicit, ꝙ hoc accipere, & in tali qõne veritatem determinare est necessarium, nõ autem leue. Declarat aũt Philop. necessitatem, & qõnis huius difficultatẽ: necessitatem quidem, quia ex solutione huius qõnis habetur, qualis debet esse aĩæ definitio, q̃. n. dixerunt aĩam comparari ad corpus, vt artifex cõparatur ad instrumentum, dixerũt eius operationem esse animæ propriam, corporis vero, vt instrumenti, & ita dixerunt aĩam non definiri per corpus. vnde Pla. & Xen. volentes aĩam intellectiuam habere propriam operationem, ad q̃ nõ est necessarium corpus, nisi vt instrumentum, non quo aĩa recipit operationem, sed quo aĩa recordatur in corpore, animam ipsam diffinierunt sine corpore, dixerunt. n. aĩam esse id quod seipsum mouet. qui vero dixerunt cõparari animã ad corpus modo quo perfectio cõparatur ad perfectibile, dixerunt nullã aĩam operationem hr̃e: q̃ non acceperit à corpore, & hoc modo volunt ipsam definiri per corpus, vt Arist. fecit. Ex solutione ergo istius qõnis habetur quo nam modo aĩæ definitio sit tradenda, & ita est necessaria qõ ista non parum. Quod vero sit non leuis, Philop. ostendit quia non possumus sensibus discernere si hmõi passiones sunt cõmunes, vel propriæ, nõ. n. res hæc sensibus subiacet. Ex his apparet quid Philoponus intelligit per operationem propriam, & quid per cõem in quæstione, cum Arist. quærit vtrum aliqua operatio sit propria, an oĩs sit cõmunis aĩæ & habentis animam. per propriam. n. intelligit q̃ anima habet, & eã nõ accepit à corpore modo quo Plato & Xenoc. dixerunt aĩam anteq̃ corpori vnitur, esse perfectam in scientijs omnibus ad quas corpus non concurrit, nisi vt instr̃m, nõ quo aĩa illas acceperit: sed quo recordetur in corpore. Per cõmunem vero, vel ad quã cõcurrit corpus vt efficiens illam operationem, vel ad quã corpus concurrit, id à quo aĩa accipit operationem, vel vt sub̃m operationis, & hoc pacto dicitur cõmunis s̃m Philo. ergo sensus quæstionis est, vtrũ aliqua operatio sit propria animæ quã habet anima, & non accipit illã à corpore, vel oĩs est cõmunis, quia vel concurrit corpus, vt id à quo accipit aĩa operationem, vel vt con sub̃m operationis. Mota ergo qõne, parte illa {videtur aũt} iuniores asserunt Arist. soluere qõnem non simpliciter, sed dubitando, vt in collectaneis dicebamus, & declarat que operationes sint communes, quæue videntur propriæ, & dicit ꝙ plurimarũ operationum aĩa nullam sine corpore dicitur pati, imo oẽm talem vr̃ recipere à corpore, nullam talium videtur agere sine corpore, sunt tales irasci, cõfidere, desiderare, & omnino sentire. Secundo oñdit quæ operatio videtur propria, & dicit ꝙ maxime operatio quæ assimilatur propriæ passioni aĩæ, est intelligere, nã anima videtur accepisse ipsum intelligere non à corpore, sed anteq̃ corpori vniretur, vt dicebat Plato. Verum ostẽdit, ꝙ nec ipsum intelligere habet sine corpore, cuius contrarium Plato asserebat, q̃ voluit aĩam prius habere intellectionem, q̃ vniretur corpori, & dicit. Si autem est hoc intelligere phantasia quædã, aut non sine phantasia, contingit nec hic intelligere esse sine corpore, & sic aĩa ipsum intelligere non potest habere anteq̃ corpori vniretur. vt Plato asserebat. Ex his, quæ Philop. dicit in commentarijs huius loci colliguntur duo satis vtilia, primum ꝙ Arist. per hæc vult habere intellectiuam aĩam non præhabere ipsum intelligere. s. anteq̃ corpori vniretur, vt voluit Plato, sed accipere ipsum à corpore. Secundum est, ꝙ intellectiua aĩa intellectionẽ rerum materialium atque sensibilium accipit à corpore, q̃a intellectio talium fit in aĩa mediantibus phantasmatibus. intellectionem vero rerũ immaterialium. s. substantiarum separatarum nõ accipit à corpore. Verum in his Philop. excerptis, sunt dubitationes, prima, si intellectionem rerũ sensibilium aĩa accipit à corpore, vtrũ post mortẽ remaneat taliũ intellectio an desinat desinẽte corpore. Secunda si intellectionẽ rerũ immaterialium non accipit à corpore, à quo accipit, & vtrum illam accipiat dum est in corpore, an separata à corpore. Has qõnes Philop. non absoluit, id tamen habemus ex his, quæ dicit ꝙ ipsum intelligere non est propria operatio animæ, vt Plato dixit, qui voluit ad eam non esse corpus necessarium nisi vt instrumentum, quo anima vtitur ipso intelligere in corpore, siue dum est corpore. Hinc patet error eorum, qui colligunt de mente Arist. hic animam esse in mortalem: quia si esset immortalis, tunc remanet frustra, quia anima non posset intelligere, quia non intelligit sine corpore. Friuola est hæc fabella. Arist. n. dicit ipsum intelligere non esse propriam operationem animæ, eo modo quo Plato dicebat vt exponit Philop. quia ipsum intelligere est aut phantasia, aut non sine phantasia, & ita non præerat aĩæ anteq̃ vniretur, propterea dicit ipsum non esse sine corpore, hoc est ipsum non posse inesse animæ nisi mediante corpore, vt exponit Philop. Ergo non habemus nisi ꝙ aĩa non deuenit ad ipsum intelligere sine corpore, vt voluit Plato. Vtrum vero post mortem intelligat, & quidem sine corpore, Arist. nõ dicit, solum. n. vult ad ipsum intelligere animam deuenire mediante corpore. Vtrum vero postquam deuenit, possit intelligere sine corpore, ad rem non est. verum postea digrediemur. Iuxta ergo hanc Philoponi expositionem Arist. mouet hanc quæstionem contra Platonem, vel contra Platonicos perperam verba Platonis intelligentes in Phædone. Quærit. n. vtrum. s. ipsius animæ intellectiuæ sit aliqua propria operatio, propria dico ad hunc sensum ꝙ sibi separatim insit in illo priori: in quo nondum ad corpus descendit: vt isti putabant, qui aĩas creatas ante corpora ponebãt, an, videlicet, ante corpus non operetur, sed incipiat simul cum corpore operari. Respondet Arist. de quibusdam operationibus non esse difficile definire quales sunt operationes, quæ cõpetunt aĩę, vt sensitiua est, vel vegetatiua, nã istæ non insunt aĩæ in illo priori: in quo nondum venit ad corpus, sed solum, vt est in corpore, sed magna dubitatio est de ipso intelligere, nam hoc videtur animæ propriũ, ita vt sibi insint separatim. Respondet ipsum intelligere non esse sic proprium, ꝙ sibi insit anteq̃ ad corpus descendat: qñ quidem intelligere, quo nos experimur res materiales intelligere, aut phantasia est aut non sine phantasia. Ergo sibi inesse non põt antequam ad corpus descendat, & sic vult ipsum intelligere, quod primo aĩæ inesse experimur, non sine phantasmate esse. Hæc quo ad textum, atque pro dilucidatione eorum, quæ diximus in collectaneis. Deinde ad commentum, vbi Auer. vult Arist. mouere qõnẽ vtilẽ, ex cuius solutione accipitur vnum valde vtile, & ab aĩa multũ desideratum. Resoluit aũt qõnem in duas, quarum prima est vtrum oẽs actiones & passiones animæ non inueniantur per cõmunicationem corporis, & sunt cum hoc actiones, & passiones in rebus existentibus in corpore. Hæc est prima qõ. Secunda vtrũ in eis inueniatur aliqua quæ nec habeat cõmunicationem cum corpore, nec egeat re existente in corpore. Debes scire ꝙ quadrifariam aĩæ actiones, siue passiones, intelligi possunt, aut ꝙ sint in corpore, & egeant re existente in corpore, aut ꝙ nec sint in corpore, nec egeant re existente in corpore, aut ꝙ sint in corpore, & non egeant re existente in corpore, aut ꝙ nõ sint in corpore, & egeant re existente in corpore. Auer. s̃m & vltimum membrum per modum qõnis quærit, tacet alia, quia ex solutione horum patet solutio illorum. Rñdet ergo Auer. ad primam, & vult ꝙ esse põt aliqua vel actio vel passio aĩæ, quæ non est in corpore, quæ tñ eget re corporea. Hæc ad primam. Ad secundam etiam rñdens dicit ꝙ esse potest aliqua actio vel passio aĩæ, quæ nec est in corpore, nec eget aliquo existente in corpore. Quare quid Auer. per egere corpore intelligat, & quid per egere re corporea. Gandauensis vult Auer. intelligere per egere corpore egere determinatã parte corporis tanquã instrumento, & subiecto, quo expletur operatio, & in qua recipiatur. Modo quo visio eget oculis siue pupilla, & in qua recipitur, & per q̃ expleatur per egere re existente in corpore, intelligit egere re corporali, e qua dependeat effectiue: qũo, vt inquit, intellectio eget phantasmate. Intellectio. n. non eget corpore. s. determinata particula corporis,

Quid per operationem propriam.

Dubitationes.

Contra quosdam.

Quot modis actio.

Quid per egere corpore.

Gandauensis opinio.

poris, vt subiecto, & vt instrumento, eget tamen phantasmate, quod est indiuiduum phantasiatum, ex quo depédet effectiue. operationes vero cæterarum partium aīæ egent & parte corporis, & re corporea. Hæc Ioannes in q̃onibus. Contra hanc expositionem multifariam obiecimus in collectaneis, primo quidem, quia tunc actio ignis.s. ipsum ignire nō egeret corpore, non enim eget determinata particula corporis, vt organo vel subiecto. secūdo quia operatio aīæ nutritiuæ nō egeret corpore. non. n. eget determinata parte corporis. tertio quia tunc motus cœli non egeret corpore, nō enim eget determinata parte corporis. Quod vero dixit intellectionem egere re existente in corpore, quia phantasmate, e quo dependet effectiue, falsum dicit, aut enim agit phātasma intellectioné virtute propria, aut virtute intellectus agentis, nō virtute propria: nullum. n. agens corporeum agit in subam incorpoream virtute propria. nec virtute intellectus agentis: quia tunc ageret vt illius instr̃m, hoc autem falsum est. non. n. pōt corruptibile esse instrumentum virtutis æternæ. Melius ergo diximus, & nunc breuius & dilucidius dicimus Auer. per egere corpore intelligere esse corpus necessarium, vt subiectum, e quo operatio dependet in esse, & in conseruari. hoc. n. modo operationes partis sensitiuæ, & partis vegetatiuæ egent corpore: quia corpus est necessarium, vt consubiectum, e quo operatio dependet saltem partialiter in esse, & in conseruari. per egere vero re existente in corpore, intelligit egere aliqua re corporea, vt obiecto, eo mō quo visus in videndo eget pariete: in quo colores visibiles sunt. Tunc imaginatur Auer. ꝙ intellectiua anima sit substantia separata, & ꝙ potest trifariam cōsiderari veluti quælibet substantia separata, vno modo in illo priori in quo præcedit sphæram humanam, vbi. s. est vna intelligentiarum, videlicet infima, & tunc intelligendo nec eget corpore, vt subiecto: nec, vt obiecto, quia intelligit in hoc priori substantias separatas per essentiam, quæ intellectio nec eget corpore, vt subiecto: nec re corporea vt obiecto. Alio modo considerari pōt in illo priori in quo intelligitur sphæræ humanæ vniri, nō tñ huic vel illa homini, & tunc licet eius intellectio non egeat corpore, vt subiecto, eget re corporea vt obiecto, eget. n. phātasmatibus in quibus sunt vniuersalia, non tamen his huius vel illius hoīs, sed hominis phantasiantis: Intellectus. n. vt anima sphæræ semper intelligit lapidem, qui licet non sit magis in his q̃ in illis phantasmatibus, tñ est in phātasmatibus lapidis. Tertio pōt cōsiderari, vt vnitus huic vel illi, & sic licet non egeat corpore, vt subiecto, eget tñ corpore, vt obiecto, nam intellectus in eget phantasmatibus meis pro intellectione rerum vniuersalium, quas intelligit, & intellectus in te eget phantasmatibus tuis. Ex quibus patet intellectus solutionis Auer. vult enim aliquam operationem animæ egere corpore vt subiecto, & re existente in corpore. s. vt obiecto, vt sunt operationes partis sensitiuæ, & partis vegetatiuę. Aliquæ sunt, quæ nec egent corpore, vt subiecto, nec vt obiecto, vt operatio aīæ, qua in illo priori, in quo non intelligitur sphæræ vnita, intelligit substantias separatas. Aliqua est aīæ operatio, quæ vt subiecto quidem nō eget, vt obiecto vero eget vt ipsum intelligere: nulla tamen est operatio, quæ eget re corporea vt obiecto, non aūt corpore vt subiecto. Hæc pro solutione Auer. In collectaneis contra positioné Auer. fecimus duas dubitationes pulchras, prima est q̃ō intellꝰs est cōpletus in specie, & eget pro sui operatione corpore vel re corporea. Secunda q̃ō est abstractus, & operatio eget saltem corporea re. Et licet in collectaneis respondebamus, tñ pro opinione Auer. (licet falsa) dilucidius dici potest, aīam esse completam in specie, & quo ad eius primam operationem non egere corpore, nec re corporea: est. n. prima operatio intelligere substantias separatas, quas intelligit per essentiam illarum in illo priori, in quo non intelligitur sphæræ humanæ vnita, quo. n. ad hanc operationem corpore non eget, quemadmodum nulla intellectiua pro hac ipsa prima operatione eget cœlo. Quo vero ad secundam operationé, quæ est intelligere res materiales, eget corpore, sicut quælibet intelligentia pro secunda eius operatione, quæ est mouere cœlum, eget cœlo. Ad secundam vero similiter diceret Auer. intellectum esse abstractū, quia prima eius operatio nec eget corpore, nec re corporea. Cum hoc tamen stat, eius secundam operationem egere corpore vel re corporea saltē vt obiecto. Hæc pro opinione Auer. verum contra hanc opinionem pro veritate dicemus in sequentibus.

Refutatio expositionis.

Propria dilucidatio.

Dubĩones cōtra Auer.

Si igitur operationum animæ vel affectuum aliquis proprius sit ipsius, fieri potest vt ipsa anima separetur. Si vero nullus sit eius proprius: non separabilis est, sed est de ipsa perinde atque de recto: cui multa quidem, vt rectum est, competunt, veluti puncto pilam æneam tangere, non tamen ipsum vnquam separatum tanget: est enim inseparabile. quippe cum semper aliquo cum corpore sit.

Siquidem igitur est aliquod animæ operū: aut passionum proprium: contingit vtique ipsam separari. Si vero nullum est proprium ipsius, non vtique erit separabilis. Sed sicut recto, [a] inquantum rectum est, multa accidunt, vt tangere æneam sphæram secundū punctum. [b] Non tamen [c] hanc [d] separatum rectum tanget. Inseparabile enim est, siquidem semper cum corpore quodam est.

ARGYR.
a Rectum concretum rectitudinis.
b οὐ μέντοι γ᾽ ἅψεται τούτου χωρισθὲν τὸ εὐθύ.
Tex. cōmē 15.
Non quidē tanget hoc separatū rectum,
c Hāc ab hoc.
d Separatū rectum rectitudo quæ est abstractum recti.

Apud Græcos expositores, cum Aristo. mouit. q. & absoluit eā, hoc in loco vtilitaté ponit. q. & solonis Them. vult Aristo. mouisse. q. hoc vero in loco eā absoluere sub ꝓblematis figura. Inquit Arist. { Siqd igitur aīæ operum, aut passionū ꝓprium, ꝯtingit vtiq; ipsam separari. si vero nullum est ꝓprium, non erit vtiq; separabilis } s̃m The. & alios quosdam Arist. syllm̃ tangit hypotheticū, arguens ꝑ conuersionem ꝑ contrapositionem. ex destructione antecedentis ad destructionem ꝯñtis, & tunc verbū Aristo. sic intelligitur, siquid operum, aut passionum est ꝓprium animæ, ꝯtingit vtiq; ipsam. s. aīam separari, id. n. adiectiuum { ipsam } apud græcos aīam refert, & in translatione Bysantij inuenitur { fieri pōt vt ipsa anima separetur. } tunc destruit aīs, & ponit oppositum ꝯñtis, & inq̃t si vero nullum est proprium opus aīæ, non erit vtiq; ipsa aīa separabilis, imo caduca, & corruptibilis, & reddit Them. rōnem aliter vbi aīa separetur à corpore sine operatione, erit ōcio sa, & frustra, q̃m non poterit habere aliquod opus. Sed sicut recto. } Quod dixit exēplo testatur, vt Philop. ait. attamen debes scire ꝙ rectum pōt capi ꝓ ipso participato, videlicet ꝓ rectitudine ipsa, & ꝓ ipso participante, vt pro habente rectitudinem, videlicet, corpus, vult ergo ostendere exemplo ꝙ si actio inseparabilis existat, necesse est & substantiam aīæ esse inseparabilem, inquit ergo, sed sicut recto inquantum rectum. i. inquātum est in materia, multa accidunt quorum vnum est: vt tangere æneā sphęram s̃m punctum, nō tñ rectum separatum ab hoc. i. à corpore. i. rectitudo ipsa tangit æneam sphærā in puncto, sic suo modo simili erit de aīa. s. ꝙ si dum est in corpore intelligit sensibilia, q̃n separata erit nō intelliget, vnde ꝓ proportionale aīæ sumit ipsam rectitudinem. Proportionale aīæ prout est in corpore. i. hoīe sumit rectū. proportionabiles eis quæ percipit anima sumit æneam sphæram. ergo vult dicere ꝙ quemadmodum rectum sensibile tangit æneam sphæram: & rectitudo separata non tangit illā: sic aīa in corpore. i. hō intelligit sensibilia, ipsa separata non intelliget illa. Inseparabile. } Reddit rōnem, quare rectitudo ipsa non pōt tāgere æneam sphæram, & inquit. n. pro q̃m. s. rectitudo est quid inseparabile, siquidem, pro cū semper cum quodam corpore est. i. sic. ergo tangere non pōt cum separatim accipietur, dixit { multa accidunt recto inquātum recto } q̃m accidit recto in materia tangere æneā sphæram, habere omnia puncta posita: terminare corpus naturale, & multa similia. hæc est huius loci expositio secundum græcos expositores.

COLLEC.
Tex. cōmē. 15.

Cvm demonstrauit. Hoc in loco Auer. aliter textum inducit: q̃m Arist. mouit. q. & soluit & probauit sol. inductione & syllō: vt visum est hoc in loco probat illā ex parte ipsius aīæ, intendit ergo ostendere s̃m Auer. ex parte animæ,

Comment. 15.

aīæ, ꝙ nulla eſt propria operatio aīæ ſeparatim ei conueniens ſine concurſu corporis. Et tu debes ſcire: ꝙ ratio Ariſt. ſic ordinatur: ſi eſt aliquod opus proprium aīæ, contingit ꝙ ipſa operatio ſit ſeparabilis, ſeparatim aīæ cōpetens ſine corpore, tunc ab oppoſito añtis, ſed nullum eſt opus proprium niſi animæ. ergo oppoſitum ꝯñtis, ſequitur nullum erit cōpetens ei ſeparatim, ſine concurſu corporis. probat Ariſto. id oppoſitum añtis per exemplū, qm̄ ſicut proprium eſt recto in materia exiſtēti tangere æneā ſphæram, & non recto ſeparato, ſic erit de aīa dum erit in corpore, habebit opus proprium. ſ. quia percipiet ſenſibilia, & qñ erit ſeparata, nō habebit proprium opus, & ſic patet oppoſitū añtis, hic ergo probatio probat, ꝙ nulla operatio cōpetit animæ ſine cōcurſu corporis, & ſic habetur confirmatio ſol. datæ. Auer. ergo primo ponit textus intētionem, & inquit, cum demr̄auit ꝙ quærendum eſt prius vtrum aliqua actio, aut paſsio aīę ſit extra corpus, & ſi fuerit, vtrum eſt cū eo, quod eſt extra corpus, & extra oē exiſtens in corpore: incepit demr̄are hic, ſi fuerit aliqua paſſio animæ propria. i. ſine corpore, poſe eſt vt ſit abſtracta, ita ꝙ illa paſsio, aut actio non ſit in rebus exiſtentibus in corpore, & ſi non habuerit actionē aliq̄ propriam, impoſe eſt, vt ſit abſtracta, cum actio eius ſit in rebus exn̄tibus in corpore. & hoc ſup. vult facere, vt confirmet ſolonē datam, vt induxi. Deinde applicat ſententiam verbis, & ſermo eius patet. Ex his apparet dr̄ia expōnis Auer. & The. græcorum: qm̄ illi ly {ipſam} in aīam referunt. Auer. autē ly {ipſam} in operationem, & ſic veniunt diuerſæ ſententiæ. Et eſt manifeſtum. {Auer. ſoluit. q. contra Ariſt. quā mouent expoſitores, qm̄ Ariſt. vtitur conuerſione ꝑ contrapoſitionem. modo dictum eſt. 2. Topic. ꝙ illa nō debet fieri niſi ab oppoſito ꝯñtis ad oppoſitum añtis. Ariſt. autē arguit ecōtra ab oppoſito añtis ad oppoſitum ꝯñtis, vt viſum eſt. Auer. ſoluit. q. & ponit duas regulas prima ſi eſt aliqua hypothetica conditionalis, cuius añs eſt vna propoſitio de ineſſe, & ꝯñs vna modalis de modo contingenti, vel poſsibili, tūc licet arguere ab oppoſito añtis ad oppoſitum ꝯñtis, vt ſi hoc viſibile eſt aīal, poſe eſt vt ſit homo ſed hoc viſibile non eſt animal. ergo non poſe eſt vt ſit homo. Adhuc ſi Dion nauigat, contingit bene nauigare, ergo ſi non nauigat nō cōtingit ipſum bene nauigare. Secunda regula eſt ꝙ ſi fuerit vna hypothetica cōditionalis, cuius añs ſit de ineſſe & ꝯñs neceſſario ineſſe, vel de neceſſario, tūc non oportet, imo tunc cōmittitur fallacia ꝯñtis, vt dictum eſt in logica, inquit ergo, & eſt manifeſtū, ſicut dixit Them. ꝙ propoſitiones hypotheticę cōtinuatiuæ. i. conditionales, in quibus eſt ꝯñs poſsibile eſſe cū antecedente, neceſſe eſt vt ſemper deſtruamus añs, & cōcludamus oppoſitum ꝯñtis, & hæc eſt prima regula. Deinde ponit ſecundam. d. econtrario diſpoſitioni propoſitionū, quarum conſequens ſequitur añs neceſſario, & tūc ad formam reſpondet argumenti. d. & ideo nullum impoſe contingit Ariſt. inquātum deſtruit añs. v. g. ꝙ ſi hoc, viſibile eſt aīal, contingit eſſe hoīem. ergo ſi non eſt aīal, non contingit eſſe hoīem. Ariſt. ergo arguit ꝑ primam regulam, & ſic non peccauit in logica. Poſt Auer. probat añtis oppoſitum per exemplum datum de recto: & quia ipſum expoſui in litera: ideo ſermo eius relinquetur tanquā manifeſtus. Sed circa ſolutionem Them̄. attici inſiſtunt pluribus inſtantijs, quarum quaſdam moderni latini aduerſus Them̄. ferunt, prima quidem atticorum inſtantia in Them̄. eſt ſi Soc. procreandus animal, eſt & ipſum hoīem cōtingit eſſe, ſed ipſe aīal non eſt, ergo ipſum nō cōtingit hoīem eſſe, perfecto hic modus arguendi nullus. Adhuc monſtrato fœtu leonis arguā. Si hoc homo eſt & aīal contingit eſſe, ſed homo nō hic, ergo & aīal non contingit eſſe, hic enim arguendi modus, vt prior. Moderni noſtri arguūt, & quærunt in iſto ſyllō, ſi hic viſibile, hō &c. vel ꝯñs ſequitur de neceſſario, vel cōtingenter, ſi neceſſario ergo licet argui ab oppoſito ꝯñtis contra ſecūdam regulam. Si contingenter ſequitur, ergo ſtat oppoſitum ꝯñtis ferme cum añte, & ſic contrapoſita nulla. Rurſum vel ibi arguitur ab inferiori ad ſup. vel ad ſup. ad inferius. ſi primo modo, non debet deſtrui añs, ſi ſecundo modo tunc prima ꝯñtia nulla erit, hmōi ſunt argumenta contra The. Ideo attici aliter dicunt Ariſt. hoc in loco nō arguere hypothetice, per conuerſionem per contrapoſitionem, ſed ipſum duas ponere regulas ad inueſtigationem immortalitatis aīæ deſeruientes. prima eſt, ſi operatio aliqua eſt propria animæ ipſam aīam contingit eſſe ſeparatam. Secunda regula illi impertinens, ſi nulla operatio eſt animæ propria, aīa non eſt ſeparabilis, & has duas regulas probat Philop. hic longa cōmentatione vtens. quas vide, & ex hoc amouetur qō contra Ariſt. qm̄ Ariſt. nō arguit, ſed narrat regulas, & eas vno exemplo exponit, vt viſum eſt: Sed adhuc expoſitores græci in has regulas inſtant primo cōtra primam, arguā enim ſic, ſi aliqua operatio eſt propria oculo, cōtingit oculum ſeparari, ſed hoc falſum eſt, qm̄ ponā añs, & tñ non ſequitur poſitio ꝯñtis. Adhuc contra ſecundam inſtant. Si nautæ actio nō pōt ſeparari à naui, nec nauta poteſt ſeparari ab ea, modo nec hic valet, qm̄ nauta pōt ſeparari à naui, non tñ operatio eius poteſt ſeparari à naui, & ſic volunt hmōi regulas nullas eſſe. Poteſt teneri vterq; modus. ſ. Them̄. & atticorū, ideo ꝓ defenſione Them̄. debes ſcire ꝙ tribus modis licet arguere, ꝑ conuerſionē per contrapoſitionem ab oppoſito antecedētis ad oppoſitum ꝯñtis vno modo in relatiuis vt ſi pater eſt, ergo filius, ſed pater non eſt, ergo nec filius. Secundo modo in conuertibilibus, vt Ariſt. ait in poſterioribus. & Auer. 7. Phy. vt ſi ſor. homo ſor. riſibilis, ſed ſor. non homo. ergo ſor. non riſibilis. Tertio modo, vt The. ait, qñ añs eſt de ineſſe, & cōſequens categorica de contingenti, vel poſsibili, & debet limitari conditionibus, prima ꝙ prædicatum añtis, & conſequentis non ſint æqualia ſub vno genere, ideo nō ſequitur, ſi leo eſt homo, cōtingit hoīem eſſe hominem. ſed leo non eſt homo, ergo non contingit hoīem eſſe hoīem. Secunda neque in terminis arguitur diſtractiuis, propter primam inſtantiam atticorum. Tertia neque prædicatum antecedentis ſit inferius ad prædicatum ꝯñtis propter ſecūdam inſtantiam atticorū. & ſic primæ inſtātiæ nullæ ſunt. Ad ſecundas alias noſtrorum latinorum dicendum. Ad primam Auer. regulam ſecundam intelligere, vbi ꝯñs ſequitur neceſſario abſolute ad antecedēs, vt ſor. hō ſor. animal. ergo ſi non aīal non homo. Ad ſecundam dicendū, ꝙ nec ſic, nec ſic, qm̄ illa regula eſt vl̄is in abſolutis, nō in miſtis, vt in cōmento meo primi priorum ſat expoſui. Ad inſtantias contra atticos dicendum, vt Philop. ait propriū eſt duplex. vnomodo partim qñ indiget ad hoc, vt exiſtat ſecūdo modo qñ indiget altero pro ſui exn̄tia. mō in propoſito, proprium pedis eſt incedere, tñ pro ſui exiſtentia indiget toto, exemplum ſecundi, vt oxymel dulce, propriū melli dulcedo, non per exiſtentiam totius, ideo pōt & ſeparatim competere melli, & hoc modo ſecundo Ariſt. ait ipſam operationem propriam eſſe aīæ. primo modo vero oculo proprium eſt videre. Ad ſecundam dicendū ꝙ nauta poteſt accipi, vt homo, & vt nauta, ſecundo modo non habet opus proprium, ideo non cōpetit ſibi ſeparatim, primo modo bene: ideo pōt ſeparatim ineſſe vt Hammonius ait, & tu applica in propoſito, ait. n. Ariſt. {ſi aliqua operatio eſt propria} & non dixit, ſi omnes ſunt propriæ, qm̄ ad hoc, vt ſeparata ſit, ſufficit aliquā hr̄e propriam, vt homo nauta reſpectu nauis. Adhuc attici mouēt alteram quæſtionem, dicūt. n. cur nam dixit. Si igitur eſt aliquod opus proprium contingit vtique ipſam ſeparari? oportebat. n. dicere, ꝙ neceſſe eſt ipſam ſeparari. Ad hoc ſol. græci dāt duas prima eſt, qm̄ poſito ꝙ anima habeat opus propriū, non oportet vt ſemper ſit ſeparata: qm̄ dum eſt in corpore, non eſt ſeparata, ſed contingit ipſam eſſe aliquando ſine corpore, & ſic appoſuit {contingit.} Præterea obijcit alius expoſitor, ſi ſemp eſt in corpore, vt Pythagoras ponit, & multi alij, vt Auer. & tamen nunq̄ corrumpitur: tūc ipſam non contingit aliquando ſeparari. Poteſt dici, vt Philop. ait: hoc ſaltem nunc aīæ non eſſe repugnans, pōt enim ipſa ſecundū ſe ſeparata exiſtere, & ſi ſemper in corpore aliquo maneat. Sed hoc verbum veritati opponere videtur, qm̄ ſi ſic eſſet, animal homini contingeret, qm̄ ſecundum ſe non repugnat animali in homine non eſſe. Aliter ergo poteſt ſolui, vt ipſe ait, ꝙ Ariſt. hic {contingit} accipit

Cap. 12.

Dubitationes.

Commen. 6.

Proprium duplex.

Dubitatio Græcorum.

Solutio.

Dubitatio.

Reſpōſio Phil.

Reſponſio melior.

accipit pro necessario, vt dicitur in lib. Perihermenias: dicimus.n.contingit solem ad arietem peruenire, q̃uis necessario perueniet. Et sic patet solutio quæstionis.

COMMENTARIVM.

1.expositio. THEMISTIVS vult totum textum præcedentem fuisse qõné, in hoc vero Arist. soluere. Dicit.n.quamobré statim qõ hæc decidi & definiri põt hoc genere. ecce qũo vult qõnem, quæ mota est in præcedenti textu hic solui. Quod si ita est, patet ex proximo textu nihil certi esse sumendũ, vt nõnulli sumpserunt, quicquid.n.dixit (ẽm The.) fuit dictũ sub forma qõnis, non determinationis. Quo vero modo hæc solutio intelligatur, dicemus. Illud vero nũc nobis satis sit, accipere ex præcedenti textu nihil firmi de mente Arist. *Secunda.* Secundũ vero cæteros græcos expositores, cũ Arist. mouit qõné, & dixit illã esse necessariã, & difficilem, cũq; ostendit eius difficultatem, hic oñdit illius qõnis vtilitaté. Vtilitas aũt hæc est, ꝙ qualis fuerit operatio, talis erit essentia, nam si operatio fuerit propria aĩæ, aĩa erit separabilis. Si non fuerit propria animæ, sed cõmunis animæ & corpori, anima non erit separabilis. *Tertia.* Dicit etiã potest, ꝙ cum Arist. mouit qõnem de operationibus, & soluit, nunc ex his quæ in solutione dixit, infert per modũ corollarij duas conditionales, huius expositionis signum est verbũ igitur, quod est illationis nota. ergo innuitur Arist. ex dictis nunc aliquid inferre. Vnde dicit, siquidem igit̃ est aliquod aĩæ operum aut passionum, quæ sit propria animæ (vt dictum est) ꝙ eam habeat anima aliunde, q̃ à corpore, vt Plato dicebat, contingit ipsam aĩam separari à corpore .s. (vt exponit The.) remanere separatam corpore resoluto, imo contingit eam redire ad pristinam dispositioné, in qua erat anteq̃ corpori vniretur. Secundam hypotheticã ponit dicens, sinauté nullum opus est proprium ipsius, sic ꝙ separatim tale opus animæ inesse possit sine corpore, ipsa non erit vtique separabilis penitus, hoc mõ legit The. Clarius legerem ego iuxta expositionem proximi textus, siquidem igitur est aliqua passionum aut aliquod operum aĩæ proprium, vt Plato dicebat quod non acciperet à corpore, verũ erit quod Plato dixit.s.ꝙ aĩam contingit separari.s.modo quo Plato dixit ante corpora.i.separatam esse anteq̃ corpori vniretur. Sinauté nullum opus aĩæ sit proprium, quin aut depẽdeat à corpore, aut accipiat à corpore, anima ipsa non vtique erit separabilis, hic est separatim existẽs ante corpus, nisi prius fuisset ociosa. *Instantia.* Sed dices ex his conditionalibus nihil habemus de operationibus aĩæ: ergo quærimus qualis est aĩæ operatio. *Responsio.* Respondet exẽplo sumpto à recto, quod cõcretiue sumptũ, hoc est vt rectum, tangit sphærã in aliquo signo. Abstractiue vero sumptum hoc est vt rectitudo, non tangit sphæram, nisi secundum imaginationé, ita aĩa, vt anima, intelligit intellectione concretiua, quæ sibi primo à phãtasmate vr̃ inesse. Tali aũt intellectione concretiua ipsa, vt abstracta, atque vt intellectus non intelligit, sed intelligit intellectione abstracta à phantasmate. Ergo sicut aliqua operatio est recta, vt concretum, quæ non est recti vt rectitudo atque vt abstractum, sic aliqua intellectio est aĩæ, vt anima est.s.in corpore, quæ non est animæ vt abstracta, & separata à corpore. animæ enim vt est aĩa in corpore propria operatio est intelligere concretiuum.s.per depẽdentiam & ꝯcretionem phantasmatum. aĩæ vero vt separata est propria operatio non erit ipsum intelligere concretiuum phantasmatũ, sed erit ipsum intelligere abstractum à phãtasmatibus. *Intellectio animæ duplex.* Est.n. ipsius aĩę duplex intelligere phantasticum, quod est circũcernens phantasmata, vel à phantasmatibus depẽdens. Alterum est intelligere abstractiuum, quod non circũcernit phantasma, primum est propria operatio aĩæ vt concreta corpori est. secundum est propria aĩæ operatio, vt abstracta à corpore est. Vnde dicit, sed sicut recto in concreto sumpto.s.vt rectum, multa accidunt, quorũ vnũ est, vt tangere æneam spheram ẽm punctum, hoc est ẽm certũ signũ, non tñ tangit hanc æneam sphæram, vt est separatũ rectũ .i.vt accipitur pro rectitudine in abstracto, cuius cãm inqt quia sup. ipsum tangere æneam sphæram inseparabile est, tactus.n.est corporeum existentium in materia: siquidem, vt inquit, tangere æneam sphæram semper cũ quodã corpore est, sup. sic animæ, vt est concreta corpori aliqua operatio competit.s.phantasticũ intelligere, quod nõ ipsi cõpetit, vt abstracta à corpore, sed inest sibi intelligere abstractum à phantasmatibus. *Contra iuniores.* Ex his patet ꝙ perperam ex hoc loco iuniores sumpserunt animam nõ remanere post mortem. hoc.n.inferunt, quia Arist. vr̃ dicere aĩam nullum hr̃e opus proprium, & sic nõ poterit esse separata. Inferũt etiam, qꝛ Arist. dicit recto competere operationé, non rectitudinem. *Rectitudini.* Sed hæc friuola sunt primum quidé qꝛ Arist. hypothetice loquitur, ex quo nihil categorici inferendũ est, secundo, quia dato ꝙ Arist. loqueretur categorice, nõ dicit, animam non separari post, sed dicit eã non esse separatam, vt Plato dicebat, qui eam posuit separatã ante corpora. Præterea, quod secundo loco dicebant, est puerile, imo ex illo colligitur oppositum. Arist.n.nihil aliud vult habere, nisi ꝙ sicut recto in cõcreto aliquid cõpetit, quod non competit recto in abstracto, ita animæ concretæ corpori competit aliquid: quod non cõpetit, ei, vt est abstracta, nam ei, vt corpori concretæ cõpetit intelligere phantasticum, quod sibi non cõpetit, vt est abstracta. Imo, si bene hæc considerentur, innuunt totum oppositum, in conditionibus enim nihil certi habes, & siquid habes, illud est contra eos. In comparatione vero habetur totũ oppositũ, solum.n.vult id quod animæ competit, concrete non competere, & abstracte. *Dubitationes tres.* Sed contra hæc dubitabis primo quo modo anima abstracta à corpore intelligit? Secundo cur anima concreta corpori intelligit intellectione concreta phãtasmatibus, abstracta vero intelligit intellectione abstracta à phantasmatibus? Tertio quid magis intellectione aĩæ post mortem conuenit dictis Arist. vel saltem his, quæ sequuntur ab Aristo. dictis? Et licet hic magis pertineant ad librum tertium, tñ quia iuniores, quæcũq; dicũt de immortalitate, acceperunt ab his duobus locis, ideo oportet immorari in hoc. *Solutio primæ quæstionis.* Ad primam ergo qõné rñdet doctissimus Simpl. in post prædicamentis, & imaginatur animã pati aliquid ab extremo motore, quod Arist. ex eo ꝙ talis externus motor, est singulare existens in virtute phantastica, phantasma appellat. Istud vero quod à phãtasmate patitur, Them. noesem appellat, aliqñ noema.i.notionem, Arist. vero nunc appellat illud spẽm, nunc formam, nunc notioné. Est aũt quędã similitudo facta in intellectu ab ipso singulari exñte in virtute phãtastica, quæ ipsi intellectui repñtat obiectum vl̃r. Imaginatur.n.Simpl. ꝙ sicut visus à colore exñte in pariete recipit spẽm coloris, mediante qua coloré videt, sic intells ab ipso singulari exñte in virtute phantastica recipit spẽm, quæ repræsentat illud singulare vl̃r. Vnde vero habeat ꝙ hæc spẽs exñs in intellectu repræsentet vl̃r, illa ĩ visu particulariter, tertio huius patebit. His stantibus dicit ꝙ aĩa postquã accepit spẽs quę repræsentat singularia vl̃r ab ipsis phantasmatibus, reddit̃ actuata, veluti lignum postq̃ accepit caliditatem redditur actu calidum: sic vero affecta & actuata, elicit suũ intelligere, & iudicat per talem spẽm, ergo aĩa postq̃ recepit species à phãtasmatibus, põt illis mediantibus deduci ad actũ intelligendi oĩa, quæ illæ spẽs repræsentant. Quã rõne fit vt phantasma nõ sit necessarium nisi pro generatione primorũ actuũ.s.pro generatione talium spẽrũ, quæ sunt veluti formæ aĩæ. non aũt pro generatione secundorũ actuũ quæ sunt ipsę intellectiones. Aĩa ergo abstracta à corpore intelligit ea vl̃r, quæ intelligebat, cum erat corpori cõcreta, sed alio modo, qꝛ cum erat corpori cõcreta, intelligebat vl̃ia in phãtasmatibus exñtia, qũo visus sentit colores in pariete. cũ vero est abstracta, intelligit vl̃ia, quę sunt in singularibus extra phantasticam constitutis, mediantibus speciebus, quas recepit à singularibus exñtibus in phantastica. Hæc de prima dubitatione. *Solutio ad secundam quæstionem.* Ad secũdam dicimus aĩam concretam corpori intelligere per easdem spẽs, per quas intelliget à corpore separata, & eadẽ intelligibilia, verum alio modo, corpori verò vnita intelligit vl̃ia, quæ sunt in phantasmatibus, vt colores in pariete. Separata vero intelligit vl̃ia non exñtia in phãtasmatibus, sed existentia in singularibus extra aĩam penitus constitutis. Causa vero est: quia aĩa corpori concreta omnibus virtutibus sensitiuis connectitur, propterea intelligere nõ põt, quin intelligat

intelligat vle in singulari phantasiato,& ita non sine phantasmate. At pro intelligere aiæ actuatæ, vt aia actuata est, non est phantasma necessarium,quia (vt Simpl. sapide dixit) aia actuata à spẽbus,quas accepit à singularibus phãtasiatis,põt deduci ad intellectioné eorundem vlium sine phantasmate,ergo phantasma est necessarium per accidẽs ad intellectioné,quia non ad intellectionem simplr,sed ad intellectionem concretiuum , quod est aiæ vt est corpori concreta,non aũt per se, quia non ad intelligere simpliciter,quod est aiæ simplr. Ad tertiam quid conuenit fundamentis Arist.non est mihi leue dicere sicut ipsemet dixit, tñ dici põt , ꝙ duplex est cognitio sicut duplices sunt res, quæ cognosci possunt. Materiales quidem quæ quidẽ simpliciter & ẽm rem in materia sunt,licet ẽm rõné vlr ac im materialiter intelligibilia sint, hæc sunt vlia materialia . Sunt res etiam intelligibiles immateriales,vt diuinæ substantiæ.Materiales ergo res aia non intelligit,nisi in phantasmatibus (vt dictum est) hoc est in singularibus phantasiabilibus,& phãtasmata ipsa in organis corporeis, vt colores in pariete . At immateriales duplr intelligere põt, vno modo per essentiam illarum intuitiue. Alio modo appræhensione rerum materialium. Tunc dicerem aiam corpori concretã intelligere res materiales, & immateriales. materiales quidem intelligit vi vnionis per spẽs à phãtasmatibus,acquisitas. Immateriales vero appræhensione rerum materialium,& sic illas appræhẽdit in mãlibus. Cum enim aia sit res simplr immaterialis, & dum est in corpore,sit materialis,sic materiales res intelligit,& immateriales in ipsis immaterialibus . Post mortem vero vi separationis immateriales appræhendit , & in ipsis immaterialibus appræhensis appræhendit materialia. Põt ergo dici ꝙ aia post mortem appræhendit materialia,& immaterialia, immaterialia,quidẽ p essentiã illorũ,mãlia vero apprehensione mãlium.Hoc aũt habet vi separationis,nã eo ipso ꝙ separatur,vi illius separationis propter ablationẽ ois materialitas,quæ erat ei impedimento, immaterialia intuitiue apprehendit , & appræhensione eorũ appræhendit oĩa mãlia,sicut deus appræhensione suæ essentiæ appræhẽdit oĩa . Consonat aũt hoc ei,quod dicit in hoc primo , & in 3.huius.vbi supponens intellectum remanere,quærit vtrũ reminiscatur eorum,quæ in vita nouit,& rñdet ꝙ nõ, quia intelligere corrũpitur ipso sensu corrupto. Quare dicerẽ corrumpi spẽs,& scias,& oĩa quæ accepit à phantasmatibus,nõ aũt remanet ociosã, quia vi separationis intelligit intuitiue immaterialia,appræhensione quorum intelligit mãlia. Sed dices,si nihil reportant aiæ eorum quæ didicerunt in vita,ergo frustra corporibus vnirentur. Præterea. tunc fuissent corporibus violenter vnitæ. Rñdeo negando ꝯñtiam,quia non fuerunt vnitæ , vt reportarent cognitionem rerũ mãlium illo modo acquisitã,sed certo tẽpore illo modo cognoscendi res mãles animæ potirentur. Præterea.nego illas fuisse violenter vnitas oĩno, quia ẽm quid fuerunt naturaliter vnitæ , sed pro perpetuo bene cõcedo illas violenter vniri.Verum licet pro opinione Arist. hæc dicerentur pro veritate tñ dicemus in.3.huius quæcũque acquisiuit aia in vita; quæ nõ egent corporea ꝯseruatione remanere,nam ipsa aia sufficienter illa põt conseruare,tales sunt habitus intellectuales,sciæ,& id genus,quare hæc remanebunt. Ex his textus põt aliter exponi,vt dicamus ꝙ postq̃ Arist.proximo textu mouit qõnẽ , & soluit vt haberet contra Plat.aiam non præcẽ corpori separatam, In parte ista infert duas hypotheticas, vt oñdat aiam separari à parte post ab ipso corpore. Prima quidẽ igitur infert, cum inquit,siquidem igitur est aliquod aiæ operum , aut passionum proprium,contingit vtique ipsam separari , & intelligit p opus proprium,vel passionem propriam, quæ aiæ inest,vt subiecto,& non corpori,& quæ per hoc quod aiæ inest,e corpore non dependet,vbi.n.opus tale sic proprium aiæ inerit,talem aiam ꝯtingit separari . Ponit secũdam cum inquit,sin aũt nullum est ipsius aiæ propriũ,quin .s.corpus concurrat,vt subm,vel quin dependeat à corpore,non vtique erit aia separabilis à parte post , sed ex his hypotheticis nihil habetur,nisi in altera earum ponat antecedens. Ideo ponit antecedens in vtraque,sed alia atq;

Solutio ad tertiam qõnem.

Anima quõ intelligat res materiales & immateriales.

Tex. cõmẽ.66. Tex.cõm.20.

Pulchra dubitatio.

Responsio.

alia rõne sumendo animam,& dicit,ꝙ animæ corpori concretæ nullum opus est proprium , quin ad illud concurrat corpus , quẽadmodum nec recto aliquod opus est ꝓpriũ, quin ad ipsum concurat materia , aiæ vero è corpore abstractæ opus proprium est vt ipsum intelligere, quod corpus non cõcernit,quia nec phantasma , nec rem in corpore.nam aia separata vi separationis intelligit,quæ non intelligit dependentia ad phãtasma, intelligit.n.immaterialia per essentiam immaterialium,& materialia ipsa appræhensionem immaterialium(vt dictũ est.)ergo ex hoc textu habetur aiam à parte post esse separabilem.Vnde dicit, sed sicut recto in concreto,inquãtum rectum , circũcernit materiam,multa accidũt,quæ nõ accidunt rectitudini abstractæ à materia , quorum vnum est tãgere æneam pilam secundum punctum,q̃ tñ non tangit,vt est separatum siue abstractum rectum , quia ipsum æneam sphæram tangere est à materia inseparabile , siquidẽ ipsum tangere æneam sphæram semper cum quodam corpore est,sic sup.aię concretæ nullum opus est proprium, quin concernat corpus, animæ vero abstractæ est proprium opus nullum concernes corpus,ergo contingit animam separari, quia põt ipsi cõpetere aliquod opus,nullum corpus circumcernẽs. Ecce qũo iuniores textum hunc perperam intelligentes in aniles fabulas detrusi sunt. Quo vero ad verba attinet, translatio vetus,quæ dicit, non tamen tangit ab hoc separatum rectum,licet possit stare,tñ clarius stat si dicat non tñ tangit hoc.i.hanc pilam æneam separatum rectum: decipitur aũt translator,quia in græco, verbum illud legitur in genitiuo,sed non animaduertit,quia verbũ tangit regit in græco genitiuum,apud vero nos accusatiuum . Hactenus de his, quæ erant necessaria pro textus dilucidatione. Quãtum ad ea quæ in cõmento dicebamus , Debes scire ꝙ Auer.arbitratur Aristo.probare solonẽ datã. Quæsiuit enim vtrum esset,aliqua operatio propria aiæ , & rñdit ꝙ nulla,quia si qua esset,maxime esset intelligere, modo intelligere non est,ergo nulla.vult ergo Auer.vt nunc probet secunda rõne solutionẽ datã. est aũt rõ Arist.vt Auer. arbitratur,hæc si aliquod opus est proprium aiæ, cõtingit ipsam.s.operationẽ separari.i.separatim aiæ cõpetere , sed nullum opus est proprium , ergo nulla operatio est separabilis,hic est separatim aiæ cõpetens . Quod vero nullũ opus sit proprium,probat Arist.ẽm Auer. exemplo recti, cui nulla operatio propria ꝯpetit.Et licet in collectaneis huic expõni fauebam , tñ nunc vr mihi in hac expõne esse tot errata,quot verba. Primum.n erratum est vbi arbitrat hunc textum esse probatiuum,hic.n.verbis Arist. nõ conuenit,in illis.n.nihil ponitur , quo indicetur probatiuum, esse hunc textum, imo ponitur nota illationis qua potius innuitur textum hunc esse illatiuum . Secundũ erratũ est, quia Auer.arbitratur Arist.velle probare operationẽ esse separabilem,quod est contra verba,nã verbum ipsam nõ ad operationẽ vel passionem retulit Arist.sed ad aiam,qa opus vel operatio græce est ἔργον,ergon,passio vere græce est πάθημα pathema,& vtrũque est neutri generis . At verbum ipsam in græco est fœminini generis,ergo non nisi ad aiam referendum est,vt græci retulerunt. Tertium erratũ est quia vr in ratione hac (vt illam cõponit Auer.) esse petitio principij.idem.n.est esse propriam operationem,& separatim ipsam aiæ competere. Quartum erratũ est,quia Arist.non quærebat,si est operatio separabilis,sed si est operatio propriam,ergo non oportet eum probare nullam esse operationem separabilem , sed nullã esse propriam,quia sic est ad propositum.q.Cum.n.ipse per Auer. soluit qõnẽ ad partem negatiuam,& probauit nullam esse operationem propriam, si hic probat illud idẽ secunda ratione debet probare eãdẽ solonem.s.ꝙ nulla est operatio propria,& non ꝙ nulla sit separabilis . Quintum erratum est,quia arbitratur Arist. hic argumentari ab opposito antecedentis quod textui non consonat , quia cũ destruitur antecedens, vel ꝯñs alicuius conditionalis non destruitur conditionaliter,sed categorice,modo Aristo. cum posuit primam conditionalem,statim ponit alteram conditionalem,quæ licet sic facta est oppositio antecedentis & opposito ꝯñtis prioris cõditionalis , tñ non ponitur categorice,

Consideratio verborum.

rice, quõ ponitur destructio añtis, vel p̃ntis, sed hypothetice, dicit enim si vero nullum est proprium opus, nõ vtique erit separabilis, modo hæc est vna hypothetica, quæ cum nihil ponat in esse, non vr̃ destructiua, nec constructiua. Causa vero erroris Auer. fuit The. qui paraphrastice textum exponendo, argumentatus est ab opposito añtis, verum The. pace sua in hac expositione obdormiuit, cum cæteri græci penitus ab eo differant. Quærũt hic vtrum ex opposito antecedentis licet argumentum facere ad oppositum p̃ntis. Hæc quæstio est disputata in collectaneis, propter auctoritatem The. & Auer. Verũ (vt ex dictis patet) hæc qõ est extra propositum, cum Arist. hoc pacto nõ syllogizet, Sed quia transiuit in vsum ideo quærat de ipsa. Respondet The. & Auer. post ipsum, ꝙ licet syllogizari ab opposito añtis, q̃n p̃ns accipitur sub forma contingentis vel poßibilis, quia bene syllogizatur, si dion nauigat, contingit dionem bene nauigare. Ergo si non nauigat, non contingit dionẽ bene nauigare. Auer. aũt ponit hoc exemplum, si hoc visibile est aïal, contingit esse hoïem, ergo si hoc visibile non sit animal, non contingit esse hoïem. Ad propositum Arist. syllogizat eodem modo. Contra vero hæc fiunt instantiæ, prima si Socrates generandus est animal, contingit Socratem esse hoïem, modo non sequitur, sed Socr. generãdus non est aïal, ergo Socratẽ generãdũ nõ contingit esse hoïem. Secunda si hoc est hõ demõstrato fœtu in vtero leonis, contingit hoc esse animal. modo non videlicet, sed hoc non est homo, ergo non contingit esse animal. Iuniores vero argumentantur contra exemplum Auer. nam in illo syllõ si hoc visibile est aïal, contingit esse hoïem, vel consequens sequitur necessario, vel cõtingenter. si necessario, tũc ex opposito p̃ntis infertur oppositum antecedentis, & non ex opposito añtis infert oppositum p̃ntis. Sinautem p̃ns sequitur contingenter, tunc oppositum p̃ntis non repugnat antecedenti, & sic p̃ntia fuit nulla. Præterea vel in illo exemplo arguitur ab inferiori ad suum superius vel à superiori ad suum inferius. Si arguitur ab inferiori ad suum superius, tunc nõ licet syllogizari ex opposito antecedentis oppositum p̃ntis. Sinautẽ syllogizatur à superiori ad inferius, tunc p̃ntia nulla erit. Diximus in collectaneis ab opposito antecedentis syllogizari posse oppositum p̃ntis, primo in relatiuis cũ syllogizamus de secundo adiacente, vt si pater est, filius est, sed pater non est, ergo filius non est. Secũdo in conuertibilibus vt si Socrates est risibilis, Socrates est hõ. Sed Socrates non est risibilis, ergo Socrates non est hõ. Tertio quãdo antecedens est de inesse, & consequens est propositio contingens. Verum non semper, nam q̃n prædicata antecedentis & p̃ntis sunt æqualia, non valet, non. n. sequitur, si homo est leo, contingit hoïem esse risibilem, sed homo nõ est leo, ergo nõ contingit hominem esse risibilem. nec videlicet, q̃n termini sunt distractiui. non enim videlicet, si Socrates generandus esset aïal, Socratem generandũ cõtingit esse hoïem, sed non est animal, ergo non contingit esse hominem. nec valet, cũ argumentum fit ab inferiori ad superius, non. n. sequitur, si hoc demonstrato leone est homo, cõtingit hoc esse aïal, sed hoc non est hõ, ergo hoc non cõtingit esse animal, ergo valet in omnibus, præterq̃ in talibus. Per hæc patet ad obiectiones contra regulam. Ad obiectiones vero contra exẽplũ dico ſm hanc expositionem ꝙ consequens sequitur necessario ad añs, & tamẽ licet syllogizari ab opposito p̃ntis, & ab opposito antecedentis, valet, n, si dion nauigat contingit bene nauigare, ergo si dionem non contingit bene nauigare, non nauigat. Quod vero liceat syllogizari ab opposito añtis, patuit. Ad secundum dico ꝙ syllogizatur à superiori ad inferius. & quando dicitur ꝙ non videlicet, verum est in propositionibus de inesse, sed videlicet quando antecedens est de inesse, & p̃ns contingens, vt dictum est. Alia multa in collectaneis diximus, quæ clara sunt. Fortasse aliter potest dici, & quidem ad mentem The. Them̃. enim vult tũc ab opposito antecedentis licere syllogizari, cum antecedẽs est de inesse, & p̃ns contingens, sumendo cõtingens, vt distinguitur contra necessarium & contra inesse, vt in exemplo suo, si dion nauigat, contingit dionẽ bene nauigare, ergo si non nauigat, non contingit bene nauigare. Hoc modo hanc regulam intelligendo soluũtur obiectiones, si enim Socrates generãdus est animal, Socrates generandus est homo necessario, quia si Socrates generandus est animal, Socrates ẽ, si Socrates est, Socrates necessario est hõ. Similiter secunda deletur, quia si leo est homo, necessario est aïal, & sic non sunt contra regulam. Exemplum Auer. forte est falsum, si enim hoc visibile est animal, necessario est homo. quia vel demonstras indiuiduum hoïs per visibile, vel indiuiduum bruti. si hoïs, videlicet, hoc visibile est animal, ergo est homo, quia si est animal, hoc visibile est, & si hoc visibile est, hoc visibile est homo. Obiectiones tamen nullæ sunt, vt dictum est. Alij vero per contingẽs intelligunt consequentiam contingentẽ, vt sit regula ꝙ ab opposito antecedentis sequitur oppositum consequẽtis, quando consequentia est contingens, vt si dion nauigat, sequitur contingenter vt bene nauiget, ergo si non nauigat, contingit non bene nauigare. Tutior t̃n est prima expositio, quia potest melius applicari proposito de anima, animam. n. contingit separari, si habet opus proprium, vbi ꝯtingẽs accipitur cõmuniter, vt intelligenti patet. Secunda expositio etiam, quæ per contingens intelligit consequentiam nullo pacto verbis applicabilis est, quia si aliquod opus est animæ proprium, non contingenter sequitur ipsam separari: sed necessario. Hactenus de regula, illud t̃n non ignorabis expositionẽ atticorum esse mentem Arist. vt in expõne textus visum est. & quia de illa perpulchre in collectaneis dictum est, ideo haud plura de his.

Videntur autem & omnes affectus animæ cum corpore esse, ira, mansuetudo, timor, misericordia, confidentia, gaudium, odium denique atque amor: nam vna cum his ipsum corpus aliquid patitur. Quod quidem ita esse ex eo patet, interdum enim non irascuntur: neque timent, etiam si se vehementes ipsis, manifestæ vt causæ offerant. interdum à paruis quibusdam mouentur atque exiguis, si feruet concitaturque corpus, & perinde se habet atque cũ afficitur ira. Hoc magis ex eo, patet, quia nonnulli nulla re penitus accidente, quæ quidem possit terrere, nulloque imminente periculo, vt ij qui metuunt, perturbantur ac afficiuntur timore.

Videntur autem & animæ paßiones omnes cũ corpore esse, ira: mansuetudo: timor: misericordia, confidentia, adhuc gaudium & amare: & odisse. Simul enim his patitur aliquid corpus. Indicat autem hoc: aliquando à duris quidem, & manifestis paßionibus incidentibus, nihil exacerbari: aut timere. Aliquando autem & à paruis, & à debilibus moueri, cum accendatur corpus, & sic se habeat cum irascitur. Adhuc autem hoc magis manifestum est: nullo enim terribili imminente in paßionibus fiunt his quæ timentis sunt.

Themistius literam hanc cum præcedenti vult esse legendam, hoc modo. Sed sicut recto inquãtum rectum. i. in materia multa accidunt, quorum vnũ est, vt tangere æneã sphæram ſm punctum, non t̃n rectum separatum ab hoc. i. rectitudo à materia separata, tangit. n. pro quia inseparabile sup. est quoddam, cũ semper cum quodam corpore sit: ita & animæ paßiones. i. affectiones oẽs vidẽtur esse cum corpore, ira, mansuetudo &c. ergo vult Them̃. præsentem literam colligari ad præcedentem & tunc Them̃. loco de ly {autem} habet {ita} & huiusmodi expositio est optima: attamen in græco {autem} reperitur, & sic etiã Bysantius & Theodorus transtulerunt, vt patet in trãslationibus eorum. Et tunc si Them̃. sequimur, litera sic ordinabitur, si aliquod opus est aïæ proprium, contingit ipsam animam separari. ergo si nullum opus est proprium ei, ipsam non contingit separari. tunc assumatur hmõi consequens pro maiori, si nullum opus est proprium, ipsam non contingit separari, sed nullũ est opus proprium animæ. & hanc minorem intendit cum dicit {sed sicut recto} vsque ibi {simul enim} quam non posuit in propria forma: sed vim tetigit, tunc apponenda est conclusio. ergo ipsam

Quæstio.

Quæ iuniores.

ARGYR.

Tex. cõmẽ 14. Incidẽtibus quæ obiter occurrunt ὥσπερ ὅταν quemadmodum quãdo συμβαίνοντος. accidente.

COLLEC. Tex. cõm. 14.

ipſam non continget ſeparari. Simul enim } hic ſecūdum huiuſmodi expoſitionem proſyllogizat minorem illam,& ſylls pōt cōponi in hunc modum,omnes paſsiones, quas, anima patiente,corpus patitur aliquid , id eſt corpoream tranſmutationem,ſunt cōes aīæ,& corpori,tunc Ariſt. accepit minorem,& inquit,enim pro quia , ſup. aīa patiente hmōi paſsiones , ſimul corpus patitur aliquid.i.corporeā tranſmutationem.eſt ergo vis minoris, ſed paſsiones animæ ſunt paſsiones, quas aia patiente , corpus patitur corporeā trāſmutationē.ergo in prima figura paſsiones animæ ſunt cōes aīæ,& corpori,& per cōſequens nullū opus eſt proprium, quod fuit minor propoſita.Indicat } probat minorē pro ſylli,ex ijs & inquit.indicat aūt hic.i.iſtā minorem ita eſſe,ex eo patet, quoniam aliquando quidem.i.interdum accidit nihil .i. nullum hoīem exacerbari.i.iraſci, aut timere,coincidētibus duris, & manifeſtis paſsionibus .i.etiam ſi ſe vehementes ipſis, & manifeſtæ cauſæ offerāt. aliquando accidit econtra & à paruis , & debilibus moueri,cum accenditur corpus.i.ſi corpus fuerit natura calidū, & ſiccum,& ſic ſe habet , ſicut cū iraſcitur.i.tale quale eſt corpus prouocatum ad iram. Adhuc autem inducit & ſecundum exemplum & inquit, adhuc autem magis hic manifeſtum,nullo enim terribili , id eſt timoroſo imminente .i.accidente,aliqui fiunt timentes in his paſsionibus:vt melancholici.Ex his patet minor proſyllogiſmi. Et licet hæc expoſitio optima ſit : vt vides,attamen eſt dubitabilis aliquātulum, quoniam huius ꝓpoſitio { ſed nullum opus eſt proprium animæ } eſt vniuerſalis ad paſsiones omnes,tam ſpectantes ad ſenſitiuam partem , q̄ ad intellectiuam partem,quam ad concupiſcibilem,modo probare nullū opus eſſe proprium animæ, qm̄ paſsiones attributæ virtuti concupiſcibili non ſunt propriæ,eſt committere fallaciam cōſequentis & ex particulari negatiua arguere vniuerſalem negatiuam . Propter quod aliter Auerrois hūc locum exponit,vt in expoſitione commenti apparebit.

Commen 14. CVM narrauit . Debes ſcire ꝙ Ariſt.declarauit in primis,operationes ſenſibus attributas eſſe cōes corpori , & animæ,adhuc & intelligere . genus autem paſsionum , in quibus apertiſsime id conſtat, eſt genus paſsionum attributarum virtuti concupiſcibili, apponit ergo intētionem literæ,& inquit.cum narrauit ꝙ plures paſsiones,& actiones aīæ videntur habere coniunctionē cum corpore, incepit hic notificare genus,in quo apparet hoc manifeſte . & exponit hic genus ponendo concluſionē textus . ſecunda ibi. { Omnis enim } componit ſylm̄ quem nullus græcus cōpoſuit . Et prima pars patet,in ſecunda ſylls componitur ſic,omnis paſsio facta cum alteratione , & tranſmutatione eſt in corpore neceſſario,aut virtutis in corpore.tūc apponit minorem.d.omnia accidentia aīæ concupiſcibilis ſunt paſsiones factæ cum tranſmutatione . non concludit concluſionem directe,ſed poteſtatem concluſionis . concluſio ergo formaliter ſequens eſt, ergo oīa accidētia aīæ concupiſcibilis ſunt in corpore.concluſio vero ſeqūēs poteſtatē eſt.ergo hec anima aut eſt corpus,aut virtus in corpore. Sed quia propoſitio } Nunc probat minorē,Et primo ponit cām,quare minorem declarat , & non maiorem .d.ſed quia propoſitio maior eſt manifeſta, minor vero latet aliquantulum,cum ſit poſsibile , vt paſsiones accidant animæ ex quibus corpus non patitur ſup. manifeſtā tranſmutationem,vt illæ quæ accidunt apud ſenſum , id eſt vt ſenſationes : incepit declarare hoc, id eſt minorem exemplo,quod eſt alius modus à ſyllogiſmo. Et totus eius ſermo manifeſtus eſt per ſe ex litera.

Dubitationes. Sed quidam dubitant hic : quoniam corpus cōcurrit ad affectiones, & ad actus, vt ad ſenſationes,propter quod quærunt nunquid corpus ſit ita inſtrumentum affectionum , quemadmodum actuū ſenſibilium. Adhuc, & alij quærunt, quoniam non videtur verum quòd ſemper anima mouetur à corpore , imo ipſa mouet corpus . ſicut domina eius , vt tradit Ariſtot. primo Politicæ , & in fine, huius primi inquit intellectum principari , & dominari corpori . ergo Ariſtot. non bene inquit. Ad primam ſoľ.Them.dedit, & inquit non eodem modo corpus concurrere ad vtrunque . ſed maior quidem (vt ait) affinitas eſt corpori cum perturbationibus animi , quàm ſenſuum cum inſtrumentis,& rationem reddit.d.hæc ſi paulo affecta , laceſsitaque fuerint munus ſentiendi legitimum abrumpunt , & impediunt , corporis mala permiſtio non impedit affectiones , ſed promouet potius atque exacuit , vt poſsit intelligi corporis naturam proxime cum affectionibus conuenire . Vult igitur quod corpus ad vtroſque modos occurrat , ſed magis ad animæ affectus quàm ad eius operationes, quoniam ita concurrit ad affectus vt ſecundum omnem modum occurrat,ſcilicet tam ſecundum temperiem quàm ſecundum diſtemperiem . Ad actus vero intellectus , quoniam tātum ſecundum temperiem , ergo pluribus modis concurrit ad illos quàm ad hos , non tamen magis intenſiue , vt patet. Ad ſecūdam ex verbis Simplicij excipitur quæſtionis ſoľ. vbi debes ſcire , quòd paſsio animæ eſt duobus modis,vna quæ corpus aſſequitur,altera quæ animæ ineſt cooperante corpore , prima vt Simplicius ait intelligere eſt , aſſequitur enim corpus , quoniam non poteſt animæ ineſſe niſi poſtquam phātaſma præſens eſt nobis , & inquit,quòd de hac hoc in loco Ariſt.non dignatus eſt memorari,quoniam eſt magis actus quàm paſsio.Illa vero quæ ineſt animæ cooperante corpore eſt (vt inquit) illa quæ eſt animę tanquam mouentis , corporis viuentis tanquam moti , & huiuſmodi adhuc duplex,vna quidem in qua anima totaliter vtitur corpore, altera vbi corpus vtitur anima,& anima econtra corpore,illa quidem vbi anima corpore vtiť, eſt in doctis, & eruditis,anima enim horū corpus mouet, & eo pro his vtitur , & corpus non concitat animam, nec illam remittit. Illa vero vbi corpus mouet animā & econtra,eſt in indoctis & rudibus , vbi complexio corporea cā apparet exiſtens paſsionum horum. Tunc ad quæſtionem ſoľ.apparet, quoniam Ariſt.non loquitur hic de paſsionibus primo modo, vbi.ſ.anima corpore vtitur , ſed in morali philoſophia, quoniam hic loquitur de huiuſmodi paſſionibus vt ſunt communes animalibus, & hominibus , & animæ inquātum animæ, & non animæ,vt eſt anima hominis tantum,& ſic non curauit loqui de illis, quare non falſo locutus eſt Ariſt.

Quæſtio an facultates ſequātur complexiones. Adhuc mouet Philoponus quæſtionem an facultates ſequantur cōplexiones neceſſario,tanquam cauſas per ſe agentes, & inducit medicorum opinionem , qui hic dicunt facultates ſequi omnino complexiones , quod ſignis & ratione monſtrant. Primum ſignum, quoniam craſſus ſtomachus ſubtilem non pariet mētem, vt in prouerbio dicitur. Secundum ſignum,quoniam inebriati non intelligimus ea, quæ poſt ebrietatem intelligimus. Tertium ſignum Ariſt.in phyſionomia inquit,quòd animæ ſequuntur corpora,vt eſt videre in ægritudinibus, & ebrietatibus. Ratione , quoniam anima agit in corpus vel corpus in eam . Si primum,certum eſt , ꝙ agit per cōplexionem , tanquam per inſtrumentum,modo inſtrumētum diuerſificat actiones agētis . Si corpus agit in animā. ergo operationes ſequuntur corpus,& non animam.propter hæc medici dicunt facultates ſequi complexiones . Attici contradicunt medicis . primo quoniam videmus ꝑ philoſophiam diſtemperatos moraliter viuere,& per eam complexionem mutari,quoniam frequens actuum reiteratio , vt Ariſtot.inquit in ethicis, diſtemperantiam temperat , & ineptos adaptat. Secundo, quoniam anima rōnalis ſeparata eſt , vt recte viuentes oſtendunt , qui prudentia omnia eis nociua occurrentia præuidentes , ea facile euitant. ergo facultates animæ non dicuntur ſequi neceſſitate corpus. Volunt itaque attici,ꝙ complexiones ſint velut præparationes ad opera , vt oſtendunt exemplo. primo de harmonia,quæ ſine chordis eſſe non poteſt,attamē chordæ non ſunt cauſæ eius, ſed diſpoſitiones. Adhuc ſecundo de ſponte genitis , patet quæ generantur factā diſpoſitione , non tamen diſpoſitio cauſa eſt eorum animæ, vt patet. Ad argumenta poſſumus dicere . ad primum dicendum ꝙ mutatio noua cum qua anima non amplius ſtetit animæ ſuccumbit,attamen ſi diu ſtetit, poteſt & ipſam vincere.Vel dicendum ꝙ ibi accidit hoc propterea quia omnino deſtruitur ratio inſtrī,vt Hammonius ait. Ad ſecundum ſimiliter,adeo.n.deſtruit proportio ꝙ anima non vincitur quidem,ſed non pōt vti opere ſine ea.Ad tertium

dicatur vt prius. Ad rationem dicendum q̄ anima agit,& corpus est velut cooperans. vt Simplicius ait, & ideo si complexio secundum naturam diuersificat, tamen p̄ vsum agile veniet tandem.

COMMENTARIVM.

IVXTA paraphrasim Themistij, Arist. fecit secundam hypotheticam, quæ est, si nullum opus est proprium, non contingit ipsam separari, textu vero illo § sed sicut recto § probat positionem antecedentis. s. q̄ nullum sit opus proprium, quia sicut recto nullum est opus proprium, sic animæ passiones omnes cum corpore sunt, vult igitur, vt hic textus legatur copulatus verbo illo, sed sicut recto. nā verbum illud § autem § legit, pro ita, & sic ex illo, & hoc textu completur probatio positionis añtis. Quæ expositio deficit primo, quia corrumpit textū, in græco enim legit δὲ, & patet verbum illud accipi pro aūt, vbi accipitur aduersatiue & non comparatiue. Secundo Arist. ostendit oēs has passiones esse cōes, quæ spectant ad sensitiuam partē, modo argumentari ab aliquibus oēs, est cōmittere fallaciam consequentis. Decipit aūt fortasse Themistium verbum, omnes, quod Themistius ad quascunque passiones retulit. non enim animaduertit q̄ exemplum est particulare solum de his passionibus, quæ principaliter pertinēt ad sensitiuam partem. nec Arist. dicit simpl'r omnes cum corpore esse, sed statim subdit quas intelligit per oēs, & inq̄t ira, mansuetudo, & id genus. q. d. omnes esse cum corpore, quę sunt ira, mansuetudo, & id genus, & sic non dixit simpliciter omnes. quia statim exposuit eas, de quibus intelligit. Præterea. Dato q̄ intelligat omnes simpliciter, esse cum corpore, Philoponus, Hammonius, Simplicius, & alij intellexerunt omnes esse cum corpore non eodem modo. nam quæ pertinent ad sensitiuam partem atque nutritiuā omnes sunt cum corpore vt subiecto, & obiecto: quæ vero pertinent ad intellectum in fieri sunt cum corpore, q̄a non possunt aīæ inesse, nisi mediante re existente in corpore, non autem in facto esse. Præterea. Dato q̄ omnes operationes animæ 9cretiuæ sumptæ sint cū corpore, nō tamen omnes operationes animæ, vt abstractiue sumitur, sunt cum corpore, & sic plurifariam textus hic nō obstat nobis. Pro veritate tamē dicamus q̄ Arist. declarat illud, quod assumpsit. s. q̄ quædam passiones animæ sunt coniunctim, & non animæ tm̄, quia verbū, omnes, accipitur vt arctatur per id, quod sequitur. Hoc pacto Auer. & diuus Expositor intellexerūt, & quidem perpulchre. Est ergo conclusio, omnes passiones animæ, quæ sunt ira, mansuetudo, timor, misericordia, cōfidentia, gaudium, amor, odium, & cæteræ omnes, quæ pertinent ad sensitiuam partem, sunt cum corpore. s. vt subiecto, & vt obiecto. Hoc pacto Auerroes conclusionem affert, intelligens per animam concupiscibilem, animam sensitiuam, vbique enim sic appellat, quia sensitiua differt à cæteris appetitione sensitiua, quam vbique concupiscentiam appellat. Probat Aristot. conclusionem enthymemate, licet Auer. reducat illud ad syllogismum. Argumentatur ergo Arist. simul cum his passionibus, dum anima exercet illas aliquid patitur corpus, ergo omnes tales sunt cū corpore, vt subiecto. & vt obiecto. Antecedens Arist. probat tribus signis, quatenus tres complexiones sunt, scilicet, cholerica, phlegmatica, & melancholica: Phlegmatici quidem à duris atque magnis casibus minime concitantur. Et hic est primum signū. Cholerici vero à minimis prouocantur ad iram. Et hoc est secundum signum. Melancholici autem nullo periculo imminente in timore collocantur. Sed dices si phlegmatici à duris & magnis casibus non commouentur. ergo nō patiuntur alterationem. Arist. autē dicit corpus aliquid pati. Dicendū q̄ licet non patiatur alterationem positiuam, patitur immobilitatem propter humoris naturam, quę immobilitas, licet non sit alteratio, est aliquid. Aristoteles autem dicit pati corpus aliquid, non autem dixit alterationem, vel fortasse per aliquid intendit alterationem fuso verbo, etiam accipiendo alterationem pro dispositione immobilitatis quauis. Aliter potest textus exponi, quia possumus dicere, quòd Aristoteles primo ponit conclusionem, & inquit, videtur autem & animæ passiones, quæ supple sunt ira, mansuetudo, timor, misericordia, confidentia, adhuc autem gaudium, & amare, & odisse omnes scilicet esse cum corpore. hanc probat primo ratione, secundo signis. ratione quidem probat, cum inquit. simul enim his patitur aliquid corpus. ergo omnes tales sunt cum corpore. Pro dilucidatione vero rationis, & conclusionis, primo quæritur quid intelligit per huiusmodi passiones esse cum corpore. Secundo quid est illud quod patitur corpus, cum tales passiones anima & corpus simul recipiūt. Tertio quæritur quomodo valet, corpus patitur aliquid, cum istæ passiones sunt, ergo corpus est subm̄, vel consubiectum talium. Pro dilucidatione ergo debes scire, quòd per tales passiones esse cum corpore intelligit eas dependere à corpore, vt à subiecto, & vt ab obiecto. A subiecto quidem, quia non potest anima suscipere has, nisi corpus easdem consuscipiat, & sic sunt cum corpore, quatenus indigent eo, vt consubiecto. Ab obiecto vero, q̄a istæ passiones sequuntur appetitum sensitiuum, modo appetitus non potest esse harum principium, nisi moueatur ab appetibili sibi ostenso per sensus modo tale appetibile, quod ei ostendit sensus, est corpus, vel res existens in corpore. quouis ergo pacto sit, erit obiectum, & sic tales passiones egent corpore, vt subiecto, vel obiecto. Sed dices vtrum tales operationes in egendo corpore differant ab operationibus cæterarum virtutum sensitiuarum. Auerroes respondet q̄ differentia est solum quo ad apparentiam, quia tam hæ operationes, q̄ operationes sensuum interiorum egent corpore vt subiecto & obiecto, verum in his talis indigentia apparet, & in illis non ita apparet. Causam vero cur in his apparet, in illis autem non, assignat Albertus, & quidem perpulchre, quia nulla harum fieri pōt sine motu locali corporis, nec sine alteratione physica, cū enī tales fiunt, cor dilatatione, aut constrictione mouetur. In ira enim confidentia, gaudio, amore, & odio dilatatur. In mansuetudine timore, misericordia constringitur. Præterea. Nec sine alteratione, siquidem in ira, confidentia, gaudio, amore, & odio cor supercalefit. In cæteris frigescit. in alijs vero operationibus quæ ad sensus attinēt, tales sensibiles mutationes non visuntur, quare licet tales operationes oēs quo ad rem ipsam non differant, tñ differunt quo ad apparentiam, nā quæ pertinent ad sensum, nō sic vñr egere, quæ vero pertinēt ad appetitum vñr egere. Ex hoc patet solutio ad secūdā, id. n. quod patitur corpus, est motus localis cordis, & alteratio physica, sine quibus hæ in corpore, vt in subiecto recipi nō possent, nec à corpore, vt obiecto proficisci. Etiam patet solutio ad tertiā. si. n. istæ esse non possunt, nisi mediantibus corporeis mutationibus, sicut illæ corporeæ mutationes dependent à corpore, vt è subiecto, sic & tales passiones. Patet igitur primo has egere corpore vt obiecto & subiecto sensibiliter. 2. patet quid illud sit, quod corpus patitur, vt has suscipiat, q̄m patitur motus sensibilis. Patet tertio q̄uo valet corpus patit̄ aliq̄d, in recipiendo has ergo corpus est harū subm̄. Hæc de rōne. Deinde eādē 9clonem probat tribus signis, quæ sumunt̄ à tribus cōplonibus. quibus hoīes inter se differunt. Ex quo sequitur error Auer. qui vult, q̄ hæc signa probent añs seu minorē syl'i, non. n. est verum, quia añs erat q̄ corpus in recipiendo has aliquid patitur, modo Arist nō probat p̄ hæc signa corpus aliquid pati in recipiendo has, sed q̄ sine corpore esse non pñt, quatenus corpora diuersa diuersimode disponuntur ad recipiendū has. ergo sunt duæ rationes, altera, quia corpus in recipiendo has aliquid patitur. Altera quia diuersa corpora diuersimode disponuntur in suscipiendo has passiones, & hoc inquit, indicat aūt hic. i. tales passiones egere corpore, vt subiecto aliquādo à duris quidem, & manifestis passionibus nobisipsis incidentibus, atque occurrentibus nihil nos exacerbari, nec timere, nec cōmoueri. Quo vero ad verba attinet. per passiones, hic casus emergentes, atque obiter occurrētes intelligit, quæ sunt causæ passionū. Hoc aūt est propter phlegmaticā cōplonē, quę sua frigiditate & humiditate est inepta ebullioni. Deīde ponit sc̄dm signum sumptum à cholerica cōplone, & inquit, aliqñ aūt à paruis, & debilibus casibus nobis obiter occurrentibus facile

Anima sensitiua. Anima concupiscibilis. Dubitatio. Dubitationes. Solutio. Obiectio. Probationes per signa. Error Auer.

facile nos ad iram cōmoueri,cum corpus ipsum facile accēdatur,& cum sic se habeat,vt de leui irascatur,cuiusmodi est corpus cholericum. Deinde ponit tertium signum sumptum à complexione melancholica, & inquit. adhuc aūt magis hoc manifestū est, quia aliqñ nullo terribili imminente,hoïes melancholici in his passionibus fiunt, quæ sunt hoïs timentis.licet sine cã. Sanguineam vero cōplexionem tacuit,quia fortasse,sanguis secundum Arist. non est humor diuersus specie à cæteris, vel quia intelligitur in primo signo,vt nonnulli exponūt. Sic igitur patet has passiones egere corpore, quia pendent à cōplexionibus. quæ sunt in corporibus diuersis diuersæ. Quærebamus in collectaneis vtrum corpus eodem modo, & æqualiter sit instrumentale subiectum perturbationum, sicut sensationum,diximus(auctore Themistio) corpus non esse æquale vtrisque instrumētum,quia perturbationibus est instrumentum,tam ſm temperantiam q̃ secundum eius distēperantiam,& quidem magis secundum distēperantiam.Sensationibus vero est instrumentum potius secundū temperantiam, & sic magis saltem intensiue est instrm, & subm sensationum.Auer.aūt dicebat vtrisque esse æquale subm, verum perturbationibus est subiectum sensibiliter instrumentale,sensationibus est subm insensibiliter instrumentale,hoc autē superius dictum est. Quærunt hic græci an complexiones nos necessitant ad perturbatione,vt melia ad timorē,sanguis ad audaciam,chola ad iracundiā, phlegma ad māsuetudinem. Medici asserunt partem affirmatiuam,mouentur signis,& rationibus. Signis quidem, quia quorum stomachus est crassus,amplus,& magnus,his mēs obtusa est.Præterea.(vt Arist.inquit)hic est videre in ægritudinibus,& ebrietatibus, in quibus mutata cōplexione, mutantur mores.rōne vero,quia aïæ instrm est cōplexio, vt Gal.autumat, sed principale agens operatur pro rōne instrumenti. ergo necessitatur in actione. Contra hos Astronomi aduersantur. quia obseruatione depræhēsum est melancholicos esse imperterritos,liberales,& hilares, depræhensum est etiam sanguineos esse timidos,atq; auaros,cholericos esse māsuetos.Præterea vt M.Tullius narrat,Zopyrus prospiciens signa Socratis,naturalia, iudicauit eum omni vitiorū genere flagitiosum. Cui rndisse eū ferunt concessisse ex nāli dispositione ita esse,sed ex philosophia virtutes se esse consecutū. Idē de Hippocrate nostro Palemon Physiognomicus censuit signis naturalibus inspectis,Hippo.vero rndisse narrat. vt dixit Socra. se per philosophiam tēperātiam esse nactū. Propterea Astronomi dixerunt cōplonē duplicē,quādam humoralem,quę sequitur proportionem primarum qualitatū,q̃dā vero cœlestem,quæ ex principijs generationis consequitur sitū stellarum q̃ tēpore ortus geniti reperitur in cœlo, stellæ.n. sic collocatę tempore,quo editur natus,alterant aerē nos ptinentē.hic vero alterat nos & eū,qui edit, vt.4.Meteor. & 8.Physi. ex hac alteratione fit in ipso nato cōplexio cęlestis,quæ(vt dixerunt) necessitant aïam ad actiones,perturbationes, & ad oēs vitæ mores. Hac.n.ɔplone sanguineus aliqñ est auarus,hac etiam nonnunq̃ melicus est cōfidens.nā cum cœlum sit super elnta, sic cœlestis cōplexio vincit elntariam. Et de his in nostris physiognomicis plura diximus.Contra hanc opinionē sunt Simpl. Philop. & Attici,vnde Simpl.auctoritate Aris.in.1.Poli.tradit aïam dñari corpori,corpus regi ab aïa. asserit.n.principatū quo aïa corpori præest esse despoticum.i.regium, q.a plene anima dominatur,& corpus subditur.ergo corpus quauis cōplexione affectum vr plene subdere se aïæ. Præterea vt Attici testantur,per philosophiam multi naturaliter ad mala propensi ab eorū malitia fuerunt liberati. sicut de Socrate,& Hippocrate dictum est. Præterea fortiter argumentantur, anima experitur in omnibus suis actibus libera, imo in quibus maxime vr propensa, q.a pñtato ipsi animæ omni appetibili,in sua plena ptāte est eligere,vel nō eligere. Dicamus ergo cum græcis cōplexiones elemētarias, atque cœlestes esse nobis incitamenta ad agendum, non autē necessitudines. vnde & Simpl.d.has multum valere in rudibus, & ineruditis, moratis vero, qui philosophia sunt bene affecti,nihil valere. Ad opposita patet solutio, omnia illa conceduntur non pro necessitate, sed pro inclinationibus. De ebrietate vero & ægritudine secus est. sunt.n.morbi,qui corrūpunt organum, & sic aïa nō potest vti illo debite,propter eius corruptionem.vbi aūt organū est naturaliter dispositū,anima prædominatur illi, quāquā ad alterum propendeat.

1. Dubitatio.

2. Dubitatio.

Positio medicorum.

Astronomorū positio.

Refutatio.

Positio vera.

Quæ si ita sint, patet affectus rationes esse materiales, quare & diffinitiones ipsorum sunt tales. Irasci nāque, motus quidam talis est corporis,aut partis,aut potētiæ, ab hoc huius gratia. Idcirco naturalis est, de anima vel omni vel tali considerare. ARGYR.

Si autem sic se habet, manifestum est, quoniam & passionum rationes in materia sunt, quare termini tales erunt, vt irasci motus quidam est talis corporis,aut partis,aut potētiæ,ab hoc gratia huius.Et pp hæc iam est physici considerare de aïa,aut omni,aut hmōi. Tex.cōm.15. θεωρῆσαι speculati.

Quia iam declarauit qūo omnes affectus aïæ & omnes actus corpore quoquo modo egent,reuertitur ad id quod dixit,dubitationē illam esse necessariam. vult ergo corollarie conducere, qualiter oēs diffinitiones operū debent per materiam dari,& per ɔñs, & diffinitio aïæ per materiā erit danda.ergo perscrutatio illa fuit necessaria. conducit aūt hic contra Plat.& Xenocratem, qui aïam diffinientes corpus non posuerūt.inquiunt enim aïa est numerus seipsum mouens.cum igitur Arist. mouit.q.an.s.passiones aïæ cōmunes sint vtrique,& oñdit q sic,concludit in earū diffinitione esse apponendum corpus, & cū anima diffinitur per operationem:vel diffinitionem operationis. ideo conducit modo, & ipsam per corpus diffiniri. Inquit ergo Arist. { Si autem sic se habet } corollarium hic conducit in hunc modum, omnia accidētia in quæ aïa patiente corpus occurrit necessario, sunt etiam per corpus diffiniēda. Hanc quidem maiorē præintelligens,assumpsit minorē,& inquit. Si pro quia. sic se habet.i.sed oēs passiones,& oēs actus sunt accidentia aïę,quæ aïa patiente,occurrit & corpus necessario.ergo inducit & cōclusionem.d.manifestū, qm̄ passiones sunt rationes.i.diffiniendæ in materia, id est per ipsum subiectum earum. Vel ipse primo conducit omnes passiones esse in materia in hunc modum syllogizans. omnes passiones,quas,anima patiente,corpus communicat,sunt in materia, tunc accipiens minorem inquit. si aūt sic se habet.i.si oēs passiones animæ sunt passiones: quas aïa patiente,corpus cōmunicat.ergo,& corollarium conducit syllogistice.d.manifestum: qm̄ passiones rationes in materia sunt. Quare termini tales. } Cum conduxit passiones esse rationes in materia,conducit diffinitiones earū esse dandas per materiam: & syls sit ille qui positus est in principio. Vt irasci cum induxit hoc exemplum ponit conueniens. & inquit, irasci est quidam motus, talis corporis,aut potentiæ ab hoc, & gra huius. Dixit { quidam motus } & non absolute motus, qm̄ (vt Simpl.inquit) irasci est trāsmutatio corporea,modo transmutatio corporea non est absolute motus: licet quædam spēs motus.ergo quasi per ly.quidam. innuit genus proximum ipsius irasci. motus enim est genus remotum, sed corporea transmutatio proximum. Dixit { talis corporis } & non absolute corporis, qm̄ (vt Simplicius inquit) hoc totum est animalis: & est motus, vt corporis,viuentis,ideo non corporis simpliciter,sed talis.i.viuentis, & secundum talem vitæ spēm,videlicet appetitiuam,sensitiuā, & vindicatiuam est motus corporis his vitis viuentis. Dixit aūt { partis } (vt Simplicius ait) qm̄ qñq; non totum assumitur corpus,sed pars quæ primo passionē recipit, vt cor,sanguis,vel sensitiuus spūs.Dixit { aut potētiæ } quoniam qñque ponitur explicite cor,& potentia animæ.v.g. irasci est ebullitio sanguinis circa cor appetitiua vltionis vbi ponitur potētia expresse per ly. { appetitiua } dixit { ab hoc } vt cām notaret agentē:& dixit { gratia huius } vt causam innueret finalē. Et propter hoc igitur } hoc in loco adhuc conducit alterum corollarium,& vr syllogizare ipsum sic,omne quod diffinitur p mām,à philosophico cōsideratur,vt dictum est in physicis,& metaphysicis, sed omnis

COLLEG. Tex.cōm.15.

nis anima,aut huiusmodi diffinitur per materiam. ergo apponit conclusioné.d.& propter hoc igitur iam physici est, considerare de anima, aut omni, aut huiusmodi. est ergo huius syllogismi conclusio talis, & maioré præaccepit ex physicis & metaphysicis,minorem autem ex nunc dictis, quoniam omnis forma cuius omnes passiones, & operationes diffiniuntur per materiam, debet diffiniri per materiam. declaratum est autem omnes passiones animæ esse tales,quare corollarium apparet. Themistius inquit ꝙ ad philosophicum pertinet de ea anima noscere, quæ ad suas affectiones actionesque materiã requirit. Ecce quõ Them.verificat disiunctiuam pro secunda parte, quoniam de anima omni absolute est ↄsideratio mathematica apud eum. Simplicius aũt per ly omni,intendit totum potestatiuum,& per ly hmõi parte seu potẽtia, & tunc sensus est. ergo physicus cõsiderat de omni.i.tota anima quãtum ad omnes potentias,aut de hmõi.i.potentia tali cuius operationes sunt in materia. vt dixit.Et id quod Auer. inquit in hoc loco manifestum est ꝑ se,non enim differt ab his. Verum quidam quærunt nunquid de anima cęli perscrutetur hic liber.Et respondet ꝙ de omni anima, etiam de celesti. non tamen quidditatiue,sed an sit. Sed hoc videtur error: eum nanque qui considerat quidditatiue subiectum,oportet & quamlibet speciem subiecti quidditatiue considerare,quia ergo in lib.hoc quidditatiue anima consideratur, ergo & quælibet species aiæ,& non tantum,an sit. Adhuc anima cœli si consideratur hic, consideratur vel vt species subiecti,vel vt subiectum ipsum, sed quomodocunque nõ habet ↄsiderari an sit,vt Auer.inquit in secundo, ergo &c. Ideo videtur mihi esse dicendum, ꝙ anima cœlestis duos habet gradus,quemadmodum & anima hoĩs.s.quo intelligit,sed intentione æterna,& sic non anima dicitur, sed intellectus separatus. Alterũ habet quo mouet corpus cœleste per appetitum, & intellectum & hoc modo aĩa dicitur. ergo animæ cœli possunt dari duæ diffinitiones, quarum vna primo accipiet gradus, altera quoque à secũdo. Quãtum igitur ad primam, diuinæ est considerationis. Quãtum quoque ad secundam, opus est præsentis scientiæ: ergo concedendum est, animam cœli non tantum,an sit intellectus,considerari hoc in loco, verum secũdũ eius diffinitiones communes omni animæ.

Quæstio nunquid hic li. perscrutetur de anima cœli.

Commen.27.

COMMENTARIVM.

PROBAVIT passiones pertinẽtes ad partem appetitiuam esse omnes cum corpore, ex hac declarata cõclusione, concludit primo passionum rationes esse in materia. Secundo,quia rationes talium passionum sunt in materia, concludit definitiones,quas terminos appellat.Esse tales,scilicet dabiles per materiam. vt per corpus vel ꝑ partem corporis, vel per potentiam corpoream. Et assignat exemplum, dicens: ꝙ irasci est quidam motus.s.corporeus,talis corporis.s.viuentis, quod viuit ꝟm vitam sensitiuam, appetitiuam,& vindicatiuam, aut partis.s.cordis, aut potẽtiæ.s.vindicatiuæ proprie.ab hoc.s.agente, vtpote ab apparenti paruipensione, & gratia huius,s. vindictæ. In quibus tangit quatuor cãs,vt patet.Ex quibus patet eũ per rationes intelligere species, siue significata definitionum. per definitiones,rationes significantes, animaduerte ꝙ per tale exemplum vult habere,ꝙ huiusmodi operationes definiuntur per materiam,& non præcise per materiam. Tertio ex his concludit ad physicum spectare considerationem de anima,& inquit, & propter hæc iam physici considerare est de anima. aut omni, aut tali. de omni, si eius quælibet operatio est cum corpore. aut tali.s.sensitiua,quia operationes huius sunt cum corpore.Multa vero in collectaneis per pulchre dicta sunt,quæ nõ oportet amplius dilucidare. Quæres hic vtrũ de tota anima, & qualibet animæ parte sit physica consideratio.Arist.n.hic non determinauit,sed dicit physicum cõsiderare de anima, aut omni,aut de tali.s.sensitiua. In libro vero de partibus animalium mouit qõnem,& soluit, asserens scientiam de tota anima esse mediam,vt visum est.Gandauensis voluit de anima,& omni anima.& de omni animæ parte simpliciter physicum considerare. etiam secundum Auer. qui posuit intellectualem animam secũdum fictionem Ioannis infimam intelligentiarum. Opinionem probat, primo quia naturalis debet considerare simpliciter omnes formas naturales, vt dicit Arist.& Auer.2.lib.Physicorum.sed vterque intellectus est forma naturalis, quia vterque est forma eius, quod generatur ab agentibus naturalibus. Speciatim vero hoc idem probat de intellectu posibili. quia naturalis debet cõsiderare omnem substantiam, quæ mouetur ab aliquo existente in materia. At possibilis intellectus mouetur à phantasmate existente in materia. Speciatim etiam probat idem de intellectu agente, quia naturalis debet considerare simpliciter id esse, quod est principium alicuius operationis, quæ esse non potest sine corpore physico. Modo intellectus tale principium est.est.n. intellectionis principium,quæ esse non potest sine phantasmate. Præterea argumentatur idem de vtroque, quia si de eis esset metaphysica consideratio. cum de eis nihil dixit in metaphysica, fuisset diminutus. Præterea, Definitiones amborum inuestigantur à naturali, vt in hoc libro. Præterea, Vterq; est ens naturale tertio huius. ergo vterque ad physicum attinet.Et sic tenet Gandauensis conclusionem hanc pro veritate, ꝙ de vtroque intellectu agit physicus simpliciter. Sed contra hanc positionem fit fortissimum argumentum: quoniam si vterque esset physicæ considerationis, vterque esset ratio in materia, hæc consequentia est Arist.vterque est ratio in materia. ergo nec re,nec ratione aliquis eorum est abstractus à materia,probatur,ratione quidem cõceditur, quia si vterque est ratio in materia,neuter ratione abstrahitur. & sic habetur primum.Quod vero nec re probatur, quia omne concretum rõne,cum materia est concretum re, vbi.n.esset re abstractum à materia,intellectus posset ipsum vt abstractũ cõsiderare,est.n.virtus distinctiua. At vbi ipsos ↄsideraret abstracte, non essent rationes in materia. Præterea. Minus abstracta sunt physica à materia, q̃ mathematica,quia mathematica sunt media inter metaphysica & physica,sed illa sunt secundum rem in materia, ergo & omnia physica, quare neuter erit secundum rem abstractus à materia cõtra auctorem suum. Ex his accipitur,ꝙ qui ponit intellectualem animam simpliciter mortalem secundũ se,& quãlibet sui partem,nõ potest ponere eã nisi rationem in materia,& ita simpliciter ponere eam oportet inter physica considerata. Sequitur secundo: ꝙ qui ponit intellectualem animam penitus immortalem, cogetur eam ponere rationem simpliciter extra materiam, & sic cogetur eam facere de metaphysica consideratione simpliciter. Tertio sequitur, ꝙ qui ponit eam totam ꝟm quãlibet sui partem simpl'r & penitus immortalem;cogitur dicere eã habere aliquam primam operationem, quæ sibi cõpetit penitus sine corpore. non enim habere potest operationem penitus egentem corpore,& esse rationem extra materiã. quia vt Arist.deduxit, si eius operatio penitus è corpore dependet est ratio in materia & sic in eius definitione ponitur materia,& sic est physicæ considerationis. Quia vero Auerroes concedit primum antecedens, ideo cogitur omnia hæc concedere, quæ Ioannes non animaduertens detrusus est ad aniles fabulas. Patet etiam nos non ab ratione dixisse ꝟm Arist.oportere dare animæ separatæ post mortem aliquam operationem primam,quæ nulla ratione eget corpore,de qua superius abunde.Insuper patet bene esse dictum hanc scientiam esse mediam inter physicam, & metaphysicam, quia cum anima sit simpliciter immortalis,est hñs aliquam operationé,quæ non est ratio in materia. & cum secundum aliquas partes habeat operationem in materia: erit secundum illas ratio in materia, erit ergo secundum primam metaphysicæ considerationis, secundum vero secundam erit physicæ considerationis: hæc Aristoteles animaduertens, sub dubio ad librum de partibus rem reliquit. Rationes vero Ioan. cessant: prima quidem,qa intellectualis anima est simpliciter abstracta, quatenus nec inesse,nec quo ad primam operationem est materialis,& sic non est forma naturalis,sed diuina. Secundum quid vero est forma naturalis, quia pro certo tpe dat esse corpori naturali: & pro eo tpe eius operatio non prima dependet à materia. ergo erit ꝟm quid physicæ

Quæstio an scientia de aia sit media.

Prima positio.

Commen.26.

Refutatio.

cæ cōsiderationis. Simplr aūt erit Meta.considerationis. Cessat & secunda, quia licet moueatur certo tpe, non aūt simpliciter, quia extra corpus intelligit vi separationis per substantiam superiorum. non autem mota à corporeis rebus, & sic secundum quid erit physicæ considerationis, simpliciter autem erit Meta.considerationis. Cessat tertia ratio etiam quia agens intellectus si est principium intellectionis phantasticæ, non simpliciter erit principium, sed secundum certum tempus. non enim intelligere phantasticum est prima animæ operatio. Cessat etiā quarta ratio, quia non oportet de eis agere in lib. Meta. sed satis est vt de eis agatur in hoc lib.q. est medius. Cessat & quinta ratio, nam licet definitiones partium inuestigētur ab animastico virtute qua est physicus, definitio totius inuestigatur à medio Philosopho. Vltima cessat, quia intellectualis anima est naturale ens secundum quid, simpliciter autem metaphysicum.

ARGYR. *Diuerso aūt modo naturalis et disserendi artifex vnumquodque ipsorum diffiniet. Nam alter iram, appetitionē esse dicet doloris vicissim aduersario inferendi, aut aliquid tale. Alter sanguinis aut caloris eius qui circa cor est, feruorem ebullitionemue. Atque alter, materiem, alter, formā hoc pacto reddit & rationē. Hæc enim est ratio rei, quam necesse est si fuerit, in tali materia esse. sic enim, & domus assignari diffinitio solet. Nam quidam talem eius rationem assignat, esse dicens tegmentum, quod quidem prohibere propulsareque potest incommoditates eas quæ tum à ventis, tum ab imbribus, tū etiam ab æstu fieri euenireque solent. Quidam dicit lapides esse lateres atque ligna. At alius, formam in hisce ponit: horum dicendo gratia. Quis igitur istorum est naturalis? is ne qui materiam assignat, & rationem ignorat, an is qui solam rationem reddit, & materiam ipsam omittit? an is potius qui vtranque complectitur? At illorum vterque quis est.*

Tex. 16. Differenter autem vtique definiet & physicus, & dialecticus vnumquodque ipsorū, vt ira quid sit. hic quidem enim appetitum recontristationis, aut aliquid huiusmodi. Ille autem feruorem sanguinis, aut calidi circa cor, horum autem alius quidem assignat materiam, alius vero speciem & rationem. Hæc quidem enim ratio est, hæc autem rei, necesse est autem hanc esse in materia huiusmodi: si erit. Sicut domus quidem ratio talis vtique erit: quoniam cooperimentum prohibens corruptiones à ventis, imbribus, & caumatibus. hic autem dicit lapides & lateres, & ligna. Alius vero in his speciem propter ista. Quis igitur naturalis horū? vtrū qui est circa materiam, rationem autem ignorans? aut qui est circa rationē solū, an magis qui est ex vtrisque? Illorum autem iam quis vterque.

hic *hic*

COLLEC. *Tex. cōm 16.* Cum dixit: quòd passiones animæ rationes materiales sunt: ac, ꝙ idcirco de anima philosophici est considerare: vel omni, vel quæcunque non sine materia, vult deinceps per hoc ostendere: qualis sit naturali congruens de anima diffinitio. Erit itaque quæstionis præsentis sensus, cum tres sint.s. materia, forma, & causa secundum finē, circa quas quinque methodi versantur.s. naturalis, medicina, dialectica, mathematica: & prima philosophia, quo ergo modo, vnaquæque harum methodorum proposita diffinit? Pro solutionis intellectu debes scire: vt ex commēto Philoponi hac in parte excipitur, ꝙ naturalis methodus differere habet de omnibus dictis per omnia illa tria, scilicet materiam, formam, & causam secundum finem: vt quænam materia cœlestium: quòd non quatuor elementa, sed aliud quoddam, præter hæc quintum corpus: quænam forma, quòd sphærica assignabit, sed ꝙ cœlū sit sphæricum sunt tres causæ.s. finis: vt sit omnium capacissimum, vt Plato in Timæo. Et quia æternum, æterno tempore motum vt Aristot. in lib. de cœlo & mundo. Et quoniam forma cœli est intellectus: ad cuius imaginem, & imitationem cœlum figuratur prima figura, vt Plotinus testatur. Prima quidem est causa secundum finem. Secunda vero causa secundum materiam. Tertia quoque secundum formam. In hunc igitur modum naturalis cunctarum rerum naturalium assignat: & materiam, & formam, & causam secundum finem: ac propterea diffinitionem reddit ex materia, ac forma, & causa secundum finem. Sed particularis artifex, vt medicus, & instructor se habet, & ipse circa omnia hæc, differt autem à naturali, quoniam circa particularem quādam versatur rem, vt medicus circa humana corpora, faber circa lapides: & ligna, assignabit autem & is diffinitionem comprehendens: & materiam & formam: & causam. dissidet auté & in hoc à naturali, quòd particularis artifex, proximas causas assignat solas. physicus vero, & primas veluti causas, quæ generationis & corruptionis sunt, medicus commensurationem humorum: atque horum commensurationis elementa, naturalis vero vlterius quoque procedens & materiam, & formam. oportet enim & particularem artificem nosse causam. ego enim (inquit Pla.) artem non appello quod certe sit irrationalis res. Dialecticus vero assignabit diffinitiones ex forma, & causa. circa hæc enim tantum versatur, & hanc non vt causam considerans, sed absolute, vt rem quādam seu formam. v.g. dicit ira est appetitus vltionis. hæc enim diffinitio non dicit totam iræ conceptionem, sed solam causam dixit propter quam res est. Quod vero & causam exprimens, non vt causam ipsam assignat, sed simpliciter vt rem quādam declarat Philoponus, ex quo causati (inquit) non meminit, causatum enim (vt dicit) ipsius appetitus vltionis est ebullitio præcordialis sanguinis, quoniam enim vult vindictam, ideo ebullit præcordialem sanguinem. ecce igitur quomodò hæc definitio est per formam, & causam, non in eo ꝙ causa, sed in eo ꝙ forma, vel res, cum non apponitur causatū, ad quod relatiue refertur illa causa. Mathematicus quoque reddit per se formarum diffinitiones, non cogitās de materia, sed ipsas per seipsas assignās. quamobrem neque causę in diffinitione meminit, si enim & causam definiret, omnino certe & materiam acciperet, quoniam igitur nō differit de materia, propterea neque de causa meminerit, verbi gratia quid est triangulus? figura tribus lineis contenta. quid est circulus? figura ab vna linea contenta, in his neque materiæ mentio facta est. ac per hoc, neque causæ, propter quam in ista materia consistit hæc forma, sed si certe incidentium per se accidentium figuris istorum, causas reddit, vt quamobrem triangulus duos rectos habet æquales &c. Metaphysicus differet de formis, & his quæ in rationalis parte animæ, & opificis. differunt autem hæ ꝙ illæ quidem, quæ in anima imagines, sunt primarum rerum cognoscitiuę. Aliæ vero archetypæ, & exēplares sunt, & affectiuæ, de opificis ergo formis differés, vt speculatiuus operabitur. de his vero quæ in anima, vt depuratiuus, vt depuratiuus, id est abstractiuus enim agit quando conuertitur ad seipsum, vt cognoscit substantiam animæ, tunc enim vere secundum scientiam est depuratio, & passionum, & ignorantiæ. substantiam enim cognoscens animæ sciet, ꝙ formarum est plenitudo. ac per hic disciplinas dicturus est reminiscentias esse. Ex his patet, vt Philoponus inquit, quis modus differēdi sit harum quinque artium, & quomodo vnus differat ab altero. Inquit modo Arist. quæstionem propositam persoluēs {differenter autem diffiniet physicus, & dialecticus vnumquoque ipsorum, vt iram quid est, } dicit {vnumquodque ipsorum, } vt recte. Simplicius notat.s. vitæ specierum, & passionum. {Hic quidem appetitum vlciscendi, aut aliquid huiusmodi} dialecticus, videlicet, hoc autem causa est, & finis commotionis iracundiæ. {Ille autem feruorem sanguinis, aut calidi circa cor} vult dicere, vt naturalis. hic enim ex materia. materia nanq; iræ sanguis est, qui circa cor, vel simplr calidum. Ambigit Philoponus, quonā pacto inquit, dicimus ex materia diffinitionē esse hāc? vī.n. ex materia & forma, qm̄ ebullitio est actus sanguinis, qui circa cor. ergo est forma, & sic in ea ponit forma, sanguis

quis est materia ebullitionis : ergo in ea ponitur materia & forma, & sic non tantum materia. Soluitur per hoc ꝙ ebullitio est materia propinqua respectu iræ, licet habeat rationem formæ forte respectu cordis, & aliorum. erit ergo diffinitio ex materia tantum comparatione ad diffinitum, licet non comparatione facta in partibus diffiniti. Horum vero hic quidem materiam assignat, ille vero formam ac rationem } physicus enim materiam assignat. dialecticus vero formam seu causam, est enim & causa finalis velut forma. Ambigit Simplicius hac in parte, qm̃ textu sequenti vult ꝙ diffinitio data per materiam tãtum à nullo artifice consideratur, hic autem dicit. horum aũt hic. s. physicus assignat materiam &c. ergo in litera est contradictio. Respondent Simplicius & Philop. atque hic inquiunt, indistincte Arist. d. naturalem ex materia assignare diffinitioné, deinceps verò diligentius inuestigans hoc ipsum; quæ sit physici diffinitio dijudicat ac inquit, ꝙ quæ cum materia & forma assignatur. Volũt, vt mihi videtur, ꝙ potest fieri diuisio generalis: & subdiuisio, si fiet diuisio generalis, erit hoc modo, diffinitionem quædam est ex materia: quædam ex forma. si ex materia, vel ex materia tantum, & sic à nullo artifice differitur, vt dicit, vel ex materia & forma, & sic physici est. Si ex forma tantum est dialectici. ecce ergo quomodo Arist. loquitur de diffinitione ex materia generaliter, hoc est non facta distinctione. infra autem loquitur de diffinitione ex materia facta precisione. Hæc enim ratio, hæc vero rei } Philoponus, & Plutarchus hunc locum intelligunt aliter, ꝙ Simplicius, inquit Philoponus subdistinguendum inter { enim } coniunctionem, & inter { vero } vt sit hoc modo, hic enim diffinitionum ratio est, ac causa seu forma iracundiæ, altera vero rei existit diffinitio, hoc est substantiæ, & materiæ. Simplicius autem aliam literam habens sic { ratio enim ista rei } Plutarchum reprǽhendit. d. non vt Philosophus exponit Plutarchus contra distinguens rationem ad eam quæ rei. Sed quia dixit iram esse appetitum vltionis, & ꝙ appetitus vltionis est forma & ratio subdit, rationem esse rei, hoc est formam, per quam specificatur ira, sed hæc differentia horum prouenit ex literæ differentia. & tu considera. Necesse vero esse hanc in materia tali si erit } ostendit ꝙ diffinitio dialectica est quasi vana per contrarium sensum, hanc inquit ex forma diffinitionem, si debeat in hypothesi esse diffinitionum, ac non inanis: oportet esse in materia, quapropter debentem recte definire, oportet & materiæ meminisse. Reddit causam Simplicius, quoniam dialectica diffinitio inquit non generat cognitioné operosam: sed superficialem, & opinabilem, & nõ scientificam: ergo quasi vana est, nisi materia adderetur. Quéadmodum domus } accepit diuisionem generalem, scilicet ꝙ diffinitio est duplex. s. dicens materiem, & dicés formam, apponit exempla harum nunc, & inquit: quemadmodũ domus hmõi vna quædã ratio est, videlicet, domus est tegmentum impeditiuum corruptionis à ventis, & imbribus, & æstibus, hæc enim est diffinitio. d. rationé & formam. Hæc autem dicet lapides, & lateres, & ligna } vult dicere dicit materiam. Et sic patet exemplum illarũ duarum diffinitionum. Alia vero inter has formam gratia horum } cum assignauit diffinitiones duas: & causam, quæ ex materia: & eam, quæ ex forma, nunc inquit ꝙ est & alia quædam diffinitio: quæ & materiam, & formam, & causam accipiet vt patet in exemplo. Et per hoc vt expositores sentiunt: dedit subdiuisionem propositam iam. Quæ igitur naturalis harum trium, vtrum quę circa materiam, rationem vero ignorans, an quæ circa rationé solum, vel magis quæ ex vtrisque } cum distinxit terminos, quærit deinceps, quis ex istis physicus, & approbat eum qui ex vtrisque. Mouet enim quæstionem, & non soluit: sed solutionem approbat hanc occulte, & implicite, vt expositores dicunt. Ex vtrisque } vero dixit: quãuis tria sint in physica diffinitione: materia, forma, ac causa: quoniam vt diximus plerunque forma & causa coincidunt. Illorum autem quis vterque } cum dixit à principio. dialectici quidem esse ex forma diffinitionem. naturalis vero ex materia: deinde in processu, ꝙ diffinitio naturalis est ex vtrisque, quærit non immerito vltimo de reliquis duabus diffinitionibus, & ea quæ ex materia tantũ, & ea quę ex forma: cuius natura sit artificis vtraque diffinitio. est ergo sensus, illorum autem trium vterque quis. i. de numero illorum trium vterque. i. diffinitionis ex opposito diuisæ, qs sit supple inuestigans. Et hic est sensus quæstionis secundum Simplicium, Philoponum, & omnes expositores veteres, quicquid dicant latini.

Responsio.

Diffinitio duplex.

Commen 16.

C V M demonstrauit. proponit Auer. intentioné partis, dicit enim cum demõstrauit ꝙ in diffinitionibus istarum virtutum debet accipere materiam & formam, incepit dubitare secundum & consuetudinem. i. quæ sit cõsuetudo apud naturales, & eos qui absolute considerant scilicet disputatores. i. quomodo differũt in diffiniendo hi artifices. & reddit rationem. d. naturales enim differunt à disputatoribus in modo diffiniendi. disputatores enim dant diffinitiones secundum formam tantum, cuius exemplum ponit. d. dicendo, ꝙ ira est appetitus in vindictam. naturales vero secundum materiam, dicendo, ꝙ est ebullitio caloris & sanguis circa cor, (vt mihi videtur) probat Auer. ꝙ omnis completa diffinitio debet dari per materiam resolutorie. d. vt mihi videtur. intentio enim alicuius, scilicet diffinibilis: secundum quod est ens, est hoc. i. omne diffinibile, vt ens diffinibile, est hoc. i. compositum, qm̃ vt 7. Meta. dicit diffinitio est compositorum. Tunc vltra necesse est. vt illa intentio. i. diffinibile secundum quod est hoc. i. compositum sit in materia: sed quod est in materia, debet esse in materia, quæ habet talem dispositioné. s. quæ sit hoc. etiam vult dicere in materia certa dispositione disposita, quæ sit quoquomodo cõposita, & sup. necesse est, vt illud cõpositum sit in materia per aliq̃ intentionem. i. dispositionem existentem in ea, quapropter fuit digna, vt illa res existat in tali materia, & non in alia, qm̃ forma inest materiæ tali, vel tali propter talem vel talem dispõnem. Arguitur ergo resolutorie sic, si aliquod diffinitur, oportet vt sit hoc, si oportet vt sit hoc, oportet vt sit in materia, si oportet vt sit in materia, oportet vt sit in materia tali: ergo si aliquod diffinitur, oportet vt sit in materia tali. Et innuit per hunc sermonem } dicet quis, quid tum per hoc? cõcedam enim ꝙ omne quod diffinitur: debet esse in materia tali: sed quid per hoc vult habere Aristot. soluit Auer. d. & innuit per hunc sermonem, qm̃ sicut necesse est, vt intẽtio. i. diffinibilis forma existat in materia, ſm quod est hoc, ita necesse est vt sit modus acceptionis eius in diffinitione, & si non erit accepta intentio alio modo, ab eo q̃ est. erit ergo syllis iste. Omnis res, vt diffinibilis, existés in materia, debet diffiniri per materiam. Sed declaratum est ꝙ omnis res, vt diffinibilis, est existens in materia. ergo omnis res, vt diffinibilis: diffinitur per materiam. Qui enim accipit } quæret quispiam & rursum, vtrum diffinitio possit constare ex materia tm̃ vel forma tm̃ completa, & perfecta, respondet ꝙ non, cuius responsionis rõnem subdit. d. qui. n. accipit materiã in diffinitione, & dimittit, formam, diminũte accipit. qui aũt accipit formam, & dimittit materiam, æstimatur ꝙ dimittit aliquod non necessarium, sed non est ita, qm̃ forma debet accipi in diffinitione ſm dispões in q̃bus existit. i. eo mõ, quo existit, sed dictum est ipsam non existere nisi ſm mãm. ergo erit necessaria mã. est ergo solutio. q. ꝙ nulla diffinitio est perfecta per formam tm̃, vel per mãm tantum. Sed vtrum materia sit pars essentialis diffinitionis, an pars necessaria, vt terminans intellectum diffinitionis vel deferens quidditaté, profecto qõ est ardua, & in lib. destruct. destruct. diximus q̃onem hanc sæpe sæpius. Et tu vide ibidem.

Commen. 4.

COMMENTARIVM.

C V M conclusit considerationem de anima esse naturalem. s. aut de omni, aut de tali, cuius operationes sunt rationes in materia, & declarauit ꝙ definitiones passionũ, & ipsius animæ non sunt sine materia, sicut nec ipsæ sunt sine materia, nũc disputat de definitionibus, vt eligat qualis nam est definitio conueniens de anima, & de vnaquaq; eius passione, hoc modo diuus Expositor exponit. Melius aũt dicamus ꝙ Arist. proponit passiones animæ non eodé modo definiri à dialectico, & à physico, hoc autem proponit

proponit primo, vt ostendat has passiones non semper, & apud omnes artifices definiri per corpus siue materiã. Secundo hoc proponit, vt ostendat difficultatem definitionum, quæ dantur de his passionibus. Tertio hoc facit, vt ostendat quæ est completa & perfecta harum passionũ definitio. Primo ergo proponit conclusionem, quam intendit, & inquit. differenter autem vtique definiet, & physicus & dialecticus vnumquodque ipsorum operũ, vt ira quid sit, siue vnamquamque passionũ, vt Simplicius supplet. proposita conclusione, eam probat exemplis, & inquit. hic quidem enim, scilicet dialecticus appetitum recontristationis, aut aliquid tale sup. dicet, aliquid tale, q̃a aliquid illi æquiualens, vt desiderium vindictæ, vel vlciscendi. est enim ira appetitio inferẽdi tristitiam retro. hoc est contra eum, qui intulit. Ille autem. s. physicus, dicet feruorem sanguinis, aut calidi circa cor. Sed dices appetitus vindictæ, innuit duas causas, appetitio enim est forma iræ, vindicta, vel recontristatio est finis. Respondent Philoponus, & Hammonius vtrasque reduci ad vnã causam, nam forma & finis idem est. Rursus dubitabis, quia secunda definitio quæ est feruor sanguinis circa cor, videtur data per formam & materiam. nã feruor est actus atque forma sanguinis, & cordis, & cor materia feruoris. ergo constat ex materia & forma. Respondet Philoponus, q̃ licet comparatione partium, ibi sit forma & materia (nam feruor est actus sanguinis, & cordis) comparatione iræ, illa tria sunt materia, feruor enim est materia propinqua, sanguis remota, cor autem remotissima, & sic hæc definitio per solam definiti materiam assignatur. Recolligit nunc differentiam definitionum referẽdo hæc exempla ad artifices, & inquit, horum autem definientium hic quidem assignat materiam. s. physicus, cum dicit iram esse feruorem. hic vero speciem & rationem. s. dialecticus, quia licet ibi sit finis, in speciem & rationem reducitur. Deinde distinguit triplicem definitionem vt moueat quæstiones de illis, & inquit, harum definitionum. hæc quidem ratio est, & forma, quæ dicit recontristationis appetitionem, & sic est dialectica. Hæc autem. s. quæ dicit feruorem sanguinis, est rei, id est materiæ. nam feruor materiæ est. s. sanguinis: quia vero vtraque est diminuta: subdit tertiam & inquit. necesse est autem hanc rationem esse in materia tali, si erit sup. completa definitio, & sic oportet constare ex materia & forma. sunt ergo tres definitiones. Simplicius quærit cur hic dicit definitionem quę est ex materia, esse physicam, cũ infra dicet illam nullius esse artificis, respondet q̃ hic dicit illam esse physici, sed imperfectam, infra dicet perfectam quæ materiam & formam complectitur, esse perfecte physicam: vnde infra quasi se corrigit. Ergo secundum hanc expositionem physicus assignat materiam, dialecticus formam, verum tres definitiones sunt harum passionum. hæc quidem enim ratio est, & formæ tantum. hæc autem est rei. i. materiæ. s. quæ datur per materiam. necesse est autem hanc. s. rationem esse in tali materia. si erit perfecta definitio, & sic habetur tertia definitio. Simplicius autem legit modo suo, vt in collectaneis diximus. Quod vero sint tres definitiones, per exemplum ostendit definitionum domus, & lege sic, dico tres esse iræ definitiones, sicut ipsius domus sunt tres definitiones. nam domus quidem ratio. i. formalis definitio talis vtique erit quoniam cooperimentum prohibẽs corruptiones à ventis imbribus, & caloribus. hæc enim ratio formalis est, quia licet cõplectatur formalem & finalem causam, recidunt ambæ in formalem. hic autem alter definiens dicit lapides, & lateres, & ligna, & sic est secunda definitio, quæ complectitur materiam tantum. Alius vero dicit speciem. s. cooperimentũ in his materijs propter ista. s. defensiones à ventis & imbribus, & id genus, nam sic definiens complectitur materiam & formam. Deinde quærit q̃onem circa has definitiones, & inquit, quis igitur horum definientium est naturalis? vtrum his definitor qui est definiens circa materiam. rationem autem ignorans, aut qui est circa rationem solum. Respondet iuxta græcorum expositionem, & inquit. an magis is definientium est physicus, qui ex vtrisq; definit? Soluta hac q̃one, quærit aliã, & inquit. illorum autem vterque. s. & qui definit per materiam, & qui definit per formam quis est? vtrũ physicus, an alius? dictum est. n. eum: qui per formam definit, esse dialecticum, eum vero qui p materiam, esse naturalẽ quęrit tamen rursus, vt se corrigat, vt Simplicius autumat. In textu enim sequenti se corrigit, vt videbimus.

ARGYR. *At enim constat neminem esse qui circa materiæ versetur affectus non separabiles, & vt non separabiles sunt, præter ipsum philosophum naturalem. Etenim naturalis circa omnia ea versatur, quæ talis corporis talisque materiei sunt operationes atque affectus. circa aũt ea quæ talia non sunt, non naturalis: sed alius solet versari. Atque de non nullis quidem considerat, si forte fuerit artifex, faber inquã vel medicus. De his autem quæ separabilia quidem non sunt: attamen nõ vt affectus corporis talis, sed abstractione sumuntur, Mathematicus. At ea quæ sunt separata & vt talia sunt: ipse primus philosophus contemplatur.*

Tex. 17. An non est aliquis, circa passiones à materia non separabiles, inquãtum non separabiles. Sed physicus circa omnes, quæcũque huius corporis, & huius materiæ opera, & passiones sunt. Circa quascunque autem non huiusmodi alius est. Et de quibusdam autem artifex est si contingat vt instructor, aut medicus. Non separabilium vero, inquãtum quidem nõ talis corporis passiones sunt, sed ex sequestratione, Mathematicus. Secundum autem q̃ omnino separatæ sunt: primus philosophus est.

Quæcũque aũt non huiusmodi sunt alius.

COLLEC. *Tex. com. 17.* Mouit quæstionem, cuius nam sit artificis vtraque diffinitio, ac de ea quæ ex forma tantum, q̃ sit dialectici nihil inquit (iam enim dixit,) de ea vero quæ est ex materia duntaxat inquit quòd non est aliqua ars, quæ circa materiam tantum versatur, ideo nulla ars diffinit ex sola materia. Non dixit autem simpliciter, quòd non est ars quæ versatur circa materiam, sed circa passiones à materia non separabiles, neque quatenus separabiles, quoniam (vt Philoponus inquit) nullus artifex de simpliciter materia disputat, sed de quadam, cui omnino accidunt quædam per se passiones. Sed contra, quoniam physicus cõsiderat de materia simpliciter. Respondet Philoponus q̃ naturalis non disserit de simpliciter materia tantum, sed & de quadam etiam, vt eorum quæ in meteoris materia, & vniuersalis, & in parte, quæ grandinis, quæ niuis, & reliquorum, similiter & de his, quæ in terra, quę animalium, quæ metallorum &c. nulla ergo ars tradit de materia simpliciter tantum, sed de quadam materia, & materia simpliciter, ideo dixit circa passiones à materia non separabiles, addit { quatenus non separabiles } quoniam passiones hæ nec separantur re, nec ratione. Ex his patet solutio quæstionis. Sed physicus circa omnia quæcunque talis corporis, & talis materiæ opera, ac passiones. } ponit quasi incidentaliter d̃riam artium, & passionum ab artibus consideratarum, per id igitur quod dixit { circa omnia } distinguit physicum, à particulari artifice, quilibet enim artifex particularis circa particulare quoddam se habet, per id vero quod dixit { talis corporis } separat ipsum à mathematico. non. n. cõsiderat figuras in eo quòd sunt talis corporis. per id quoq; quod dixit { talis materię } separat vtiq; ipsum à dialectico, & à primo philosopho, nemo enim horum huiusmodi passiones cõsiderat prout sunt in materia huiusmodi. Quæcunque vero non eiusmodi alius } non eiusmodi quæcunque enumerauit, si enim particularis artifex circa dicta versatur, sed non circa omnia, sed de quibusdam, igitur præter ea quæ dicta sunt mechanicus disseret, vt faber de lignorum rectitudine, de nonnullis vero medicus, vt de corporibus ægrotis. Sed non separabilium quidem, quatenus vero non eiusmodi corporis passiones ac per sequestrationem mathematicus. } Etenim mathematicus de inseparabilibus q̃dem formis disserit, verum non quatenus eiusmodi corporis

poris passiones.i.nõ vt æris passiones seu ligni &c.sed velut deprædatus expolians ipsas à materia, hoc enim significat { ex sequestratione. } In eo vero ꝙ separata penitus primus philosophus.} Philoponus corollarium dedit, volentes inquit Philosophum nosse idæas, amplexantur residuum hoc.ecce(aiunt) nouit separabiles formas eorũ quæ hic,de quibus inquit primum Philosophũ disserere, est ergo argumentum,hæc eædem formæ considerantur à metaphysico,quæ à naturali,sed à naturali formæ naturales.ergo & à metaphysico,sed à metaphysico vt penitus separatæ,ergo formæ naturales sunt penitus separatæ, & per cõsequens ideæ. Confirmant hic, qm̃ alibi,vt 12.Meta.dicit duplicem esse ordinem,hũc quidem in imperatore, hũc vero in exercitu, ac eum qui in imperatore efficientẽ esse illius qui in exercitu. Rursum inquit duplicem fore sanitatem,hanc quidem in medico, efficientem secũdum rationem,hanc vero in conualescente corpore,quapropter nouit & separabiles formas quas dicit ipse substantias diuinas,quæ in totum separatæ sunt à materia. Sed hoc ꝙ Philoponus ait est contra Arist.in primo diuinorum vbi contradicens his formis dixit. [Sed rursum vr̃ aliud hoc genus] vbi Auer.inquit,& cũ posuimus ꝙ species & vniuersaliter intellecta vniuersalia, sunt res existentes extra animam,& ꝙ sunt formæ entium,continget, vt hoc genus entium sit quartum genus aliud à tribus generibus, & ꝙ in eo considerat quarta ars.s.alia à tribus considerantibus in mathematicis,& naturalibus, & diuinis. Amplius arguit ibidem,ꝙ tunc illa ars considerabit de principijs omnium entium,& sic considerabit de omnibus entibus, & sic oẽs aliæ superfluerent.Ecce quõ hoc Philoponi corollariũ est contra Arist.& rõnem, & profecto positio Philoponi sustentari potest,sed alibi scripsi totum hoc.

Commen 47.

Commen.17.

CVM dubitauit. Debet scire ꝙ passionum quædam sunt penitus,& omnino in materia.s.ſm esse, & cõceptionem,vt naturales & artificiales,quædam secundum esse in materia,ac ſm rationem absque materia, vt mathematicæ, & quædam penitus sine materia.s.ſm rem & rõnem,vt diuinæ.inquit modo Auer.cum dubitauit de diffinitionibus & supple persoluit,inceperit demonstrare scilicet exemplo & inductione,quæ artes vtuntur in diffinitionibus materia & forma. Et vult Arist. secundum expositionẽ Auer. ꝙ ille,qui considerat primas passiones tantum, sit naturalis,& artifex particularis,residui duo non, qm̃ nec mathematicus,nec philosophus primus cõsiderat,vt patet,& residuum commenti manifestum est per se.

COMMENTARIVM.

MOVIT qõnem vterque definitor.s.qui per materiã, & qui per formam tm̃ definit, quis nam esset, vtrum physicus, an dialecticus, an artifex,an mathematicus,an metaphysicus.Respondet nunc secũdum Philoponi expositionem,ꝙ qui definit per materiam,nemo est,quia nemo cõsiderat tales passiones à materia non separabiles,quatenus à materia non separabiles.Sed dices nonne physicus tales considerat? Respondet & inquit, sed physicus considerat circa omnes passiones, quæcunque sunt huius corporis, atque huius materię passiones,non aũt considerat passiones materiæ simpliciter. Sed dices nonne physicus considerat generationem,& corruptionẽ simpliciter, quæ sunt primæ materiæ simpliciter passiones? Respondetur à Philopono hic,ꝙ physicus non cõsiderat nisi passiones huius materiæ, & huius corporis vt patet in Meteorologia. Pace sua dixerim, ꝙ hoc falsum est,quia licet in particulari physica non considerentur passiones materiæ simpliciter,in libris tamen physicorum considerantur affectiones primæ materiæ,vnde vt Auer. inquit.2.Physi. materia simpliciter plura consideratur in physica, & accidentia eius inquãtum potentia transmutabilis est.Melius ergo dicendum ꝙ Aristoteles loquitur in casu suo.s.in talibus passionibus. vult enim ꝙ nullus artifex tales passiones consideret,vt sunt inseparabiles à materia simpliciter, sed vt sunt affectiones determinatæ materiæ .s. corporis animati. & determinatæ partis.Propterea ait, sed physicus circa oẽs tales considerat quæcunque huius corporis, & huius materiæ particularis,sunt opera & passiones.Circa aũt quascunque tales non huiusmodi,considerat alius, scilicet dialecticus. ergo qui definit has sine propria materia, nemo est,nisi dialecticus,quia sic eas per formam definit. Quia vero dixit ꝙ nemo est, qui considerat has sine materia, nisi dialecticus, subscribit de quibus medicus considerat: & inquit,& de quibusdam autẽ passionibus magis in particulari respectu particularioris materiæ. Artifex considerat, vt instructor siue carpentarius, qui cõsiderat dispositiones lignorum,& medicus,qui considerat dispositiones humani corporis, vt sanabile est, & sic considerant has vel similes passiones quatenus sunt particularioris materiæ,sub ratione tamen vniuersali. non enim de singularibus omnino est scientia. Aliter exponi potest, hic locus, legendo verbum ἀλλὰ quod est sed pro nisi, & tunc nulla erit quæstio, legetur enim sic,an non est aliquis qui circa passiones à materia non separabiles inquãtum non separabiles considerat,sed pro,nisi,physicus, qui circa passiones inseparabiles à materia simpliciter,& circa oẽs, quæcunque huius corporis,& huius materiæ opera & passiones sunt,considerat. Circa quascunque autem non tales, id est circa aũt alias,quæcũque non sunt talis materiæ, vel materiæ simpliciter considerat alias.s.aut mathematicus aut metaphysicus. Et de quibusdam quidem, scilicet passionibus particularioris materię,si contingat eas considerari, considerat carpentarius aut medicus, non separabilium vero, inquãtum quidem sunt non talis corporis sunt passiones, sed ex sequæstratione, considerat mathematicus, qui passiones considerat non separabiles re,sed separabiles intellectuali sequæstratione. Passiones vero quatenus sunt oĩo separatæ à materia,& à tali materia, cõsiderat metaphysicus,ergo physicus considerat passiones, quæ sunt materiæ simpliciter,& quæ sunt huius materiæ, definiens illas per materiam, & sic tã definitio data de illis per mãm, quã data per materiam & formã est physica: cuius vero sit definitio data per formã solã, nõ curauit dicere,quia non egebat correctione,præcedenti.n.textu dixit.Ex his sequitur ꝙ eędem passiones cõsiderãtur à physico,& à mathematico,& à metaphysico.nam Arist.solum excludit medicum & carpentarium,dicit n.eos considerare de quibusdam alijs ab his passionibus,quia carpẽtarius de dispositionibus ligni,faber de dispositionibus ferri.Medicus aũt de dispositionibus corporis sanabilis, ergo vult passiones aĩæ considerari à physico, & à metaphysico, & à medico & à mathematico.A physico quidẽ considerantur animæ passiones, quæ sunt rõnes in materia, vtpote oẽs illæ,quæ pertinent ad sensitiuam.A metaphysico vero eas,quæ sunt rõnes extra materiam, vt quæ pertinent ad partem intellectualẽ,has vero vtrasque complectens cõsiderat animastica scientia, quæ est media, & mathematica. Colligit secundo Philoponus ꝙ formæ naturales sunt ideæ,& effectus naturales,effectus quidem naturales, vt sunt rationes in materia,ideæ vero,vt sunt apprehensæ ab intellectu diuino.Colligit autem hoc quia Arist.asserit esse easdem formas naturales,& metaphysicas, quod pro tãto verũ esse asserit,quia eędem formę in materia sunt creaturæ,siue effectus, in mente dei & à diuina mente appræhensę sunt ideæ.Approbat hanc opinionem Philoponus primo per id,quod dixit lib.Met.12.Dixit enim duplicem esse ordinem.hunc quidem in imperatore. hunc vero in exercitu, & eum qui in imperatore,& eum qui in exercitu eundem esse asserit. Præterea dicit.7. Metaphysi. eandem esse sanitatem, quæ est in medici mente, & quæ erat in conualescente. Ergo superius bene diximus idæas esse res appræhensas ab ipso diuino intellectu, & non notiones formales rerum repræsentatiuas. Dicebamus.n.ideas esse creaturas ipsas repræsentatas ipsi diuinæ mẽti ab eius essentia,quæ est distincta similitudo dei, & omniũ creaturarum. Quæres cur Aristote.prætermisit definitionem quæ datur per omnia genera causarum, vt superius definierat iram,& non disputauit cuius artificis esset. Responderi potest eum hanc prætermisisse, vel quia quicquid est præter formam,& finem appellat materiam, & ita agens comparatione formæ & finis materia est,& ita pretermisit finem,quia per formam intelligit indifferẽter formam. & finem

Cõ.21. & 22.

Quod scientia de aĩa sit media & mathematica.

De ideis.

Tex. cõmẽ.51.

Tex. cõmẽ.23.

& finem prætermisit agens, quia reducitur à materia, cum comparatione formę & finis sit, vt materia. Vel hoc fecit, quia finis est causa extrinseca, ex qua non constat rei esse. Quæres iterum si definitio quę dicit formã, est dialectica, ad quem librum dialecticæ attinet? Præterea. Q̃ũo differt definitio dialectica ab illa mathematica. vtraq;.n. dicit formam. Et dicendum ad primam ꝙ illa definitio dicitur dialectica similitudine earum definitionum, quas dialecticus assignat de suis consideratis, veluti dicimus cõsiderationem de motu quatenus motus est, eẽ mathematicam, quia est ad modum earum considerationum, quæ fiunt à mathematico. Ad secundam dicẽdum, ꝙ definitio dialectica dicit formam, vt significatur per sermonem, definitio mathematica dicit formam, absolute.

ARGYR. *Sed eo redeũdum est: vnde nostra defluxit oratio. Dicebamus aũt affectus animæ, esse inseparabiles ab animalium naturali materia vt tales sunt, & non vt separatur linea superficiesq; sic irã & metũ à subiecta sibi materia separari.*

Tex. 18. Sed redeundum est vnde sermo defluxit. Dicebamus autem ꝙ passiones animæ non separabiles à physica materia animalium inquantum tales, sunt furor & timor, & non sicut linea, & planum.

COLLEC. Tex. cõm. 18. Cum numerauit ꝙ passiones animæ rationes materiales existunt, ac per hoc de omni aĩa est differere, vel quæcunque non sine materia, & propterea coactus est dicere, quot modis diffinienda sunt materialia, & quali nam diffinitione vtatur vtiq; naturalis, deinde digrediens, qui nam reliquis diffinitionum vtiq; vtantur, ꝙ nihil ad præsentem pertinet tractatum, redit nunc ad sermonem de animæ passionibus, ac in memoriã reducit quæ dicta sunt, ꝙ passionibus animæ nobis opus est ad inuestigandam diffinitionem. scimus ergo ꝙ passiones animæ non proprie sunt solius animæ, sed simul vtriusq;, & ab hoc inseparabiles, ne cogitatione quidem potentes separari, quẽadmodum in linea, ac superficie, hæc nanq; etsi existẽtiam inseparabilem habeant à corporibus, attamen cogitatione sequestrãtur. non ita ergo inseparabiles passiones animæ, vt linea & figura, sed neq; re, neq; ratione, & ideo dixit §quatenus eiusmodi existunt§ qm̃ ira, vt ira, non potest separari, nec ebullitio, vt ebullitio, sed linea, vt linea & figura, vt figura, bene. Sed ambiges. Nonne intelligere opus est separabile? Respondet Auer. ꝙ hoc est intelligendũ de passionibus animæ. s. concupiscibilis. & non animæ cuiusuis, hæ n. non sunt abstractæ à corpore, neq; in diffinitione, neq; in esse, & commẽtum totum patet per se. Residuum primi exponendum, nunc dimitto, quoniam consuetudo legẽtium in hoc tempore est, vt nõ legatur, sed quãdoq; forte scribam, & bene, reputo. n. ꝙ illa pars est melior q̃ in toto hoc libro, & græci valde insistunt in ea.

COMMENTARIVM.

QVIA propositum Aristotelis erat declarare quę passiones per materiam & quæ sine materia essent definiẽdæ, & digressus est ad differentias definitionum quibus vtuntur artifices, Ideo inquit, sed redeundum est vnde sermo. s. exijt. erat autem, vt inquit, sermo ꝙ passiones animæ non separabiles à physica animalium materia inquantum non separabiles, sunt furor & timor, & omnes, quæ spectant ad concupiscibilem. Hę. n. vt Simplicius supplet, sunt sicut symum, & non sicut linea, & planum, quæ sunt rationes ſm rem in materia, per rationem vero abstractæ. Ex his colligitur Aristotelem solum eas passiones velle esse rationes in materia, quæ sunt sensitiuę partis, & ita excludit passiones intellectus, vt intellectus quatenus sunt intellectus, nam passiones intellectus quatenus sunt intellectus, sunt rõnes nõ in materia, sed metaphysicæ. Ex his apparet primo intellectum non esse rationem in materia, quia Arist. eius passiones non collocat inter rõnes materiales. Patet secundo scientiam de aĩa esse mediã & mathematicam, nam secundum eam partem, quæ est de intellectu, est metaphysica. secundũ eam vero, quæ est de sensitiua aĩa, & vegetabili, est physica, tota vero q̃ est de tota aĩa, est media & mathematica. Aristo. n. à consideratione naturali semper exclusit passiones attinẽtes ad intellectum, & solum passiones attinentes ad sensitiuam claudit.

Quod scientia de aĩa sit media & mathematica.

ARGYR. *Verum enim vero necesse est considerantes de anima, & de his dubitantes ac ambigentes quæ non oportet procedentes inuenire atq; percipere, in medium eorũ antiquorum afferamus opiniones qui de anima tractarunt aliquid atque dixerunt, vt ea quidem accipiamus quæ bene sunt dicta, ab his aũt caueamus quæ non bene recteq; dicta fuere.*

Tex. 19. Intendentes autem de anima, necesse est simul dubitantes de quibus dubitare oportet: pertranseuntes primorum opiniones compręhendere, quicunque de ipsa aliquid enuntiarunt, vt bene quidem dicta, accipiamus. Si vero aliquid non bene hoc vitemus.

COMMENTARIVM.

COLLEC. CVM redijt vnde defluxit oratio ad tractandũ. s. de ipsa anima proponit determinationis principium ab antiquorum opinionibus esse faciendum, & causam assignat, quia quæ ab ipsis bene dicta sunt recipiemus, nobisq; erunt adiumento, que vero male reijciemus. Inquit, intẽdentes aũt de anima, & simul dubitantes de quibus dubitare oportet, & pertranseuntes per methodos, hinc inde deriuatas; necessarium est primorum opiniones cõpræhendere, eorum dico, quicunq; de ipsa aliquid enunciarunt. Huius causam reddit, & inquit, vt bene quidem dicta ab eis accipiamus. Si vero aliquid non bene sit dictũ vereamur, & caueamus. Simplicius assignat causam cur ante speculationẽ rei cuiusuis præcedit qõ, quia non ex se accidit nobis rerum veritas. Sumus. n. in ipsa genitura imperfecti ad speculationem, hac ratione precedit qõ, & ad opposita nostrum latio atq; dubitatio. Cur vero prædiuulgatas antiquorum opiniones. vtile sit percurrere, assignat rõnem, quia illæ nonnulla opposita continent de ipsa, quæ, & ad dubitationem & ad inuentionem plurimum conducunt. Quo autem ad verba attinet verbum§vereamur§in antiquis translationibus græce est εὐλαβηθῶμεν, eulabethomen, latine, vitemus, caueamus; & vereamur. Et in nonnullis translationibus legitur vertamur, quod non bene legitur, hic enim latine sonat reijciamus, quia, vt in principio secundi libri dicetur, ea quæ dixerunt antiqui de anima reijcienda sunt, ac si de ipsa nihil dixissent.

Quæ Simpl.

ARGYR. *Initium autem inquisitionis hoc erit profecto cõgruum, si prius posuerimus ea quæ maxime videntur animæ competere suapte natura.*

Tex. 19. Principium autem inquisitionis est præponere, quæ maxime ipsi videntur inesse secundum naturam.

COMMENTARIVM.

HIC recentiores fecerunt tractatus de aĩa principiũ, vbi Aris. assumit è q̃bus Philosophi viã habuerunt ad inuestigandũ de aĩa ipsa, & dicit ꝙ principium nr̃æ q̃onis, est apponere ea, q̃ maxime ipsi aĩæ inesse videntur ſm nãm, nam vt Simpl. resumit, ea q̃ insunt magna ex parte conferũt ad cognoscendũ ipsum quid est. Quo vero ad verba attinet, verbũ§apponere§ gręce est προθέσθαι, protesthe: latine apponere, clarius aũt dicet proponere, vel ꝑponere, vel praesumere, verbũ§q̃onis§ græce est ζητήσεως: zeteseos quod licet proprie latine§q̃onis§sit, clarius inquisitionis legitur, §ſm nãm§vero hic vt Simpl. inquit, idem est, quod per se, nã accñtia per se magnã partẽ cõferunt ad cognoscendũ ipsum quid est. Cõia. n. accñtia nõ in propriã animæ nãm pertingunt. Auer. aũt assignat cãm huius quod Arist. ait ex libro Poste. quia quælibet res inq̃renda est, & vestiganda per ea, quæ sunt sibi propria, quo fit vt principium inq̃sitionis de quidditate anime, ex illis assumatur, quæ animę sunt propria: & secundum naturam inexistentia.

Quæ quo ad cõstructionem. Quæstionis Quid ꝑ ea quæ animæ insunt secundum naturam intelligat. Simpl. et Auer. Quæ Auer. Com. 19.

ARGYR. *Animatum itaq; duobus his ab inanimato maxime differre videtur: motu ac sensu. A maioribus etiam nostris: hæc duo fere de anima accepimus.*

Tex. 19. Animatum igitur ab inanimato in duobus maxime differre videtur, & motu & sensu, accepimus autem & à progenitoribus fere hæc de anima.

COM-

COMMENTARIVM.

Qvia dixit principium inquisitionis congruum esse ab ijs, quæ per se animæ insunt, nunc q̃ illa sint, quæ per se aiæ insunt, è quibus congruũ inquisitionis principium sit, exponit: aitq; illa duo esse motum, & sensum, dicit aũt hęc duo se accepisse à maioribus. Quod aũt hæc duo sint, è q̃bus congruũ assumitur principium, eo patet, quia ijs duobus potissimũ aïatum ab inanimato differre vr̃. Proprium .n. alicui est: quo differt ab alio, qm̃ autem aiatum motu & sensu ab inanimato differt, hac rõne motus & sensus sunt animato propria, & ita animę competere vidẽtur. Sed ijs occurres, nã aïatũ & inaïatũ differunt spẽ, ergo differunt ſm formas, & non p̃ accñtia, quæ formas sequuntur. Pręterea, Non oẽ animatum sensum habet, vt planta; nec omne quod mouetur: est animatum. Mouentur .n. elñta à suis formis, & tñ animata non sunt. Ad primã, solutionem innuit Expositor, & recte, nam aïatum & inanimatũ differunt aïa & differunt sensu & motu. Anima quidẽ differunt à priori, & differentia, q̃ nobis est ignota. Sensu vero & motu differunt à posteriori, & dr̃ia nobis nota, quæ erit principium inuestigandi differentiam illam priorem, q̃ est nobis ignota. Ad secũdam Simpl. innuit solutionem, nã per motum hic intelligis eum, qui intrinsecus fit, & nõ simpliciter. Intrinsecus .n. motus animatorum proprius est. Qui vero ab alio est, & inanimatis cõpetit. elemẽta aũt licet moueanẽ à suis formis, non mouentur à se motu intrinsecus, cum illorum motus principium sit vel à generante, vel à remouente ꝓhibens. Sentire etiã, vt ait, sumptum est non, vt oĩbus animatis competẽs, sed vt competit omnibus quibus competit intrinsecus moueri, nã licet plantis auctio & diminutio competat, hic tñ motus non intrinsecus eis competit, cum istius principium sit extrinsecus. Sed hæc, quę Simpl. ait. mihi sunt obscura, nam ſm hoc non loqueretur Arist. nisi de motu locali: quo à seipsis intrinsecus mouentur aïata & de sensu, qui est talis motus principium. Quare tunc plantæ non essent animatæ, nam hæ non differrẽt ab inanimatis tali motu, & tali sensu. Melius ergo Arist. per motum intelligit quo aliquid mouetur ad omnem differentiam positionis per se, quo motu animalia & plantæ mouentur. Non aũt ea: quæ non sunt animata: & per sensum intelligit: sensum tactus, & tunc litera legenda est nõ copulatiue, sed disiunctiue, quia animatũ differt ab inanimato aut motu, aut sensu. Tu vero si melius occurrat, melius dicas. Them. vero per animata intelligit animalia, q̃a animal differt à non animali sensu, & motu locali, quo ipsa mouentur per se, qua ratione plantæ excluduntur à consideratione hac secundum antiquos.

Dubitatio. — *Solutio.* — *Quæ expositor* — *Quæ Simpl.* — *Dubiũ cõtra ea q̃ Simpl. dicit.* — *Propria solutio.* — *Quæ Them.*

ARGYR. *Inquiunt .n. nonnulli, animam id esse quod maxime primoq; mouet. atq; existimãtes fieri nõ posse vt id aliud quicquam moueat quod non moueatur, animam vnum quid eorum esse putarunt quæ motu cientur.*

Tex. 20. Dicunt .n. quidam & maxime & primo esse animam id qđ est mouens. Existimantes autem quod non mouetur ipsum non contingere mouere alterum, aliquid eorum quæ mouentur animam, sic arbitrati sunt esse.

COMMENTARIVM.

Quæ Them. Them. inquit, ꝙ cum duæ res sint, quibus inanima ab animantibus differunt, altera ꝙ animalia videntur per se moueri, at non videntur inanima, altera ꝙ sentiunt hæc, illa non sentiunt ob id in duo hæc deductio sectarum facta veteribus est: alij .n. de motu: alij de sensu finitionem animæ colligunt. Nouus expositor addit alios etiã ex vtroq; collegisse, vt suo loco videbitur. Incipit aũt Arist. ab ijs, q̃ ex motu animæ finitionem collegerũt, & primo narrat id quod cõiter de anima sentiunt: addens eorum fundamentum, nam id in quo oẽs huius sectæ cõueniunt est aïam id esse quod & maxime & primo mouet. Et ex hoc deduxerunt aïam esse vnum eorum quæ mouentur, & huius fundamentum est, quia æstimãtes nihil posse mouere nisi moueatur, & aïa est id quod & maxime & primo mouet, iure aïam esse vnum eorum, quæ mouẽtur arbitrati sunt. Quare in duobus oẽs huius sectę concordant, & ꝙ anima sit id quod & maxime & primo mouet, & quod sit vnũ eorum, q̃ mouentur. Alterũ horum ex altero sequitur. nam apud antiquos huius sectæ, si aïa maxime & primo mouet, aïa mouetur: quia nihil mouet nisi moueatur, vt supponũt. Quo vero ad constructionem attinet, nonnulli volunt textum hunc seorsum esse legendũ, nam cum Arist. ꝓposuisset esse ab opinionibus antiquorum incipiendum, nunc illas exequitur, & ponit primo ea, in quibus oẽs huius sectę conueniunt. & tunc verbum {enim} vel verbũ {nam} non reddit causam: sed executionis est nota. Videtur mihi hunc textum esse proximo textui copulandum: nam cũ sumpsit ab antiquis illa duo esse colligenda, reddit causam. nam quidam dixerunt ipsam esse id quod & maxime & primo mouet, ex quo postea proficiscitur ad opiniones eorum, assignans eorum fundamentum. Quo vero ad verba attinet: verbum {quidam} vt Simpl. notat additũ est propter Anaxagoram, qui non manifeste dicit animã esse intellectum, quem primum mouens statuit, & propter Empedoclẽ amicitiã & odium non animas mouentia dicẽtem, & propter physicos quicunq; solis materialibus vtũtur. Animaduerte, vt ex verbis Simplicij excipitur, ꝙ Arist. etiã asserit animam esse id qđ mouet, nã vegetabilem ait esse principium gñandi & nutriendi & augendi. Sensitiuam vero ait esse principium sentiendi: intellectiuã etiam intelligẽdi. principium aũt motus mouet. quare & ipse animam ait esse id quod alterum mouet, non dicit autem animã esse id quod & maxime & primo mouet, nisi intellectum, vt cœlorum animas. Illæ .n. solæ mouent, & maxime & primo, quia mouent, & nullatenus mouentur. Cæteræ aũt mouent, sed saltem per accidens mouenẽ. quare non sunt & primo & maxime mouentes. At qui fuerunt huius sectæ non distinxerunt inter animam & intellectum, nisi Anaxagoras, & Emped. & physi. vt Simpl. annotauit. Vlterius animaduertendum: Simpl. refert illud principium quod est, non motum non posse alterum mouere, ſm Platonem non esse intelligẽdum, nisi de intermedijs, nã vt in materialibus causis est aliquid propinquum, & aliud remotius, & in formalibus similiter, ita & in mouentibus, & quoniam mouens quidẽ causa est, motum aũt causatum, primum mouẽs nullo modo moueri necesse est, vt syncere in mouendo maneat cã. Media vero moueri quodã modo vult Plato, vt quæ à primo motiuo intellectu succedant. sed non corporeum vltimum motum esse & eorum quæ solum mouentur, quare Plato vult & nãm moueri per descẽsum ex impartibili, & maiorẽ in modum aïam, hęc Simpl. Platoni attribuit. Ari. autem (vt ait) solum corporeũ æstimat esse motum, & ꝓpterea motum nulli motiuarum causarum congrue enunciat. Sed an hæc quæ Simpl. dicit secundum Platonem sint ita, esset longum disputare, nunc autem sit nobis dictum intantum.

Constructio. — *Verba.* — *Quæ Simpl.* — *Quæ Simpl.* — *Dubia hæc sũt per ea q̃ Arist. dicit. 2. huius.* — *Quæ Simpl.*

ARGYR. *Quocirca Democritus, ignem atq; calorem ipsam censuit esse. nam cum sint infinitæ figuræ ad indiuidua corpora rotũda dicit ignem et animam esse. Hæc indiuidua corpora similia corpusculis ijs esse quæ in aere ferri videntur, in ipsis inquam radijs qui per fenestram ingrediuntur, & rerum elementa generandarnm seminaq; totius esse naturæ dixit, eadem & Leucippus ille censebat. Horum igitur corporum ea quæ sunt rotunda ignem ac animam asserunt esse, propterea quòd maxime omnium figuræ tales totum corpus ingredi penetrareq; possunt, atque cætera mouere cum moueantur & ipsa, arbitrantur enim animam id esse quod motum animalibus præbet.*

Tex. 20. Vnde Democritus quidem, ignem quendam & calorem esse dicit ipsam. Infinitis .n. existẽtibus figuris, & atomis, quæ sunt rotundæ ignem & animam dicit, vt in aere, quæ vocantur decisiones, quæ vidẽtur per portas in radijs. quorum omne semen elementa dicit totius naturæ. Similiter autem & Leucippus. Harum autem sphæricas, animam, propter id quod maxime possunt penetrare per omne huiusmodi figuræ & mouere reliqua,

reliqua, cum moueantur & ipsæ, arbitrantes animam esse efficiens in animalibus motum.

COMMENTARIVM.

Quare ab opinione Democriti.
Opinio Democriti.

His assumptis, nunc incipit narrare opiniones eorũ, qui ex motu animæ naturam nacti sunt, & primo opinionem Democriti, atq; Leucippi. Cuius causam Simplicius assignat, quia inter cæteros Democ. & Leucippus manifeste corporeum motum animæ assignarunt, & ideo cepit à Democrito atq; Leucippo. Voluerũt autem isti ipsam esse aliqđ corporum atomorum quodcunq; circulare, quod & ignem esse etiam ait. Circulare.n. bene mobile est. & p omnia non prohibitum penetrare potest quia caret angulis, & propterea igni & animę conuenit. Manifesta autem Democriti de elementis sententia ex primo physi. auscultationis (vt ait Simplicius) habet, supposuit.n. parua quædam corpuscula, quales in aere in radijs solaribus per fenestras apparent rasuræ. non.n. hęc, sed similia his propter exiguitatem elemẽta Democ. putauit. vnius quidem substantiæ existentia omnia, magnitudine vero & figura inter se differentia, ex quibus tanq̃ seminibus composita omnia constitui corpora putat. Quare panspermian idest vniuersitatem: vel seminarium, aut elementum totius naturæ ipsa nuncupauit, vt omnium semen. Horum, vt dixit Simpl. atomorum aliquod corporum ipsam supposuit quodcunque circulare. quod & ignem esse & calorem etiam arbitratur, facilitate penetrationis & motus agilitate, vt Themistius ait. Nonnulli de Democ. mente nõ aliquam atomorum animam esse ait, sed ex atomis sphæricis conflatam, ꝙ maxime mouere & penetrare seipsam & alia põt & motum animalibus præstare. Simpl. autem dubitãs inquit. An Democ. à corporibus generaret vitam, vel ostensiue intelligibilem vellet declarare per spheram, non habemus enuntiare, nõ.n. oportet Aristotelicæ inniti historiæ quia vt plurimum solũ exponit apparẽs. Vnde ex Simplicij dictis colligitur primo nõ rasuras in aere, sed his similia dixisse Democ. prima elementa. Colligitur. 2. non conflatum ex sphæricis atomis, sed aliquã atomorum quæ circularis est, esse animam, & ignem, vt etiam Them. sentit. Dubitat tamen an vere Democ. circularem atomum animam dixerit: an per naturã hanc sensibilem naturã animæ intelligibilem voluerit figurare. Fortasse.n. nõ atomũ circularẽ aĩam esse autumat, sed quoddã quod ita se habet inter intelligibilia, vt atomus circularis inter sensibilia, vt per atomum sensibilem, velit figurare atomum intelligibilem quam animam putauit esse, quia non (vt ait) oportet inniti aristotelicæ historiæ, quia Arist. solum verba antiquorum retulit, & id quod ex ipsis verbis apparenter apparet, nõ autem id quod antiqui per verba voluerit præfigurare. Inquit, vnde Democ. quidem ignem quendam & calorem esse dicit ipsam. Vtrum autem præfiguratiue, vel vere: Simpl. dubitat. Infinitis.n. existentibus figuris, & ẽt atomis infinitis, earum quæ rotundæ sunt ignẽ & animam dicit. Exponit atomos quales, & inquit, vt in aere, quæ vocantur decisiones. Dixit§vt in aere decisiones§ & non dixit in aere decisiones, quia atomi non sunt decisiones, vt Simpl. ait, sed talia corpuscula, quales decisiones siue rasuræ, quæ videntur per portas in radijs. Quo vero ad verba attinet. atomi, vt Democritus autumat, differũt figura, magnitudine, positione, & ordine. Meminit autem figuræ solius, quia sola differentia quæ est per figuram nostro deseruit proposito. Verbum decisiones græce est xysmata, latine nonnulli ramenta, vel pappalos interpretantur, nõnulli rasuras, proprie diuisiones dicũtur, quas etiam schismata nonnulli dici volunt à schizo gręco verbo, quod est scindo: quod inepte scisma dicit, latine.n. non scisma, sed schisma. Ego xysma legerem, vt Arist. hic ait, sed de verbis quęstio est, latine dicatur ramentum: est.n. ramentum tenuis cuiusq; rei particula, à radendo, quasi rasura. Verbũ autem §per portas§ græce est, διὰ τῶν θυρίδων, dia thon thyridon, quod nos per fenestras interpretati sumus. nam thyris thyridos fenestra latine dicitur. Quo vero verbo hos atomos dicat Democ. Arist. subscribit. d. quorũ (referas ad ramenta) quorum. s. ramentorum panspermiam. i. vniuersitatem

De elementis opinio. *Pãspermia qd.* *De opinione Democriti differentia.* *Quæ ex Simplicio.* *Constructio.* *De verbis.* *Xysmata.* *Quæ schismata.* *Thyris quid.* *Quid panspermia.*

elementa dicit totius naturæ: Similiter autem & Leucippus sic opinatur & ita hęc vocat, harum autem atomorum sphæricas animam esse ait, non autem ex sphæricis conflatum animã facit, sed ipsas atomos sphæricas facit animas, propter id quod maxime possunt huiusmodi figurę penetrare per omne corpus sensibile. & mouere reliqua, cum moueantur & ipsæ, arbitrãtes id esse animam, quod in animalibus efficit motum.

ARGYR.

Quapropter & respirationem, viuendi rationem atque causam esse putant. nam eo quod continet contrahente corpora comprimenteue, ac extrudente figuras eas: quæ præbent animalibus motum. quia nec ipsæ vnquàm quiescunt, succursum auxiliumq; respiratione fieri dicunt, ingredientibus alijs figuris similibus, quæ quidẽ egredi prohibent ipsas quæ animalibus insunt, id repellendo quod contrahit atque præmit, & eousq; viuere aĩalia quousq; id facere possunt.

Tex. 21. Exceptũ in opinione Democr. Cõstringẽte cõtrahẽte. Extrudẽte repellente intus congregante. Prohibentẽ aerem.

Vnde & viuendi terminum esse respirationem. Constringente.n. eo quod corpora continet, & extrudente figuras præbentes animalibus motum, ex eo ꝙ nõ est ipsas vllo modo quiescere, auxilium fieri deforis ingredientibus alijs huiusmodi in respirando. Prohibere.n. has & quæ insunt animalibus disgregari, simul prohibentes constringens, & comprimens, Et viuere autem quandiu possunt hæc facere.

COMMENTARIVM.

Hic Arist. velle videtur animam ipsam non dicere de mente Demo. esse sphæricas atomos, sed ex atomis sphæricis compositam, sed vt dixit Simpl. aristote. historiæ non est innitendũ, cum verba duntaxat ipse, & nõ sensum enarret. Siue igitur anima sit atomus ipsa sphærica, siue sit plures atomi congregatione & copulatione, propositum nõ tollit. Respiratio itaq; (vt Simpl. inquit) bifariam est causa vitæ, & prohibendo exitum atomorũ circulariũ, qui corpori animato insunt, & aere qui ingreditur. congregante eas atomos, q̃ intus sunt, nouas atomos deferẽte ad priores. Sunt tñ verba Aris. satis obscura lege ergo sic, vnde & viuendi terminum esse respirationem supple dicunt. Terminum qui gręce est ὅρον: oron interpretati sumus causam vel rõnem, vt Simpl. legit, nam respiratio est viuendi causa, siue ratio. assignat Arist. huius rei causam, & inquit. constringente.n. eo quod corpora continet, hoc est aere ipso, qui continet atomos, vel ramenta (vt dixit Demo.) & extrudente figuras prębentes. i. eas, quæ prębent animalibus motum (dico quę præbent animalibus motũ ex eo ꝙ non est ipsas vllo modo quiescere, semper.n. agitantur, & agitatu animal ipsum mouent, vt diximus:) dicunt sup. fieri auxilium, ingrediẽtibus alijs huiusmodi. i. similibus de nouo in respirando, hoc est in ipsa respiratione. i. dum anima respirat. Quo vero ad verba attinet. verbum§constringẽte§ græce est συνάγοντος: synagontos: clare interpretatur contrahente, nam aer ipse contrahit corpuscula è foris ad intima, priores atomos compellendo, & subdit, § prohibere enim has quæ & animalibus insunt, disgregari, simul prohibentes constringens & comprimens.§ Quę verba dupliciter legi possunt: vno modo vt figuræ quæ animalibus insunt antiquitus, prohibeant disgregari aerem, qui coercet ipsum constringens & ipsum comprimens. i. ipsum corpus animalis intra se comprimens & constringens atomos, & sic non bene exponitur, quia figuræ antiquæ, quæ animalibus insunt, non prohibẽt: sed ipsæ sunt prohibitæ, ideo lege sic, asserunt.n. supple & has figuras q̃ animalibus insunt sup. de nouo prohibere eum aerẽ disgregari, qui coercet, & simul prohibet corpus ipsum constringens & comprimens intra se atomos, coercet dico ne atomi quæ anima sunt exeant & dissoluant. Quo vero ad verba attinet coercet, vel simul prohibentem, græce est συνανείργοντα synanirgõta: quod resoluitur. i. eum qui simul prohibet, vel coercet. Addit viuere autẽ & tandiu q̃diu animalia ipsa hæc duo facere possunt. s. sphæricas atomos accipere, & reddere. Translationes nostrę claræ sunt, non.n. egent tanta expositione. Auerroes triplex auxiliũ fieri ait ex aeris atomorum

Bifariam respiratio causa vitæ. *Terminũ oron* *Synagõtos contrahente.* *Quæ Auer. Com. 21.*

morum pleni attractione. Primum quia atomi quę per aerē attractum corpus animalis intrant: succedunt loco eorum atomorum sphæricorum, quæ in motu interiori recesserunt. Secundum quia atomi quæ intus per aerē deferuntur comprimendo priores atomos intrinsecus permanentes, non permittunt eas discedere. Tertium est quatenus atomi attractæ, iuuant atomos intrinsecus manentes, illas confortando sicut carbo carbonem roborat sui presentia. Patet igit̃ exteriores atomos, facere ad vitę cōtinuationē: cum per aerem ipsum deferuntur ad intima animalis.

ARGYR. *Videtur autem et id quod à nonnullis pythagoricis dicitur, eandem habere sententiam. Quidam.n.ipsorum ea corpuscula quæ agitātur in aere, quidam id quod illa mouet ac agitat, animam esse dixerunt.*

Tex.22. Videtur autem & à pythagoricis dictum eādem habere intelligentiam. Dixerunt.n.quidam ipsorum animam esse, quæ sunt in aere decisiones. Alij autem has mouens.

COMMENTARIVM.

TRANSIT nūc ad Pythagoricos. qui licet sub vno duce Pythagora militauerint, tamen inter se etiam in opinione principis diuersa sensere. nam alij penitus de anima idem senserunt, quod & Democ. quia eā esse atomos sphęricas, quæ in aere sunt, dicunt. Alij non atomos ipsas, sed vim, quæ has atomos mouet. Inquit, videtur autem & à Pythagoricis dictum eandem habere intelligentiam, quā supple & Democ. habuerunt. Dixerunt.n.quidam ipsorū animam esse, quæ sunt in aere decisiones, & ita putarunt ipsa xysmata esse animam, quæ & ramenta dici possunt, & isti cum Democriticis cōueniunt. Qui vero sint isti, Them. se nullibi legisse asserit. Alij autem dixerūt animam esse, quæ has decisiones mouet, & ita volunt esse vim motricem atomorum. huius opinionis fuisse Archelaū Socra. doctorem expositor inquit. Quo vero ad verba attinet verbum § rationem § græce est diaoneam, quam & sentētiam & intelligentiam alij interpretātur. Ego rationem, quia dianoea vt Them. inq̃t in libris de memoria, nil aliud est nisi intellectus cum imaginatione coniunctus, quare proprie ratio dicitur, sed quouis modo exponatur, ad rem non refert.

Qua The. — Archelaus doctor Socra. — Ratio dianoea.

ARGYR. *Propterea quòd continue moueri videntur, etiam si nullus ventus penitus afflet.*

Tex.22. De his autem dictum est propter id quod continue videntur moueri: & si sit tranquillitas nimia.

COMMENTARIVM.

ASSIGNAT causam cur anima est, aut vis quæ ipsas mouet, & ait hoc esse, quia atomi continue videntur moueri, nihil autem continue mouetur nisi anima, aut quod ab anima mouetur, quare cū atomi continue moueantur, erunt aut anima aut ab anima motæ. Inquit, de his autem dictum est ita esse quia xysmata ipsa continue moueri videntur, & si sit tranquillitas nimia ac nullus ventus penitus afflet. Quo vero ad verba attinet tranquillitas differt à serenitate quia serenitati opponitur pluuiatilis dispositio, tranquillitati autem ventorum afflatus, est.n. serenitas priuatio pluuiarum & nubium, tranquillitas vero ventorum. Verbum autem § nimia § græce est panteles, proprie panteles idem est q̃ omnimoda, vel perfecta.

De verbis. — Panteles nimia

ARGYR. *Eodem feruntur & ij qui dicunt animam id esse quod seipsum agitat motu. Etenim omnes ij motum videntur putasse maxime proprium esse animæ, & alia quidem vniuersa per animam, hanc autem à seipsa moueri, quia nihil videbant mouere, quod non moueatur & ipsum.*

Tex.22. In idem autem feruntur & quicunque dicunt animam esse quid seipsum mouēs. Videntur enim omnes ij existimasse motum maxime proprium esse animæ, & alia quidem omnia moueri propter animam: ipsam autem à seipsa. Propterea quia nihil videtur mouēs, quod non moueatur & ipsum.

COMMENTARIVM.

NVNC Plat. positionem narrat, & reducit illā ad democriticorū ac pythag. opinionē. nā Plato aīam ait esse id, qđ seipsum mouet. Sed q̃a Pla. opinio differt valde ab opinionibus istorū. nā isti aīam esse atomos sphæricas, vel vim motricem harum atomorum dixerunt. Plato autem neq; atomos sphæricas animam dicit, neq; vim taliū atomorum motricē, sed substātiam quæ seipsam mouet, ideo assignat causam quare Plato in idem venit, & si differat ab his. & ait pro tanto Plato. in idem reduci: quatenus voluit motum esse animæ peculiarissimum, & alia quidē omnia moueri ab anima, ipsam autem non moueri nisi à seipsa, conuenit.n. Plato in illo vniuersali fundamento q̃ nihil mouet, quod non moueatur & ipsum. Quare Plato in idē fertur non simpliciter & secundum speciem, quia anima quā Plato ponit differt specie ab animalibus, quas cæteri ponunt, inquātum quidem Plato nō atomos nec vim harum motricem dicit, sed substantiam, quę mouet corpus ait animam esse, conuenit autem in idem secundum genus. quia animam id esse arbitratur, quod mouet corpus, & nonnisi ab ipsamet mouetur vt isti dixerunt. Quare recte Simpl. Arist. ait reduxisse Plat. positionem ad horū sententiā: non quidem in specie, sed in genere. Quā expositionem Auer. sequitur, cum dicit, & innuit Plato. quia omnes ij in hoc conueniunt: q̃ motus est proprius animæ, & sic oēs conueniunt in mō ponendi, & in fundamentis ipsis, differunt autem in quid est, vt dicit Auer. hoc est in positione ipsa: nam quidam eorum putant eam esse corpuscula indiuisibilia, videlicet, aut ignem, aut aliquod igneum. Quidā vero atomos, vel id quod atomos mouet. Quare Auer. vult omnes hos cōuenire in modo ratione q; ponendi: differre vero in positione ipsa.

ARGYR. *Similiter & Anaxagoras id quod mouet, animam esse dicit: & si quis alius censuit vniuersum mentem mouisse.*

Tex.23. Similiter autem & Anaxagoras animā dicit esse mouentem: & si aliquis alius dixit quod omne mouet intellectus.

COMMENTARIVM.

TRANSIT nunc ad opinionem Anaxagorę, & aliorum: qui mentē dixerunt mouisse vniuersum: tam.n. Anaxagoras q̃ hi qui mentem mouisse vniuersum aiunt, voluerunt animam esse fontem & initium motus. Inquit, similiter autem & Anaxagoras animam esse mouētem dicit: & si quis alius dixit q̃ intellectus mouet omne. q.d. nō tātum Anaxagoras animā arbitratur mouētem esse: sed quicunque dicit mentem mouisse omne etiam prædicat animam esse mouentem. Quo vero ad verba attinet, Anaxagoras per omne quod gręce πᾶν, pan: intelligit chaos, seu miscellam illam in qua esse ait quodlibet: vt Arist. narrat primo auscultationis physicæ.

Omne Pan.

ARGYR. *Non tamen perinde penitus atque Democritus. Is.n. animam & intellectum simpliciter idem esse putauit. Et.n. id quod videt, verum esse dicebat. Quocirca recte dixisse inquit Homerum: Hectora iacere alia sapiētem. Non igitur vt potentia quadam circa veritatem, vtitur mente ac intellectu, sed idem esse animam dicit & intellectum.*

Tex.23. Non tamen penitus sicut Democritus. Ille quidem .n. dicit simpliciter idem esse animam & intellectum. Verum.n. esse quod videtur. Vnde bene facere Homerum q̃ Hector iacet aliud sapiens, non itaq; vtitur intellectu tanq̃ potētia quadam circa veritatem, sed idē dicit animam & intellectum.

COMMENTARIVM.

QVIA inter Anaxagoram & Demo. collegerat quandam conueniētiam, nunc differētiam inter illos explanat. Et primo declarat quatenus Democ. voluit mētem & animam idem esse: & per animā intelligebat sensum, vel sensitiuam animam. Mouebatur quia verum quod est obiectū intellectus, & apparens, quod est obiectum sensus, idem sunt. Ergo mens & sensus siue anima sensitiua idem erit. Quod autem verum & apparens idem sit auctoritate Homeri,

meri comprobabat, qui quodam versu dixit idem esse sentire, quod est operatio animæ, & sapere: quę est operatio mentis. Inquit.n. ὡς ἕκτορ κῆτ' ἀλλοφρονέων. i. Hector iacet aliud sapiens, quia victus aliud sentit, & inuictus aliud etiam sentit & sic voluit Homerus sapere esse idem quod sentire, non.n.dixisset Hectorem esse aliud quippiã sapientem nisi idem sapere & sentire putasset. Quod si sapere & sentire est idem, verum & apparens idem erit, ergo mens & sensus idem, & per consequens mens & anima idem. Et propterea Arist. cõcludit, non itaq; vtitur intellectu tanq̃ potentia quadam circa veritatem & sensu circa ipsum apparens, sed idem dicit animam & intellectum. Animaduertendum Homerum ẽm licentiam poeticam, vt inquit Simpl. vti verbis indifferenter. Democ. autẽ quæ de licentia ille dixit, vt vere dicta accepit. nam ex verbis Homeri sumpsit sapere & sentire idẽ esse, & ita mentem: quia anima sapit: & sensum, quo sentit, idem ẽt, & verum & apparens etiã idem. Cætera alia q̃ ad Democ. opinionẽ sequuntur, alibi diximus. Quo vero ad verba attinet, mentẽ Ari. appellat νοῦν, nun; quem & intellectum, & aĩum latine interpretantur, animã appellat ψυχὴν, psychen, est autẽ mẽs, siue animus siue intellectus anima ẽm Democ. ẽm vero Arist. animæ pars. Quid vero aĩa sit, suo loco dicetur. At nunc ẽm Democ. per animam nonnisi sensitiuam intelligas, & non oẽm, sed quæ est animalis est spirantium, nam hac animam spirabant atomos attrahendo, vt eorum vita continuaretur, ab hac anima Demo. mentẽ nõ distinguit. Motus pluribus rationibus potisimum auctoritate Homeri, qui illo versiculo, Hector iacet aliud sapiens, non distinguit iter sentire, & sapere. Quare sensitiua anima, qua sentimus: & mens qua sapere, dicimur, idem est. Præterea verum & apparens idem esse sumit. Verum autem est mentis obiectum. apparẽs est obiectũ sensus, quare ipsa mens, & sensus idẽ est. Hæc Democ. de anima, & de ipsa mente.

Quæ Simpl. de Homero et Democrito.

Mens
Nun
Anima
Psyche
Quæ Democr. de anima et de intellectu.

ARGYR.

Anaxagoras autem minus de ipsis explanat, multis.n. in locis boni rectiq; mentem causam esse dicit. Alibi autem, animam ipsam mentem esse asscrit. nam animalibus vniuersis, tam paruis quam magnis, tam præstabilibus quam minus etiam præstabilibus mentem inesse dicit.

Tex.24.
Quod bene & recte est vel bene et recte agẽdi.
Inesse animæ est animam.

Anaxagoras autẽ minus de ipsis certificat. Multoties quidem.n. causam eius, quod bene & recte est, dicit esse intellectum. Alibi autem intellectum hunc inesse animæ. In omnibus.n. ipsum ineẽ animalibus & magnis & paruis, & honorabilibus, & inhonorabilibus.

COMMENTARIVM.

NVNC 2. declarat non clarum esse quid voluerit de anima & intellectu Anaxagoras, nam aliquãdo intellectũ ab anima separat, dum ait mentem esse cãm bene recteq; agendi, aĩa.n. non semp recte agendi causa est: intellectus vero vt intellectus semper agendi bene causa est. Ratio nanq; semper deprecatur ad optima, vt in ethicis dicitur, sensus non semper. Alibi mentẽ indicat esse animam cum omnibus animalibus & magnis, & paruis, & perfectis & imperfectis mentem inesse affirmet. nam cum intellectus omnibus animalibus inest, & anima etiam: sequitur animam esse intellectum. Quare videtur contraria de his dicere ipse. Quo vero ad verba attinet, verbum § agendi § est additũ propter sensus explanationẽ. Simpl. non agendi, sed cognoscendi suppleuit. Sed cũ actio recta sine cognitione non sit, quasi idem est agendi & cognoscẽdi verbum supplere.

De verbis.

ARGYR.

At ea mens tamen & intellectus cui prudentia tribuitur, non vniuersis similiter animalibus, quinetiam neq; cunctis hominibus inesse videtur.

Tex.24.

Non videtur autem secundum prudentiã dictus intellectus omnibus similiter animalibus inesse, sed neq; omnibus hominibus.

COMMENTARIVM.

REPREHENDIT eam Anaxagore partem, in qua dixit intellectum & animam idem esse, ex eo quia aĩa cunctis animalibus inesse videtur. Intellectus aũt nec omnibus animalibus, nec oĩbus hominibus. ergo intellectus nõ est anima. Auer. per intellectum qui est ẽm prudentiam intelligit intellectum, qui est animæ rationalis pars. Hic .n. dicitur ẽm prudentiam quæ est recta ratio agẽdi, ad differentiam eius intellectus, qui dicitur phantasticus, alio verbo phantasia: seu opinatiuus intellectus, quasi ergo Arist. dicat, vt Auer. innuit intellectũ talem nec omnibus animalibus, nec omnibus hominibus inesse. Quæ expositio non placet, nam omnibus hominibus inest rõnalis anima, est.n. homo animal rationale, & ita cũctis hominibus rationalis anima inest, ergo cunctis hominibus inerit intellectus. Simpl. autem inquit, non in omnibus igitur hominibus non vt non habentibus intellectualem substantiã, (vna.n. omnes potentias est habens anima,) sed vt non vtentibus ipsa. Vult dicere omnes homines habere intellectum ẽm habitum, non tamen actu omnes illo vtuntur. Sed hæc expositio mihi etiam nõ placet, quia tũc nihil haberet Arist. contra Anax. solum.n. habere intellectum qui est actu vtens spoliatione, nõ omnibus inesse animalibus, nec omnibus hominibus: quod nemo est qui dubitat. Videtur ergo mihi saluo meliori iudicio Arist. esse locutum per verbum § videtur. § Modo sic loquendo verum ait, nam intellectus qui dicitur ẽm prudentiam. i. qui dicitur rationalis animæ pars: nec omnibus animalibus ineẽ videtur: nec omnibus hominibus. Verũ animalibus nec inest, nec inesse videtur, hominibus autem omnibus inest ẽm rei veritatem, nõ tamen omnibus inesse videtur. quare per intellectum hic qui dictus est secũdum prudentiam: intelligit intellectum, qui est animæ rationalis pars, ad differẽtiam eius intellectus, qui est secundum phantasiã. nam hic nullis inest animalibus nullisq; videtur inesse, hominibus autem omnibus inest, non omnibus autẽ videtur inesse. Fortasse dixit nec omnibus hominibus: quia non pygmæis: qui homines sunt, late accipiendo hominem.

Quæ Auer. Com.24.

Confutatio.

Quæ Simpl.

Confutatio.

Expositio propria.

ARGYR.

Omnes igitur ij qui ad animantis respexere motum maxime motiuum animam esse putarunt.

Tex.25.

Quicunque igitur in moueri animatum respexerũt hi quidem maxime motiuum opinati sunt animã esse.

COMMENTARIVM.

EPILOGANDO cõcludit id in quo omnes philosophi, qui per motum animam nacti sunt, conuenerunt, & inquit. § Quicunque igitur in ipso moueri animatum aspexerunt, hi quidem maxime motiuum opinati sunt animam esse. § & quia anima est id quod maxime est motiuũ, oẽs dixerunt eam seipsam mouendo cætera, mouere. Fuerunt autem hi Democritus, Pythagorici, Anaxagoras, & Plato: vt dictum est.

ARGYR.

At qui cognitionem animaduerterunt ipsius, ac sensum quibus res cognoscit & sentit, ij dicunt animam ipsam principia rerum esse, At qui plura principia faciunt, hæc ipsa, qui vero vnum, idipsum animam esse censent.

Tex.25.

Quicunque aũt ad id q̃ cognoscit, & sentit ea quæ sunt: Isti dicunt animam esse principia, Alij, quidem facientes plura principia hæc. Alij vero vnum hoc.

COMMENTARIVM.

VT dictum est, diductio sectarum facta veteribus in duo est: alij.n. per motum, alij per sensum seu cognitionẽ animæ definitionem nacti sunt. Cum igitur dictum est de ea secta quæ per motum aĩæ definitionem colligit, transit ad eam, quæ per cognitionem, illam nãciscitur. Omnibus autem huius sectæ, vt Simpl. inquit, est cõe, simili semper cognosci simile putare. nec huius aliquã causam assignarũt, nisi veritate compulsi hoc dixerũt. Hinc cõcluserunt, animam vt omnium rerum cognoscitiuam assimilari oĩbus rebus, quas cognoscit. Et quia non distinxerunt inter similitudinem realem, & intẽtionalem, arbitrati sunt animam omnibus rebus assimilari secundũ rem, quatenus ex illis cõstat ẽm rem: & nõ secundum intentionem, verum quia res quas cognoscit sunt infinitæ, ex infinitis autẽ nihil cõstat, in re anima ex illis rebus nõ constabit, nisi quatenus ex illarum rerũ principijs cõstat. Propterea omnes dixe-

Declaratio fundamenti sectæ.

dixerunt aiam ex rerum principijs cõstare. Et huius causa etiam est, quia anima si cõstat ex principijs, nõ solum principia cognoscere poterit, sed quæ sunt ex ipsis principijs, vt addunt Them. & Simpl. Vnde quot principia alicui videbatur, ex totidem cõstare animam probabat, nam si vnũ esse rerum omnium principium videbatur alicui, is aiam ex illo vno cõstare fatebat. Sin aũt plura oĩum rerũ principia, eidẽ aiam ex illis pluribus constare ẽt, anima.n. cũ ex principijs cõstat: tum ipsa principia: tũ ea, quæ de principijs nascuntur: potest cognoscere. Inquit quicũq; autem ad cognoscere & ad sentire ea quæ sunt, respexerunt supple, isti dicũt animam esse principia § ea quæ sunt § græce hoc est, ὄντων: onton, quod nos trãstulimus rerum, & tantum intellige. s. naturalium, nam res naturales aĩa cognoscit per simile. dixerunt autem isti animam nõ esse res ipsas naturales quas cognoscit, quoniam sunt infinitæ, & nihil ex infinitis cõstat. Propterea aiam eẽ principia rerum naturalium arbitrati sunt, nam dum cognoscit principia, ea etiam quę ex illis sunt cognoscet. Addit, alij quidem facientes hæc principia plura, alij vero hoc principium facientes vnũ. & vnus sensus est ꝙ tam qui plura principia, q̃ qui vnum principium faciũt hoc dixerũt. Alius sensus est, vt in nostris trãslationibus apparet, nã qui plura principia faciũt, hæc ipsa sup. aiam esse dicunt, qui vero vnum principium oĩum rerum faciũt: hoc ipsum sup. animam esse cẽsent. verbum.n. § aiam esse cẽsetur § suppletum est sensui græco. Trãslationibus autem Auer. nullatenus fidem adhibeas, sic.n. iacẽt; § quidam igitur eorum ponebant ista principia plura vno. Quidam autem ponebãt vnam. § Vbi Auer. laborat in exponendo, asserẽs esse commune oĩbus ponere animam pro numero principiorum, nam qui plura facit principia: plures aĩas facit eiusdem animalis, & qui vnum, vnam efficit eiusdem aĩalis animam. Inqt Arist. huius regulæ in prima parte textus tetigisse antecedẽs, videlicet, cum ait quidam plura principia vno dixerũt, & reliquit pñs, videlicet, ꝙ plures sint vnius aĩalis aĩæ. In secũda parte textus posuit pñs, videlicet, cum ait, quidam alij vnam aĩam faciũt & tacuit antecedẽs, quoniam non dixit hos fecisse plura principia. Hæc Auer. & male, quia nec textus sic iacet, nec verũ est quod dicit, nemo.n. dicit animas esse pro numero principiorum, vt videbitur.

Quæ Auer. *Cõmen. 25.* *Error Auer.*

ARGYR. *Empedocles.n. ex elementis quidem vniuersis ipsam constare censet, tamen & vnumquodque istorum animam esse putat. Dicit enim.*

Terram nam terra limpha cognoscimus vndam:
Aetheraq; ethere, sane ignis dignoscitur igne,
Sic & amore amor, ac tristi discordia lite:

Tex. 25. Sicut Empedocles quidem ex elementis omnibus: & vnumquodque eorum esse animam; ita dicens. Terra quidem enim terram cognoscimus: aqua autem aquam. Aethere autem æthera diuum. Sed igne ignem manifestum est. Concordia autem concordiã: discordiam autem discordia tristi.

COMMENTARIVM.

DIXIT eos qui via cognitionis processerũt ad definitionem animę voluerũt principia esse animam, & ea ratione, qua principia posuerũt: ea ratione illa esse animam dixerunt, nam qui plura posuerunt, hęc plura voluerũt eẽ animam. qui vero vnum hoc vnum animam effecerũt. At nũc ostendit ita esse, & narrat opinionem Empe. ita dicẽtis, & inquit, sicut Emped. quidem ex elemẽtis omnibus aiam sup. constituit, & vnumquodq; eorum esse animam sup. est opinatus. Sed occurres ergo vna aĩa est sex animæ. nam ex his sex cõstruit vnam animam, & vnũquodq; horum vult esse animam: ergo vnam animã facit sex animas. Innuit Simpl. sol. ita. d. sed & quodlibet principium cognoscitiuum existẽs similis: cognoscitiuum.n. cuiusq; aiam esse, quasi dicat ꝙ anima est ex sex principijs vna anima animalis, sed vnumquodq; illorum est aĩa: quatenus ꝑ ipsam cognoscimus vnumquodq; illorum, nõ ꝙ anima sit vnumquodq; illorum seorsum, sed est vnumqdq; illorum, quatenus est oĩa illa simul. Deinde narrat carmen Empe. ita ad verbum trãslatum. Terra quidem.n. terram cognoscimus, supple quatenus anima est terra. Aqua autem nos cognoscimus aquam, quatenus aĩa est aqua. Aethere hoc est aere cognoscimus viuum æthera quatenus anima est aer. Sed igne ignem manifestum est sup. nos cognoscere. quatenus anima est ignis. Cõcordia autem manifestũ est nos cõcordiam cognoscere, quia anima est cõcordia. Discordiam autem manifestum est tristi discordia cognoscere, quia anima est discordia, quare cum anima sit oĩa hæc, & ex omnibus his, hæc cognoscimus, quæ sunt omniũ rerum naturaliũ principia, & consequẽter cognoscimus res naturales, quæ nascũtur ex his principijs. Et sic patet opinio Emped. & quo modo qui ponit plura principia illa esse animam arbitretur. Quo vero ad verba attinet, verbum § diuum § quod græce est δῖον, & verbum § tristi: § quod græce est λυγρῷ: Addita: sunt aut metrice pro carminis complemẽto aut vt epitheta, nam aeris epitheton est diuum apud antiquos & discordiæ est triste. est enim aer diuus, & discordia est tristis. Hæc de opinione Emped.

Dubitatio. *Solutio. Simplic.* *Verborum consideratio.*

Eodem & Plato modo: animam in Timæo ex elementis constare censet. Simili nanq; eius quoq; sentẽtia cognoscitur simile, & res ipsæ ex principijs sunt. ARGYR.

Tex. 26. Eodem autem modo & Plato in Timæo animam ex elementis facit. Cognosci.n. simile simili. Res autem ex principijs esse.

COMMENTARIVM.

NVNC narrat opinionem Platonis de anima, qui etiã cognitionis eius definitionem nactus est. Hic.n. voluit animam ex elementis, quæ sunt rerum principia cõstare. Mouebatur autem Plato communi philosophorum cõsensu, videlicet, ꝙ simile simili cognoscitur. cũ igitur anima cognoscat principia rerum oportet ex illis ipsam cõstare. Tũ vt ipsa rerum principia cognoscat, Tum etiã vt res ipsas, quarum illa sunt principia, per illa met principia cognita deprehendat, nam cum res sint infinitæ, nisi principijs finitis cognoscãtur, illas cognoscere nõ potest, & hoc inquit, eodem autem modo & Plato in Timæo animam ex elemẽtis facit, cognosci.n. sup. ait simili simile, quo argumẽto ipsam ex principijs siue rerum elemẽtis cõstare asserit, vt illa rerum principia cognoscit. Res autem etiã dicit ex principijs esse sup. illis, quibus anima constat, nam sic cognitis illis principijs, quibus illa cõstat, mox omnes res, quæ de illis principijs nascũtur, cognoscentur.

Digressio. Sed plurima hic declarãda omittunt, quorum primum est: quæ sint hæc elemẽta, siue principia, è quibus anima ipsa cõstat. vt cognoscat rerum principia, & ipsas res, quæ de illis emergunt.

Quæ The. & Simpl. Dicendum vt Them. innuit, & Simpl. hæc siue elemẽta siue principia, esse duo, quorum alterum dicitur indiuisibile, siue immateriale, siue incorporeum. Alterum autem dicitur diuisibile, siue corporeum. Aut sub alijs verbis, alterum principiorum dicitur apud Plat. in Timæo idem. Alterum vero dicitur diuersum. Ex his.n. duobus siue elemẽtis. siue principijs cõstat anima rationalis, quasi media horum. Vlterius quæres quomodo hæc sunt omnium rerum elemẽta, vel principia. Respõdetur, vt Simpl. innuit, alterum eorum sensibilem naturam, alterum intelligibilẽ designare, nam identitate siue indiuisibilitate cõstat tota natura intelligibil. diuersitate vero cõstat tota natura sensibil. Hoc Them. egregie exponit, nam mens, quæ est intelligibilis natura, immaterialis est, indiuidua, ac semper eadem, nullatenusq; diuersa. Quare tota intelligibilis natura constat identitate; sensibilis ꝙ constet diuersitate, facile exponit Them. quia primæ qualitates humor, videlicet, & siccitas, & id genus circa corpora quidem diuiduæ nõ vidẽtur, sed circa materiam. Potẽtia vero naturalis diuidua est circa corpora, nam hæc nõ vtitur nuda materia, sed elemẽtis, & corpore sensibalis pars diuidua ẽ, similiter & irascibilis, nam circa corpora diuiduæ vidẽtur, vtũtur.n. corporibus. & hoc non tãtum verum est de his potentijs quæ brutæ & irrationales sunt, sed de his, quæ rationi pariũt. oẽs.n. circa corpora diuisibiles sunt. Quare tota sensibilis natura constat diuersitate, vel diuisibilitate cum alia circa materiam, alia

2. Dubitatio. Quæ Simpl. & Them. *Quæ Them.*

3. Dubitatio. alia circa corpora sint diuisibilia. Vlterius quæ res quonam modo rationalis aïa constet hac duplici natura? Re-

Qua Them. spõdetur vt Them. innuit, rationale aïam hac duplici constare natura, nõ quidem constãtia compositionis, quali mista cõstant ex elementis, & elementum constat materia & forma, sed cõstantia mediationis quali mediũ, vt tepidum, constat extremis calido, videlicet, & frigido, & rubrum albo atque nigro. Nam rationabilis aïę natura minor est intellectu atque mẽte, maior vero q̃ irrationabiles potẽtiæ. habet autem cum vtroq; cognationem, cum rationabilis

4. Dubitatio. aïa sit, tum intellectualis, tum sensualis. Vlterius queres, quomodo aïa rõnabilis sic media cũcta cognoscitur? Re-

Qua Them. spondetur, vt Them. innuit, aïam ipsam quatenus idẽtitatę participat, cognoscere ea quæ posuit constare identitate, videlicet, itellectualia. quo vero cõstat diuersitate, cognoscere materialia, quę vocat diuersa. Pręterea, vt Them. inquit alio modo aïa cognoscit omnia, quia quando colligit genera & species tunc repreſentãtur sibi eadem: siue identitas. cum vero colligit differẽtias, propria, & species, repsentatur sibi diuersum. quare cognoscit idem, & diuersum. & quoniam omnia constant his, igitur rationabilis anima omnia cognoscit. hoc itaq; modo aïa constat elemẽtis siue rerum principijs secũdum Timæum, vt Them. exponit.

Qua Them. Vlterius quæres quæ aïa hæc est, quæ cõstat eodem & diuerso? Respõdetur, vt Them. innuit de intẽtione Timæi hãc animam esse mũdi. Hæc. n. media est deorum, & materialium, estq; mortalium creatrix, & à secũdis dijs producta, de qua postea dicemus. Hãc Timæus credidit esse hominis animam rationabilem, & animam mundi, vt in lib. de intellectu diximus. Quod quomodo sit, alibi dictum est: & postea dicetur fortasse. Hæc ex Timæo de intentione Platonis.

ARGYR. *Similiter determinatum est ab eodem & in hisce quæ de philosophia dicũtur, animal quidem ipsum ex ipsius vnius idæa formaue, & ex longitudine prima & latitudine profunditateue constare, cætera vero simili modo.*

Tex. 26. Similiter autem & in his quę de philosophia sunt dicta determinatum est, ipsum quidem animal ex ipsius vnius idæa, & ex prima longitudine, & latitudine & altitudine, alia autem simili modo.

COMMENTARIVM.

NVNC per aliud Pla. dictum iterum declarat animã constare ex elemẽtis siue principijs rerum. Sunt autem rerum siue elementa siue principia, vt alibi tradit Plato, vnũ siue idem & diuersum, quod est dualitas, trinitas, & quatrinitas. Ex ijs constare animal ait, & cætera omnia, quo dicit animal ijs cõstare, animam quę intelligitur per animal, dicit ex elemẽtis hisce confici. quo vero dicit cætera alia etiam ijs constare, innuit Plato animã per hæc cognoscere omnia, nam quo ipsa constat his similibus, quibus cætera constant, ipsa cætera cognoscit, & per similitudinem, qua constat.

Declaratio verborum. Quo vero ad verba attinet, debes scire per idæã vnius prima facie Pla. intellexisse idẽtitatem, qua constant intellectualia per primam dualitatem & cæteras alias intellexit diuersitatem, qua cõstant sensibilia. animal ergo ipsum cõstat his duobus, & cætera alia, his duobus nõ tamen simul, quia intellectualia cõstant idẽtitate, quæ dicitur idea vnius, sensibilia cõstãt diuersitate, quæ dicitur prima dualitas, & prima trinitas, & prima quatrinitas. animal autem his duobus cõstat simul, nõ quidem cõstantia compositionis, sed cõstantia mediationis, quare anima quæ intelligi-

Alia declarõ. tur hic per animal, iuxta Plat. decretum in Alcibiade, vbi hominem appellat animã, omnia cognoscit. nam idẽtitate cognoscit intellectualia, diuersitate cognoscit sensibilia. per {philosophiã} Simpl. intelligit librum de bono: quem

Digressio Sim. Plato cõposuit. In eo lib. Pythagoricas memorat & Platonicas opiniones de entibus. Simplicius hic digreditur circa positionem Platonis, & ait Arist. semper fuisse consuetum narrare, apparens de opinionibus antiquorum, & redarguere nomina, quæ secũdum multorum cõsuetudinẽ excipere cõsueuisset, sed nõ realem virorum destruere veritatem, ꝓpterea enititur exponere mẽtem Plat. quam & Them. etiam prius exposuit, quam rem postea boni expositores nostri satis egregie exposuerũt. Verum cũ hæc parũ veritati proficiãt, bona frõte prætermisimus, maxime cum copiose ita dicãt, vt nihil supra addendum sit. Præterea vt Auer. ait, difficiles sunt opiniones veterum, q̃m apud nos sunt ignotæ. Animaduerte tamen Timæum inter vnitatẽ

Qua Timæus. & punctum nullam fecisse differẽtiam, quo fit, vt idæa vnitatis, eadem sit: & puncti: nec inter lineam & primã dualitatem nec inter superficiem & primam trinitatẽ, nec inter solidum siue corpus & primam quaternitatem differẽtiam aliquam posuerũt. quare nec inter harũ rerum ideas. Cum igitur animal his cõstet quibus cæteræ res constare videtur: proculdubio anima, quæ intelligitur per animal, etiam his constat. quare hęc cognoscere videtur, & his mediantibus cæteras res, quæ de his proficiscuntur. Quo vero modo animal, & cæterę res ex hisce cõstant, Simpl. & Them. & iuniores exposuerunt, quam rem vt diximus, bonis rationibus pretermisimus.

ARGYR. *Insuper & alio pacto, intellectum quidem esse vnum ipsum, ipsa vero duo, sciẽtiam. est. n. ipsa, tantum ad vnũ processio, superficiei præterea numerum, opinionem, solidi vero sensum. nam numeri quidem, formæ ipsæ & principia dicebantur. sunt autem ex elementis. Res vero, partim intellectu, partim scientia; partim opinione, partim sensu dijudicãtur, ac discernuntur, atq; hi numeri formæ sunt rerum.*

Tex. 27. Adhuc autem & aliter, intellectum quidem vnum, scientiam autem duo. Singulariter enim ad vnum est, plani autem numerum, opinionem, sensum vero eum, qui solidi. Hi quidẽ enim numeri, species ipsæ, & principia entium dicebantur, sunt autem ex elementis. Iudicantur autem res aliæ quidem intellectu, aliæ vero scientia, aliæ autem opinione, aliæ vero sensu. Species autem numeri hi rerum.

COMMENTARIVM.

COEPIT probare animam ex elementis siue principijs rerum constare de mente Plato. vt videlicet cũcta cognosceret, & probauit ita esse duabus Pla. auctoritatibus, vt ex Timæo, vbi dictum est ipsam cõstare ex eodem & diuerso, quæ sunt rerum principia & ex lib. de bono, vbi oñsum est animal ipsum esse ex idæa vnitatis, & dualitatis, & trinitatis, & quaternitatis, quemadmodum & cæteræ res. at nunc. 3. ostẽdit de mente Plato. animã constare ex principijs, quia cõstat ex numeris, quæ sunt rerũ formæ, & principia. Ex quo vero lib. hoc Aristo. collegerit, nõ explicat. probat autẽ solum aïam constare ex numeris, q̃m constat suis potẽtijs, quę numeris cõstant, vel suis operationibus, quæ numeris describũtur, nam intellectus qui est aut aïæ potẽtia, aut operatio: vnum quid est. Siquidem intellectu dignitas cognoscitur, & nullo alio, sciẽtia quæ est animæ, aut potẽtia, aut operatio, ad duo refertur. nam (vt The. inquit) scientia à prima dualitate est. procedit. n. ab vno ad vnum, quia à sumptionibus sup. virtute vnius medij ad vnã conclusionem. opinio quę est animę, aut potentia, aut operatio, à prima trinitate. qui numerus ad planam figurã refertur. nam opinionis est ex propositionibus vtrunq; verum falsumue concludere. propositiones autẽ vnum quid sunt virtute medij, sensus qui est animæ. aut vis, aut operatio, à quaternario primo numero ortũ habet à quo prima idæa solidi corporis emanabat, circa q̃d sensus nostri versantur. Inquit: {adhuc autem & aliter} sup. animã ex principijs rerum cõstare dicit. nam sup. ait intellectũ esse ipsum vnum. {Scientiam autem ipsa duo.} singulariter. n. est ad vnũ sup. ab vno, quia à sumptionibus virtute medij ad vnã cõclusionem. Plani autem numerum ad opinionem sup. esse dicũt aliter legi potest & magis ad verba græca sic. In plani autem numerum opinionem, sup. referunt. Platonici. n. opinionem ipsam retulerũt in numerum plani, qui trinitas ipsa est, quia (vt dixit The.) opinio est à propositionibus ad duplicem cõclusionem, veram falsamue. sensum vero sup. dicunt esse eum sup. numerum, qui est firmi siue corpo-

corporis.i.quaternarius vel iuxta sensum grecum,lege sic, sensum vero in eũ numerum qui est firmi,sup. retulerunt. nam sensus nostri sunt in corporeis organis,& nõnisi corporearũ rerum perceptiui. ecce quo mõ operationes siue potẽtiæ ab ipsis numeris proficiscũtur.sunt.n.intellectus, opinio,sciẽtia,& sensus aïæ,siue potẽtię,siue operationes, quare & aïa ipsa videtur ijs met numeris constare. Aïaduertendum,vt ex Simpl. colligi potest, diuisionem entis fieri,quia aliud est cognoscitiuũ,aliud cognoscibile. Cognoscitiua quidem est anima ipsa,& potentiæ siue animæ operationes,vt intellectus,scĩa,opinio,& sensus.oẽs.n.hæ siue operationes, siue potẽtiæ ex parte cognoscitiuorum entium sunt,cognoscibilia entia sunt intelligibiles res,sci biles,opinabiles,atq; sensibiles.quæ his siue potentijs siue operationibus animæ cognoscũtur.Declarauit igĩt Arist. aïam,& cũcta cognoscitiua constare numeris. Subiungit nũc Arist.cognoscibilia etiã numeris cõstare.vt oñdat inter cognoscitiua,& cognoscibilia similitudinẽ, & hoc, vt ait Simpl.vt oñdat simile simili cognosci ẽt ẽm hos viros, & inqt.Hi quidẽ.n.numeri:sunt spẽs siue formę ipẽ entiũ: q̃ cognoscunt, & principia entiũ, q̃ cognoscũtur dicebantur à Platonicis,tñ eiusmodi numeri,q̃ sunt rerũ cognoscibiliũ formę,& principia, sunt ex eñtis,vt Simpl. supplet, q̃a ex ipo vno & dualitate,trinitate,& quaternitate.quare numeri eiusmodi sunt rerũ elemẽta, & adhuc ex elemẽtis prioribus.siue idæis elemẽtorum,quibus vult habere tam cognoscibilia q̃ cognoscitiua esse similia,quia cõstãt similibus formis ac elemẽtis. quare anima cognoscit per simile: cognoscit.n.cognoscibilia mediantibus cognoscitiuis potẽtijs,mõ tam potẽtiæ q̃ res cognoscibiles cõstant similibus principijs,& hoc subscribit.d. Iudicãtur autẽ res ab ipsa anima mediãtibus cognoscitiuis potentijs. aliæ quidem intellectu,aliæ vero sciẽtia,alię autem opinione,alię autem sensu.numeri vero sup. quibus hæ potẽtiæ cognoscitiuæ cõstant, sunt etiam rerũ quæ cognoscũtur, & sup. elemẽta;& principia.ergo anima ipsa res cognoscit simili.quare oportet eam cõstare ex rerum elemẽtis,vt simili eas cognoscat.Quo vero ad verba attinet verba illa §iudicãtur autem§in antiquis trãslationibus nõ aduersatiue leguntur,sed quasi vt redditiua causæ hoc modo,§iudicãtur enim§& mihi placet.quia reddere videtur causam per illa verba, quare inter cognoscitiua & cognoscibilia est similitudo,& hoc pacto Simpl.legere videtur. Auer.aũt hunc locum aliter intelligit.solum.n.ad res ipsas cognoscibiles respexit,& nõ ad potentias cognoscitiuas,nam per intellectum nõ potentiam animæ intelligit,sed propositiones primas:quæ sunt prima principia per sciam intelligit,con clusionem ipsam.per opinionem siue estimationem intelligit problema quod potest esse ad vtrunque. per sensum vero intelligit corpus sensibile,& sic hæc ad res ipsas retulit,non autem ad potentias cognoscitiuas rerum, & tunc Auer.syllogizat animam cõstare ex numeris,qui sunt elemẽta rerum,siue rerum principia sint, cognoscibilia constãt numeris,vt intellectus,scientia,opinio,& sensus.ergo anima cognoscens,constabit numeris, aliter anima simili nõ cognoscet simile. Laborat autem Them.exponere opinionem Pla.tu vero si cupis illam intelligere lege ipsum, nobis autẽ satis sit, ex Plato auctoritatibus habere q̃ anima ipsa constat ex elemẽtis atq; principijs rerum:licet nõ eodem modo dicat,nec sibi Plato in his auctoritatibus similis est. nam licet vbiq; animã constare dicat ex elementis rerum,tamen in Timæo ait illam cõstare ex eodem & diuerso.in libro de bono ait illam cõstare ex idæis.in alijs libris,quos Arist.nõ cõmemorat, ait eam constare ex numeris.Plato igĩt non vbiq; similis est sibi,cum de ipsis elemẽtis rerum nõ eodẽ modo dicat.est tñ sibi similis vbiq;, quo,vbiq;, asserit animam elementis rerum constare.

Quæ Simpl.

Quæ Auer. Com.27.

ARGYR. *Cum autem anima motiuum & cognitiuum sit: quidam vtrunq; complexi sunt, atque animam numerum esse seipsum mouentem asseruerunt.*

Tex.28. Qm̃ autem & motiuum videbatur anima esse,& cognoscitiuum,sic quidã complexi sunt ex vtrisq; enunciantes animam esse numerum mouentem seipsum.

COMMENTARIVM.

IN treis sectas philosophi,qui animæ definitionẽ tradiderunt,dissecti sunt,vt Auer.& Them.annotarunt. nam alij ex motu: alij ex cognitione: alij ex vtrisq; motu,& cognitione definitionẽ animæ nacti sunt.Qui Philosophi ex motu,& qui ex cognitione definitionẽ nacti sint:Arist.satis abunde exposuit,quo vero modo ex vtrisq; definitionẽ nacti sint,nũc exponit,sed qui hi sint: qui hoc pacto animę definitionem sarciunt,Arist.non exposuit. Inquit. §Quoniam autem & motiuum: & cognoscitiuum videbatur aïa esse: sic quidam complexi sunt§ sup. animæ definitionẽ ex vtrisq;.s.motu & cognitione enuntiantes animam esse numerum seipsum mouentem. Quo vero ad verba attinet, verba illa§animæ definitionẽ§sunt addita ad complementum sensus græci. cætera autem:vt in grecis codicibus iacent: translata sunt. Quo vero modo definitio hæc cõstet vtrisq;, Them.optime exponit.nam ex eo q̃ numerum appellabant: intelligi volebãt cognoscẽdi vim quæ haberetur in anima,vt.n.superius diximus, ex eo aïa vim cognoscendi habere videtur,quo res ipsæ naturales,quas cognoscit,specificati numeri participes sunt. Ex eo vero q̃ ipm̃ se mouẽtem dicebãt,vim eius mouendi mõstrabant, & ita q̃a ipse se mouẽdi vim habet, cetera facile mouere potest. hac ergo definitione philosophi huius sectæ cognitionẽ & motũ amplexi sunt. Qui vero fuerit hi sic definientes. Arist.non exposuit. Expositor in Platonẽ retulit. Quod nouus Expositor falsum esse ait.nam superius Plat. Arist. enumerauit inter eos, qui animæ definitionem ex cognitione tãtum nacti sunt.Quare si hi quorum hic Arist.meminit,etiã Plato sit,sectæ nõ tres,sed duæ essent. Propterea nouus Expositor in Xenoc.Pla.discipulum retulit.hic .n.(vt Simpl.inquit hic) dixit animam numerum esse: qui seipm̃ mouet,vt longa cõmentatione declarat. Ego vero puto Xenocr. fidum Plato.discipulum, nihil dixisse,quod non fuerit de Plato.mente.Et propterea recte Expositor in Platonem retulit. nam Plato non vna ratione animam descripsit,quãdoq;.n.illam sola cognitione,q̃nq; motu, & cognitione definit,nec est absurdũ eundem philosophum rem eãdem duabus definitionibus definire.vt Arist. etiam animam duplici definitione descripsit. Quare cum Plato animæ definitionẽ ex sola cognitione descripsit: fuit eius sectæ,quæ cognitione animæ definitionem nacta est. At nunc definiens vtroq; modo,est eius sectæ,quę.3.loco animam ex vtrisq; descripsit.Hæc mihi videntur.

Quæ Them.

Qui philosophi sic dixerunt. Opinio D.Tho. Nouus expositor Egid.cõtra Thomam. Quæ Egidius. Defensio D.Tho. Plato diuersus in descriptione animæ.

ARGYR. *Omnes tamen de principijs quæ & quot sunt, inter sese dissentire videntur. atque maxime quidem ij qui corporea putant esse: ab hisce dissentiunt qui incorporea ponunt. minus autem ab ijs qui composuerunt & ex vtrisq; principia rerum assignauerunt.*

Tex.28. Differunt autem de principiis quæ & quot sunt,maxime quidẽ corporea facientes incorporea.His autem miscentes,& ab vtrisq; principia referentes.

COMMENTARIVM.

GRAECA series omnino est mãca,vt iacet ad verbũ, vt in antiquis trãslationibus habetur, verum nisi suppleat proculdubio non est intelligibilis. ideo nos hæc considerantes transtulimus nonnulla verba supplentes, quæ sunt de necessitate atticæ interpretationis. Them.paraphrizat hoc pacto,differunt vero de principijs q̃ sunt, hoc est quo ad naturam,& quot sunt, idest quo ad numerum. maxime quidem qui corporea principia faciunt. supplet Them. ab his: qui incorporea. propiores vero(vt supplet The.)sunt ijs,qui permiscent,& ex vtrisq; principia assignant, quare lege veterem textum sic: Differunt autem sup.philosophi qui de animæ definitione elaborarunt q̃ & quot sunt, hoc est tam quo ad naturam principiorum siue substantiam, q̃ quo ad numerum.verbum§differunt§Them.refert ad oẽs: qui de anima locuti sunt dicentes illam cõstare principijs rerum.omnes.n.hi qui animã dicunt,rerum principijs constare,differunt in substantia, & numero principiorum, & (vt Them.inquit)alij plus alij minus in horum vtroq; differunt.Maxime quidem corporea faciẽtes sup.discrepant ab his:

ab his: qui principia incorporea faciunt: longissime.n.hi differunt: eo modo quo corporea & incorporea differũt. His aũt q. corporea vel incorporea dicunt principia, propiores sunt: vt Them. subaudit, permiscentes & ab vtrisq; corporeis: & incorporeis principia ipsa rerum referẽtes. Secundum.n.Them. permiscentes ipsa principia ex corporeis & incorporeis sunt propiores ijs, q. corporea, vel incorporea principia dicunt. vel lege sic: his autem idest ab ijs autem: qui corporea vel incorporea dicunt minus supple differunt miscentes, & ex vtrisq; principia referentes. Introducas ergo sic textũ, cum Arist. enarrauit eorum philosophorum opiniones qui animam farciunt ex rerum naturalium principijs: nunc subiungit eorum differẽtiam, quę est de principijs rerum, & quo ad eorum naturam siue qualitatem aut substantiam, & quo ad eorum numerum. Quo vero ad sensum textus attinet, tres de rerum principijs fuerunt opiniones. nam alij illa corporea fecerunt, vt Emped. quatuor elementa, alij incorporea: vt Platonici: qui idæas, & numeros rerum principia autumant: alij principia partim corporea, partim incorporea figunt: vt Anaxagoras, qui similaria, & mẽtem rerum principia dicit: qui sequuntur Emped. longissime differunt ab his, qui Platonem imitantur. Minus autem differunt ab his qui Anaxagoram sequuntur. nam cum Anaxagora aliquo pacto conueniunt, Illi vero inter se omnino differunt.

Tecle de rerum principijs.

ARGYR. *Dissentiunt etiam, & de multitudine eorundem. quidam enim vnum, quidam plura principia dicunt esse. Atq; vt de principijs senserunt, sic de anima etiam determinauerunt. non enim abest à ratione: in primorum natura mouendi causam collocare.*

Tex. 29. Differunt autem & circa multitudinem, nã hi quidem vnum, hi vero plura dicunt: Consequenter autẽ his, & animam assignant. Motiuum.n. secũdum naturam primorum existimarunt non rationabiliter.

COMMENTARIVM.

QVO ad numerum nunc philosophorum differẽtiam exponit. nam alij vnum oĩum rerum principium ponunt, vt Diogenes, qui omnium rerum principium fecit aerem, & Heraclitus, qui vaporem omnium rerum principium dixit. Alij plura, vt Empedocles, qui quatuor elemẽta ait, & Democritus, qui atoma asserit, & Anaxagoras, qui similaria fingit. Quia vero superius dixit eos circa animã ita differre, vt circa omnium rerum principia, quia illam faciant, aut de numero principiorum, aut ex principijs confectam, subdit. consequenter autem his principijs & animam assignant, quia (vt Them. inquit) quantum & quale discrimen inter illos de primordijs habetur, tantum & tale de anima opinionum diuortium est, quia illi qui vnum rerum principium aiunt animam, illo vno constare fatentur, & qui plura, illis pluribus. Præterea. Qui materialia principia rerum dicit: animã quid materiale esse affirmat, atque corporeum, qui vero immaterialia, animam etiam quid immateriale autumat. Recte igitur dictum est eos ita de anima esse locutos, vt de rerum primordijs. Huius rationem assignat dicens: § motiuum etenim secundum naturam primorum æstimauerunt non irrationabiliter. primorum, § id est de numero principiorũ, vt exponit Them. q.d. ideo recte differunt in anima, vt differũt in principijs: quia id quod est motiuum secundum naturam, non irrationabiliter æstimarunt esse vnum de numero principiorum, vel aliquid ex principijs cõstans, quale anima ipsa est: quæ est vis suapte natura mouẽs. Alij verbum § primorum § referunt ad philosophos ipsos, & tunc est sensus. motiuum .n. secundum naturam philosophi de numero primorum, animam sup. ipsam æstimauerunt non sine ratione: & cum illi primi Philosophi animam dixerunt esse motiuum ẽm naturam: ideo ita differebant in anima, vt in principijs, q. a motiuum ẽm naturam est principium, vel principio constans. Quod autem anima quatenus suapte natura est vis motrix, sit inter principia reponenda, facile constat ex definitione principij. est.n. principiũ id vnde motus est. quare aĩa ratione qua motrix est, inter principia est redigẽda.

ARGYR. *Quapropter ignis quibusdam esse videtur. is.n. subtilissimarum est partium, & longe magis quàm elementa cætera incorporeus. mouetur insuper, & cætera primo mouet.*

Tex. 29. Vnde quibusdam visum est esse ignem. etenim hic in partibus subtilissimus est, & maxime elñtorum incorporeus. Adhuc aũt & mouetur, & mouet alia primo.

COMMENTARIVM.

CVM animam inter principia reposuerunt, ideo nunc quæ de anima, dixerunt, exponit, & ait quibusdam visum fuisse animam esse ignem, tum quia gracilento & tenuissimo corpore sit, vnde se quodãmodo incorporeũ asserat, tum quia & mouet se, & cæteris motum præstat: q. bus approximat. hæc autem duo animæ competere videntur. est .n. quid tenuissimum, & motiuũ maxime. ignis.n. quia tenuissimum est: animæ competit cuncta cognoscere, quia vero maxime mobilis: ideo anima cætera mouet, hi aĩam inter corpora reposuerunt. nam licet ignis sit inter elementa tenuissimus, & maxime incorporeus, tamẽ corpus est. quare animam, quam ignem esse affirmant, proculdubio etiam corpus esse autumant.

ARGYR. *Democritus aũt et subtilius dixit, cum assignauit cur est istorũ vtrunq;. dixit.n. aĩam quidem mentemq; idẽ esse. hoc ãt, ex ipsis primis atq; indiuisibilibus corporibus esse. Atq; ob partium quidem subtilitatem, mouere, ob figuram vero, moueri. figurarum aũt omnium mobilissimam, figuram rotundam asserit, talemq; esse intellectum & ignem.*

Tex. 30. Democritus autẽ & elegantius dixit, enuntians, p p quid vtrunq; horũ. Aĩam quidem.n. & intellm̃ idem: queãdmodum diximus & ex primis, & indiuisibilibus corporibus esse. Motiuum aũt propter subtilitatẽ partium. & figuram. figurarum aũt mobilissimam sphericam dicit, huiusmodi esse & intellectum, & ignem.

COMMENTARIVM.

NVNC quid Democritus de anima ipsa sentiat, exponit. Democritus.n. aĩam, q̃ idem esse cum intellectu affirmat: ait esse vtrunq;. s. maxime motiuam, & maxime mobilem. maxime quidem motiuam, ob partiũ subtilitatem atomorum q. bus ipsam constare arbitratur. & ob figuram eius quæ est, vt ait sphærica, & atomorum, quibus constat. maxime vero mobilem, ob figuram tm̃. s. sphæricam eius, & atomorũ, quibus constat, quia talem figurã tribuit igni & intellectui. Inquit, § Democ. autem & elegantius dixit enunciãs, p p quid vtrunq; horum sit §. s. maxime motiua, & maxime mobilis, vt exponit Them. Expositores vero nostri exposuerunt propter quid vtrunq; horum sit. s. cognoscẽs, & maxime motiua, & non mihi displicet: nam vtrunq; horum Arist. probare videtur. & primo q. si cognoscens, & inquit. & tu subaudi, cognoscẽns quidem. nam animam & intellectum esse idem subaudi affirmat, velut diximus animam ipsam esse ex primis & ĩdiuisibilibus corporibus esse: sic sup. dicimus ipsam & intellectum idem, & ita vult illam esse intellectum. i. cognoscitiuam vim, eatenus, quatenus eam ex primis & indiuisibilibus corporibus constat. nam cum cuncta proficiscantur à primis ac indiuisibilibus corporibus, eo ipso q. anima constat ex primis & indiuisibilibus, cunctis quæ de illis primis nascuntur, erit similis, quare illa cognoscet. Recte igitur dictum est, quia anima cõstat ex primis, ipsam esse intellectiuam, idest vim cognoscitiuam, deinde ostendit ipsam esse maxime motiuam, & inquit. motiuum autem supple ait esse animam, propter subtilitatem partium, & ob figuram tam sui q̃ corporum quibus constat, est.n & anima ipsa sphærica: & corpora etiam quibus constat sphærica. dicit autẽ figurarum mobilissimam, idest tam maxime motiuam, quàm maxime aptam moueri, sphæricam. huiusmodi. i. talis figuræ ait esse tam intellectũ, qui est anima, quam ignẽ. Patet igitur animam esse vtrunq;. s. cognoscitiuã, & motiuam. Cognoscitiuam quidẽ, quatenus constat primis & indiuisibilibus corporibus, motiuam aũt, quatenus est sphærica. Hoc pacto exposuerunt nostri expositores & certe, vt mihi videtur: satis textui consone. Et his quæ Aristo. postea dicet, Themistius

Quæ expositores.

Quæ Them.

mistius autem exposuit § vtrunq; § hoc est moues & mota. hæc.n.proxime supposuit.probat aũt animam esse vtrũq;, verum prius sumit ipsam esse intellectum seu vim cognoscitiuam,ex eo q͂a constat primis corporibus,postea probat animam esse motiuum,& hoc inquit.animam quidem .n.& intellectũ idem esse sup.dicit,quẽadmodum dicimus ipsam esse, & ex primis & ex indiuisibilibus corporibus. quare non oportet probare animã esse vim cognoscitiuã: quia hoc supponẽdum est,velut supponitur ipsam esse ex primis,probat ergo animã esse vtrunq;.s.motiuum,& mobile,vt accepit de mente Democriti,& inquit.Motiuũ autem ob subtilitatem partium eorum corporũ quibus constat, & ob figuram tam sui q̃ primorum corporum. Ergo duplici ratione anima est motiuũ. s. tenuitate partium, & cõmoditate figuræ.Quod aũt sit mobilis:probat vna rõne tantũ.quia sphærica ex sphæricis cõstans,& hoc ait figurarum autem mobilissimã sphæricã dicit, huiusmodi esse figuræ dicit & intellectum & ignem,quare aĩa mobilis est, quia sphærica, ecce quõ elegantius Democ. animam esse mouentem & mobilem vtrunq; probauit. supposuit vero ipsam esse mentem siue vim cognoscitiuã,ex eo quia supponit eam ex primordijs rerum cõstare,hoc modo doctus Them.exponit. Auer.autem exponit vt nostri dicũt, per vtrunq;, vtranq; vim.q.d.Democ.dixisse vtrunq; horum.s. animam esse vim vtranq;. s. sensibilem,& intellectualem, Intellectualem quidem, quia constat rerum primordijs, Sensibilem vero, quia constat viribus motiuis & mobilibus.s.sphæricis corporibus. Quo vero ad verba attinet, verbum illud § dulcius, § quod græce est γλαφυρωτέρως: glaphyroteros,Auer.translationes habẽt.Sermonem magis latentem, siue latentius. Et sic exponit Democritum animam dixisse vtrunq;.s.sensibilem & intellectualem sed latentius. Est autem (vt exponit) hoc latens.Primo quia dubium est an anima sit intellectus. Secundo, quia dubium est an anima sit indiuisibilis pars vel ex indiuisibilibus partibus. Id autem quod patet est, ipsam esse ignem apud Democritum hæc Auer. quæ sunt omnino aliena à mente textus. nam glaphyroteros græce sonat, aut iocundius,aut cultius, aut id genus, ideo translationes eius plerunq; sunt mendosæ.

Quæ Auer. Cõm. 30.

ARGYR. *At Anaxagoras videtur quidem aliud animã,aliud intellectũ mentemúe dicere,quẽadmodum & antea diximus, vtitur tñ vtrisq;, prinde atq; vna natura. Verum mentem principium maxime oĩum ponit. solam nanq; rerum omniũ ipsam, simplicẽ esse et non mistã & puram & synceram dicit. Atq; eidem principio hæc vtraq; tribuit,cognitione inquam & motum,dicens vniuersum mentem mouisse.*

Tex. 31. Anaxagoras autem videtur quidem alterum dicere animam,& intellectum,vt & diximus prius. vtitur autem vtrisq; sicut vna natura. Verũtamen ponit intellectum principium maxime omniũ, quia dicit ipsum solum eorum quæ sunt,simplicẽ esse,& impermistum, & purũ. Assignauit aũt vtraq; eidem principio, & cognoscere & mouere,dicens intellectũ mouisse omne.

COMMENTARIVM.

NVNC quid Anaxa.velit, subscribit.nam (vt Them. ait) Anax. nihil constanter decernit, modo.n.mentem & aĩam confundit.modo mentem principem facit,quatenus eam ait simplicem esse & absolutam ab omni mistura, sed siue anima & mens idem sit,siue diuersum,hæc duo, videlicet,cognoscere & mouere animo mentiq; tribuebat,asserens mentẽ ipsam mouisse oẽ.i.mãm,q̃ homiomeriã aliquãdo appellabat, nõnunq̃ chaos, nonnunq̃ pan.vnde his verbis vtitur.Cum simul,oĩa massali cõgestu coissent,incidens mens,cepit secernere,& disponere,& sic motũ menti tribuit.Cognitionẽ vero quia inquit, hoc.i.cognoscere maxime debitum animo est.quare tribuit motum,quia cepit mens ipsa secernere ea,q̃ in ipso chaos congesta erãt, vt Them.inquit tribuit cognitionem,quia cognoscere, vt Them.inquit,per verba Anax.est debitũ ac proprium aĩo, quatenus animus est. Quo vero ad verba græca attinet,

Verba Anax.

verbũ quia græce est γοῦν, gun, latine sonat ergo,vel igitur,vel itaque. antiquus interpres transtulit gun.i. quia, & placet mihi,quia licet non sic sit, sic sonat. appellauit intellectum Anaxa. simplicem impermistum & purum siue syncerum. nam triplex est compositio, alia quidem in essentia, vt ex materia & forma, alia in virtute vt mistio, quæ est alteratorum vnio,alia in additione, vt accidentis cum subiecto.Voluit ergo Anaxa.intellectum esse simplicem,quia non compositum ex materia, & forma. Impermistum, quia non ex elementis resurgens, & purum siue syncerum,quia non est accidens in subiecto, nec corpus, neque virtus in corpore. Auer. aũt ait opinionem Anax. esse veritati viciniorem,atque Aris. sententiæ conuenientiorem. nam intellectum esse ex principijs,& esse causam cognitionis,& motus est perspicuum.præterea Arist.post ea commẽdauit ipsum valde,addens opinione Anax. quæ ipse prætermisit,sed an Anax.de humano,an de diuino intellectu loquatur,Arist. non exponit, nec aliquis hic, verum postea dicemus.

Quæ Auer. Com. 31.

ARGYR. *Thales etiam videtur ex hisce quæ tradita memoriæ sunt, motiuum quoddam animam ipsam esse putasse, siquidem dixit magnetem habere animam, quia mouet trahitq; ferrum.*

Tex. 32. Videtur autem & Thales, ex quibus reminiscimur, motiuum quoddam animam opinari, siquidem dixit lapidem animam habere,quoniam ferrum mouet.

COMMENTARIVM.

NVNC transit ad opinionẽ Thaletis Milesij, qui fuit de septem sapientibus, hic.n.vim mouendi accõmodauit animæ,argumento ꝙ Herculeum lapidem.i.magnetẽ animatam rem dicebat,quia ferrum trahit & mouet.Si igitur magneti animam tribuebat,quia mouebat,signũ erit eum putasse animam esse vim mouendi. Quo vero ad verba attinet,dixit ex quibus reminiscimur,vel ex quibus reminiscuntur, quia vix propter eius antiquitatẽ est dictorum eius aliqua memoria: fuit.n.de septem Athenarũ sapientibus & qui solus eo tempore naturalium rerum inquisitioni studens erat. nam cæteri sapientes moralibus vacabant duntaxat. In translationibus Auer. non Thales, sed Melissus legitur,quia Thales secundum ea quæ dicit,non videtur posuisse animam principium mouẽdi, sed aquam, vt dicitur primo metaph.argumento quia omnium rerum semina sunt humida. Verũ translationes Auer. falsæ sunt, græcis.n.in codicibus legitur Thales & Them. Milesium fuisse affirmat,ideo forte non Melissum, sed Milesium legendum est in translationibus Auer. Et licet Thales vim mouendi aquæ tribuat, cum vim mouendi animæ tribuit, ipse non consequitur opinionem suam,vt Expositor inq̃t, sed est sibi diuersus.

Textus Auer. emaculatus.

ARGYR. *Diogenes autem sicut & alij quidam,aerem ipsam censuit esse,hũc subtilissimæ substantiæ,rerumq; principiũ esse putans.Idcirco, cognoscere atque mouere, animã dixit hoc quidem cognoscere,quo primũ est & ex hoc ipso cætera constant, hoc autem esse motiuum,quo subtilissimum.*

Tex. 33. Diogenes autem sicut & alij quidam, aerem, hunc opinans omnium subtilissimum esse,& principium.Et propter hoc cognoscere,& mouere aĩam.Secũdũ quidem qđ primum est,& ex hoc reliqua,cognoscere.secundum vero quod subtilissimum est motiuum esse.

COMMENTARIVM.

DIOGENES cynicus opinionem suã de rerum principijs consequens, dixit omnium rerum principium esse aerem,hunc putans omnium corporum tenuissimum, & principium de quo cuncta nascuntur.Animam igitur aerẽ esse ait,vt moueat & cognoscat, principalitate quidẽ aeris,de quo cuncta nascuntur, oĩa anima ipsa cognoscit, è tenuitate vero eiusdem cuius naturæ ipsa est: cuncta mouet corporis membra. Inquit, § Diogenes autem, sicut & alij quidam aerem § sup.animam esse ait, opinans hũc aerem omnium subtilissimum esse, & principium, de quo cuncta nascuntur. Et propter hoc,quia scilicet aĩa est aer,

aut

aut aereæ naturæ, opinatus est animam cuncta cognoscere, & mouere corpus ipsum animalis, nam sm quidem ꝙ aer ipse primum omnium rerum principium est, & ex hoc aere reliqua sunt, animam quæ est aereæ naturæ dicit cuncta, quæ de aere nascuntur cognoscere. secundum vero quod subtilissimum est, opinatus est animam motiuum esse corporis, cuius ipsa est anima. Quo vero ad verba attinet. animaduerte nonnulla verba in nostris translationibus esse suppleta, quæ attica constructio exposcit, antiqua vero translatio nihil habet, vltra verba græca. Sed occurres. Nam anima habet duo, vt moueat, & vt moueatur, & habet vt intelligat, vt intelligat quidem habet principalitate aeris, de quo cuncta nascuntur vt moueat vero habet exilitate, & tenuitate aeris, cuius nature ipsa est, ideo queritur vnde habet, vt moueatur. huius.n. causam Aristo. de mente Diogenis non assignauit. Them. rationem huius assignans, inquit id esse ingenium aeris. nam aer suapte natura habet: vt moueatur, & vt semper in motu sit, quare anima exilitate aeris mouet. natura vero aeris, mouetur.

Dubitatio.

Solutio.

ARGYR. *Heraclitus quoque, principium ait animam esse, quippe cum exhalationem esse, ex qua cætera dicit constare, & maxime incorporeum esse, & semper fluere dicat, atque id quod mouetur, eo quod motu cietur, cognosci constat. moueri autem res vniuersas, & ipse, & alij complures arbitrabantur.*

Tex. 32. Et Heraclitus animam principium esse dicit, siquidem vaporē, ex quo alia constituit. Etenim incorporalissimum iam, & semper fluens. Quod vero mouetur, moto cognosci. In motu autem esse quæ sunt, & ille arbitratus est, & multi.

COMMENTARIVM.

HERACLITVS quoq; in positione de anima consequitur opinionem suam de rerū principijs, nam id quod rebus principium dedit, animæ tribuit, & quia rerum principium posuit anathymiasin, hoc est euaporationem, vel exhalationem terre aīam esse anathymiasin asserit. Quod vero anathymiasis hoc est euaporatio sit rerum principiū, eo, patet quia euaporatio est quid maxime incorporeum atq; semper fluēs. cuiusmodi sunt res ipsæ naturales, quas æstimat tāto fluxu fluidas ꝙ simul poterant cōtradictoria vera esse. nam cum dicitur hoc est tanta est rerum fluxibilitas, ꝙ dici potest statim hoc non est, quare vt seruaret in rebus continuum fluxum principium rerū ait esse anathymiasin hoc est euaporationem. Inquit, & Heracl. animam principium esse dicit, siquidem pro quia eam dicit esse vaporem, siue euaporationem, ex quo vel ex qua, alia cuncta entia naturalia constituit. Assignat aūt Aris. cām ꝙ vapor est ex quo cuncta cōstant, & inquit. etenim vapor ipse sup. est quid incorporalissimum: & semper fluens. quare est rerum naturalium, quæ semper fluunt, idoneum principium. At ꝙ aīa sit vapor, probat Arist. ex his, quæ Heracl. inquit, & sumit duo, videlicet, id ꝙ mouetur cognosci moto. i. eo quod mouetur. nam simile simili cognoscitur, & ita mobile nonnisi mobili cognosci potest. Secūdo sumit oīa entia naturalia esse in motu. Ex his sequitur illa non cognosci nisi re quæ mouetur, quare cum nos nonnisi anima res ipsas cognoscamus, iure anima erit res, quę semper mouetur, & ita vapor. Inquit ꝙ vero mouetur moto. i. re q̄ mouetur cognosci Heracl. arbitratur, quia simile nonnisi simili cognoscitur, hoc est primum. deinde assumit secundum: & inquit. In motu aūt esse quę sunt. i. res naturales: & ille Heraclitus arbitratus est, & cum eo complures alij. Ex his sequitur res naturales non cognosci, nisi re, quæ mouetur. quare cum nos res nonnisi anima cognoscamus, iure anima est res, quæ semper mouetur. talis aūt est vapor, anima igitur erit vapor. hæc Heracl. Hinc patet animā omnia cognoscere, & esse id quod mouet, & mouetur. oīa quidē cognoscit principalitate vaporis, quia est vapor quo cūcta constant: & fluxibilitate vaporis, nam ipsa semper fluit, vt vapor, quo res constant, semper in fluxu. quare dupliciter anima cuncta cognoscit principalitate vaporis, & fluxibilitate, sic.n. rebus semper fluentibus similis erit. est vero mota & mouens tenuitate vaporis, cuius naturæ ipsa est. Quo vero ad verba attinet, anathymiasis græce, latine nō eodem modo interpretatur. nā Bysantius exhalationem, alij euaporationem, alij halitum interpretantur. ego vero rem crassiorem igne, tenuiorem aere, aquaque intelligo, quasi, vt Them. inquit, spirabilem vaporem, siue calorem spirabilem, quo anhelamus.

Resumptio opinionis.

Verborum consideratio.

ARGYR. *Simili modo & Alcmeon, de anima putasse videtur, Dicit.n. ipsam immortalem esse, ex eo quia similis ipsis immortalibus est. quod quidē ideo dixit ipsi competere, quia semper mouetur, mouentur.n. & res omnes diuinæ cōtinue semper, luna inquam, sol, stellæ, totumq; cœlum.*

Tex. 32. Similiter autem his & Alcmeon opinari visus est de anima. Dicit enim ipsam immortalē esse propter hoc, quod assimilatur immortalibus. hoc autem inesse ipsi tanquam mote semper. Moueri aūt & diuina omnia continue semper, lunam, solem, astra, & cœlū totum.

COMMENTARIVM.

ALCMAEON crotoniata, vt Them. inqt cognomento physicus, de anima videtur simile dixisse ei, quod Heraclitus dicebat, & non omni ex parte simile, quia dixit simile, & dissimile ei, quod Heraclitus aiebat. Simile quidem, quo dicit ipsam semper moueri. Dissimile vero, quo animam fecit de natura cœli. Heraclitus autem de natura vaporis. Inquit, Similiter autem his & Alcmæon opinari visus est de anima. Dicit.n. ipsam immortalem esse, propter hoc ꝙ assimilatur immortalibus. hoc autem ait inesse ipsi tanq̄ motæ semper, & sic dixit ipsam esse semper in motu cū Heraclito. differt vero ab eo, quo ait ipsam esse immortalem de natura celestium. addit eum dixisse & diuina oīa continue semper moueri. s. lunam, solem, astra, & totū cœlum, & ita anima cum sit de illorum natura semper mouebitur. Animaduertendum ꝙ an anima sit principium, vt omnia cognoscat, Arist. non expressit, tamen, siue sit principium, siue non, dubio procul ipsa & omnia cognoscit, & mouet, moueturq; semper. Cognoscit quidē omnia, quo ipsa semper mouetur. nam simillima est cœlestibus & terrenis omnibus in hoc, cum & cœlestia, & terrena omnia semper moueantur, Mouet vero & mouetur semper, quo est de natura cœlestiū. Quo vero ad verba attinet. §astra§ græce est asteras, latine non astra, vt antiquæ translationes habent, quia astrum est signū siue congregatio stellarum. Asteres vero siue stellæ nonnisi errones siue planetæ intelliguntur, quę sunt quinque Saturnus, Iupiter, Mars, Venus, & Mercurius. Lumina autem duo, videlicet, sol, & luna, vniuersum cœlum, stellatum intelligit, quod primum mobile putauit antiquitas.

Quid Aris. reticuit.

Verborum consideratio.

ARGYR. *Quidam & magis importuni, animam aquam esse dixerunt, vt Hippon. qui quidem ad hanc sententiam ratione seminis videtur esse compulsus, quia omnium semen humidum est, etenim redarguit eos qui sanguinem animam asserunt, quia semen sanguis non est. hoc autem ad primam animam esse dicit.*

Tex. 32. Magis aūt rudium quidā & aquam enuntiarunt, vt Hippon. Suaderi enim visi sunt ex genitura, quoniam omnium humida est. etenim arguit sanguinem dicentes esse animam, quoniam genitura non est sanguis. Hanc autem esse primam animam.

COMMENTARIVM.

HIPPON cum Thalete putans aquam esse omnium rerum principium argumento seminis, ꝙ est rerum animatarum principium, & aquam siue humidum, animam ipsam aquam esse tradidit. Repræhendit autem eos. qui sanguinem animam esse asserunt, eo quia semen ipsum nō sanguis est, sed prima quasi anima, sanguis autem quasi vita secunda, supponens semen tanquàm primum fundamentum vitæ, vnde hoc inquit. Etenim arguit sanguinem dicentes esse animam, quoniam genitura ipsa siue semen ipsum non est sanguis. hanc autem genituram asserēs esse primam aiam, sanguinem vero quasi secundam. Quo vero ad ver-

Verba.

ad verba attinet, Aristo, appellat Hipponem de numero φορτικωτέρων: phorticoteron.i.rudiorum (vt nonnulli exponunt, aut importuniorum, vt alij, aut onerosiorum, hoc est crassiorum, nam crassi ponderosi atque onerosi sunt) quia inter philosophos naturales, vt inquit Simplicius, non cõnumeratur primo metaph. hunc.n.negasse Deum commemorat atq; hac ratione rudis, crassus, ac importunus philosophus vbiq; dicitur.

Hippon negauit deos.

ARGYR. *Sunt & qui sanguinem ipsam esse dixerunt, vt Critias sentire ipsum maxime proprium animæ esse putantes. quod quidem competere propter naturam sanguinis crediderũt. Nam omnia elementa, præter terram iudicem habuerunt. hanc autem nemo tribuit animæ, nisi quis ipsam dixerit ex omnibus elementis constare, aut omnia esse.*

Tex.32. Alij aũt sanguinem, quemadmodum Critias ipsum sentire animæ maxime proprium opinantes. hoc autẽ inesse, propter naturam sanguinis. Omnia.n.elementa preterquàm terra iudicem acceperunt. Hanc.n.nulli protulerunt, nisi si aliquis dixerit ipsam esse ex omnibus elementis, aut omnia esse.

COMMENTARIVM.

CRITIAS etiã inter Rudes philosophos, siue vnus de triginta existens, vt Simplicius inquit, siue sophista aliquis, dixit animam ipsam esse sanguinem argumento sumpto ab ipso sensu, quẽ quidem animalibus inesse, & rebus cunctis dicebat ob naturam sanguinis, cuius signum afferebat, vt Simplicius supplet, quia quæ in nobis carent sanguine, vt ossa, sensum non habent. Deinde Arist. remouet quandam dubitationem, posset.n.quispiam quærere. Cum Arist. narrauerit opinionem eorum qui dixerunt animam esse ignem, & eorum qui dixerunt animam esse aerem, & eorum qui dixerunt animam esse aquam, cur non narrauit eorum positionem, qui dixerunt ipsam esse terram? Rñdet Arist. philosophos nõ opinatos esse aĩam esse aliquod elementorum, nisi quatenus opinabant elementũ illud, quod aĩam esse posuerunt, esse principium rerum naturaliũ. At nullus philosophorum terram solam posuit esse rerum naturalium principiũ, nisi Hesiodus, qui non connumeratur inter philosophos, cũ fuerit, vt Auer. inquit primo meta. diuulgatus in ponendo leges. Posuerunt aũt nonnulli terram esse rerum nãlium principium vna cũ cæteris elementis, vt Emped. qui posuit quatuor elementa rerum nãlium principia. Parmenides terrã posuit simul cum igne. nullus aũt eorum, qui inter philosophos enumerañ, posuit terram solã, & ita nullus posuit solã terram esse aĩam, sed vel ipsam aĩam constare ex oĩbus elementis vel ipsam aĩam posuit esse omnia elñta simul iuncta. & hoc inquit. § Omnia .n.elementa pterq̃ terra iudicem acceperunt, § hoc est, vt Simpl. exponit, iudicantem vnũ quoddam elñtum esse, & principium, & animæ conuenire. nullus vero solam terrã, & quia crassa & immobilis est, vnde inquit Thẽ. cætera quidem elementa suos assertores, & aurarios habuerunt, sola terra sectatorem non inuenit, terram nemo seorsum vel nominauit, nisi quis dixerit animam ex oĩbus elementis constare. aut ipsam esse omnia elementa insimul, & sic per iudicem Thẽ. & Simpl. sectatorem intellexerunt. s. eum qui dixerit ipsam solam esse rerum naturalium principium, & animam. tali enim assertore caruit terra, cætera non caruerunt. nam ignis habuit assertorem qui diceret ipsum esse rerum principium & animam, aer etiã habuit, & aqua, sola terra hoc assertore caruit.

ARGYR. *Vt igitur in summã omnia redigamus, tribus his omnes animam, motu, sensu, incorporeoq; diffiniunt.*

Tex.33. Diffiniunt igitur omnes animam tribus, vt est dicere, motu, sensu, incorporeo.

COMMENTARIVM.

EPILOGAT nunc opiniones philosophorũ reducẽdo illas primo ad tres, oẽs.n.tribus ipsã nacti sunt, aut motu, aut sensu, aut ipso incorporeo. verum, vt Simpl. ait, & Thẽ. innuit, primis duobus sensu, & motu vere animam nacti sunt. nam, vt dicebatur, animatũ ab inanimato duobus maxime differt motu, & sensu, quoniam sensus & motus proprie animantibus rebus insunt. Tertium vero est postea attributum animæ. s. incorporeũ, quia viderunt ipsam esse permobilem, & per totum procedere corpus, quę incorporei conditiones videntur. Quo vero ad verba attinet, verbũ § autem § in antiquis translationibus, non mihi sonat, quoniam litera est epilogatiua. Arist. autem cũ epilogat, non videtur ipso § autem § vti, sed nota epilogationis videlicet, δὴ, ꝙ latine sonat itaq;, aut igitur, quare opinor græcos codices, qui habent, δὲ, esse corruptos, sed puto esse legendum, δὴ, vt legunt boni interpretes. Per incorporeum autem, vt Simpl. inquit, non omnino incorporeum est intelligendum, sed subtile corpus. nam vt Thẽ. innuit, subtilissimam animam esse putant subtile incorporeum arbitrantes.

Qua Simpl. & Thẽ.

ARGYR. *Quorum vnumquodque reducitur ad principia rerum, vt patuit. Quapropter & ij qui cognitione diffiniunt animam, aut elementũ: aut ex elementis faciunt ipsam, similiter omnes præter vnũ dicentes. Inquiunt.n. simile simili sibi cognosci. atq; cum vniuersa cognoscat ac percipiat anima ex vniuersis rerum principijs ipsam constare dicunt.*

Tex.33. Horum autem vnumquodque reducitur ad principia, vnde & in cognoscendo definientes ipsam, aut elementum aut ex elementis faciunt, dicentes similiter inuicem præter vnum. Dicunt.n. & simile cognosci simili, quoniam.n.anima omnia cognoscit, constituunt eam ex omnibus principijs.

COMMENTARIVM.

REDVXIT oẽs philosophorum opiniones in tres, nũc illas tres reducit ad vnã, quatenus, quouis mõ loquantur de anima, oẽs reducunt illã per quæ loquuñ ad principia, ergo oẽs in hoc vno conueniunt ꝙ dicunt animã esse principiũ, vt oĩa cognoscat, & sic oẽs referebant animã ad principia quantum ad principiorum substantiã. Et hoc inquit, § horum autem trium vnumquodque, reducitur ad principia § quo. s. ad principiorum substantiã vt supplet nouus Expositor, & recte. Ostendit vero quo mõ cognoscitiuum sit referendum ad principia, non autem quomodo motiuum & incorporeũ: quia (vt Simpl. inquit) motiuum & incorporeum esse referenda ad principia est per se notum. Corporeum enim & motũ referri ad causata ipsa nemo est qui dubitat, non.n.hæc causis siue principijs conueniunt. Motiuum vero & incorporeum principijs conuenire per se patet. quare hæc prætermittens declarat quo modo sensitiuum siue cognoscitiuum sit referendum ad principia, & (vt Simplicius ait) causam assignat, quia oẽs præter Anax. vnanimiter putauerunt simile simili cognosci. Quare vt omnia cognoscat anima, dixerunt illam esse aut rerum principia, aut ex rerum principijs constare. Inquit, horum aũt trium vnũquodq; reducitur ad principiũ hoc est facit animam esse principium. nam si animę tribuitur esse motiuum per se facit eam esse principium, & si est per se incorporea, fit vt ipsa sit principium & si omnia cognoscit, oportet esse principia vel ex principijs, ergo horum trium vnumquodq; reducitur ad principia, quatenus quouis horum animæ tributo, sequitur eam esse principia, aut ex principijs. de ipso cognoscere hoc ita esse exponit, & inquit, vnde & in cognoscendo siue sentiẽdo ipsam animam definientes, ipsam aut elementum, aut ex elementis faciunt, dicentes similiter inter se oẽs supple pter vnũ virum. s. Anaxa. qui cum his non concordat. Ergo dicentes animam id esse, ꝙ omnia cognoscit, coguntur eam facere, aut elementum, aut elementa, siue ex elemẽtis, q̃m cognoscere non potest nisi simile per simile. & hoc subscribit, dicunt.n. & simile cognosci simili. Oportet ergo aĩam similem esse oĩbus rebus, & cum oẽs res sint infinitæ, sufficit, vt sit principia, vel ex principijs. nã sic ipsa cognoscet principia quatenus cõstat illis, & ea quæ de principijs nascuntur, principijs illis mediãtibus. Et hoc concludit, & inqt. quoniam.n.oĩa anima cognoscit, ideo constituunt eam ex omnibus principijs, sic.n. & principia, & omnia q̃ de principijs sunt, facile cognoscet. Patet igiñ quo modo qui animæ

Quæ Egid.

Quæ Simpl.

mæ tribuunt ipsum cognoscitiuum, coguntur illam reducere in principia secũdum eorum substantiam, qm̃ anima est secundum substãtiam illa principia, si cognoscit oĩa. est.n.ex quatuor elementis. si omnia, sunt ex quatuor elementis, est ex atomis, si rerũ primordia sunt atomi. & breuiter anima si cognoscit omnia, ex principijs erit omniũ, quæcunq; sunt illa.

ARGYR.

Quibus igitur placuit vnam causam, elementumque vnum ponere rerum, ij animam etiam vnum, velut ignem aut aerem esse ponunt. Qui vero plura rebus principia tribuunt, ij plura quoque dicunt animam esse. Solus autem Anaxagoras, mentem passione vacare dicit, et nihil prorsus cum cæteris habere commune. Verum cũ talis sit, quonam pacto cognoscat et quàm ob causam, neq; ille dixit, neque ex dictis perspici potest.

Tex. 34.

Quicunq; quidem igitur vnam aliquam dicunt causam & elementum vnum, & animam vnum ponunt, vt ignem, aut aerem. plura vero dicentes principia, & animam plura dicunt. Anaxa. autem solum impassibilem dicit esse intellectum & commune nihil alicui aliorum habere. Huiusmodi autem cum sit, quo modo cognoscit propter quàm causam, neq; ille dixit, neq; ex his, quæ dicta sunt, conspicuum est.

COMMENTARIVM.

REDVXIT animam ad principia quo ad eorum substantiam, nunc vero reducit illam, ad principia quo ad eorum numerum. nam si animæ attribuitur ipsum oĩum cognoscitiuum: non solum oportet ipsam ponere principiũ, sed eam constituere pro numero principiorum, nam qui causam vnam & elementũ vnum posuerunt oĩum rerum, vt ignem, aut aerem, & animam etiam vnam ponunt, aut ex illo vno constare. Plura vero dicentes principia, & animam plura, aut ex illis pluribus constare dicunt. Excipit ab his. Anax. qui in duobus ab eis differt, nam Anax. solus intellectum dicit esse impassibilem, & ita nec genitũ nec corruptibilem. & commune nihil alicui aliorum habere, & ita non constare ait ipsum ex elementis. Obijcit tamen contra eum de insufficientia, & inquit, huiusmodi aũt cum sit sup. ipse intellectus, quomodo cognoscit, & propter q̃ causam cognoscit, neque ille dixit, neque ex his, quę dicta sunt, conspicuum est. Debebat autem hæc declarare, quia si omnia cognoscit, & cognitio nõ nisi per simile fit, oportuit declarare qũo intellect⁹ erat simplex & impermistus: & omnia cognoscit. Quo vero ad verba attinet, Arist. per §cõmune§ intelligit similitudinem. intellectus.n. secundum Anax. intelligit omnes res naturales, & tñ nullam cum eis habet similitudinem: quia nec est ex illis constans, nec ex earũ principijs Auer. ait Anaxa. putasse intellectum, neq; esse hoc corpus, neq; in hoc.i. virtutem corpoream, addit & hoc nemo nisi Anax. dixit: propterea Arist. postea eum commendabit. Defecit autem Anax. vt Auer. inquit, quia non exposuit modum, quo intellectus cognoscit res naturales, an, videlicet, vt est ens in actu q̧ est dicere an p̧ eius essentiam: quomodo Arist. voluit intellectum agentem intelligere res ipsas. Aut vt est in potentia, quo mõ Arist. voluit intellectum possibilem cuncta cognoscere. neq; dixit causam, quare intelligit res materiales, quę nõ sunt intellectus in actu, hoc est actu separatæ. Hæc itaq; ĩ quibus Anax. fuit diminutus, Ari. supplebit. Aĩaduersione dignũ duplicem esse modum intelligendi ſm Arist. alterum quo intelligens cognoscit ipsa intelligibilia, vt est in actu & hoc pacto secundum veritatem Deus intelligit cũcta. Alterũ quo intelligens cognoscit intelligibilia vt est potentia illa, saltem mõ similitudinis & receptionis, & sic intellectus possibilis cognoscit res materiales. Primo modo intellectus agens cognoscit res, maxime si agens intellectus sit ipse Deus, vt finxit Auer. Secundo mõ intellectus possibilis cognoscit res materiales, sed nõnisi prius receptis in eo rerũ quæ intelliguntur similitudinibus intẽtionalibus, quibus res ipsæ redduntur actu intellectuales & intellis ipsæ, aut similis illis. ergo Anax. defecit primo, q̃a non exposuit modum, qũo ipsæ intellectus res intelligit, an vt est in actu, an vt est in potentia, Secundo non exposuit causam quare intelligit res materiales, cũ quibus non habet realem similitudinem. Quare Aristo. accepit ab Anax. substãtiam intellectus, modum vero quo intelligit, & quo ipsæ res intelliguntur, ipse suppleuit, non dæsunt qui dicunt Anax. non de humano, sed de diuino intellectu esse locutum, quia hũc posuit in tota natura primam causam, vt primo naturalium auscultationum lib. dictum est. Alij vero dixerunt Anax. eundem putasse humanum, & diuinum esse intellectum, vt dictũ est tertio huius. Quæ res nobis obscura est, cum eius volumina quibus opinionem expressit, nobis non pateant.

Quæ Auer. 1. Cõm. 34.

De modo quo aliquis intellectus intelligit.

Quid Arist. ab Anax.

ARGYR.

At vero qui contrarietates in principijs faciũt, ij conficiunt aĩam et ex contrarijs. Qui vero tantũ alterũ ponunt cõtrariorũ, calidũ inquã, aut frigidum, aut aliqd aliud huiuscemodi, ij similiter et aĩam vnũ istorum asserunt esse. Quapropter et noĩa ipsa sequuntur. nam ij calidũ qui esse dicũt, inde inquiunt ipsum viuere ductũ nominatũq; fuisse. & ij rursus qui frigidum esse censent, aĩam inde nuncupatã ob respirationem et refrigerationem asserunt esse. Hæc igitur sunt quæ de anima tradita sunt à maioribus nostris, & hæ sunt causæ ob quas illi talia de ipsa dixerunt.

Tex. 35.

Zen ζῆν

Quicunque autem contrarietates faciunt in principijs, & animam ex contrarijs constituunt. Quicunque alterum contrariorum, vt calidum, aut frigidum aut aliquid huiusmodi aliud, & animam similiter vnum aliquid horũ ponunt, vnde & noĩa cõsequuntur, q̧ quidẽ calidũ dicẽtes, quia propter hoc & viuere noĩatum est. Qui aũt frigidum, propter respirationem & refrigerationem vocari animam. Tradita quidem igitur de anima, & propter quas causas dicunt sic, hæc sunt.

Psychen.

COMMENTARIVM.

NVNC qũo animam veteres ad principia retulerunt, quo ad eorum qualitates, ostendit & inquit. Quicunq; autem contrarietates faciunt in principijs, & aĩam ex ꝯrijs constituunt. Quicũq; vero alterũ contrariorum supple faciunt rerum principiũ vt calidum aut frigidum, aut huiusmodi aliquid aliud, & aĩam similiter vnum aliquid horum ponunt. nam Emped. cum quatuor naturas, ex quibus constare oĩa vult, siccitatem, frigiditatem, caliditatem, humorem, initia posuisset sine dubio voluit easdem ꝯrietates in anima contineri. Heraclitus vero qui rerũ principium posuit ignem, siue calidum, aĩam esse calorem affirmat, qui igni competit. Hippon humiditatẽ, quæ aquæ propria est. Deinde varias aĩæ appellationes exponit: quia aĩæ nuncupationem ad suã sententiam quisq; retulit. Vnde sup. isti diuersa de anima putantes, nomina ipsa sequuntur. nam qui quidem animam dicunt esse calidum, dicunt, quia propter hoc, & viuere nominatum est, quod est aĩæ proprium, Qui vero frigidum aĩam esse dicũt, asserunt ẽt vocari animam propter respirationem, & refrigerationem. Quo vero ad verba attinet: animaduertendũ verba Arist. hic non posse satis clare exponi, qm̃ quę dicit, in græca lingua habent locum, non aũt in latina, vult.n. hos philosophos qui de aĩa diuersa sentiũt etiam in aĩa ipsa, & in his, quæ aĩæ propria sunt obseruãda esse noĩa ab his rebus deducta quas aĩam esse putant, verbi causa, qui aĩam volunt esse calorẽ, aĩam appellant Zesin vel Zoen, aut (vt vtar græco) verbo ζωὴν, hoc est feruorem. Viuere autem siue aĩare corpus, appellant Zen, vel (vt vtar græco verbo) ζῆν, hoc est feruere, q̧ animam arbitrãtur esse frigiditatem, aĩam psychen appellant. psyche, n, frigiditas est: psychos frigus siue vetus. Viuere autem siue corpus aĩare dicunt psychein: hoc est refrigerare, siue frigefacere, ideo in translationibus nostris sic lege, quapropter & nomina ipsa sequuntur, q̃a id quod esse aĩam putant: ab eo aĩam volunt nuncupari, & ipsum animare siue viuere deduci. & exponit hoc.d. nam qui quidem calidum aĩam esse dicũt, hac ratione sup. ipsum aĩare siue viuere appellant nuncupantq; Zen: greco autem verbo,

Quæ Emped.

Quæ Herac.

Quæ Hippon.

Verborum examẽ pulcbrum.

bo,ζῆν,animam vero à feruore siue calore deductã, appellant Zesin vel Zoen. est.n. Zesis vel Zoe feruor. Qui autem animam arbitrãtur esse quid frigidum: animam ipsam appellant psychen,ob respirationem & refrigerationem. nam psyche frigiditas est,ipsum autem animare siue viuere: appellant, vt diximus, psychein, hoc est refrigerare. Iuniores autem, & expositores nostri ob græcarum literarum inscitiam hæc intelligere non possunt. Demum epilogat breuiter, & inquit. Tradita quidem igitur de anima, & propter quas causas,sic dicunt tradideruntque, hæc, & tanta sunt.

ARGYR. *Considerãdum est autem, primum de motu. Nam fortasse non solum falsum est, substantiam animæ talem esse qualem ij dicunt qui animã id asserunt esse quod seipsum mouet aut mouere potest, sed etiam vnum id esse quoddam videtur eorum quæ nequeunt esse, motum inquã ipsi inesse atque competere. Non necessarium igitur esse, id oẽ moueri quod mouet, olim iam diximus & probauimus.*

Tex. 36. Considerandum aũt, primum quidem de motu: fortassis.n.non solum falsum est substãtiam ipsius hmõi esse: qualem aiunt dicentes aĩam esse quod est seipsum mouẽs: aut possibile mouere, sed vnũ quoddã impossibiliũ inesse ipsi motum. Quod quidem igitur nõ necesse sit mouens & ipsum moueri, dictum est prius.

COMMENTARIVM.

INTENTIO Arist. hic est: vt Simpl. inquit opiniones traditas ab antiqs disquirere: & redarguere siquid non vere dictum sit. dearticulare aũt & siquid vt ẽm solitũ nominum vsum assignatum sit, ne antiquorum nos accipientes opiniones, & veluti veras, propter claritatẽ tradentiũ assentiẽtes erremus. ergo ẽm Simpl. intentio Aris. est examinare opiniones veterũ, tum vt redarguamus siquid non vere dixerunt: tum vt accõmodemus ad propositum nr̃m id quod vere dixerũt ẽm vsum nominum, quibus nos vtimur. nam sic accipientes non errabimus. Incipit autẽ ab opinione Plat. qui in li. 10. de legibus ait. anima est suimet mouens aut potẽs ipsam se mouere. Et redarguit hãc definitionem modis duobus. primo quo ad fundamentũ positionis. 2. quo ad positionem ipsam. Quo quidem ad fundamentũ positionis, quia isti sumpserũt tanq̃ principium oẽ quod mouet moueri, & ex hoc deduxerũt aĩam esse id qđ seipsum mouet, modo hoc est falsum, quia aliquid mouet, quod non mouetur vt primum mouens. Quod vero ad positionem, dupliciter errauit Pla. Primo quia voluit ipsi aĩe inesse motum, cum ait esse id quod seipsum mouẽs. Secundo, q̃a dato quod motus animæ insit, ita vt verum sit aĩam moueri, non tamen per motum anima est definiẽda, ita vt motus sit de eius substantia. Ari. ergo primo proponit intentionem in vl̃i: & inquit, considerandum autẽ primum quidem de motu, quo vna secta philosophorum nacti fuerunt definitionem aĩæ, quia postea de cognitione pertractabimus. Hæc est intentio in vl̃i, deinde in specie proponit opinionẽ Pla. circa aĩæ definitionẽ esse falsam, & inq̃t, fortassis.n.non solũ falsum est substantiã ipsius aĩæ hmõi siue talem esse, qualẽ aiunt dicentes aĩam eẽ ꝙ est seipsum mouens, aut poẽe mouere (vt Pla. 10. lib. de legibus inq̃t) sed inesse ipsi aĩæ motum est vnum quoddam de numero impossibilium. Hæc sunt duo Pla. errores. s. ꝙ motus sit de definitione animę, & ꝙ insit aĩe, nam motum inesse animę est vnũ quoddam impossibile. Præterea dato ꝙ animæ insit motus, non inest eius substantiæ & definitioni, deinde tangit errorem circa fundamentum positionis, & inquit. Q. quidem igitur non necesse sit mouens & ipsum moueri prius dictum est in. 8. naturalium. Quare posito ꝙ aĩa sit mouens corpus ipsum, non propter hoc ipsa seipsam mouet. Ergo in tribus errauit, primo q̃a motus nõ inest aĩæ, immo motũ inesse aĩæ est vnum quoddã impoẽ. Secundo dato ꝙ aĩæ insit, nõ propter hoc est de sub̃a aĩæ, ita vt definitio aĩæ sit assignãda ꝑ ipsum motũ. Tertio q̃a fundamentũ põnis falsum est: nã licet aĩa sit mouẽs corpus: non ꝓpterea est id ꝙ est seipsum mouens: nã. 8. nãlium declaratũ est nõ esse necesse: vt oẽ mouens, moueatur. Aĩaduerten-

Summa eorum in quibus errauit Plat.

Defensio Plat. apud Simpl.

dum vt Simpl. innuit motũ posse dupliciter sumi, vno mõ proprie ẽm vsum cõiter loquentium, & sic est q̃dam successio ẽm continuationem numerata, quõ Aris. 3. phy. definit .d. motus est actus entis in potẽtia ẽm ꝙ in potentia. Alio mõ accipiẽ quasi metaphorice pro operatione vitali, qua corpus aĩale mouetur quatenus viuit, & hoc mõ sumpsit Plat. cum dixit aĩam id esse quod seipsum mouet. nam corpus mouetur ab aĩa hoc est viuit propter aĩam. Anima aũt est seipsam mouens quia viuit per se immo ipsa per essentiã est viuens, corpus aũt per participationem. Plat. itaq; omne participans aliquo, appellat motũ ab alio, oẽ tale ꝑ essentiam appellat seipsum motum, & hac ratione vult nihil mouere, ꝙ non moueatur & ipsum. nam ꝙ mouet, est aut tale per essentiam (& ita dicitur seipsum mouens) aut est tale ab alio, & dicitur motum. Quia igitur corpus viuit ab anima: anima est viuens per essentiam, quare anima dicetur seipsam mouẽs, corpus autẽ motũ ab anima. Dr̃ia ergo Plato. & Arist. ẽm Simpl. non est nisi in verbis: nam Aristo. solitus est vocare motum ẽm noĩs vsum apud plerosq;. Plat. vero nominibus vtitur secundum improprium vsum. Auer. hoc in loco ait hanc esse tertiam huius primi lib. de anima partem, quia. 1. erat proœmium. 2. erat narratio opinionum antiquorum. 3. erat illarum opinionum reprobatio, quare nunc sumus in. 3. huius lib. parte, in qua contradicemus opinionibus veterum.

Quæ Auer. Cõm. 36.

ARGYR. *Cum aũt oẽ quod motu cietur dupliciter moueatur, (aut .n. per aliud, aut per se mouetur. per aliud aũt id omne moueri dicimus, quod est in eo quod motu cietur, vt nauigantes, hi nanq;: non perinde atq; nauis mouentur, hæc enim per se mouetur, illi vero motu cientur, quia sunt in eo quod motu cietur. quod quidem ita esse: patet in partibus. motus .n. proprius pedum, est ambulatio, qua mouentur & hoĩes, tunc aũt isce motus non inest, vt patet, in nauigantibus.)*

Tex. 37. Dupliciter autẽ eo quod mouetur dicto: (aut.n.ẽm alterum, aut secundum seipsum. Secundum alterũ aũt dicimus quidem: quæcunq; mouenẽ per id quod sunt in eo quod mouetur vt nautæ. non.n. similiter mouentur naui, hæc quidem. n. secundum seipsam mouetur: illi autem per id quod sunt in eo, quod mouetur. Manifestum est autem in partibus. proprius quidem.n. motus pedum ambulatio est: Hęc autem & hominum est. non inest autem nautis tunc.)

COMMENTARIVM.

ARISTOTELES cum posuit intentionem quasi in generali, adhuc specialius eam dearticulat, vt intelligatur id in quo omnino errauerunt. Distinguit itaq;, vt Simpl. exponit: id quod mouetur, nam dupl̃r moueri dicitur id: quod mouetur, aut per accidens: aut per se. Per se mouẽ vt nauis, quæ per se transfertur de loco ad locum. Per accidens mouetur nauta, quia ipse in naui quiescẽs, ad motũ nauis transfertur de loco ad locũ. Q. vero motu qui sibi conuenit: nauta ipse quiescat, patet: quia nec ẽm totum, nec ẽm partem moueẽ ambulatione, quæ est sibi propria. Inquit, dupl̃r autẽ eo ꝙ mouetur sup. dicto vel dupl̃r ipso moto existẽte, litera est suspensiua vsq; ibi § dupliciter aũt vtiq; § exponit quo nam mõ id quod mouetur, dupl̃r dicaẽ, & inquit, aut.n.ẽm alterum, hoc est per accñs, aut ẽm seipsum. i. per se, exponit mẽbra & inquit, ẽm alterum dicimus quidẽ, quæcunq; mouentur ꝑ id quod sunt in eo ꝙ moueẽ, vt nautæ: non.n. nautæ ipsi mouetur similiter naui, hoc est eo modo quo mouetur nauis ipsa. Q. exponit, & inquit, hæc quidem ẽm seipsam mouetur, q̃a per se transfertur de Asia in Europã. Illi aũt s. nautæ mouentur de Asia in Europam per id, ꝙ sunt, in eo quod mouetur de Asia in Europam, & ita nautæ mouentur per accidens motu nauis, nauis vero ꝑ se motu proprio. Q. vero nautæ per accñs moueantur motu nauis, exponit dicens, quia quiescentes mouẽtur. Et hoc exponit. d. manifestũ est aũt in partibus sup. ꝙ nautæ quiescant proprio motu qui sibi cõpetit, ꝓprius quidem.n. motus pedum ambulatio est, tanq̃ partium eius quod secundum totum mouetur. Hæc aũt & hominum est

tanq̃

tanq̃ eorum,quæ mouentur ſm totum,non ineſt aũt nautis tunc ſup.hæc ambulatio: quæ eſt eis propria: quia nec ſm partes,nec ſecundum totum.§tunc§.i.cum ſunt in naui quieſcentes.nautæ.n.dum ſedent in naui, non mouẽtur motu ambulationis,qui eſt eis proprius: quia nec ſm partes,nec ſm totum.Mouentur vero motu nauis, q̃ tansfertur de Aſia in Europã. Quare patet dupliciter dici id qđ mouetur,vt Simpl.expoſuit.ſ.per ſe,& per accidens. Quo vero ad verba attinet Ari. dixit nautam nõ moueri per ſe motu nauis, quia vt Them. ait: alio motu moueri per ſe poſſet,poſſet.n.nutriri: augeri,alterari,& locali ẽt aliquo motu moueri præter motum nauis.Auer.autem ſubdiſtinguit id ꝙ per accidẽs mouetur,vt poſterius Ariſ.notabit, nam per accidens aliquid moueri poteſt quia inſeparabiliter mouetur ad motum alterius,vt albedo,quæ mouetur motu corporis albi, hæc ita motu illius mouetur, vt nequeat aliquo alio motu ſeorſum moueri.Aut quia ſeparabiliter,& hoc pacto nauigans mouetur motu nauis, quia aliquo alio motu poteſt ſeorſum moueri. Mouetur enim motu nauis de Aſia in Europam. poteſt autem proprio motu moueri, cum ſeorſum mouebitur, ſcilicet ambulatione. Hæ ſunt diſtinctiones.

Quæ Auer. Cõm.37.

ARGYR. *Cum igitur id quod mouetur (vt diximus) bifariam dicatur moueri: conſideremus nunc oportet de anima: ſi per ſe moueatur motuſq́; particeps ſit.*

Tex.38. Dupliciter aũt dicto moueri: nunc intendimus de anima ſi per ſeipſam mouetur: & participet motu.

COMMENTARIVM.

HIC terminat ſuſpenſionẽ,& ſumit id ꝙ vult diſputare,& inquit,dupliciter aũt ipſo moueri dicto.ſ. ꝑ ſe & per accidens,nunc intendimus de aĩa ſi per ſeipſam mouetur, & ſi per ſeipſam motu participet. Hæc eſt intentio diſputationis,& terminus literalis ſuſpẽſionis. Innuit aũt Ariſ. per hæc aĩam per accñs moueri motu, quo corpus in quo eſt mouetur,non tamen per ſe,vt Pla. arbitratur, ideo diſputatio nõ eſt ſi aĩa per accidens mouetur,quia nulli dubium eſt hoc,ſed an per ſe moueatur. hoc.n.eſt ambiguũ, & id,quod Pla.10. lib.de legibus autumat. Quo vero ad verba attinet,addidit §& participet motu§ vt vtatur modo loquendi Pla. qui id ꝙ per ſe mouetur, ſemper appellat motu participans,id vero ꝙ per ſe mouet, vocat ſeipſum mouens. Vt igitur in diſputatione conueniat Plat.in nomine,(nam diſputantes primo elenchorum debent in terminis conuenire) adiecit § & participet motu. § Hæc quo ad verba.

Reſumptio intentionis.

ARGYR. *Cum igitur quatuor ſint motus,latio, alteratio, accretio. atque decretio,aut iſtorum vno: aut pluribus: aut omnibus vt patet,mouebitur.Quod ſi non per accidẽs moueatur, natura ſane motus inerit ipſi,at ſi hoc ſit,locus etiã eidẽ identidem competet.omnes.n.iam dicti motus,in loco ſunt.*

Tex.38. Quatuor aũt motibus exiſtentibus: loci mutatione, alteratione: decremento,augmento,aut ſecundũ vnũ horum vtiq; mouebitur: aut ſecundum plures,aut ſm omnes. Si vero mouetur non ſecundum accidẽs:natura vtiq; inerit motus ipſi.Si autem hoc,& locus.Oẽs .n.dicti motus in loco ſunt.

COMMENTARIVM.

IIS expoſitis,nunc obijcit Pla.& primo ſic: ſi anima per ſe mouetur,anima erit per ſe in loco,ſed anima nõ eſt per ſe in loco,ergo aia nõ per ſe mouetur. Maiorem probat,quia ſi anima mouetur per ſe,aliqua per ſe motus ſpecie dicetur moueri,& quauis ꝑ ſe motus ſpecie mouebiť, mouebitur ſm loci mutationem, qm̃ omnes per ſe motus ſpecies ſunt in loco, Quare ſi anima mouebitur aliqua ꝑ ſe motus ſpecie,erit in loco,& ſic patet maior. Minorẽ relinquit tanq̃ aperte falſam. Procedit autem Ariſt.diuiſiue ſic,cum itaque quatuor motus ſint ſiue quatuor motibus ſecundum ſpeciem exiſtẽtibus,loci mutatione, alteratione,decremento,augmento, aut vtiq; aĩa ipſa mouebiť ſm vnũ horum motuum,aut ſm plures horum,aut ſm oẽs,& quia aliquis poſſet dicere aiam moueri ſm vnum horum & ſm plures horum,& ſm omnes, non quidem per ſe, ſed per accidens motu corporis,in quo eſt, hoc excludẽs per id ꝙ propoſuit in colligendo intentionem diſputationis, inquit,ſi vero moueť non ſm accidens,vt acceptũ in principio,nã de hoc nemo ambigit,ſed per ſe moueť, tunc animæ motus inerit natura & per ſe. Si autẽ hoc eſt.ſ.vt motus inſit aĩæ nãliter & locus animæ ſup.inerit etiã nãliter. Deducit ꝯñtiã, dicens, omnes.n.dicti motus in loco ſunt, quare ſi aĩa mouebitur aliqua ſpecie motus ꝑ ſe, ipſa erit in loco per ſe,ꝙ erat abſurdum. Auer. aũt hunc textũ reſoluit in propoſitiones,ẽ quibus poſtea deducit abſurdũ. Prima eſt,quatuor eſſe motus.ſ.auctionẽ, diminutionem, lationẽ,& alterationẽ.Hæc eſt prima propõ. Sed ꝯ hanc dubitatur,quia.5.phy.auſcultationũ,& 7.lib.dictũ eſt, tres eſſe per ſe motus ſpẽs. Hic autẽ ait quatuor.Auer.innuit ſoľ. ait.n.tres eſſe ſpecies per ſe motus in gñe, ſed ipſe dixit quatuor large,quaſi numerando additionem, & diminutionem pro duabus motus ſpeciebus. Sed hęc ſolutio ambigua eſt, quia ſi Ariſt.enumerat ſpecies motus large, tunc non tm̃ quatuor erũt motus ſpecies,ſed vi.nam gñatio,& corruptio ſunt motus large dicti duæ ſpecies. Aliter Simpl.inquit,quatuor aũt ſunt motus, ſubſtantiali nõ connumerata trãſmutatione, ſed enumeratis ſm tria gña, quorũ quidem ſm quantũ,vnus quidẽ,non habens aũt cõe nomen,tanq̃ duo connumerať,quemadmodũ & in ꝓdicamẽtis. Eſt ergo ſoľ.Simpl.tres eſſe motus ꝑ ſe in gñe,dixi ꝑ ſe,non cõnumerata tranſmutatione ſubſtãtiali,nam hęc nõ eſt per ſe motus. Verum quia auctioni & diminutioni nõ aſsignatur cõe nomen ſicut alterationibus hoc cõe,alteratio, hac ratione motus ſm quantum tanq̃ duo motus connumerať. Q. ſi ita Auer. intelligit, recte ait. Secũda propoſitio Auer.eſt,ſi aĩa mouetur,neceſſe eſt ipſam moueri,aut vno iſtorũ motuũ: aut pluribus,aut oĩbus. Hanc probat Auer.nam ſi aĩa per ſe mouetur, mouebiť aliqua ꝑ ſe ſpecie motus aut pluribus per ſe ſpeciebus motus, aut oĩbus per ſe ſpeciebus motus.oĩs autem per ſe motus,aut eſt loci,aut alterationis,aut augmenti. Ergo aĩa ſi mouebitur,mouebitur aut localiter,aut cremẽto:aut alteratione.Et ſic patet ſecunda propõ. Ego vero circa hanc probationem ſatis dubito, nõ.n.puto valere hanc ꝯñtiam,aĩa per ſe moueť,ergo mouebitur aliqua per ſe ſpecie motus. Statim.n.dicerem aĩam per ſe moueri motu improprie dicto,non.n.hæc repugnant,videlicet,ꝙ aliquid moueať per ſe,& non moueatur motu,qui ſit per ſe.quia põt aliq̃d moueri per ſe motu gñationis,qui motus non eſt ꝑ ſe motus. Propterea propoſitio hæc,vt ipſam ſumpſit Ariſt.eſt per ſe nota,ſuppoſuit.n.tres eẽ ſpecies vel quatuor ipſius motus.Ex hac ſequitur nihil moueri. motu aliquo quod non moueatur aliqua ſpecie illius. Quare mouebitur aut latione:aut alteratione,aut auctione,vel diminutione.Gñatione vero vel alteratione nõ poteſt dici aliquid moueri, quia ſuppoſuit has nõ contineri ſub motus ſpẽbus.Quare Auer.laborat,vt mihi vr̃,vbi non oportet. Tertia Auer. propoſitio eſt,ſi aĩa mouetur vno iſtorum motuũ, neceſſe eſt vt ſit corpus. Hanc declarat Auer.ex his,quæ.6. auſcultationum nãlium dicta ſunt. Inibi.n.dictum eſt nihil moueri per ſe,niſi corpus,& hoc quauis motus ſpecie ipſum moueatur. Ex his deducit Auer.animam eſſe in loco,quia omne corpus eſt in loco. Vnde Auer. applicando hanc ſuam expoſitionem verbis Ariſto.ſic deducit,ſi anima mouetur non per accidens,vt ſupponitur motus quo ipſa mouetur,erit ſibi naturalis. Omnis autẽ motus naturalis, eſt aliquis illorum trium,quilibet illorum eſt in corpore, & omne corpus eſt in loco.quare anima erit in loco, deinde deſtruit vltimum ꝯñs,quia oẽ quod eſt in loco,motum eſt motu locali oĩno,nam omne qđ mouetur aliquo illorum trium motuũ,mouetur motu locali, & nõ conuertitur, q̃a cœlum locali motu mouetur, & non aliquo illorũ trium .ſ.q̃a nec alteratione,nec auctione nec diminutione. Hęc Auer. Quæ mihi ambigua ſunt,quia Ariſto.illam tertiam propoſitionem, videlicet, ꝙ omne quod mouetur aliquo illorum motuum ſit corpus, nunq̃ hic aſſumpſit, licet ſit vera, nec neceſſaria eſt pro deductione rationis. Ariſto. enim deducit animam per ſe eſſe in loco,& probauit,quia

Quæ Auer. Cõm.38. — *Prima propõ.* — *Dubius.* — *Solutio Auer.* — *Dubitatio.* — *Contra Auer.* — *Quæ Simpl.* — *2.Propoſitio.* — *Deductio Auer.* — *Dubitatio.* — *3.Propoſitio.* — *Deductio Auer.* — *Dubitatio. Cõtra Auer.*

omnes dicti motus sunt i loco.ergo licet illa tertia propositio sit vera,tamen propositio nō est necessaria, cum nec ad illam,nec ex illa procedat Arist.ratio. Præterea,Hæc Auer.deductio à primo ad vltimum non est Arist.sed propria, Arist.n.syllogizat sic,si anima mouetur aliqua specie motus mouetur, si aliqua specie mouetur, mouetur alteratione,auctione,vel diminutione vel latione,si mouetur alteratione,vel aliqua illarū specie,erit anima in loco. Et ratio est,quia oēs dicti motus sunt in loco.Hæc est deductio Arist.in qua patet eum nō vsum esse tertia Auer.propositione.

Dubitatio. Auer. Auer.hic dubitat contra probationem Aristo. quæ ait,oēs.n.dicti motus sunt in loco, quia si dixisset oīa quæ mouētur dictis motibus,esse in loco nemo dubitaret. oē.n.quod aliqua per se specie motus mouetur,est corpus naturale.6.naturalium auscultationum,at dicit omnes dictos motus esse in loco ꝙ licet de latione,auctione, & diminutione verum sit,de alteratione falsum est. non.n.per alterationem acquiritur locus,quo modo acquiritur ꝑ lationem,nec per alterationē variatur locus,vt variatur per auctionem vel diminutionem, quare nullatenus alteratio est in loco.

Solutio.1.Aue. Auer.innuit solutionem,ꝙ Aris.ꝑ dictos motus non intelligit illa tria genera motus, sed species motus localis,quæ sunt plures. Modo oēs tales esse in loco, nemo est qui dubitat,& ita verbum {dicti motus} non ad gn̄a motus,sed ad modos siue species motus localis refertur. Et si hoc mō intelligitur,tunc textus,vt Auer. ait,continebit duas rationes. Prima erit ꝙ si anima per se mouetur: tunc ipsa aut augebitur,aut diminuetur,aut alterabit̄,aut mouebitur de loco in locum,aut pluribus horum, aut omnibus mouebitur,quod relinquit tanquā euidenter falsum.Secunda ratio est, si aīa mouetur & non accidentaliter,tunc motus inerit sibi naturaliter, & intelligitur de locali,nam si per se mouetur,quauis per se specie motus mouetur,mouetur motu locali,qm̄ motus localis est primus motuum.ergo sensus erit si anima mouetur & nō accn̄taliter.motus localis inerit sibi primo naturaliter, & ita aīa per se mouebitur motu locali. Si autem hoc erit.s.vt moueatur anima per se motu locali, & locus inerit sibi etiam naturaliter quod probat,omnes.n.dicti motus sup.locales sunt in loco. Et sic patet solutio prima.

Dubitatio. Sed occurres,q̄a non competit motus localis alicui quod mouetur alia specie motus,nisi mouetur per se ₤m illam speciem, bene.n. valet,anima mouetur per se aliquo horum vel pluribus horum,vel oībus his,ergo inerit sibi prius motus localis naturaliter. sed vbi moueretur per accidens alteratione:non oportet vt sibi insit motus localis naturaliter,Albedo.n.ꝑ accidens mouetur alteratione: & tn̄ non inest sibi motus localis naturaliter.

Soluit Auer.1. Soluit Auer.dupliciter primo concedendo animam posse dici alterari per se apud antiquos,nā alteratio aliquo mō est in alterato essentialiter. quo concesso sequitur eam moueri ₤m locum,vt deductū est.

Solutio.2. Secundo soluit ꝙ dato ꝙ alteratio sibi cōpetat per accidens, adhuc sequitur aīam moueri per se in loco, quia alteratio est diuisibilis,& non nisi ratione subiecti,vt dicitur.6.phy. auscultationum.ergo subiectū alterationis de albo in nigrum erit diuisibile,quo concesso,sequetur ipsum esse mobile ₤m locum. & ita siue animæ competat alteratio ꝑ se, siue per accidēs, sequitur sibi nālem eē loci mutationem, quia quicquid conceditur, oportet concedere ipsam esse corpus.

Replicatio. Sed dices quo modo dici pōt alterationem eē diuisibilē ratione subiecti,sequitur.n.eo dato illam esse per accidens diuisibilem,& ita alteratio pōt seorsum ꝑ se alia diuisione à diuisione subiecti dici diuisibilis,vt vector qui per accidēs mouetur motu nauis dicitur ꝑ se mobilis motu proprio.

Solu.Auer. Respondet Auer.alterationem dici per accn̄s diuisibilem ratione subiecti alia specie ipsius per accidens ab ea quam Aristo.superius descripsit. Auer.n.commento proximo subdistinxit per accidens,nam aliud est per accidens simpliciter, cui nihil competit per se, aliud ₤m quid cui aliquid per se competit.Vult igitur Aris. descripsisse ꝑ accidens secundo modo, at alteratio dicitur per accidens diuisibilis primo modo,quia sibi diuisibilitas nullo modo competit nisi ratione subiecti. Hæc est sol. Auer. & declaratio eorum,quę ipse verbis obscuris tradidit.

Confuta. Mihi tn̄ non placent hæc, expositio.n.hæc extorquet verba Arist. qm̄ de motu locali nihil meminit nisi in singulari, postea dicit i plurali numero {oēs dicti motus.} quare refert verbum hoc ad quatuor dictos motus quorū meminit in plurali numero.

Sol.Simpl. Præterea Simpl.& Them̄. qui fuerūt græci, retulerunt verbum hoc ad quatuor dictos motus & nō ad species motus localis. Simpl.ita inquit ad verbum.Quod igitur nullo corporeorum ₤m se mouetur anima, ex loco rememoratum est quodcunq;.n.ipsorum motum, vel corpus est vel compositum,vt animal. Hæc autem in loco, & hoc indicat dictos motus eē in loco,vt qui insunt existenti in loco,hoc est alibi proprias habenti partes,vt partibiles existentes partibilis sint actus.Hæc Simpl.ad verbum, quibus innuit sol.ꝙ,videlicet,dicti motus sunt in loco ratione mobilium,quia quicquid mouetur per se quocunq; illorum motuū,est in loco,quare si aīa aliquo horum motuum mouebitur per se,sibi locus per se inerit.

Quæ Tho. Hanc solutionem refellit expositor noster,& recte, quia nō saluat literam Aris. Aristoteles.n.dicit hmōi motus esse in loco, & non ₤m locum. Modo si ratione mobiliū hi motus essent in loco: non tm̄ essent in loco,sed ₤m locum,quoniā ratione mobilium omnes essent acquisitiui loci,& ita oēs essent in loco,& ₤m locum. Præterea fortius,si ita intelligitur,esset petitio principij quia Arist. intendit deducere ꝙ anima esset in loco ꝑ hoc quia omnes dicti motus sunt in loco. Si igitur dicti motus essent in loco: quia ea quæ ijs mouentur motibus,sunt in loco,tunc anima esset in loco,quia aīa est in loco,& ita esset petitio principij.

Sol.Tho.recta. Melius ergo expositor intelligit,ait.n.esse differentiam inter esse in loco,& esse ₤m locum siue ad esse locum. Illud.n. est in loco: quod vel loco circunscribitur,vt corpora,vel loco coassistit,vt corporeæ affectiones.Illud vero ₤m locum siue ad locum: quod est loci acquisitiuum vel variatiuum,ad propositum motus localis est ₤m locum siue ad locum,quia est loci acquisitiuus, auctio & diminutio sunt secūdum locum,siue ad locum, quia sunt loci variatiui, at omnes sunt in loco, quia coassistūt loco,motus.n.localis auctio siue diminutio,& alteratio sunt in loco,quia coassistunt loco,non.n.fieri possunt nisi in loco sint coexistenter.

Vis rationis Arist. Quare recte valet ratio Arist. si anima per se mouet̄: anima est per se in loco, qm̄ omnes dicti motus saltem coexistenter sunt in loco.

2.Dub. principalis. Secunda dubitatio est,quia nō videtur absurdum animam esse in loco,quia isti ponunt eam moueri. ergo coguntur illam ponere esse in loco.

Quæ Auer. Auer. dicit esse absurdum,quia cum anima erit in loco, erit mota motu locali necessario.Addit vnum non satis ad propositum,omne qđ mouetur aliquo illorum duorum motuū: moueri localiter,& non conuertit. Sed siue istud sit ad ꝓpositum,siue non,animā esse in loco apud Auer.eo est absurdum,quia sequitur illam motam esse localiter.

Quæ Them. Them̄. etiam,vt mihi videtur idem dicit. ait.n.ꝙ si corpus est anima,profecto proprium etiā locum sibi desiderat, at qualisnam hiccine dabitur,certe quemcunq; attuleris, illuc aīa, se per naturam conferret. Ecce quo modo aīa si est in loco ipsa erit localiter mota aliquando ad illum, & naturaliter,quod & Auer. & Them̄. relinquunt tanquam aperte absurdum.

Qualis hæc so[lutio]. Sed hæc solutio pace tantorum virorum dixerim,non tollit dubitationem, qm̄ multi concedunt animā rationalem:de qua hic principaliter est disputatio, mouēri,& motam ē localiter,immo tenent eā regredi & ingredi corpora,qđ sine locali motu fieri non vr̄,ergo istud absurdum:quod relinquunt,licet sit falsum,tn̄ veteres nō reputarent illud absurdum.

Quæ expositor. Expositor aūt dicit primo hoc ad quod Arist.deducit,in sequentibus demōstrari esse absurdum,quare sufficit in proposito esse deductum, ꝙ si aīa mouetur per se,ipsa erit per se in loco. nā hoc esse impossibile,postea dicetur,& hæc solutio mihi satisfacit valde. non.n.oportet ponere capitulū in capitulo. Non contentus tn̄ hac sol.aliter illud esse absurdum ondit, nam si anima esset in loco,oporteret sibi asignari locum ꝓprium, in corpore separatum,quo asignato, non esset forma totius corporis,sed illius partis tm̄,quæ sibi ꝓ loco asignaretur.

Quæ Simpl. Hanc responsionem indicat doctus Simpl. & inq̄t anima vero non est in loco, tota.n.vbiq; corpori præsens est,

est,vt & vltima ipsius vita docet tactiua tota in vna quaq; nostrum pñs particula. Diuersis.n.sensibilium partibus incidentium eadem perceptiua, & identitatem ipsorum & diuersitatem iudicans non secundum partes suas, sed secundum totam seipsam omnium, qm̃ simile, vt si hoc quidem ego,hoc aũt tu senseris.Hæc Simpl.in quibus verbis, patet aïam esse in loco ideo videri absurdum, quia tũc nõ esset forma totius corporis,sed illius partis quæ sibi locus assignaretur,modo hoc vr̃ impossibile, quia illa est in toto,& in qualibet parte, & totius, & cuiuslibet partis forma,ꝙ Simpl. iudicio sumpto à virtute tactiua demonstrauit, quæ est animæ propria & vltima vis: & percipitur in toto,& in qualibet parte corporis existere.nam tactilibus quibusuis partibus nostri corporis occurrẽtibus, mox persentire videmur illa, quod non esset nisi tactiua vis esset in toto: & in qualibet totius corporis particula. Quare non potest ipsi animæ assignari locus proprius ĩ corpore, nec potest totum corpus esse locus animæ, cum locus locato sit æqualis,anima vero si esset corpus, tenuissimum & paruum valde esset,vt dixerũt veteres, & multo minus nostro corpore. Tertio dubitat Simplicius,quo modo non alteretur anima,nam videmus eam mutari ex imperitia, vel vitio,in virtutem, vel in scientificum habitum,qualitates.n. habitus sunt. Soluit Simplicius eiusmodi transmutationes non animæ esse, sed animalis, quia fiũt post passiones quæ sunt totius, nam licet præsentia habitus in anima sit subitaria, ante talem præsentiam trãsmutatio erat discursibilis in composito. Verum de his satis abunde in libris physicæ auscultationis diximus.

Dubitatio Simpl. — *Solutio.*

ARGYR.

Quod si substantia sit animæ seipsam motu ciere, non per accidens inerit ipsi motus, vt inest albedini aut tricubito. mouentur enim & ipsa, verum per accidens. quippe cum corpus id moueatur, cui res tales insunt. Quapropter: & locus nullus ipsorum est. at erit animæ sine controuersia locus si natura motus particeps est.

Tex. 39.

Si autem est substantia animæ mouere seipsam, non secundum accidens ipsum moueri sibi inerit, sicut albo,& tricubito. Mouentur enim & hæc, sed secũdum accidens. Cui enim insunt: illud corpus mouetur. Vnde & non est ipsorum locus. Animæ autem erit. Siquidem natura motu participat.

COMMENTARIVM.

SVPPOSVIT de mente illorum aïam per se, & nõ ꝑ accidens seipsam mouere, at nunc hoc qđ supposuit de mente illorum oñdit esse de illorum mẽte. nam Plato.10. lib.de legibus definit aïam per hoc ꝙ seipsam mouet: ergo illa non per accidens mouetur: quia si motus per accidens illi inest,non erit de eius definitione, nam quæ ꝑ accidens sunt,non ingrediuntur definitiones eorum, quorũ sunt per accidens.Inquit,si aũt est sub̃a siue definitio substantialis animæ mouere seipsam tũc moueri,siue ipse motus non secundum accñs sibi inerit,sicut per accidens motus inest albo,& tricubito rõne subiecti,cui insunt.& hoc ait,mouẽtur enim & hæc.s.album & tricubitum: sed secundum accidens,quia illud corpus: cui insunt,mouetur:motu cuius hæc per accidens moueri dicimus. Sed mox occurres,si hæc mouentur,an sit assignandus locus eis. & si non: cur animæ quidem assignatur, his aũt minime? Respondet Arist.& inquit,vnde & nõ est ipsorum locus supple nisi per accidens,vt est ipsorum motus. Animæ autem erit per se locus secundum istos,quia aïa ſm hos natura atque per se motu participat:& ita per se loco participabit. Quo vero ad verba attinet per album & tricubitum, non corpus album, & tricubitum intelligit: sic.n.album & tricubitum essent per se in loco, sed accidens ipsum, videlicet,albedinem,& tricubitatẽ intelligit Arist. sic.n.hæc accidentia,vt non per se sunt: sic nec per se mouentur:nec ꝑ se sunt in loco. Confusor librorum Arist. Auerroes hũc locum extorquet: ait enim Aristotelem hactenus declarasse animam moueri vno trium motuum si mouetur per se,& demonstrasse esse impoſe. illam moueri motu locali, quia (vt dicebatur) sequitur illam esse per se in loco,nunc ait Aristotelem declarare animam moueri non posse motu alterationis,nec motu auctionis,vel diminutionis,quia si anima moueretur per se alteratione, aut auctione ipsa esset primum mouens in corpore tali motu; hoc autẽ est impossibile, quia primum mouẽs assignari potest in motu locali,in ceteris vero minime,vt in lib.de substantia orbis ipse exposuit.dixit.n.nihil ꝑ se alterari aut augeri nisi corpus, corpus aũt primum mouẽs alteratione vel auctione esse nõ potest: quia saltem rõne alicuius partis erit tale.Et hoc ait hic, & hæc est quasi causa quare in his duobus motibus non inuenitur primum mouens ex se,vt inuenitur in motu locali. Sic igitur apud Auerroem Aristot. postquam demonstrauit animam non posse moueri per se motu locali per hoc,quia ipsa esset per se in loco: ostẽdit ipsam non posse per se moueri alteratione, vel auctione: eo quia in talibus non datur aliquod per seipsum mouẽs: qm̃ albedo & tricubitum non alterantur nisi rõne corporis, cui insunt hæc. Sed Auerroes dubitat contra se, quia in alteratione patet album esse tale per accidens ratione corporis cui inest albedo: nam corpus cui inest, per se alteratur,sed dubium est de auctione,quia quod augetur est corpus augmentabile: hoc aũt non per se augetur, sed ratione partium, ergo tricubitum nõ per accidens rõne corporis augebitur, sed ratione partium corporis:Cuius oppositum dicit Arist.cum inquit. Cui enim hæc insunt: illud corpus mouetur. Quare motus auctionis per accidẽs competit tricubito: & per accidens toti corpori,cum corpori insit rõne partium. Soluit Auerroes Aristotelẽ per ea quæ huic insunt,intelligere corpus,& partes corporis: quia in qualitate est corpus subiectum, in auctione sunt partes corporis,in quibus est iste motus. Hæc Auerroes, quæ ita verbis Arist.conueniunt,vt igni aqua,primo enim errat circa intentionem textus,quia Arist. non demõstrat esse impossibile animam moueri alteratione vel auctione: sed exponit bene ad mentem Platonis esse sumptum animam per se moueri,quia ipsum moueri ponitur in animæ definitione. Secundo errauit circa verba textus, extorquet enim illa omnino, maxime cum ait Arist. intelligere per ea quæ huic insunt: corpus, & partes corporis, quia non video cui corpus,& eius partes insunt: maxime cũ seipsum exponat.d.Cui enim insunt, illud corpus mouetur: est ne alius sensus,nisi album & tricubitum moueri per accidẽs: quia illud corpus cui ipsa insunt, mouetur per se? certe alius esse nõ potest. Et propterea pace tanti viri dixerim expositiones eius sunt plerunque extorsiones, aut conclusiones,in quibus nos quandoque delectati detrusi fuimus in aniles fabellas.

Quæ Auer. cõm. 39. — *Dubitatio Auer contra se.* — *Errores Auer.* — *Quales Auer. expõnes.*

ARGYR.

Præterea si natura motu cietur, vi quoque moueri potest, & si vi mouetur, & natura moueri potest. Eodem modo de quiete quoq; dicere possumus. in hoc enim natura res quiescere solet, in quod suapte natura mouetur. in hoc pari modo vi plane quiescit, in quod vi pulsa mouetur. At qui motus erunt animæ violenti quietesúe, neque si fingere volumus aßignare facile possumus.

Tex. 40.

Amplius autem si natura mouetur,& violentia mouetur, & si violentia, & natura. Eodem autem modo se habet: & de quiete,in quod enim mouetur natura & in hoc quiescit natura. Similiter autem & in quod mouetur violentia, & quiescit in hoc violentia: quales autem violenti motus animæ erunt,& quietes, neque fingere volentibus facile est reddere.

COMMENTARIVM.

SECVNDO arguit Arist.& sumit duo: primum est omne quod natura mouetur: violenter etiam moueri: & econtra. Secundum etiam quod omne quod mouetur ad aliquid naturaliter, in illo etiam quiescit naturaliter, & econtra,omne quod in aliquo quiescit naturaliter, ad id mouet naturaliter, & de quiete & motu violẽto similiter, nam omne quod mouet ad aliquid violenter, in illo quiescit violenter,& ecõtra in quo vi quiescit, ad illud vi mouetur.

uetur. Ex his duobus sequitur animæ competere quietes per naturam, quia ei competit motus per naturam. & animæ competere quietem violentam, quia ei competit motus violentus, quare animæ aliqui motus erunt naturales, aliqui violenti. Similiter quietes aliquæ naturales, aliquæ violentæ. hoc destruit dicens, quales aũt violenti aĩæ motus erunt, & quales violentæ quietes, neque fingere volentibus, facile est reddere. Auer. resoluit hanc rõnẽ ad duos syllogismos hypotheticos, quorum primus est, si aĩa mouetur naturaliter, mouetur violenter: sed non mouetur violenter, ergo nec naturaliter mouebitur. Secundo vero componitur ex duobus syl'is hypotheticis continuis siue conditionalibus, in quorum vtroque destruitur ãñs, & concluditur oppositum añtis: hoc modo, videlicet, si aĩa mouetur naturaliter, quiescit naturaliter, sed aĩa nõ quiescit naturaliter, ergo non mouetur naturaliter. Minor probatur 2. hypothetico sic, si anima quiescit naturaliter, qescit violenter: sed non quiescit violenter, vt patet. ergo nõ quiescit naturaliter. Q. si non quiescit naturaliter: nec mouebitur naturaliter: & habetur idem quod prius. Sed hæc resolutio textus acuta est. Arist. tñ deducit ad hoc absurdũ, videlicet, ꝙ aliqui motus aĩæ erunt violenti: & aliquæ qetes etiam violentæ, quod ideo putat absurdum, qa non facile discerni põt motus violẽti à motibus naturalibus animæ, & quietes violentæ à naturalibus. Them. aũt ait hoc absurdum patere, quia animatum corpus sæpe vi, & cõtra naturam moueri cernimus, qñ alieno impulsu, aut collidi-tur, aut iacitur. aĩæ huiusmodi aliquos motus, aut quietes nullo vnquam tempore vidimus. Alioquin per nãm contrarij, & aduersantes motus ad aĩam pertinerent. Quod absurdum pace Themistij dixerim non valere, quia licet ipse non videt motus aĩæ violentos: alij viderũt. Propterea melius Expositor & Simp. declararunt hoc esse absurdum: dixerunt enim nullos animæ motus, nullasque quietes violentas esse, quia oẽs actiones, siue quæuis animæ perfectiones, sunt voluntariæ. Rationalis. n. vita tota est voluntaria, vnde vt Simplicius inquit, & in tyrannicis necessitatibus apparet animæ voluntarium vel resistẽtis, vel non, & quodam modo voluntarie ad necessitatem inclinãtis. Q. si tota rõnalis vita voluntaria est: relinquitur animæ rõnalis motus & quietes oẽs esse voluntarios, non ergo sunt violenti, nam, vt Simp. inquit, voluntario contrarium est violẽtum. Plato aũt de anima rõnali locutus est, velut alij priores quasi nullam aliam cognoscẽtes animam. Sed dubitares contra primam suppositionem, nam licet omne quod mouetur violẽter, moueatur vel sit aptũ naturaliter moueri (quia, vt Auerroes ait violẽtus motus non intelligitur nisi respectu naturalis,) tñ nõ omne quod naturaliter mouetur, violenter mouetur, vel est aptũ moueri, quia cœlestia corpora mouentur naturaliter, quæ tñ violenter moueri non põt. Huic dubitationi rñdet primus Expositor, ꝙ hæc rõ in se cõsiderata est falsa. tñ vt est ad propositum est vera, nã antiqui philosophi ponebãt animam de natura elementorum, nec ponebant aliquod corpus moueri nisi elementum vel quod esset de natura elementi. Et de tali corpore verũ est ꝙ quicquid natura mouetur: & violentia mouetur: & ecõuerso. Obijcit his nouus Expositor, quia non vr̃ verum oẽs antiquos opinatos esse animam esse ex elemẽtis. nã Alcmæon Crotoniata cognomento physicus dixit aĩam de natura corporis cœlestis: quare falsum est veteres oẽs posuisse aĩam de natura elementi. Quare rñdet ipse Arist. locutum esse de moto habente quietem. De tali. n. verum est ꝙ omne quod mouetur naturaliter, mouet violenter, vt sunt aĩalia ipsa. Quicquid sit de solutione noui Expositoris Simp. ait hãc propositioné habere locum in motibus generabilium, & maxime animalium terrenorum. Auerroes vero quasi in idẽ veniens, dixit hanc habere locum in his, quæ mouent motu recto. Et ita sentit Expositor, vt verba eius indicant. Et cum dicit discipulus eius recalcitrans in præceptorem non esse vniuersaliter verum omnes veteres voluisse aĩam esse de natura elementi. Dico ꝙ ipse non recte ait: nam Alcmæon etiam voluit animam esse de natura elementi: verum posuit eam immortalem, quia simillimam cœlestibus, vt Them. superius cap. 14. exposuit. Præterea non recte recitat verba diui Thomæ: dicit. n. ipse quia isti nullũ corpus ponebant naturaliter motum. nisi. 4. elementa, in quibus videmus motus & quietes violẽter fieri. Ecce quõ loquitur ad hominem. s. Platonem, qui cum physicis eã voluit esse de natura elementi.

Quæ Auer. cõm. 40.

Absurdum Arist. quale.

Quæ Them.

Expositor. Simplicius.

Dubita.

Solutio diui Thom.

Obiectio Egid.

Quæ Simp.

Defensio Exposito.

ARGYR.

At vero si sursum mouebitur, ignis erit, si deorsum, terra: hisce nanque corporibus hi motus competunt, Eadem est & de medijs corporibus ratio.

Tex 40.

Amplius autem siquidẽ sursum mouetur, ignis erit. Si vero deorsum, terra. Horum enim corporum motus hi sunt. Eadem autem ratio & de medijs.

COMMENTARIVM.

AVERROES componit hanc tertiam rõnem sic, si anima mouetur sursum, est ignis. Si mouetur deorsum, est terra. Si mouetur medio modo, est aer, vel aqua. Quibus nõ dedit impoñe vt Auerroes ait, quia patet, nam si anima sit ignis, aut terra, aut aliquod mediorum elementorum, tunc ipsa aĩa staret in corpore violenter, & non naturaliter, quod esse absurdum ipsi, & nos fatemur. Secũdo si aĩa esset aut ignis, aut terra, aut aliquod elementorum mediorum, tunc anima in corpore naturaliter moueret vno tantum motu. s. aut sursum, aut deorsum, aut medio modo, & non motibus contrarijs, & diuersis. at animam vel animal motu animæ videmus moueri naturaliter varijs, & cõtrarijs motibus. Ergo anima non est aliquod elementorum, nec ex aliquo elemento, hoc pacto etiam Them. exposuit. Potest tñ componi syl's sic, vt expositores dicunt oẽ elementum vel mistum ex elementis mouetur in determinatum locum naturaliter, & secundum determinatam differentiam positionis. aĩa non mouetur in determinatum locum naturaliter, nec secũdum determinatam differẽtiam positionis, imo secundum omnem differẽtiam positionis: ergo anima nec est elementum, nec mistum ex elementis. Maior pro prima parte omnibus constat, quia nemo dubitat elementũ omne ferri naturaliter aut sursum, aut deorsum, aut medio modo. Pro secũda parte, videlicet, ꝙ omne mistum ex elemẽtis sic naturaliter in determinatũ locum moueatur, etiam declarant, quia in omni misto prædominatur aliquod elementum, iuxta cuius naturam mistũ mouetur, vt Auerroes primo cœli declarauit, non enim datur æquale ad pondus. Minor aũt omnibus constat, quia animal quod motu animæ fertur suapte natura mouetur secundum omnem differentiam positionis.

Quæ Auer. cõm. 40.

Syllogismus Expositorum.

ARGYR.

Præterea cum videatur anima corpus mouere, rõni consentaneum est ijs motibus ipsum mouere quibus & ipsa mouetur. Quod si id sit, conuertendo vere quoque dicere possumus eo ipsam motu cieri quo mouetur & corpus, at latione corpus mouetur. Quare mutabitur et anima perinde atque corpus, & aut tota aut partibus locum mutabit. Quod si id fieri potest, fieri quoque potest vt egressa rursus corpus ingrediatur, ex quo fiet, vt animalium ea quæ mortem obierunt, resurgant.

Tex. 41.

Deinde etiam si videtur mouere corpus, rationabile est ijs mouere motibus, quibus & ipsa mouetur. Si autem hoc, & conuertentibus dicere verum est, quòd secundum genus & secundum speciem eodem motu moueatur, quo corpus mouetur. Corpus autem mouetur latione, quare & aĩa mutabitur vtique sicut corpus, & ipsa aut tota, aut secũdum partes translata erit. Si autem hoc contingit, & egressam iterũ ingredi contingit. Ad hoc aũt sequitur resurgere mortua aĩalium.

COMMENTARIVM.

QVARTO obijcit Aristo. quia si anima ipsa, quæ mouet seipsam, vt Plato inquit, mouet corpus: aut mouere videtur corpus, rõnabile est ijs mouere motibus corpus ipsum, quibus & ipsa mouetur. Hæc est prima hypothetica, Si aũt hoc fuerit, vt scilicet ijs motibus corpus ipsum moueat,

moueat,quibus ipsa mouetur, & nobis cõuertentibus vel loco conuersionis vtentibus verum erit dicere ꝙ eodem motu moueatur ipsa secundum genus,& secundum spẽm: quo corpus mouetur, hoc est eodẽ genere motus eadẽq; motus specie moueatur ipsa, quo corpus mouetur. Hæc est secunda hypothetica. Corpus aũt mouet̃ latione quæ fit de loco ad locum, quare & anima ẜm eundem motũ genere & specie mutabitur & mouebit̃, quo corpus moueatur.§ Et§pro ergo, ipsa aut tota aut secundum partes erit translata de loco ad locum, non potest aũt de loco ad locum traduci,nisi migret de corpore in corpus, non enim alius locus animæ competit nisi corpus, in quo manet. Quare non potest de loco ad locum moueri, nisi migret de corpore in corpus more Pythagoricorũ. Si autẽ hoc. contingit scilicet vt migret de corpore in corpus,& egressam iterum ingredi corpus contingit, quia qua rõne migrat de corpore in corpus,eadem rõne potest egredi corpus, cui nunc inest vti proprio loco, & rursus idẽ corpus ingredi. Ad hoc autem,vt ait, sequitur resurgere mortua corpora de numero animalium,quod physici negãt. Quo autem ad translationes attinet. animaduertendum veteres translationes communiter hic reperiri corruptas, imo nisi sic,vt nos correximus, legantur, non sunt intelligibiles. Quo autem ad verba attinet per conuersionem non intelligit hanc propositionem ordine extremorum mutatam,vt ipse docet primo priorũ,sed intelligit sensum ecõtra cõstitutum. Nam si anima mouet corpus ijs motibus, quibus ipsa mouetur, sequitur econtra ipsam moueri eo motu,quo corpus mouetur. per esse translatam secundum partem aut secundum totum intelligit ipsam mutare locũ aut totaliter,aut partialiter more antiquorum,q ipsam fecerunt corpus, vt ergo corpus in quo residet: aliquando mutat locum,in quo est totaliter: aliquando ẜm aliquam sui partem: sic aĩa, quæ est corpus,aliquando intelligi potest mutare corpus,quod est sibi locus,totaliter, vt quando aliud intrat corpus: aliquando secundum aliquid sui, vt quando non exit corpus: in quo est secundum quodlibet sui. Theophrastus,vt Themistius inquit, resistit huic loco dupliciter: primo contra primam hypotheti.qa non eodem motu mouetur anima: quo mouet corpus:nam iudicia,compræhensiones,assensiones,sunt aĩæ motus:locales vero sunt corporis. Contra conuersionẽ etiam obijcit: quia non necesse est eo motu,quo corpus mouet̃: eodem moueri animam.nã trahitur lignũ ab hoĩe,non tamen contra homo vr̃ trahi ligno. Item vapores vi solis in sublime rapti,rectis angulis subuolant, sol ipse versa vice non rapitur: nec in lineam mouetur, sed in orbẽ & circulum. Simpl.his longe iunior obijcit etiam contra secũdam hypotheti.quæ est primæ conuersio: primo, quia arans arat: non tñ motu quo mouetur terra,ipse mouetur. Secundo non oportet verberans verberari: quãuis motum mouet. Tertio cœlum hæc infera alterat: nõ tñ alteratur. Themistius respondet ad primam negãdo iudicia, assensiones & id genus esse motus.nam de rõne motus est cõtinuitas, esse in tempore,nõ constare ex indiuiduis motionibus: de potentia ad actum conferri,& dum confertur,obiter retineri potentiam. hæc autem animæ operationibus non videntur competere. Quare negat Them.aĩæ illas actiones esse motus,sunt.n.operationes:quæ non sunt motus:& ita potest intelligi ipsam moueri illis: & eisdem corpus non mouere. Ad obiectiones contra secundam hypotheti.respondet Themistius,hypotheticam illam intelligi de motu eodem secundum genus: nam quo motu genere trahẽs mouet,etiam eodem genere motus mouetur: quia motu locali mouet,& mouetur.non aũt eadem specie motus:qa tractione mouet: & non tractione mouetur, raptu mouet sol vapores: & non rapitur: tamen eodem genere motus vtrũque mouetur: quia motu locali & sol,& vapores mouentur: & trahens,& tractum: & arans,& aratum: & verberans,& verberatum. Et hoc modo intelligendo quæ assumpsit Arist.valent in proposito: quia apud antiquos anima mouet corpus,& mouetur: ideo quia mouetur locali motu, mouet corpus localiter: & quia corpus mouetur localiter,anima locali motu mouetur: non tñ eadem specie motus. Simpl̃. aũt confuse loquens vr̃ velle propositiones Arist.esse intelligendas: primo de mouẽtibus, quæ mota mouent.2.in motu locali.3.de eodẽ locali motu secundum genus & non secundum spẽm: vel indiuiduum. His enim tribus seruatis,prima hypotheti.videlicet, si aĩa mouetur,& quatenus mouetur,mouet corpus,necesse est eodem motu corpus mouere,quo mouetur & ipsa,nã ipsa mota localiter,mouet corpus localiter.Secunda etiã huic conuersa etiam videlicet: quia quo motu locali secundũ genus corpus mouetur anima ipsa eodem genere motus mouebitur. Ex his patet per spẽm in textu non esse intelligendum speciem specialissimam: sed subalternam, cum ait.§Si aũt hoc: & conuertentibus dicere verum est:quòd secundum genus & secundum spẽm eodem motu moueatur,quo corpus mouetur.§Sumit.n.speciem pro subalterna quæ est idem,ꝙ genus, quia illa particula & quasi, expositiue tenetur: vt Them.& Simpl̃. coguntur exponere. Auerrois vero inquit rõnem Arist.hic esse secundum sermonem dicentis.i.ad hominem.non aũt secundum rem,qa nos non dicimus mouens moueri eodẽ modo motus,quo mouet, etiam si moueret motu locali, nisi mouẽs sit corpus,vt in.7.& 8.Physi.auscultationum dictum est. Modo secundum rei veritatem humana anima, de qua loquũtur, non est corpus,ideo nõ sequitur ipsam moueri motu, quo mouet corpus. Propterea Theophrastus putans rõnem Arist.esse secundum rem in se, & non contradictionem ad opinionem,Dubitauit contra dicta Arist.hic,quia nos videmus hic multa,quæ mouent, non moueri illo modo motus,quo mouent, vt ambra,quæ trahit paleam,& ipsa non mouetur motu tractus, similiter magnes trahit ferrum, q non mouetur tractione. Respondet itaque Auerroes, & dicit primo ꝙ qõnes hæ non habent hic locum.quia sol̃. illarum patet.7.Physi. Præterea.Tunc hæ qõnes hic locum haberent,qñ ratio Arist.esset secundum rem in se,& nõ ad hoĩem.modo hæc ratio est ad hoĩem.quem Arist.reprehẽdit ex concessis ab eo.Ex his Auerroes quærit hoc pacto, aut contradictio Arist.est secundum rem in se,aut ex concessis ab aduersario. Si secundum rẽ in se, sic solum propositiones Arist.sunt veræ de motu locali, quod nõ sonãt verba Arist.quia verba Arist.procedunt absolute,& ex datis. Sin aũt contractio est ex concessis, tunc hæc Aristot. contradictio non videlicet, nisi supponendo ꝙ si aĩa mouet corpus vt mouet̃, necesse est vt ipsum moueat eo modo motus,quo mouetur,quam propositionẽ veteres concesserunt,vel sequitur ex concessis, qua propositione cõcessa sequitur conuersum illius.s.vt eo motu moueat̃ anima,quo corpus mouet̃, & ita breuiter vult Auerroes primam hypotheti.esse ab aduersarijs concessam, nam voluerunt animam moueri,& eo motu quo mouetur ipsa, mouere corpus,ex hac sequitur secunda hypotheti. huic aduersa,videlicet,quo motu corpus mouetur,eodem saltem genere animã moueri. Quare cessant obiectiones Theophrasti,quia Arist.non procedit ex simpliciter veris, atque per se necessarijs, sed ex concessis ab eis,quos refellit.Vlterius Theophrastus repræhendit Aristo. in vltima ꝓñtia, quia non videlicet hęc ꝓñtia,anima mouetur motu locali. ergo illa põt migrare,& remigrare in corpus, vnde semel exiuit. nam qui aĩam spiritum esse, & auram quãdam rebantur,animam moueri motu locali concessissent eã tamen remeare, aut regredi posse negasset in corpus,e quo semel esset egressa. Obijcit huic optime Themistius ostẽdens Arist.consequẽtiam valere, nam si põt exire corpus, & corpore,cur non & denuo poterit ingredi, cum hoc in cæteris omnibus locis,vasisque visitetur? exit enim aqua è vasculo,redire potest in vasculum vnde exiuit, exit vinũ è dolio,põt etiam in dolium,vnde exiuit, redire. Zenoni adhuc responsionis locus dabatur,dicebat enim aĩam esse in toto corpore innexã, permistamque,mediant eque quadam mistione in illo stare,qua dissoluta exire, quia vero mistio illa postquam dissoluta est reparari non põt,hac ratione nec anima,quæ corpus possidebat illa mistione mediante regredi in corpus potest. Obijcit Them.adhuc,qa licet Zeno euadere possit propter mistionis dissolutionẽ,quæ reparari non põt, eos qui aĩam in corpore tanquã in vase

Quæ Theo. cap.17.

Defensio.

Sol.Simpl.

Textus verificatio.

Quæ Auer. cõm.41.

Quæ Theo.

Commen.2.

Alia Theo. reprehensio.

Sol.Theo.

Quæ Zen.

Quæ Plat.

in vase quodam,& loco cōstituunt, nullum præfugiū subleuat,quin cogantur fateri aialia semel obita extinctaque animari denuo posse,& ad vitam redire,quod genus maxime periclitantur Democritici,& omnes, qui aquam, aut ignem aīam effecere. Nam hi,& Plato,qui aīam quid mobile per se autumant,coguntur aīam in corpore collocare vt in loco locatum,& in vase aquam.quare eā exire, posseque regredi non euitabunt. Q. si dicatur Plato reditū animorum in corpora, vnde exiuerunt nō modo affirmasse,sed probasse per hoc quia certo tempore redeunt stellę particulariter ad loca,quæ tenuerūt tempore, quo anima corpus ingredit putans hoc tempus esse annorū.15.millī. Ptolemeus.360.millī. Iuniores.49000. profecto sic dicēdo euadere potest, tamen de his abunde diximus Physi.ad auscultationum lib.5.idcirco non opus est rursus hæc repetere. Illic enim disputauimus, si resurrectio est omni ex parte naturalis, an parte naturalis, parte supernaturalis, quæ omnia nunc omittimus.

Qua Plat.

ARGYR. *At enim motu per accidens, ab alio quoque mouebitur. animal enim vi pelli potest. Nō autem oportet cuius in substantia inest à seipso moueri, id ab alio motu cieri, nisi per accidens. quemadmodum neque quod per se vel propter se bonum est:id per aliud oportet aut gratia cuiuspiam esse. Animam aūt, si mouetur: à sensibilibus maxime quispiam dicet moueri.*

Tex 42. Secundum accidens autem motu, si ab altero moueatur depelletur vtique violentia animal. Non oportet autem cui à seipso moueri inest in substātia, hoc ab alio moueri, nisi secundum accidens. sicut neque secundum se bonum aut propter seipsum, hoc quidem propter aliud esse: hoc autem alterius causa. Animam autem maxime dicet aliquis vtique à sensibilibus moueri: siquidem mouetur.

COMMENTARIVM.

Prima iuniorū expositio. HVNC locum non eodem modo exponūt oēs,iuniores dixerūt Arist.hic facere quintam rationem, quæ iuxta eorum expositionem sic conficitur,nihil ꝙ ab alio mouetur,mouetur à seipso. Anima mouetur à sensibilibus ergo anima nō mouetur à seipsa. Arist. ergo primo exponit maiorem,& inquit, secundum accidens aūt motu si ab altero anima ipsa moueatur, depelletur vtiq; aīal ipsum vi, quasi dicat anima mouetur per accidens ab alio motu animalis corporis in quo est,cum tale animal corpus vi mouetur,aut alia specie motus. Vult itaque habere aīam ꝑ accidens moueri motu corporis, tunc exponit maiorem, & inquit, non oportet aūt cui in substantia inest ipsum moueri à seipso,hoc ab alio moueri, qm̄ differūt moueri à seipso,& moueri ab alio,nisi,supple tale moueatur per accidēs,nam cum mouetur per accn̄s, intelligi pōt moueri ab alio. Sed si mouetur ꝑ se,nō pōt intelligi moueri ab alio, quatenus per se mouetur. Cuius exemplum ponit.d.Sicut neque secundum se bonum, aut bonum propter seipsum supple potest intelligi tale per aliud: aut propter aliud,nā supple hoc quidem.s.quod est bonum propter aliud, oportet esse tale propter aliud, cui illud inest. hoc aūt.s.quod est bonum per aliud,oportet esse bonum alterius gratia. Quare nihil per se tale pōt esse per accn̄s,vel ab alio tale, & ita patet maior,videlicet,nihil quod ab alio mouet, mouetur à se. Deinde ponit minorem,& inquit: Animā autē maxime dicet aliquis vtique à sensibilibus moueri, si quidem ipsa dicitur moueri. Ergo supple non potest dici per seipsam mouens, vel id ꝙ à seipso mouetur. Si vero hanc expositionem sequi vis, vr̄ mihi melius esse dicendum ꝙ Arist.primo sumat minorem cum inquit, s̄m accidens aūt motu si ab altero moueatur, depelletur vtique violentia animal. Quasi dicat, anima mouetur per accidens motu animalis,quod mouetur vi,vel alia motus specie,& sic habetur minor. Deinde tangit maiorem.d.non oportet autē cui à seipso moueri inest in substantia.i.non oportet cui motus ꝑ se inest,hoc ipsum ab alio moueri: nisi tale moueatur per accidens,nam tūc mouebitur ab alio, sicut neque oportet secundum se,aut propter seipsum bonum esse,quod sic quidem propter aliud est, sic aūt alterius gratia est, & tunc iuxta hanc expositionem supple conclusionem, videlicet, ergo anima non est q̄d per se mobile à seipso. Q. si sic exponitur pars illa textus videlicet { animā autem maxime } legenda erit cum sequenti textu, & non cum p̄nti,vt Auer.legit. Est ergo p̄ns ratio, nihil quod mouetur ab alio,mouetur per se,aīa mouetur ab alio, q̄a motu animalis,cum vi mouetur,ergo non per se mouet. Maior patet de ipso bono, quod non est per se, vel ꝑꝑ se bonum,cum est partim propter aliud:partim gr̄a alterius bonum. Simplicius aūt & Them.si rectæ eos intellexi,velle videntur Arist. non rōnem quintam,sed declarationē qua animam moueri intelligitur,apposuisse, quod mihi profecto satis consonat,& verbis eius vr̄ bene idoneum. Inquit enim Arist.secundum aūt accidens motu si anima moueatur ab altero depelletur vtique aīal violentia. Ergo vult ꝙ anima mouetur per se motu corporis,& per accn̄s motu corporis. Per se quidem mouetur anima motu corporis,cum corpus non vi mouetur, sed proprio aīæ impulsu. Mouetur autem per accidens aīa motu corporis, cū animal vi,& impulsu alterius corporis mouet. Quare Arist. vult aīam non esse per seipsum mouēs: sed moueri semꝑ motu corporis,verum aliquando mouetur motu corporis per se: aliquando mouetur secundum accidens motu corporis. Et ideo inquit,secundum accidens aūt motu si ab altero moueatur oportet supple vtique aīal ipsum ab altero depelli vi,nam si proprio impulsu moueretur aīal, anima moueretur per se ab alio. Sed occurres,quo modo pōt dici anima moueri per se,si mouetur ab alio, vel motu alterius: vt Simplicius exponere vr̄. Arist. respondet: & inq̄t, non oportet aūt cui à seipso moueri inest in sub̄a: hoc ab alio moueri, præterquā secundum accidens. hoc est non oportet idē ea rōne qua mouetur per se, moueri ab alio: nisi id moueatur per accidens. In his enim quæ mouētur per accidens potest intelligi aliquid per se moueri: & ab alio moueri. Vt nauclerus qui per accn̄s mouetur motu nauis: pōt dici per se moueri motu nauis: & ab alio moueri. Mouebitur enim per se motu nauis: qn̄ impulsu nauis mouetur: vt cum remis moueretur. Mouetur ab alio: cum nauis non proprio impulsu: sed vi ventorum mouetur. Et licet idem subiecto in his quæ per accidēs mouētur: dici possit per se, & ab alio moueri: non tn̄ eadē ratione: sicut neque quod est secundum se, aut propter seipsum bonum,sic quidē propter aliud: sic aūt alterius gratia esse supple oportet. Hoc est,sicut per se bonum ea rōne qua per se bonum: non potest esse propter aliud: aut gratia alterius bonum:bene tn̄ idem subiecto pōt esse bonum per se,& bonum propter aliud,vel alterius gratia idē tamen sub eadem rōne esse tale ꝑ se: & propter aliud vel alterius gratia pōt esse nunquā. Et ita anima mouetur ab alio: quia motu corporis: verum aliquādo per se mouetur motu corporis: aliquando ab alio: & hoc pacto exponendo: Arist.non quintam rōnem posuit: sed modum exposuit: quo anima ipsa mouetur. Cōstrue ergo prima verba textus sic: si aūt aīa supple ab altero moueatur motu per accidens: animal vtique ipsum vi depelletur. Sin aūt supple ab altero anima moueatur per se: animal ipsum non vi impellet: sed proprio impulsu mouebitur. Ex quo patet aliquid moueri ab alio dupliciter per se:& per accidens. Sed dices contra: quia per se tale opponitur tali ab alio, Respondet Arist.d.non oportet aūt cui in substātia ipsum à seipso moueri insit: hoc idem ab alio moueri. ergo per se,vt ꝑ se, distinguitur ab eo quod est tale ab alio nisi accidentaliter supple illud moueatur: quia quod est tale per accidens,vt sic pōt esse tale ab alio: quod aūt est per se tale vt sic, non potest intelligi esse tale ab alio, tamen licet vt sic non pōt intelligi tale ab alio: in subiecto idem potest esse per se ab alio,vt Simpl. inquit:nauta enim quando mouetur à naui: mouetur ab alio: & si mouetur motu nauis facto ab impulsu nautæ nauta ipse dicet moueri ab alio per se:& sic idem subiecto est ꝑ se, & ab alio, Et exponit hoc,exemplo,& inquit,sicut neq; ꝙ est secundum

Secūda expō.

Expositio Simplicij & Them.

dum se bonum, aut propter seipsum bonum oportet supple esse hoc quidē, hoc est oportet esse partim quidē propter aliud. Hoc aūt .i. partim alterius causa bonum inquit Simpl. ei quod est secundum se bonum opponi ipsum propter aliud bonum. Ei aūt quod est propter seipsum bonū, opponi id quod alterius gratia est bonum, vt sanitas est secundum se bonum existens viuentis corporis perfectio. Sanum aūt propter aliud: quia bonum ob sanitatē. Praeterea virtus quidem est propter seipsum bonum: qm̄ ipse est cuius gratia est finis. Diuitiæ vero fere alterius gratia, & quæcunque organica vocitamus bona. Quare bonum secundum se quatenus huiusmodi non est propter aliud, neque bonum propter seipsum quatenus huiusmodi, est alterius gratia. Verum si idem (vt Simpl. inquit) sit secundū se, & ꝑpter aliud, aut propter seipsum, & alterius gr̄a expetendum: non ꝯm eandem rōnem erit tale. Et sic patet solutio ad dubium, cum dicebatur, qūo potest esse aīa per se mota, & ab alio: cum per se & ab alio opponantur? Iam responsum est, idem posse esse per se & ab alio: sed non secundum eandem rationem: & sic eadem aīa pōt esse ꝑ se mota, & ab alio: non tamen sub eadem rōne. Hanc expositionem Themistij & Simplicij vr̄ Auerroes sequi, vt patet eius verba consideranti. Et sic patet primo qūo anima mouetur motu corporeo ab alio, sed per se, qm̄ à corpore, quod mouetur ab anima. Iuxta hanc expositionem verba illa § animam aūt maxime § declarant qūo anima mouet̄ ab alio secundo modo: anima enim non per se mouet̄, sed motu corporis dupliciter, quia motu locali corporeo: & motu intentionali à sensibilibus. Et hoc ait, Aīam aūt maxime dicet aliquis vtique à sensibilibus moueri siquidem mouetur ab ipsis sensibilibus. hoc est si sensatio motus dici pōt. Dixit aūt § maxime § quia motus localis corporeus non est ita animæ proprius: vt motus intentionalis à sensibilibus, imo vr̄ motus hic corpori cōpetere quasi per accidens rōne animæ. Quare aīa non mouetur per se: sed dupliciter ab alio: quia à corpore motu locali reali: & à corpore moto à sensibilibus motu intentionali: qui maxime animæ conuenire vr̄. Iuxta hanc expositionem hic Arist. nō minorem, sed modum quo ipsa anima mouetur ab alio secundo modo exposuit. Simplicius inquit hic: qm̄ rursum corporeum duntaxat appellat motum, eum. s. secūdū quē à sensibilibus non aīa, sed sensorium mouetur. § Si quidem mouetur § dixit, nam sensationem ipse motum appellat: nō autem alij. Plato. n. animam non dicit à sensibilibus moueri: sed sensibilia occurrere motibus aīæ, anima. n. per Platonem res cognoscit per contactum, ex eo quia applicat se rebus, quare secundum hoc sensibilia non mouent animam: sed occurrunt animæ, dum se applicat rebus: qu as cognoscit. Propterea addit § siquidem mouetur. § hoc est si dici pōt animam moueri ab ipsis sensibilibus. Them̄. hic ostendit omnem motum animæ esse ab alio: quia motus localis aīæ competit à corpore. Sensus vero non sine sensibilibus, quæ extra sunt. è quibus mouentur sensoriæ partes. appetitus quoque ab his, quæ appetuntur. Intellectio pēdet tota ex sensibus: quia sine visis imaginibusque non perficitur.

Quæ Them̄.

ARGYR. *At vero si mouet seipsam anima, & ipsa quaque mouetur. Quare cum omnis motus exitus atque remotio sit, eius quod motu cietur ea ratione qua motum subit, anima nimirum ex substantia dimouetur & exit, nisi seipsam per accidens moueat. at motus, vt inquiunt, substantiæ est ipsius per se.*

Tex. 43. At vero & si mouet ipsa seipsam, & ipsa mouebitur vtique. Quare si omnis motus remotio est ab eo, quod mouetur secundum quod mouetur, & anima remouebitur vtique à substantia, nisi secundum accidens seipsam moueat. Sed & motus substantiæ ipsius per se.

COMMENTARIVM.

SEXTO argumentatur hoc pacto, si anima ipsa mouet seipsam, vt dicebant veteres, per conuersionem actiuæ in passiuam, ipsa secundum se mouebitur. Tunc argumentor, omnis motus est remotio ab eo quod mouetur, quatenus mouetur. Sed anima mouetur secundum quod anima (vt explicat Them̄.) vel (vt Simpl. explicat) sed anima mouetur secundū substantiam, ergo aīa remouebit̄ à sui sub̄a, vel aīa remouebitur ab aīa. Vnde sylīs est secūdum Simpl. omne quod mouetur, remouetur ab eo, secundum quod mouetur. Vt si aliquid mouetur secundum q̄tum, remouetur à quāto, si secundum quale, remouetur à quali, & ita (vt Simpl. colligit) omne quod mouetur remouet̄ ab eo, secundum ꝙ mouetur. Sed aīa mouetur secundū substantiā, probat Arist. quia aīa seipsam mouet. ergo mouet̄ secundum seipsam, & ita mouebitur secundum sub̄am: quę erat minor: quare ipsa remouebitur à sui sub̄a. Them̄. syllogizat hoc pacto verba Arist. omne quod mouetur, remouetur ab eo secundum quod mouetur, hoc est probatum, anima mouetur secundum quod aīa est. ergo remouet̄ ab anima, & sic remouetur à seipsa, suique ipsius sub̄a. Sed dices, ꝙ Arist. non sumit verum in minore. s. ꝙ aīa mouet̄ secundum ꝙ anima est, vel secundum sub̄am: qm̄ mouet̄ ꝯm accidens, & hanc responsionem dat, cum dicit, nisi secundum accidēs seipsam moueat, & sic non oportet, vt remoueatur à sui substantia. Contra obijcit Arist. sed est motus sub̄æ ipsius per se, apud veteres, qui dixerunt aīam mouere secundum seipsam, ergo dicebant ipsam moueri secundum substantiam: & sic non poterant fugere. Quod vero veteres cum dicebant aīam moueri secundum se intelligebant ipsam moueri secundum substantiam, probat pulchre Simpl. qm̄ cum per antiquos anima moueatur secundum se, aut intelligunt eam moueri secundum se, quia secundum quātum quod est in ipsa, aut secundum locū qui est in ipsa, aut secūdum quale, quod est in ipsa. Sed aīa nec est quāta, nec in loco, nec qualis. ergo non potuerunt intelligere ipsam moueri secūdum quātum, vel locum, vel quale. Ergo voluerunt dicere eius motum esse in eius essentia, imo esse eius essentiam, vt Themistius dicit, & anima mouebitur secundum eius substātiam. Sed dubitabis, quia cœlum mouetur secundum se: ꝙ tamen nunquā remouebitur ab eius sub̄a. Dicendum, vt ex verbis Themistij colligitur, ꝙ moueri secūdum se, vno modo potest intelligi, vt antiqui dicebant. s. moueri secundum eius substantiam (& sic cœlum non mouetur secundum se.) Alio modo aliquid dicitur moueri secundū se, vt sumpsit Arist. 8. Physi. quia non mouetur motu alterius, vel quia mouetur à principio motus existente in ipsa re mota: & hoc pacto quod mouetur per se, non remouetur ab eius sub̄a: & hoc modo cœlum mouetur secūdum se, vt patet 8. Physi. Dubitant hic nonnulli, vtrum motus faciat omne mobile, quod mouetur distare à termino à quo. Sed cum quæstio hæc spectet ad 6. Physi. bona fronte omittatur.

ARGYR. *Quidam autem asserunt animam id corpus in quo est eodem mouere modo quo & ipsa mouetur, vt Democritus, qui quidem perinde atque Philippus Comicus dicit, ille nanque Dædalum ait, ligneam Venerem confecisse quæ motu moue batur argenti viui quod in illam infundit. Et Democritus pari modo pilas indiuisibiles secum trahere corpus totum, atque mouere dicit, ex eo quia nunquam ipse quiescunt suapte natura, desinunt que moueri.*

Tex. 44. Quidam autem & mouere animam dicūt corpus, in quo est, sicut ipsa mouetur, vt Democritus similiter dicens Philippo comœdiarum magistro, Refert. n. Dedalum, mobilem fecisse ligneā Venerem infundendo argentum fusile. Similiter autem, & Democritus dicit. Motas enim inquit, indiuisibiles sphæras (propterea quod aptæ natę sunt nunquam manere) contrahere & mouere corpus omne.

COMMENTARIVM.

SPECIATIM nunc ad opinionem Democriti descendit. Et primo narrat eius opinionem, deinde illā reprobat. Democritus ergo, vt summatim Themistius, & Simpl. colligunt, asserit animam moueri, non tamen dicit animam moueri per se, sed cum videret animal moueri, dixit animā esse primam, quæ mouetur. Mouetur aūt exemplo

plo statuæ Dedali, quę mouebatur ob motum argẽti fusilis in illa reclusi. Illud enim cum sit mobile, mouebat statuam, sic anima, quæ sphæris constat, mobilis existens, mouet animal. Vnde dicit { Quidam autem, & mouere animã dicunt corpus, in quo est, sicut ipsa mouetur. } Dicit { sicut ipsa mouetur } similitudine generis, non similitudine speciei. Dixit.n. Democrit. aĩam mouere corpus secũdum locum, & ipsam moueri secundum locum. Vtrum vero in specie, sicut ipsa mouetur ita moueat, Arist. non explicat. Fortasse q non, nam aĩa mouetur suapte natura sphærice, & tamen mouet animal progressu. Exponit aũt, cuius sit hæc opinio, & quo exemplo illud dixerit, & dicit, vt Democrit. similiter dicens Philippo comœdiarum magistro, Philippus, vt Themistius inquit, comicus poeta erat, scripsitque Mimos. Hic enim refert Dædalum machinatorẽ fabricæ, ligneam Venerem fecisse, quæ fusili viuoque argento infuso, ac introcluso agitaret se, gestusque moueret. Similiter aũt huic cõmento Democritus dicit, nã inquit indiuisibiles sphęras, quas atomos alio nomine appellat, ex quibus est substantia aĩæ, motas semper esse, facereque animam semper in motu consistere, & quia anima semper sic mouetur, dicit eam contrahere, & mouere corpus omne, cuius ipsa est forma, vel in quo ipsa est infusa, propterea quia sphæræ, quibus eius sũba constat aptæ natæ sunt nunquam manere. Quo vero ad verba attinet, hæc statua fuit veneris, quæ in lib. nr̃o græco ἀφροδίτη aphrodita dicitur, ideo in arabicis translationibus corrupte legitur hermaphroditus. corrupte etiam in translationibus latinis, vbi legitur Minerua. Græci enim interpretes aphroditam hoc est Venerem legunt. Quo vero modo facta fuerit imago illa, vt moueretur, gestusque faceret, ioculatores quærantur.

De imagine Dædali.

ARGYR. *Nos autem ipsum interrogabimus, si quietem etiam idipsum faciat vnquam. At quonam pacto quietem faciet, difficile est dictu, vel potius dici non potest. Omnino autem anima non sic mouere videtur animal, vt inquiunt ipsi, sed electione quadam intellectioneúe.*

Tex. 44. Nos autem interrogabimus, si & quiescere facit hoc idem. Quomodo aũt faciet hoc? difficile est, aut etiam impossibile dicere. Omnino autem non sic videtur anima mouere animal, sed per voluntatem quãdam, & intellectum.

COMMENTARIVM.

OBIICIT nunc Arist. contra Democritum, & ratio sic intellr̃ à Themistio, si anima mouetur, quia est suo corpori causa motus, sequitur etiam vt quiescere debeat, q a causa status & quietis est corpori. ergo ad aĩam non plus motus q̃ quies attinet. Simplicius magis ad verba accedẽs intelligit aliter rõnẽ, quærit.n. Arist. (vt dicit Simpl.) si hoc idem facit quiescere corpus in quo anima est, hoc est si atomi, quibus constat aĩa, faciant corpus in quo est anima, quiescere? & si faciant, qũo aũt faciant corpus quiescere, difficile est dicere, aut est impõle, cuius cãm affert Simpl. quia impossibile est supponere atomorũ in corpore existentium immobilitatem, cum secundũ Democ. atomi nequeãt quiescere. & ita animal nunq̃ poterit quiescere. Secundo obijcit, quia animal (vt obseruatio docet) nõ sic anima vr̃ mouere .s. sui agitatu, sed per voluntatem quãdam, & intellectum, anima.n. mouet animal volũtate & intellectu. Quo vero ad verba attinet, Arist. per voluntatem intelligit appetitum. per intellectum vero imaginationẽ, alioquin (Simpl. dicit) non accepisset cãs motus, nisi solũ in hoĩe, & non in cæteris animalibus in quibus nec est voluntas, nec intellectus, vt 3. huius docet.

ARGYR. *Eodem autem modo Timæus etiam, animam corpus mouere dicit, mouere enim ipsam ex eo censet atque asserit corpus, quia mouetur, propterea quod ad ipsum connexa est.*

Tex. 45. Eodem autem modo, & Timæus physiologizat animam mouere corpus. Eo enim quod mouetur ipsa, & corpus mouere, propterea q connexa est, ad ipsum.

COMMENTARIVM.

NVNC narrat opinionem Plato. quæ quo ad conclusionem conuenit cum Democrito, quo vero ad cãm differt, vt dicemus. Primo ergo tangit opinionem Plat. quo ad conclusionem in qua conuenit cum Democrito, & dicit. Eodem aũt modo & Timæus physiologizat aĩam mouere corpus, veluti Democri. nam imaginatur quia anima ipsa mouetur, & ipsam mouere corpus, propterea q ad ipsum corpus est connexa. vnde (Them̃. dicit) Timæus supponit animam suapte natura moueri in orbem, & quia corpori est connexa, quasi raptu quodã mouet corpus. Conuenit ergo Plato cũ Democrito in duobus. primo q anima moueat corpus; secundo q moueat corpus, quia ipsa mouetur. Cur vero ipsa moueatur, non eodẽ modo cãm assignat Timæus, sicut Democrit. Timæus (vt Simpl. dicit.) Pythagoricus vir fuit, quem Plato in Timæo introducit. Cum vero Timæus asserit aĩam mouere corpus, loquitur de aĩa mundi, quã mouere cœlum vniuersum autumat. Verum similitudine animæ mundi magni Aristo. vult idem esse intelligendum in paruo mundo, est.n. nostra anima facta illius similitudine fere in omnibus. propterea (vt recte Expositor inquit) quæ Arist. dicit de mundi anima, eadem vel consimilia vult esse intelligenda in aĩa nostra.

ARGYR. *Ipsa enim dicit ex elementis eam cõstitutam, numerisque distinctam sonori, vt insitum sonoritatis atque concentus habeat sensum.*

Tex. 45. Constitutam enim ex elementis, & dispartitam secundum Hermonicos numeros, quatenus & sensum, & connaturalem harmoniam habeat.

COMMENTARIVM.

QVIA igitur Plato & Democritus cõueniunt in cõclusione, & differunt in causa conclusionis, Declarat nunc hanc differentiam. Democritus enim dixit aĩam mouere corpus, quia constat atomis, quæ nunquã quiescunt. Plato dixit aĩam mouere corpus, quia cõnstat ex elemẽtis, & ex numeris harmonicis. Q. vero constet harmonicis numeris, probat ex eo, quia habet sensum & naturalem harmoniam: sensus est delectatio musicæ, sumpsit.n. sensum pro appetitu ac voluptate sensitiua, q̃ nos habemus ĩ musicis. Naturalis harmonia, est naturalis inclinatio ad sonora. aĩa ergo cœlestis, quia constat numeris, & sensu naturalibus, naturaliterq; harmonicis harmonice cœlestes motus efficit, ex qbus s̃m Pythagoricos delectabilissimi soni proficiscuntur. eodem modo & nostra, quæ ab illa exorta est, constabit sensu & harmonia naturalibus, quare sicut cœlestis, vt harmonice cœlestia corpora moueat, cõstauit harmonicis numeris ac elementis, sic anima nostra, vt nostrũ corpus harmonice moueret, elementis & harmonicis numeris, quibus constat cœlestis aĩa, cõstare debuit. Mouet ergo nostra anima corpus, quia ipsa mouetur, mouet, quo cõstat ex illis elemẽtis, illisque harmonicis numeris quibus constat anima cœlestis semper mouens. Et q̃tum ad hanc dr̃iam, quæ est de cã motus animæ, differt Plato à Democ. vnde dicit. Constitutam enim ex elementis cœlestem animam asserit Plato & ita nostram, & dispartitam, hoc est compositam, & distinguibilem secundum harmonicos numeros, cuius cãm affert, quatenus .s. & sensum hoc est appetitum sensitiuum, & connaturalem harmoniam, hoc est connaturalem inclinationem habeat ad canora ipsa. Et per elementa, Simpl. intelligit idem & diuersum, posuit enim Plato elementa omnium rerum esse idem & diuersum. per harmonicos numeros, intellexit eos numeros, quorum proportione musicæ proportiones resultant. His enim anima componitur cœlestis, & nostra anima, cætera licet componantur numeris & elementis, nõ tamen harmonicis numeris, cũ nullum animal præter hominem delectetur naturaliter in musicis.

ARGYR. *Et vt vniuersum feratur consonis lationibus, rectitudinẽ coegit atque flexit in circulum, & cum vnũ in duos diuisisset circulos duobus punctis coniunctos, rursus vnũ in septem orbes diuisit, quoniam lationes ipsius cœli, motiones sunt animæ, quibus ipsa mouetur.*

Et

Tex.45. Et vt totum feratur cõsonantibus lationibus, rectitudinem in circulum flexit. Et cum diuidendo fecit ex vno, duos circulos dupliciter connexos, iterum vnum diuisit in septem circulos, tanquã essent cœli lationes, animæ motus.

COMMENTARIVM.

HAEC etiam verba de cœlesti anima sunt intelligenda, vult tamen habere esse eadem dicenda de aïa nr̃a: quia quicquid de illa asserebat Plato, de nostra aïa voluit esse intelligendum, cum nostra imitatione illius ab illa fuerit facta. Exponit ergo nunc Arist. qũo, quia anima est ex harmonicis numeris, ipsa fuerit cã harmonicorum motuum, vbi attentione dignum, Deum primo fecisse aïam mundi, postea circa ipsam animam, quã cõposuit ex numeris, fecit duos orbes, quasi illam vestiendo operiendoque circũcirca: vt Them. exponit. Supra ipsam quidem fecit orbẽ primum, quod cœlum stelliferum dicimus, non enim tempore Platonis erat superior orbis repertus, sub ipsa fecit cœlum planetarum, quod cœlum dissecuit in 7. orbes pro numero planetarum. Hi ergo orbes mouentur harmonice: ac si orbium horum motus essent motus aïæ cœlestis. Vnde dicit, & vt totum. i. mundus superior, qui est nexus omnium cœlorum (vt dicit Plutarchus) cõferatur cõsonantibus lationibus, rectitudinem, hoc est orbem prius rectum in circulum flexit: nec intelligas orbem prius factũ fuisse rectum, & deinde orbicularem, sed hoc dicit, vt notaret ordinem secundum nostrum modum intelligendi, quo intelligimus omne quod fit, fieri ex suo oppõ. Et cum diuidẽdo cœlum reductum de recto ad circũflexum, ex illo cœlo fecit duos circulos dupl'r connexos, alterũ supra animam, alterum sub aïa, iterum vnum. s. qui sub anima est diuisit in 7. circulos pro numero planetarũ, & hoc, vt cœli lationes essent velut animæ motus, qbus & ipsa mouet, & mouetur. ergo notatur in creatione talis ordo, ꝙ primo cœlum totum fuerit, sicut corpus rectũ, postea Deus inflexit in circulum, deinde ipsum diuidendo, ex illo vno fecit duos circulos dupl'r cõnnexos, alterũ supra aïam, alterum sub anima. Deinde circulum sub aïa existẽtem diuisit in 7. circulos pro numero planetarum, & omnia hæc fecit Deus vt cœlestes motus essent motus, quibus mouet anima, & quia anima mouetur motibus harmonicis, cũ sit ex numeris harmonicis ꝯstituta, etiam cœlestes motus erũt harmonici. Vbi animaduertas hunc ordinem in cœlorũ creatione esse positum, non ꝙ ita fuerit in re, sed ꝙ secundum nostrum modum intelligendi sit, nos. n. nihil intelligimus fieri nisi ex suo opposito, & ita intelligimus cœlũ prius fuisse factum à Deo rectũ. Secundo ab eodẽ fuisse ex recto factum circulare, & vnum deinde intelligimus ex vno esse dissectum in duos circulos, alterũ quem primum mobile appellant, alterum quem circulum planetarũ vocant, & hũc planetarum circulum intelligimus prius fuisse vnum. Deinde iterum in 7. diuisum. Intelligimus etiam horum motus esse harmonicos motus. nã aïa mundi quæ 8. motibus harmonicis mouetur, etiam 8. harmonicis motibus orbes oẽs mouent. sunt aũt motus aïæ nõ alij ab his cœlorum motibus, quia anima quo mouetur, eo mouet, & quo mouet mouetur. Frustra ergo laborant nostri exponere aïam nostram moueri alijs motibus, q̃ illis, quibus mouet nostrum corpus. dixit aũt Arist. orbem planetarũ, & orbem stellarum fixarum esse dupl'r connexos, se. n. connectunt in circulis polaribus, qui sunt duo, vt astronomi dicunt. nã poli circuli planetarũ circa polos mundi mouentur, & nunquã ab illis recedunt. Ex his vult habere ꝙ aïa nostra facta similitudine cœlestis animæ ex numeris harmonicis, mouetur harmonice, & suo moto harmonico mouet corpus, non tñ tot motibus, quot cœlestis aïa mouet cœlum, cum anima nostra nõ in omnibus illam imitetur. laborant nostri Expositores inuenire in nostris motibus tot numero, quot sunt in motibus cœlestibus. Et qm̃ sunt voluntarie dicta, de his hactenus. Secundo animaduertendum Platonem in suis verbis dixisse animam prius fuisse factam rectam, per rectitudinem enim aïam intellexit, deinde Deum voluisse eam in circulum, & sic in suis verbis inquit circulum esse factum ex aïa prius recta existente. Quod etiam intelligendum est secundum nostrũ modum intelligendi, quo intelligimus animam prius esse animam, quam esse actum corporis, & intelligimus prius animam esse factam à Deo rectam, deinde intelligimus eã in circulum conuersam esse cœlum, quia semper alterum oppositum fit ex altero, ideo non possumus intelligere circulũ esse factum ex anima, nisi intelligamus aïam primus fuisse quid rectum, alioquin ex ipsa non poterimus intelligere circulare fieri. Hæc pauca de opinione Plat.

ARGYR. *Primum igitur non recte dicitur, animã magnitudinem esse. nam animam vniuersi talem ipse vult esse, qualis est ea quæ mens & intellectus vocatur, nõ qualis est sensitiua, nec qualis est ea quæ est principium cupiendi. quippe cum harum motus non sit, vt patet, conuersio.*

Tex.46. Primum quidem igitur nõ bene est dicere animam magnitudinem esse. Eam enim, videlicet, quæ vniuersi est, talem esse vult, qualis aliquando est vocatus intellectus, non enim qualis sensitiua est, neque qualis desideratiua. Harum enim motus, non circulatio est.

COMMENTARIVM.

NVNC obijcit contra põnẽ Platonis. Et primo ostẽdit, ꝙ aïa non possit esse magnitudo. Et primo proponit errorem Platonis. Secundo facit vnam suppõnẽ de mente Platonis. Proponit ergo errorem, & dicit. {Primũ quidem igitur non bene est dicere aïam magnitudinem esse} vt Plato dicebat, hic est error. Pro refutatione ergo erroris. sumit de mente Plato. ꝙ anima, de qua loquitur, est anima vniuersi, quã vult esse intelligendam: nõ aũt sensitiuam neque desideratiuam, siue vegetabilem, & dicit. Eam enim aïam, videlicet, quæ vniuersi est, talẽ esse dicit, qualis aliquando est vocatus intell'ꝯ, quia non est qualis sensitiua, nec quali desideratiua, nec sup. qualis est vegetatiua, cuius causa est, quia motus harum. s. sensitiuæ, desideratiuæ, & vegeta. non est circulatio, ergo aïa, quam Plato dicit esse circulum siue magnitudinem, est aïa vniuersi, & intellectus, quæ est suppositio obseruanda in reprobatione Plato. Quo vero ad verba attinet Arist. ponens Plato. errorem, dicit {non bene est dicere,} quia (vt Them. inquit) oratio Arist. non in hoĩem, sed in confutatione opinionũ versatur, qm̃ (vt Expositor dixit) Arist. confutatio est potius ad sonum verborum Plato. q̃ ad rem, quod ideo facit, quia Plato habuit malum docendi modum, oĩa. n. figurate dicit & per metaphoras, hñs aliud mente, q̃ sonent verba. ideo ne aliquis propter ipsa verba incidat in errorẽ, Aris. disputat contra Plato. quãtũ ad id quod ipsa verba sonãt. Cũ vero dicit. {harum. n. motus non circulatio est, } h. d. quia (vt Simpl. inquit) circulatio propria est solius animæ intellectiuæ, nulla enim aïa mouet circulariter, nisi sola intellectiua, nec huius rei aliqua causa assignari potest, vt Auer. inquit in libello de sũba orbis, nisi quia intellectiua aïa est intellectiua aïa. Sicut nulla alia causa est cur grauitas moueat corpus deorsum. nisi qa grauitas, ita nulla causa est, cur aïa intellectiua moueat in circulum, nisi quia talis. Quod vero nulla aïa præter intellectiuam moueat in circulum testatur experientia, nam nulla alia reflectit se supra se. non enim sensus sentit se sentire, sicut intell'ꝯ intelligit se intelligere. Similiter nec vegetatiua reflectit se supra se. Patet ergo suppositio, verum animaduerte non paruam esse q̃ônem, cur cum intellectiua alia suapte natura moueat circulo, homo non moueatur circulo, verũ de hoc in libro de substantia orbis.

ARGYR. *Intellectus autem vnus est & continuus perinde ac intellectio. Intellectio vero, est ipsius intellectus conceptus. Sed hi, nimirum vnum hoc sunt quod alius deinceps post alium est, vti numerus, sed non vti magnitudo. Quo circa nec intellectus hoc pacto continuus est, sed aut partibus penitus vacat, aut non est, vt magnitudo, continuus.*

Tex.47. Intellectus autẽ, vnus & continuus est, sicut & intellectio, intellectio aũt, intellecta. Hæc autem, eo quod consequenter

consequenter sunt vnum, sicut numerus, sed non sicut magnitudo sunt. Quare neque intellectus sic continuus erit, sed aut impers, aut non sicut magnitudo aliqua continuus.

COMMENTARIVM.

CVM sumpsit in doctrina Plato. mūdi aīam esse intellectum, nunc syllogizat cōtra Plato. hoc pacto, intells est vnus sicut numerus, & non sicut magnitudo. aīa vniuersi per suppositionē datam est intells. ergo aīa mundi est vna sicut numerus, & non sicut magnitudo. Quod intells sit vnus sicut numerus, & non sicut magnitudo, probat, quia intellectus est vnus, & continuus sicut intellectio. sed intellectio est ipsa intellecta. Intellecta aūt eo ꝙ sunt ordinata sicut numerus, (nā sicut in numero est hoc prius, hoc posterius, sic in his quæ intelligūtur est hoc prius, hoc posterius) sunt vnum sicut numerus est vnus, & nō sunt vnū, sicut magnitudo est vna. ergo intells erit vnus, vt numerus, & non vt magnitudo. Intellectus. n. est vnus, vt intellectio, intellectiones. n. sunt ordinatæ, & vnum vt numerus, quia sic sunt intellecta. ergo intellectus est vnus, vt numerus, & non vt magnitudo. Quo vero ad verba attinet, debes scire ꝙ hæc, quæ Arist. dicit, possunt intelligi de intellectu, qui est aīa mundi, & de intellectu nostro, quatenus noster intellectus est simul aīa mundi, & intellectus noster. & de intellectu nostro, quatenus est factus ab aīa mūdi, nam sicut erit de nostro intellectu, ita erit de aīa mūdi. Si intelligant̄ de aīa mundi, patet ꝙ aīa mundi est ita continua, & vna sicut sua intellectio, qm̄ ipsa est sua intellectio, & intellectio est ita vna, sicut sua intellecta, qm̄ intellectio & intellecta sunt eadem in aīa mundi. at intellecta sunt ordinata, & sunt vnum sicut numerus, quia primū intellectum est essentia animæ. secundū est oēs res, quas ordine quodam intelligit mediante essentia: qua rōne fit, vt aīa potius vna sit sicut numerus, q̄ sicut magnitudo. Vnde (vt Simplicius dicit) sicut se habet actio: ita est substātia. quare cum illius aīæ intellectio sit vnum sicut numerus, vt intellecta sunt, cū quibus ipsa eadem est, & anima erit vna sicut numerus. Sin aūt intellectus noster, & aīa mundi idē sit, tunc Arist. hic asserit intellectum necessarium, & aīam mundi potius se habere vt numerum, q̄ vt magnitudinem, vt indicat eius operatio. Quā opinionem asserit Them. 3. huius. vbi voluit eandem aīam esse mūdi & nostrum intellectum. modo patet aīam mundi esse suam intellectionem, & sua intellecta: & sic intellectus noster erit vnus sicut intellecta & vt numerus, & non vt magnitudo. Expositor vero verba hæc intelligit de nostro intellectu, modo noster intellectus: ita se habet in substātia, vt est eius operatio: eius aūt operatio ita se habet, vt obiecta: at oīa obiecta, sunt vnū ordine vt numerus, & non vnū magnitudine. ergo intellectus noster erit vnū ordine, vt numerus, & nō vt magnitudo. Sed aīa mundi cū sit intells, se habet vt noster intellectus. ergo sicut noster intellectus est vnus vt numerus, & non vt magnitudo: ita aīa mūdi erit vna, vt numerus, & non vt magnitudo. Propterea concludit, quare neque intellectus sic cōtinuus erit, vt magnitudo, sed erit vel impers ac indiuisibilis, vel erit nō sicut magnitudo aliqua continuus. Errauit ergo Plato cū dixit aīam esse magnitudinem, quia vel non est magnitudo, sed res penitus indiuisibilis, vel se habet potius, vt numerus, q̄ vt magnitudo. Animaduerte tn̄ ꝙ Arist. non asserit intellectum vel aīam mundi esse numerum, sed vult esse indiuisibilē. vult tn̄ ꝙ potius sit numerus si est diuisibilis, q̄ magnitudo, vt ex eius operatione colligitur. Them. aūt vult, ꝙ Arist. loquatur contra aīam mundi, quæ est anima mundi, & intellectus agens noster. Contra enim argumentatur Aristo. ꝙ anima mundi quæ est intellectus agens noster, non debeat esse magnitudo, quia intellectus est sua intellectio, intellectio autem est ipsa intelligibilia, intelligibilia vero sunt sicut numeri 8. Meta. vbi dicit̄ ꝙ formæ sunt sicut numeri. ergo intellectus erit sicut numerus. ergo est aut indiuisibilis, aut nō vt magnitudo, sed vt numerus. Debes scire ꝙ intellectus vel versatur circa intelligibilia simplicia, vel circa composita. Si circa simplicia, sic cum intelligibilia illa sint ordinata: vt numeri 8. Meta. intellectio & substantia intellectus erunt sicut numerus. Si aūt versatur circa composita, etiam cum cōposita sunt ordinata vt numeri (nam prius sunt dignitates, deinde sunt propōnes, demum & cōclusiones,) ita intellectus & eius intellectio erit, vt vnus numerus, & sic (vt Them. dicit) potius numero quam magnitudini intellectus similis est.

ARGYR. *Atque si magnitudo sit, quonam pacto quacūque suarū intelliget partium, siue illæ sint magnitudines siue etiā puncta, si hæc quoque partes appellare oporteat? Nam si puncto, puncta vero sunt infinita: nunquā pertransibit, vt patet. Sin magnitudine: sæpius, vel infinities idem intelliget. At videtur & semel intelligere posse. Quod si sat est quauis partium tāgere: quid oportet aut orbe versari aut omnino magnitudinem ipsum habere? Quod si necesse est ipsum intelligere toto tangentem circulo; quis est ipsarum partium tactus?*

Tex. 47. Qualiter enim & intelliget: magnitudo cū sit. vtrū vniuersaliter, an singulis partibus ipsius? Partibus autem, aut secundum magnitudinem: aut secundū punctum, si vtique & hoc sit partem dicere. Si igitur secundum punctum, hæc autem infinita sunt, manifestum est ꝙ nunquā pertransibit. Sin autem secundum magnitudinem, sæpe aut infinities intelliget idem. videtur autem & semel contingere. Si autem sufficiat singulis partibus tangere: quid oportet circulo moueri, aut etiam omnino magnitudinem habere? Si autem necessarium est intelligere toto circulo tangentem, quis est partibus tactus?

COMMENTARIVM.

SECVNDA ratio est hæc, qua probat intellectum nō esse sphæricam magnitudinem, & (vt Them. dicit) Aristo. de mente Timæi supponit intellectum res ipsas intelligere per contactum, & quidē successiuo, quo appropinquat, & accedit ad res ipsas, quas est appræhensurus. hæc enim voluisse Timæum: & Pythagoram asserit Them. his stantibus simplicius sic syllogizat verba Arist. si intells est magnitudo sphærica intelligens intelligibilia contactu successiuo, aut intelligit aliquod intelligibile, videlicet lapidem secundum se totum, aut secundum aliquā sui partem, aut secundum oēs ac singulas sui partes. Hanc diuisionem præmittit, & dicit, qualiter enim intelliget magnitudo cū sit, supple & sphærica, & cōtactu successiuo rem ipsam intelligens. vtrum tangendo rem vl'r secundum se totum: ita vt intellectus tangat rem secundum se totum. an tangendo rem singulis suis partibus, hoc est secundum oēs suas partes. & suppleas an secundum aliquā sui partem tm̄. Circa istam diuisionem. primo ostendit, ꝙ intellectus nō intelligit rem secundum singulas sui partes rem tangendo tactu successiuo. Secundo ꝙ non intelligit rem secūdum aliquam sui partem rem ipsam tangendo tactu (vt dictum est) successiuo. Tertio ꝙ intellectus nō intelligit rem secundum se totum illam tangendo. Quod non intelligat rem illam successiue tangendo secundum oēs sui partes, probat, quia siue partes intellectus fuerint indiuisibiles vt puncta, siue diuisibiles, vt magnitudines, cū & pūcta, & partes diuisibiles sint infinite, intellectus aut nunquā cōplebit rem intelligere, aut eādem rem sæpe, ac infinities intelliget, vtpote & pro numero punctorum vel partium. Vnde dicit. Partibus autem supple si tangendo rem intelliget, aut erunt partes quibus tangit, secūdum magnitudinem, ac diuisibiles, aut secundum punctum & indiuisibiles. dico punctum partem, si vtique & hoc pūctum sit partem dicere, vt est opinio Platonis, qui asseruit ex indiuisibilibus fieri corpora. Si igitur partes erunt secundum punctum. hæc autem puncta sunt infinita, & cū intellectio fiat contactu successiuo: manifestum est, ꝙ nunquam intellectus secūdum sui partes, quas habet, pertransibit ad intelligendum rem, quia non contingit infinita pertransire: nisi cum potestate sumuntur, & non actu vt

Plato

Plato sumit. Sin autem intellectus intelligit rem aliquam secundum omnes partes quas ipse habet, quæ sunt secundum magnitudinem: cum istæ sint: aut infinitæ, aut multæ: intellectus sæpe intelliget idem: si illæ partes fuerint multæ, aut infinities, si suæ partes erunt infinitæ. quod videtur superfluum, cum sufficiat semel rem attingere. Patet ergo ꝙ intellectus nõ potest intelligere rem tangendo successiue illam secundum omnes partes, quas ipse habet. Quod autem non intelligat rem, illam tangendo secundum aliq̃ partem quam ipse habet, probat, quia nõ videtur cur opus est, vt circulo moueať ad hoc, vt intelligat, aut vt habeat magnitudinem, cum pars non sit nisi punctus secundum Plato. vnde dicit, si autem sufficiat singulis partibus hoc est quauis parte tangere ad hoc, vt intelligat, quid oportet ad hoc, vt intelligat, circulo moueri, aut etiam omnino magnitudinem habere? non opus enim est moueri circulo (vt Simplicius exponit) si rem statim percipiat per contactum. & non per successiuum motum. non opus est magnitudinem habere, si quæuis particula totius intellectus cognoscitiua sit. Potest enim punctualis pars, aut infinita parua pars ad cognoscendum sufficere, ergo nõ necesse est eum habere certam datam magnitudinẽ, qua percipiat. cum in infinitum parua possit intelligibile tãgere. Quod igitur ad hoc, vt intellectus intelligat, nõ oportet, vt intelligibile tangat secundum aliquam sui partem: ex hisce patet. Quod vero ad hoc: vt rẽ intelligat: nõ oportet: vt illam tangat secundum se totum, probat, vt dicit. Si aũt necessarium est intellectum intelligere rẽ toto circulo sui rem illam tangendo, quis erit tactus partibus cõpetens: quo illæ intelligãt. q. d. nullus ergo intellectus poterit rem intelligere, nulla eius parte rẽ illam intelligente. quod Arist. omittit tanq̃ impossibile, quia, vt Them. dicit, non videtur cõueniens, vt intellectus totus intelligat, & constet ex partibus nihil intelligentibus: potissimum, cum partes illæ essent homogeneæ ipsi intellectui, ac intellectuales: vt Simplicius dicit.

ARGYR. *Præterea: quonam pacto vel impartibili partibile vel impartibile partibili ipse intelliget?*

Tex. 48. Amplius quomodo intelliget partibile impartibili: aut impartibile partibili?

COMMENTARIVM.

TERTIO argumentatur Arist. contra Platonem, vt Them. componit, hoc pacto, si intellectus est magnitudo, quæ tangendo intelligit, tunc nec per punctum, nec ꝑ magnitudinem intelligeret omnia intelligibilia, non per punctum, quia diuisibilia puncto cognosci non poterunt. Impossibile enim est, vt indiuisibile aliqua proportionis coniunctione diuisibili conueniat secundum contactum, vt Them. inquit, non etiam per magnitudinẽ, quia tunc non cognosceret indiuisibile illud tangendo. Vnde dicit amplius, quomodo intelliget intellectus ipse omnia? non. n. impartibili puncto intelliget partibile, quia inter hęc nõ potest esse tactus, neque partibili parte, quæ est magnitudo potest intelligere impartibile, quia minime inter hæc potest esse contactus. Sed quæres, si intellectus est impartibilis secundum Aristotelem quomodo potest intelligere partibile? non enim videtur impartibile, nec tactu, nec alio modo posse intelligere partibile. Præterea. Intellectus intelligit per speciem rei, modo species est indiuisibilis, ergo non potest per illam intelligere diuisibile, quia indiuisibile non est simile diuisibili, ergo cum intellectus per speciem non possit fieri similis rei diuisibili, nũquam poterit rem diuisibilem intelligere. Pro solutione debes scire ꝙ si intelligere fit per contactũ, nec magnitudo, hoc est diuisibile, potest intelligere indiuisibile secundũ quãtitatem, nec indiuisibile secundum quãtitatem potest intelligere diuisibile. Causa est, quia inter indiuisibile & diuisibile non potest esse cõtactus; vt Them. & Simpl. probant. quoniam tangens applicatur tangibili, & illi cõmensuratur. Indiuisibile aũt nec applicari, nec commensurari potest diuisibili, ergo inter indiuisibile & diuisibile non potest esse contactus, & sic alterum non potest alterum

An intellectus impartibilis possit intelligere partibilia.

intelligere. Quia vero Arist. vult intelligere fieri per abstractionem, ideo intellectus existens secundum quã titatẽ indiuisibilis intelligit diuisibile ipsum abstrahẽdo à diuisibili, vt Expositor dicit. Indiuisibile vero intelligit secundum proprietatem suæ naturæ, cum. n. intellectus impartibilis sit, impartibile intelligit impartibilitate suæ naturæ. Arist. autem tertio huius dicit, ꝙ intellectus existẽs indiuisibilis magnitudinem intelligit tempore indiuisibili, hoc est in instanti, quatenus magnitudo est vna, quatenus enim magnitudo est vna, est quid indiuisibile, quia vnitas indiuisibilitatem dicit secundum intellectionem, qui enim vnum nõ intelligit, nihil intelligit, ergo intell's existens indiuisibilis potest intelligere magnitudinem, quia eam sub ratione vnius intelligit. Indiuisibilia vero secundum quãtitatem intelligit priuatione magnitudinis, punctum. n. intelligit priuatione quãti. Et sic patet ad primam rationem. Ad secundam dicendum ꝙ species magnitudinis existens in intellectu est ẜm q̃titatẽ simpliciter indiuisibilis: & tamen potest esse similitudo rei diuisibilis, essentia. n. diuina est simpl'r indiuisibilis, & tñ est similitudo formaliter repræsentatiua infinitorũ. Sic spẽs lapidis est simpliciter indiuisibilis, & tñ est repræsentatiua similitudo lapidis quãti, nam licet entitatiue sit indiuisibilis, est repræsentatiue diuisibilis, & similitudo rei diuisibilis.

ARGYR. *Necesse est autem: intellectum esse circulum hunc. intellectus nãque motus, intellectio est: circuli vero, conuersio. Si igitur intellectio cõuersio est, et circulus is intellectus erit profecto, cuius talis conuersio intellectio est. Aliquid præterea semper intelliget, oportet enim ipsum aliquid intelligere semper, quippe cum conuersio sit per ennis atque perpetua. At constat intellectionum rerum earum quæ cadunt sub actionem, terminos esse ac fines, omnes enim alicuius sunt gratia. Contemplatiuæ quoque rationibus identidem terminantur, & rationum aliam diffinitionem, aliam demonstrationem esse patet. Demonstrationes autem & ex principio sunt, & finem habẽt quodammodo ratiocinationẽ aut conclusionem. Quod si non terminantur, at saltem non ad principium redeunt, sed medium extremumque semper sumentes recta proficiscuntur, at conuersio: rursus, vt patet, ad principium redit atque reflectitur. Diffinitiones etiam finitæ sunt omnes ac terminatæ.*

Tex. 48. Necessarium aũt est intell'm esse circulum hunc. Intellectus. n. motus intellectio est: circuli aũt: circulatio. Si ergo intellectio circulatio sit: & intell's sit circulus: cuius hmõi circulatio est intellectio: semper vtique aliquid intelliget. Oportet enim siquidẽ perpetua circulatio est. at factiuarum: aut operatiuarũ intellectionum fines sunt, oẽs enim alterius cã sunt. Speculatiuæ etiam rõnibus terminantur sil'r, ratio. n. oĩs aut definitio est: aut demõstratio. Demonstrationes vero à principio sunt: & hñt quodammodo finẽ syll'm, aut conclusionem. Si aũt non terminantur: sed nõ reflectũtur iterũ in principium: accipientes aũt semꝑ medium: & extremitatẽ: recte procedũt. Circulatio aũt iterũ: in principium reflectitur. Definitiones aũt oẽs finitæ sunt.

COMMENTARIVM.

EGIDIVS vult ꝙ cũ Arist. probauit intell'm nõ esse magnitudinẽ, hic probat, ꝙ nõ est circulus, q̃ exponẽ olfecit Simpl. Them. vult ꝙ iterum Arist. probat alia ratione quæ est secunda ẜm diuum Thomam, ꝙ intell's non sit magnitudo: & supponit ad mẽtem Timæi, si intell's est magnitudo, & intelligens circũactu, ꝙ sit circulus: siue magnitudo circularis: Et licet The. ꝓbat ex fundamẽtis Timæi. Simpl. hoc asserit expresse esse cõcessum à Timeo. Syllogizat ergo Arist. ꝙ si intell's eẽt circulus: intellectio esset perpetua: & ꝓcedit syllogizãdo, primo, & dicit, Necessarium est intell'm esse circulũ hũc. s. q. est magnitudo, intel-

lectio est motus intellectus, ergo intellectio est motus circuli, hic est primus syllogismus. Secundus, motus circuli, est circulatio: intellectio est motus circuli, ergo intellectio est circulatio. Hic est secundus syllogismus. Tertius syllogismus, omnis circulatio est perpetua, intellectio est circulatio, ergo intellectio est perpetua. Hunc tertium syllogismum ponit sub forma hypothetica, & dicit, si ergo intellectio sit circulatio, & intellectus sit circulus, cuius circulatio huiusmodi sit intellectio, intellectus semper vtique aliquid intelliget. Oportet enim vt inquit intellectum semper intelligere, siquidē perpetua circulatio est, Hic est tertius syllogismus. Ex quibus patet ꝙ si intellectus esset circulus, eius intellectio esset perpetua. In hac deductione cōcordant Themistius, Simplicius, Thomas, & Egidius. Aristoteles ergo destruit consequēs, & ostendit, ꝙ nulla intellectio sit perpetua. Primo, nulla intellectio practica est perpetua, quia hæc à fine agibilium incipit, & desinit in principium actionis. Et hoc dicit, {at factiuarum vel operatiuarum intellectionū fines sunt}.s. initium & vltimum: qm̄ omnes sunt alterius causa: & ita habent finem vt principium è quo incipit, principium actionis in quod desinit. Intellectio ergo practica non est perpetua. Secundo, nulla intellectio speculatiua est perpetua: quia non demonstratiua, nam hæc habet propositiones, vt principia, & conclusionem vt finem, & hoc dicit, Speculatiuæ autē intellectiones, rationibus quibus vtuntur, quæ sunt demonstratio & definitio, terminantur similiter, nam omnis ratio, qua vtitur speculatiua intellectio est aut demonstratio, aut definitio, ergo demonstratio est finita, & definitio est finita: intellectio speculatiua erit finita. Quod autem demonstratio sit finita, ostendit, & dicit. Demonstrationes autē à principio sunt.s. à propositionibus, & ita habent principium: & habent quodammodo finem, videlicet vt syl'm, aut conclusionem, conclusionem quidem (vt Simplicius dicit) vt in ipsam desinēs. Syllogismum vero, vt comprænhendens principium & finem.s. propositiones & conclusionem, ergo demonstratio omnino est finita. Sed quispiam dicet etiā post cōclusionē esse aliam conclusionem sumendam, & post illam aliam, & sic dem̄ratio non finitur. Vel dicet è principio esse procedendum ad conclusionem, & à cōcl'one ad principium, & sic iterum à principio ad conclusionē, & ita in infinitum. Respondet & dicit, si aūt demonstrationes nō terminantur ad cōclusionem, nec reflectunt̄ iterum ad principium, sed semper accipiunt medium, quod est subiectum cōclusionis primæ, & extremitatem, scilicet nouā minorem sub illo subiecto inferendo conclusionem in qua prædicatum illius primæ conclusionis cōcludatur; & hoc fiat semper, demonstratio sic procedens in post assumendo recte procedet. Tunc adde, sed in post assumendo statur tādē, alioquin nihil contingeret scire, ergo demonstratio quæ recte procedit habet principium, & finem tādem, vt si cōclusio primæ demōstrationis sit omnis substantia per se est ens: possumus accipere animal sub substantia: & erit secunda conclusio, omne animal est per se ens, sub animali iterum possumus accipere, hoīem, & erit tertia conclusio, ergo omnis hō est per ens, & hic stabit, quia indiuidua sunt infinita: & non pñt assumi in processo scientifico. Patet ergo demonstrationem in post assumendo tandem finiri. Quo vero finiatur in reflexione, primo Poster. est probatum. Possumus enim per principia conclusionem demonstrare demonstratione causæ, reflecti vero à cōclusionē ad principia demonstratione signi, at iterum à principijs ad conclusionem frustra fit reflexio: cū idē sit vt prius. Vnde dicit. Circulatio aūt iterū in principium reflectitur: vbi postea à principio non opus rursus ad conclusionem redire. Patet ergo ex his demonstrationem esse finitam. Quod vero definitiones, sumit, & dicit. Definitiones autem omnes finitæ sunt, quia, vt dicitur primo Poster. nec in generibus itur in infinitum: cum ad generalissima sit status, nec in speciebus itur in infinitum, cū ad specialissima iubet Plato quiescere. Definitio enim omnis (vt Simplicius dicit) cōprænhendit principium.s. primum genus, & finem, scilicet vltimam differentiam. Patet ergo ex his ꝙ speculatiuæ intellectiones sunt finitæ ea finitate, qua rationes, quibus vtuntur, sunt finitæ.

ARGYR. *Præterea, si sæpius eadē conuersio fiat: idem sæpius intelligere oportebit.*

Amplius autem: si eadē circulatio sæpe fiat: oportebit sæpe intelligere idem.

COMMENTARIVM.

PROBATVM est intellectum non esse circulū, quia tunc intellectio esset perpetua. Nunc secūdo probat idē, quia si esset circulus, tunc intellectus sæpe idem intelliget, & syllogismus componitur, intellectio est circulatio (vt in suppositionibus probatum est.) Circulatio sæpe est eiusdem, ergo intellectio sæpe erit eiusdem, & sic oportebit intellectum sæpe intelligere idem. Debes scire ꝙ hic syllogismus supponit declarata in libro Physicorum, scilicet ꝙ circulatio sæpe sit eiusdem, nam quocūque puncto designato in cœlo fixo, super illo infinities voluitur cœlum, secus aūt in motu recto, nam in motu recto cum designatur punctus fixus in spatio: non nisi semel mobile fertur supra ipsum, ergo si intellectio sit circulatio circa ipsum intelligibile, vt voluit Timæus, dubio procul idē intelligibile sæpe idē intelligibile intelliget: vt Simplicius deducit.

ARGYR. *Præterea: intellectio quietis magis & statui, quàm motui similis esse videtur eodē modo: & ipsa etiam rōcinatio.*

Adhuc autem: & intellectio assimilatur cuidā quieti magis quàm motui. Eodem autem modo & syll's.

COMMENTARIVM.

EGIDIVS vult ꝙ Arist. probet nunc ꝙ intellectio non sit motus, & secundum Simplicium sic intelligitur. Adhuc autem, & intellectio.s. diuinarum sub̄arum, vtpote dei, & intelligentiarum assimilatur quieti magis q̄ motui: imo est quies omnino, ergo eodē modo & syll's assimilabitur quieti, qui syll's est intellectio nostra, ergo sicut diuinarum substātiarum intellectio est quies, sic nostra, quæ est syllogismus, erit quies; vt etiam probat Aristoteles septimo Physicorum. Tex. cōm. 20.

ARGYR. *Atqui neque beatum id est quod non est facile, sed violentū vt patet. Quod si motus non sit ipsius substantia: præter naturam sane mouebitur.*

Tex. 49. At vero neque beatum est quod non facile: sed violentum est. Si autem est motus ipsius non substantia: præter naturam vtique mouebitur.

COMMENTARIVM.

HIC ponit secundam rationem ad probandum ꝙ intellectio non sit motus secundum Egidium. Et potest ratio sic ordinari, si intellectio est motus animæ, intellectio non est substantia animæ, hoc est, nō est naturalis animæ. Patet hæc ꝑñtia; quia nullus motus est naturalis rei indiuisibili sexto Physi. imo & rei diuisibili non omnis motus est naturalis. Vltra si intellectio non est naturalis animę, anima intelligendo præter naturam mouebitur: ꝙ si intellectio sit præter naturalis animæ, tunc intelligendo non erit felix anima, nec beata: quia nihil non facile, sed violentum est beatum. Huius rationis primo tangit absurdū, & dicit. {At vero neque beatū est, quod non facile ac naturale est, sed violentum} hoc est absurdum.s. ꝙ tunc anima intelligendo non erit beata. Deinde ponit rationem, & dicit. Si autem est motus ipsius animæ non substantia animæ, & supple intellectio est motus animæ, ergo intellectio non erit substantia animæ, hoc est naturalis animæ, ergo si non est naturalis animæ, tunc anima intelligendo præter naturam mouebitur, & sic intelligendo non poterit esse felix, ac beata. sic intelligunt Expositores nostri rationem. Dubitat hic Simpl'. qūo valet hec ꝑñtia: motus non est substantia aīæ, ergo est præternaturalis, nam motus cœli nō est substantia cœli: & tñ non est cœlo preternaturalis. Respondet ꝙ in anima valet, non autem valet in omnibus, quia in anima quicquid cōpetit, aut est eius substātia, aut eius accidēs, & ita violentum. Omne.n. accidens violentum

violentum est animæ. Quæ responsio non bene intelligitur. Ideo diximus quod per non substantiam Aristoteles intelligit non naturalem, vt sit sensus, si motus animæ non est eius substantia, id est non est aīæ naturalis: tūc erit illi violentus: sumendo violentum communiter. At hoc est absurdum, quia tunc non esset felix intelligendo, cum felicitas sit intellectio naturalissima. Them. vero aliter rationem intelligit, verum ad rem multum refert.

ARGYR. *Laboriosum est etiam coniunctum esse cum corpore, neque absolui ab eo posse: et insuper maximopere fugiendum, quippe cū melius sit intellectui non esse cum corpore: quemadmodum & dici solet & complures: plane consentiunt.*

Laboriosum autem est & commisceri corpori, si nō potest absolui: & adhuc fugiendum est, siquidem melius est intellectui non cum corpore esse: quemadmodum & consuetum est dici, & multis placet.

COMMENTARIVM.

RECTE Egidius dicit quod Aristoteles nunc improbat vnionem animæ ad corpus, quam Plato posuit. Plato enim dixit animam esse primo compositam ex elementis, & ex numeris (vt visum est) deinde dixit ipsam prius compositam connecti corpori, & non posse quando voluerit ab illo absolui: hæc fuit opinio Platonis. Obijcit ergo Aristoteles quod hac positione data, tunc vnio ad corpus esset sibi pœnalis, quia cum ante vnionem ipsa sit perfecta, & in vnione amittat eius naturalem operationem, quę est intelligere: ergo vnio ad corpus erit sibi pœnalis, & etiā fugienda, cum ab illo non possit absolui, cum voluerit: vnde dicit, sed supple si aīa secundum Platonem sit composita ex elementis ac numeris, erit ipsi animæ laboriosum ac pœnale commisceri corpori, potissimum si ab illo non potest absolui, cum voluerit. Præterea. Sequitur etiam ab ipsa anima corpus esse fugiendum, siquidem melius est intellectui non cū corpore esse. In corpore enim perdit operationē naturalem, extra corpus manens cum malo corporis nō impediatur, corpus erit omnino ab aīa fugiendum, tanquam sibi pœnale, vt consuetum est dici, à Socrate in Phædone, & multis placet sic dicere. Simpl. dicit quòd Aristot. ostendit melius esse ipsi animæ non cum corpore esse, non quidem, vt à Platone modo concessum, sed vt id, quod plerisque videtur. Assignat autem Simpl. rationem eorum, quæ anima melius esse habet extra corpus, quia in corpore habet potius practicam quàm speculatiuam scientiam: & si habet speculatiuam, potius naturalem, quàm diuinam, at cum diuinam scientiam non habeat, nisi post mortem, vel cum separata est à corpore, ideo extra corpus melius esse habet. Quā partem etiam Themistius olfecit.

ARGYR. *Causa præterea qua cœlum conuertitur, non videtur ex dictis illis emergere. Neque enim animæ substantia, causa est conuersionis, sed per accidens hoc modo mouetur. neque etiam corpus: sed anima corpori potius causa est motionis. At vero neque dicitur ita melius esse: & tamen oportebat ideo deum animam orbe versari facere, quia melius est ipsi moueri quam stare, & hoc pacto moueri quā alio modo. Verumenim cum huiuscemodi consideratio magis alijs accommodetur sermonibus: eam nunc omittamus.*

Tex. 50. Immanifesta autem est: & cur circulariter fertur cœlum, causa. Neque enim animæ substantia: causa est cur circulariter fertur: sed secundum accidens sic mouetur: neque corpus, causa: sed anima magis illi. At vero neque, quoniam melius est, dicitur: & tn̄ oportebat propter hoc deum facere circulariter ferri animam, quia melius sit ipsi moueri quàm manere, moueri autem sic quam aliter. Quoniam autem huiusmodi intentio est alijs rationibus magis propria: hāc quidem dimittamus nunc.

COMMENTARIVM.

NVNC redit ad refutandum opinionē Platonis quātum ad id, quod dixit animam nostram esse animam mundi & cœlum mouere: & dicit, quòd concessa adhuc positione Platonis de anima nostra quòd sit anima mundi, & cœlum mouens, immanifesta est causa, cur cœlum mouetur circulariter. Quod sit immanifesta causa huius motus, probat, & dicit. Neque enim animæ substantia causa est, cur circulariter fertur cœlum, non enim potest dici animā mouere cœlum sua substantia, scilicet quia eius substantia sit cœli motus, quia anima non mouetur motu, qui est eius essentia ac substantia, sed motu, qui est eius accidens, & sic per accidens ipsa mouebitur. non ergo motus cœli potest esse propter motum animæ: nisi accidentaliter & ita non erit perpetuus, nec potest diei quod corpus cœleste sit causa motus cœli, quoniam potius anima est causa corporearum operationum, quàm corpus. Sed dicet Iunior, quòd causa cœlestis motus, est quia anima sic mouetur. Mouet enim cœlum sicut ipsa mouetur, ipsa sic mouetur, quia est sibi melius ipsam sic moueri, & quia est sibi melius ipsam sic moueri, deus ipsam creauit, vt sic moueretur, ac moueret. Repræhendit autem hanc responsionem Aristot. quia licet possit ita responderi: tamen non sic dixerunt, & ita sunt diminuti. vnde dicit. At vero neque dicitur eam sic moueri, & mouere, quoniam est melius ipsam sic mouere ac moueri. ergo repræhendit eos, quia quod debuerunt dicere, non dixerunt. & quòd debuerunt hoc dicere, narrat, & inquit, & tamen oportebat propter hoc quòd melius est ipsam moueri & deum facere circulariter ferri animam, vt motu, quo mouetur, moueat, quia melius est ipsi animæ moueri quàm manere. Melius dico est ipsam moueri sic, scilicet circulariter, quàm aliter. Hoc autem cum dici possit pro eorum defensione, errauerunt, quia hoc nescierunt dicere. Remittit autem hoc ad librum de cœlo, vbi probauit, quòd licet hoc possit fingi pro eorum defensione, tamen non est verum. Probat enim ibi contra Platonem non posse animam moueri, & sic non potest esse sibi melius. Impossibile enim nō potest esse alicui medius.

ARGYR. *Illud autem absurdum euenire videtur: tam huic sententiæ, quàm etiam compluribus alijs quæ dicuntur de anima. Etenim coniungunt quidem animam cū corpore, ponuntque ipsam in eo, & tamen nihil prorsus determinant quam ob causam, & quomodo sese habente corpore.*

Tex. 51. Illud autem inconueniens accidit, & huic rationi: & pluribus: quæ de anima. Copulant enim & ponunt in corpus aīam, nihil vltra determinantes propter quam causam, & quomodo se habente corpore.

COMMENTARIVM.

VLTERIVS repræhendit Platonem de insufficientia, cæterosque, qui de anima loquentes nihil de eius corpore dixerunt, & dicit, quòd accidit huic Platonicæ rationi, siue opinioni, & pluribus alijs opinionibus veterum, quæ de anima fuerunt, nam ponunt in corpus animam, nihil vltra determinantes propter quam causam ipsam in corpus ponant, & quomodo se habente eius corpore illam in corpore tali ponant. Repræhendit ergo Platonem ac Timæum (vt Them. inquit) in duobus, quia non declarauerūt quomodo ac per quam causam dispositiuam anima sit in corpore, nec declarauerunt: quale corpus esse debeat, vt anima sit in ipso, vt Simplicius exponit, qui vult quòd cum Arist. probauit animam non esse corpus, nunc repræhendit eos quo ad insufficientiam horum duorum.

ARGYR. *Quod tamen necessarium esse videtur. Nam ob propinquitatem, hoc quidem agit, illud patitur. & hoc rursus mouetur, illud autem mouet, quorum, nihil sane quibusuis inter sese competit.*

Tex. 52. Et tamen videtur hoc vtique necessarium esse, propter enim communionem, hoc quidem agit, illud autem patitur, & hoc quidem mouetur, illud autem mouet. Horum autem nihil inest adinuicẽ quibuscũque.

COMMENTARIVM.

QVIA posset quis dicere non esse necessarium ad cõsiderationem existentiæ animæ in corpore, cõsiderare quale corpus esse debeat, quia non semper ad considerationem formæ, quæ vnitur alicui, oportet considerare subiectum quale sit illud, cui vnitur, obijcit contra hanc tacitam obiectionem, quod quando forma & subiectum sic communicant, ac proportionantur, vt forma moueat, subiectũ vero moueatur, forma agat, subiectum patiatur, cum non possit hæc communicatio motiui & moti, agentis & patientis cadere inter quæuis indifferenter, necessarium fuit omnibus, qui de animæ vnione ad corpus considerauerũt, considerare quale corpus sit, & quomodo se habeat, nõ enim potest quoduis corpus, nec qualeuis corpus pati ac moueri à quauis anima, & dicit, Et tamen videtur vtique hoc necessarium esse, vt scilicet assignent quale corpus sit, cui anima vnitur, nam propter cõmunionem animæ ad corpus, quam habent determinatam hoc quidem, scilicet corpus mouetur. illud autem, scilicet anima mouet. hoc quidem agit, scilicet anima, illud vero patitur, scilicet corpus, horum autem mouere & moueri, agere & pati nihil quibuscunque indifferenter inuicem se habentibus inest, sed oportet inuicẽ esse proportionata, ac certa causa vnita, & non indifferenter, si debeant hæc inesse. ergo insufficienter de anima dixerunt, prætermittentes quale corpus esse debeat. vnde (vt Themistius dicit) singula non possunt singulis sociari, quia non quodcunque agit in quodcũque, nec mouens quodcũque mouet quodcunque, quare si nulla inter corpus & animam naturalis cõgruentia fuerit, nulla poterit esse ratio, vt anima agat, & corpus patiatur, anima moueat, corpus moueatur. Præterea. Non magis fieret vnio ex anima & corpore, quã ex arbore, & lapide, aut ex arbore & homine. Insufficienter ergo de natura animæ dixerunt, nihil de corpore dicentes quale esse debeat.

ARGYR. *At illi dicere quidẽ quale quid sit ipsa anima enituntur: de susceptiuo vero corpore nihil penitus dicunt atque determinant. perinde quasi fieri possit, vt quæuis anima sine vllo discrimine quoduis corpus ingrediatur: vt Pythagoricorum fabulæ dicunt animantis enim cuiusque propriam speciem habere, formamque videtur. Perinde igitur dicunt: atque si quispiam artem fabrilem fistulas ingredi dicat. etenim ars quidem, instrumentis: anima vero, corpore vtatur oportet.*

Tex. 53. Hi autem solum conantur dicere quale quid sit anima: de susceptiuo autem corpore nihil amplius determinant: tanquam possibile sit secundum Pythagoricas fabulas, quãlibet animam quodlibet corpus ingredi. Similiter itaque dicũt atque si quis dicat tectonicam in fistulas ingredi. Oportet enim artem quidem vti organis. Animam autem corpore: videtur enim vnumquodque propriam habere speciem: & formam.

COMMENTARIVM.

ALII euaserunt à ratione Arist. dicentes non esse necessarium dicere de qualitate ac specie corporis, quia aĩa potest ingredi indifferenter omne corpus. ergo nõ est necessarium dicere de specie corporis, cui aĩa vnitur. Contra obijcit Arist. quia tunc ita esset de anima ad corpus, sicut de arte ad instrumenta, quare sicut non potest oĩs ars vti quodlibet instrumento, non. n. ars conficiendi tecta potest vti fistulis, quæ sunt instrumenta musicæ, vnde fit quod sicut non quælibet ars vnitur cuilibet instrumento, sic non omnis anima cuilibet corpori, dicit. Hi autẽ. Hoc est, alij autem conantur dicere quale quid sit anima, de susceptiuo autẽ corpore nihil amplius determinant, quoniam secundum Pythag. fabulas, quælibet anima potest quolibet corpus ingredi, ergo non oportet scire quale corpus sit ad sciendam vnionem animæ ad corpus. Contra obijcit & dicit, itaque, hoc est ergo isti similiter dicunt atque si quis dicat artem tectonicam quæ est ars faciendi tecta, in fistulas, quæ sunt instrumenta musicæ ingredi. q. d. ergo ita accidit his, sicut si aliquis vellet dicere tectonicam artẽ posse copulari fistulis musicalibus, vel alijs instrumentis alterius artis, quod quidem falsum est, quia oportet determinatam artem determinatis instrumentis vti, & aĩam oportet determinato corpore vti. est enim corpus instrumentum animæ sicut fistula musicæ. Quod aũt non possit quælibet ars vti quolibet instrumẽto, probat, & dicit. Videtur enim vnumquodque instrm̃ habere propriam speciem & formam, & vnumquodque corpus habere propriam aĩam. Patet ergo exemplo sumpto ab artibus, de vnione animæ ad corpus non esse dicẽdum, nisi exponatur quale quid sit eius corpus. Posset autem hic digressio fieri de opinione Platonis de anima, sed quoniam in lib. de intellectu satis abunde inuenta scripsimus, nunc illa recusamus, satis autẽ nobis sit Aristotelem bene repræhendisse verba, ac modum tradendi vtrum vero repræhenderit mentem Plato. quæstio est apud græcos, de qua satis dictum est.

ARGYR. *Est autem & alia quædam opinio de anima tradita: probabilis quidem compluribus, & nulla earum inferior quæ de ipsa dicuntur, reprobata tamen & hisce rationibus quæ in communibus sermonibus fiunt. Animam enim harmoniam quãdam inquiunt esse. harmoniam nanque temperationem esse compositionemque contrariorum dicunt, & corpus ex contrarijs compositum esse.*

Tex 54. Alia autem & quædam opinio tradita est de aĩa, credibilis quidem multis: & nulla inferior earum, quæ dictæ sunt: rationibus tamen quasi pœnis afflictata, & in ijs, qui in communi fiunt, sermonibus. Harmoniam enim quãdam ipsam dicunt. Etenim harmoniam, temperamentum, & compositionem quãdam esse contrariorum, & corpus componi ex contrarijs.

COMMENTARIVM.

NARRATA positione Platonis, nunc accidit ad positionem Empedoclis. Et primo narrat hanc positionem. secundo reprobat, narrando vero positionem, primo narrat positionem tangendo qualis nam ipsa sit, Secundo tangit eius rationem breuem. Narrans ergo positionem dicit, Alia autem & quædã opinio tradita est de anima, credibilis quidem multis, & nulla earum opinionum, quæ dictæ sunt inferior, imo fortasse rationabilior cæteris opinionibus prænarratis, dicit tamen quod est afflictata & in his sermonibus, qui in cõmuni fiũt, dico afflictata, quia est afflictata rationibus illis quasi pœnis, & tormentis afflictiuis. Quibus patet qualis hæc opinio, quæ de aĩa rursus dicetur. Est. n. credibilis multis, est etiã nullis opinionibus prætactis inferior, est afflictata rationibus, quæ facta sunt in sermonibus cõmunibus. Et per rationes in cõmunibus sermonibus factas (vt Simpl. dicit) intelligit rõnes, quas Plato fecit cõtra ipsam in phædone. Explicat deinde opinionem, & dicit, { Harmoniam. n. quãdam ipsam dicunt, } motiuum vero subscribit, & dicit. { Etenim harmoniam, temperamentum, & quãdam compositionem esse ipsam contrariorum dixerunt, & corpus dixerunt componi ex contrarijs. } ergo voluerunt animam esse corporis harmoniam. Vnde syllogismus eorum est, corpus componitur ex contrarijs, anima est harmonia corporis. ergo anima est compositio ex contrarijs. Hæc autem opinio fuit credibilis non modo veteribus, sed Alexãder in libro suo de anima visus est aliquãdo eam velle. Galenus quoque aliquando ipsam defendit.

ARGYR. *Verum harmonia quidem ratio quædam eorum est, quæ sunt permista, vel etiam compositio. anima autem neutrum istorum esse potest, vt patet.*

Atqui

Tex.55. Atqui harmonia, ratio quædam commistorum est, aut compositio. Animam aũt neutrum possibile est esse horum.

COMMENTARIVM.

SED cõtra abijt Aristoteles, & componitur sic ratio secundum Simplicium. Harmonia est proportio siue ratio aliquorum ad inuicem, vel compositio aliquorum inuicem, sed anima, nec est ratio, siue proportio, nec est cõpositio. ergo anima non est harmonia. Minorem probat Simplicius, quia proportio & compositio sunt relationes, vt supponit tanquam notissimum. At anima est substãtia, & non relatio. Non ergo anima esse potest proportio, siue compositio.

ARGYR. *Præterea harmoniæ non est mouere, animæ autem id oẽs maxime tribuunt.*

Tex.55. Amplius autem mouere non est harmoniæ. Animæ autem attribuunt hoc omnes.

COMMENTARIVM.

SECVNDO syllogizat sic, harmonia non mouet aliquid. Anima mouet corpus, vt omnes cõcedunt. ergo anima non est harmonia. Maior patet, quia relatio non est de principijs actiuis.

ARGYR. *Accommodatius aũt harmonia de sanitate atque omnino de virtutibus corporis: quã de anima dici potest. atque manifestissimum id erit profecto: si quispiam operationes atque affectus animæ in aliquam harmoniam reducere enitatur. accommodare nanque per difficile est.*

Tex.56. Congruit autem magis de sanitate dicere harmoniam: & omnino de corporeis virtutibus quã de anima: manifestum autem siquis tentauerit reddere passiones & opera animæ harmonia quadã. Difficile enim harmonice coaptare.

COMMENTARIVM.

TERTIO harmonia dicitur de virtutibus corporeis, imo est virtus corporea, anima non est virtus corporea ergo aĩa non est harmonia. Dixit aũt Arist. §Congruit autem magis de sanitate§ quia reuera harmonia non potest dici virtus corporea omnis, tamen si potest applicari ad corporea, videtur solum dici de virtutibus corporeis. Quarto reprobatur hæc positio, quia si anima esset harmonia, oporteret nos reddere causas passionum omnium animæ, per harmoniam, manifestum est autem, hoc fieri non posse per harmoniam, siquis tentauerit reddere passiones & opera animę ipsa quadam harmonia: difficile enim imo impossibile est passiones aĩæ coaptare harmonicæ alicui harmoniæ. Causa autem est, quia à relatione nulla operatio proficiscitur. Quo vero ad verba attinet, Arist. per passiones intelligit affectus, vt iram, timorem, & id genus, per opera (vt Simpl. dixit) intelligit intellectiones, scientias, & id genus. Patet autem nullum horum proficisci posse ab ipsa harmonia, quæ est relatio.

ARGYR. *Præterea in duo respicientes, harmoniam dicere consueuimus: & proprijssime quidem earum magnitudinum compositionem quæ motum habent positionemue cum adeo sunt coniunctæ vt nihil eiusdem generis inter sese suscipere possint. hinc autem: & rerum rationem mistarum. At neutro profecto modo consentaneum est rationi: harmoniam animam appellare. Neque partium corporis compositio: facilis est admodum insitionis. complures nanque partium compositiones sunt, vt patet, & variæ. Cuius igitur aut quonam pacto intellectum aut sensitiuum aut appetitiuum: compositionem esse putare oportet? Similiter absurdum est sane, mistionis quoque rationem animam esse putare. non enim elementorum mistio rationem habet eandem in carne & osse, cæterisque corporis partibus. Fiet igitur vt cõplures habeat animas per totumque corpus: si partes quidem vniuersæ corporis ex elementis cõstent permistis, ratio vero mistionis harmonia sit vt inquiunt, animaque.*

Tex.57. Amplius autẽ cum dicamus harmoniam in duo respicientes: maxime quidem proprie magnitudinum in habentibus motum & positionem, compositionẽ ipsarum cum sic congruunt vt nihil congeneũ suscipiant. Hinc aũt & eorum: quæ cõmiscentur rationem. Neutro vtique modo rationabile est. Nam cõpositio partium corporis multũ inuestigabilis existit. multæ enim sunt compositiones partium: & multipliciter. Cuius igitur & qũo congruit accipere intellectum compositionem esse: aut sensitiuum: aut appetitiuum? Tex.58. Similiter autem inconueniens & rationem mistionis esse animam. non enim eandem habet rõnem commistio elementorum, secundum quã caro. & secundum quã os. Accidet igitur & multas aĩas habere & secundum totum corpus: siquidẽ omnia ex elementis cõmistis sunt. Commistionis aũt ratio harmonia est & anima.

COMMENTARIVM.

QVINTO argumentatur contra positionem, & sumit primo ꝙ harmonia potest accipi duobus modis, vno modo proprie pro proportione partiũ magnitudinis, motum & positionem habentium, quomodo domus dici põt harmonia lapidum, & lignorum, & cõpositio chordarum in cithara dici potest harmonia. Alio modo accipiẽ pro compositione, siue ratione eorum contrariorum, quæ miscentur in vno misto, qũo complexio, vel mistura elementorum in ipso animali dicitur harmonia, vnde dicit. §Amplius autem cum dicamus harmoniam in duo respiciẽtes§ hoc est dupliciter ipsam distinguendo, maxime quidẽ ac proprie dicimus compositionem partialium magnitudinum in habẽtibus motum & positionem, cum ita bene & commensurate partiales illæ magnitudines congruũt atque coaptantur, vt nihil congeneum suscipiant, plusquã compositio requirit. non enim esset bona harmonia compositio ex sex digitis, quia hæc compositio sumit superflui quicquam. s. sextum digitum, qui est congeneus, ac eiusdem generis cum digitis requisitis ad manus. ergo primo modo harmonia est compositio non mensurata magnitudinum habentium motum & positionem, quam medici vocant bonam compositionem, de qua in thecna Galenus, deinde dat secundum modum & dicit. Hinc harmoniam etiam dicimus, & eorum esse compositionem ac rationẽ commensuratam, quæ miscẽtur. quam medici complexionem appellant. Hac ita distinctione præmissa, ostendit, ꝙ anima nec primo, nec secundo modo sit harmonia, & hoc proponit, & dicit. Neutro vtique modo rationabile est animam dicere harmoniam esse, quia nec potest dici harmonia compositiua, nec harmonia cõmistiua, siue (vt ita loquar) complexionalis. Quod non possit dici harmonia compositionalis, probat, & dicit. §Compositio. n. partium corporis multum inuestigabilis existit. §q. d. (vt Simpl. intelligit) non potest anima harmonia esse compositionalis, quia esset anima si esset talis compositio, redarguibilis valde. Vel intelligi potest, ꝙ anima non est compositio, quia compositio corporis est valde inuestigabilis & facilis intellectu, vt Them. inquit, quia compositio ossis ad os, & carnis ad carnem, & vniuersaliter similis ad simile, facilis cognitu est. similiter compositio membri ad membrum est cognitu facilis etiam. Sunt enim compositiones partium multæ, & multipliciter, quia ex partibus homogeneis ac similaribus & ex dissimilaribus. Ideo quærit multiplici existente compositione, cuius generis igitur est anima? an partium similarium, an dissimilarium, & quomodo congruit accipere intellectum cõpositionẽ esse, aut qũo possimus accipere sensitiuum aut appetitiuũ esse cõpositionẽ, an partium similarium an dissimilarium? non. n. facile possumus explicare in quo cõpõnis genere hæc loquentur. Quod aũt aĩa non sit complexionalis cõpõ, ac harmonia

monia probat,& dicit. Similiter autem & incōueniens est dicere, animam esse rationē mistionis.s.harmoniam complexionalem, quia (vt inquit) commistio elemētorum secundum quam est caro,& secundum quam est os: non habet eandem rationem, sup.quam habet anima ad cōtraria ipsa, quia si haberet, accideret corpus secundum totum & omnia membra habere multas animas. tenet consequentia ex concessis, datisque ab aduersarijs.s.ꝙ anima sit harmonia complexionalis, & ꝙ multæ sint complexiones ex commistionibus resultantes in diuersis membris, ergo dabuntur in corpore plures animæ pro numero complexionum membrorum. Hic colligunt quidam non dari in eodem animali plures formas membrorum, quia Aristoteles habet pro impossibili esse plures animas resultātes ex pluribus commistionibus. Verum hoc excerptum est ambiguum, quoniam licet Arist. neget pluralitatem animarū partialium in eodem misto, non negaret pluralitatem formarum partialium. Cur vero pluralitatem animarum partialium negat, non formarum, alibi disputauimus.

ARGYR. *Id etiam quispiam & ab Empedocle non iniuria petet, vnamquāque nanque partium: aliqua ratione dicit esse confectā. Vtrum igitur ratio ipsa sit anima: an potius sit aliquid aliud anima & ipsis membris adueniat?*

Tex.59. Inuestigabit autem & hoc vtique aliquis & ab Empedocle: cum vnumquodque horum in ratione quadam dicat esse: vtrum nam aīa ipsa ratio sit? An magis aliquid aliud existens gignatur in membris?

COMMENTARIVM.

SPECIATIM nunc disputat cum Empedo.& quærit in opinione sua quæstiones, nam cum ipse Empedo.dicat vnumquodque corpus consistere in quadam ratione, ac proportione elementorum, Ideo quærit primo, vtrum ipsa anima sit ratio, hoc est proportio elementorum. Ex quibus constat corpus? An gignatur aliquid aliud existēs in membris corporis præter elementariam proportionē? Nec ab ratione quærit hanc quæstionem, quoniam aliqui voluerūt animam ipsam esse formaliter ipsam proportionem, ipsamque harmoniam elementorum ex quibus constat corpus. Alij voluerunt animam, esse substātiam quādam genitam in membris corporis præter harmoniam, q̄a voluerunt harmoniam esse veluti dispositionem, aīam vero esse substantiam, quæ nascitur mediante illa dispositione. Et voluit per hanc quæstionem (vt Simpl.inquit) notare Empedoclem, quia non aperte, ac distincte locutus est de aīa, quia non exposuit an anima esset harmonia, an substantia inhærens corpori misto mediante harmonia.

ARGYR. *Præterea vtrum cuiusuis mistionis sine vllo discrimine causa sit ipsa concordia: an eius quæ ratione conficitur?*

Tex.59. Amplius autem: vtrum cōcordia cuiuslibet mistionis causa: an eius: quæ est secundum rationem?

COMMENTARIVM.

SECVNDO quærit Aristot. ab Empedocle, vtrum concordia sit causa cuiuslibet mistionis, scilicet tam mistionis, quæ fit cum ratione, ac miscibilium proportione, quæ dicitur mistio secundum naturam, an solum concordia causa sit eius mistionis, quę fit secundum rationem ac proportionem miscibilium, quæque dicitur naturalis, & non eius mistionis, quæ fit sine proportione miscibilium. Quærit autem Arist.hanc quæstionem ab Empedocle, vt Simplicius inquit, quia cōcordia videtur causa aīæ, saltē remota, vtpote quia est causa mistionis. Et quoniam, vt bene inquit Simplicius, Empedo.indistincte locutus est de concordia qūo causa sit mistionis, ideo quærit qūo sit causa mistionis, ex hoc enim patebit Empedoclis insufficientia & de concordia,& de animæ productione.

ARGYR. *Et hæc vtrum sit ipsa anima: an aliquid diuersum à ratione? Hæc igitur tales dubitationes habere videntur.*

Tex.59. Et hæc, vtrum ratio est: an aliquid aliud præter rationem? Hæc igitur habent huiusmodi dubitationes.

COMMENTARIVM.

TERTIO quærit ab Empedo. Cum ipsa concordia sit causa mistionis rationabiliter factæ ac proportionabiliter, vtrum ipsa concordia sit ipsa ratio, hoc est ipsa proportio, qua miscibilia proportionantur. An aliquid aliud præter rationem atque proportionem illam miscibilium. Epilogat demum, & inquit. Hæc igitur, quæ Emped. dicit, habent huiusmodi dubitationes. Hæ ergo sunt tres quæstiones, quarum prima est per se, & directe de anima ipsa. Aliæ duæ sunt obiter motæ potius de ipsa concordia, quæ est remota causa animæ, quas ideo mouit Arist. vt Simplicius inquit, vt innuat Aristot. Empedoclis insufficientiam.

ARGYR. *Verum si anima diuersum à mistione sit, vti diximus: cur vna cum ratione carnis & cæterarum etiam animalis partium tollitur? Insuper si non vnaquæque partium animam habeat: si non sit anima ratio mistionis, quid est quod decedente corrumpitur anima? Ex his igitur quæ dicta sunt, patet animam nec harmoniam esse posse, nec orbe versari.*

Tex.60. Si vero aliud est à mistione, anima, cur nā vna cum ipso carnis esse: & aliarum partium animalis tollitur? Ad hæc autem, siquidem non vnaquæque partium habet animam: si non est anima ratio cōmistionis: quid est quod corrumpitur anima deserente? Quod igitur neque harmoniam possibile est esse aīam; circulariter moueri, manifestum ex dictis.

COMMENTARIVM.

DVO solebant dici de anima à veteribus, primum ꝙ anima non esset harmonia omnium partium animalis. Et contra hos mouet quæstionem (vt Simpl. inquit) & dicit. Si vero aliud est à mistione omnium partium animalis, cur nam vnam cum ipso carnis esse, hoc est cur cum ipsa carnis harmonia ac ratione,& rationibus ac harmonijs cęterarum partium deletis ipsa tollitur, ac corrumpitur, non enim rationabile videtur ꝙ debeat corruptibilis esse rationibus, & harmonijs cæterarum partium corruptis, nisi, quia est harmonia totalis omnium partium. Secundum vero quod dicebatur à veteribus, est, ꝙ anima non sit ratio commistionis cuiuslibet partis animalis, quia nō quælibet pars habet animam, sed est mistio vel ratio mistionis partium principalium, & contra hos (vt Simplicius inquit) mouet secundam quæstionem, cur desinente anima desinunt omnes mistiones omnium partium, non enim videtur rationabile mistiones partium deserere, nisi quia aīa indifferenter est harmonia cuiuslibet partium, qua desinente desinit pars, vnde dicit, Ad hæc autem, siquidem non vnaquæque partium habet animam, & neque est ratio cōmistionis cuiuslibet partis anima, quid hoc est propter quid vnaquæque pars corrumpitur corrupta ac deserente anima ipsa. hoc enim esse nō potest, nisi quia anima est ratio mistionis cuiuslibet partis. Tunc epilogat & dicit. Quod igitur neque harmoniam possibile est esse animam, vt plerique dixerunt, neque est possibile ipsam animam circulariter moueri, vt dixit Timæus, manifestum est ex dictis iam.

ARGYR. *Per accidens tamen (vt diximus) moueri potest, & seipsam mouere. mouetur nanque corpus in quo est, mouetur autē vt patet ab anima. alio vero modo fieri nequit: vt ipsa moueatur motu ad locum accommodato.*

Tex.61. Secundum accidens aūt moueri (vt diximus) est: & mouere seipsam: vt moueri quidem id in quo est: hoc autem moueri ab anima. Aliter aūt non est possibile moueri secundum locum ipsam.

COMMENTARIVM.

SOLVIT nunc argumentum Timæi, Argumentabatur.n.aīa mouet corpus, ergo aīa seipsam mouet. Rñdet ꝙ aīa mouet corpus & mouendo corpus seipsam mouet, & sic mouet,& mouet, non tñ per se, sed per accñs, aīa.n. mouet corpus, mouēdo aūt corpus in quo ipsa est, mouetur, ergo

ergo mouet seipsam, & mouetur à seipsa per accidẽs, quatenus mouet corpus in quo ipsa est. Aliter autem non est possibile vt ipsa moueatur à seipsa. Et annotatione dignum est aliquid moueri per accidens bifariam esse, aut per accidẽs à se, aut per accidens ab alio, clauis in nauim mouetur per accidens ab alio, nauta vero mouet per accidens à se, quia mouet nauim, ad cuius motũ nauta mouetur. hoc ergo modo anima mouetur à se per accidens, quia, scilicet ipsa per se mouet corpus in quo ipsa est, ad cuius motum ipsa mouetur. Ex quo patet non valere hãc consequentiam, hoc mouetur per accidens, ergo nõ mouetur à se. nam nauta motu nauis mouetur per accidens, qui tamen mouetur à se. Sed dices vtrum intelligentia per accidens moueatur à se, videtur enim ꝙ sic per rationem Aristotelis, quia mouet per se cœlum in quo ipsa est. ergo mouetur motu cœli per accidens. De hac quæstione diximus compluribus in locis. Nunc teneri potest ꝙ non est simile, quia intelligentia est in omni loco, ad quẽ cœlum mouetur, cum sit in qualibet eius parte, ergo non potest moueri intelligentia ad aliquẽ locum, in quo ipsa non cum ipsa sit tota in quolibet cœli puncto. At anima mouetur per accidens motu corporis, quia non est in omni loco, ad quem corpus mouetur. Tunc dico quòd cum Arist. dicit animam moueri, quia corpus in quo est mouetur, debet intelligi quia corpus in quo est, mouetur ad aliquem locum, in quo ipsa anima non est, & sic nõ sunt cætera paria, verum res hæc est digna quæstione, de qua alibi.

Moueri per accidens dupliciter.

An intelligentia moueatur motu sui cœli.

ARGYR. *At enim rectius de hac ipsa quispiam ad talia respiciens dubitabit, putabitque ipsam moueri. Dolere nanque dicimus animam, gaudere, confidere, timere, insuper irasci, sentire, ratiocinari, quæ quidem omnia motus esse videntur. Quapropter ipsam quispiam existimabit moueri.*

Tex. 62. Rationabilius autem dubitabit vtiq; aliquis de ipsa quòd moueatur, ad talia respiciendo. Dicimus enim animam tristari gaudere, confidere, timere. Amplius autem irasci, & sentire, & ratiocinari. Hæc autem omnia motus esse videtur. Vnde opinabitur aliquis vtique ipsam moueri.

Ratiocinari cogitare.

COMMENTARIVM.

SOLVIT quæstionem Timæi, qua probabat animã moueri, quia mouebat corpus in quo ipsa est. nunc mouet aliam quæstionem, qua probabitur efficacius animam moueri, ac longe rationabilius, & hoc proponit cum dicit. Rationabilius autem dubitabit vtique aliquis de ipsa anima quòd moueatur, respiciẽdo ad talia opera, quæ ipsi insunt, quæ explicat, & dicit. Dicimus enim animam tristari, animam gaudere, confidere, timere. Amplius dicimus animam irasci & sentire, & ratiocinari. At hæc omnia motus animæ esse videntur, vnde opinabitur aliqs vtique ipsam moueri. Quo vero ad verba attinet, hæc dubitatio dicitur rationabilior, quia procedit per eos motus, qui ipsi animæ insunt propter animam, & non propter corpus. Prior enim dubitatio, quæ fuit Timæi, procedit ex operationibus corporis. Hæc autem ex operationibus animæ. Verum ratiocinari, græce est, διανοεῖται hoc est cogitare, nam græci cogitare volunt esse opus animæ dianoeticæ, intelligere opus animæ noeticæ, dianoeticam enim partem dixerunt esse intellectum particularem, quem Auerroes appellat cogitatiuam. Noeticam vero partem dixerunt esse intellectum possibilem, quem Auer. dixit esse intellectum materialem vnum, & æternũ. Nos vero qui tenemus animam intellectiuam esse æternam à parte post, & incepisse à parte ante, nõ facimus hãc differentiam. Verum in 3. lib. & 2. satis dicemus.

ARGYR. *Verum id non necessarium est. nam etsi quàm maxime dolore vel gaudere vel ratiocinari motus sunt, vel potius moueri, tamen ipsum moueri ab anima est. Irasci nanque, aut timere, est hoc modo moueri cor. ratiocinari autem aut tale forsitan est, aut etiam aliud.*

Tex. 63. Hoc autem nõ est necesse, nam & si quàm maxime gaudere, aut tristari, aut rõcinari motus sunt, & vnumquodque eorum est moueri, Moueri tamen ab anima est, vt irasci aut timere, eo ꝙ cor hoc modo mouetur. Ratiocinari autem aut huiusmodi, aut forsitan aliquid aliud est.

COMMENTARIVM.

SOLVIT quæstionem, & primo soluit qõnem supponendo operationes illas esse motus, & negat illas esse animæ, & bene, sunt enim operationes ab anima, quibus mouentur organa, quorum sunt illæ operationes, non autem ipsa anima, à qua sunt. & hoc dicit, hoc autem non est necesse, id est quæstio hæc non necessario cogit animam ipsam moueri, cuius causam asserit, & dicit, nam & si quã maxime gaudere, tristari, ratiocinari motus sunt, & vnumquodque horum operum est moueri, moueri tamen ab anima est, & non animæ vt subiecti, in quo hæc formaliter sunt, veluti irasci aut timere non animæ sunt, vt subiecti, sed eo quòd cor ab anima hoc modo mouet. ergo sunt potius instrumentorum, quibus anima exercet motus hosce. Quia vero ratiocinari non est eiusdem rationis, cum his operationibus, ideo addidit. Ratiocinari autem, aut est motus huiusmodi, sicut irasci & timere, aut forsitan aliquid aliud alterius rationis ab his. potissimum est alterius rationis ab illis, si non est differentia inter intelligere & ratiocinari, vt nos secundum veritatem tenemus. Est ergo solutio ꝙ dato ꝙ huiusmodi operationes sunt motus, non sunt motus animæ, vt subiecti, quod mouetur, sed sunt ab anima, vt à causa effectrice omnium motuum & operationum, vt secundo huius dicetur, hæc est prima solutio, vt notat Simpl. per quã concedit has operationes esse motus, non quidẽ aĩæ vt subiecti, sed eorum instrumentorũ, quibus aĩa vtitur ad hos motus agendos.

ARGYR. *Atque quædam istorum fiunt cum aliqua latione mouentur, quædam cum aliqua alterantur, quænam vero sint illa, & quomodo fiant, alia ratio est.*

Tex. 63. Horum autem accidunt alia quidem secundum loci mutationem quibusdam motis. Alia vero secũdum alterationem, qualia aũt sint, & qũo, alia ratio est.

COMMENTARIVM.

DEDIT primam solutionem supponendo operationes illas esse motus, quia vero posset quis dicere, si operationes illæ sunt motus, vtrum sunt motus eiusdem generis, ideo respondens dicit quòd non sunt motus eiusdem generis, quoniam illarum operationum aliæ sunt motus secundum locum, aliæ vero sunt alterationes. vnde dicit. Et continuetur sic litera, opera illa animæ sunt motus, sed non eiusdem generis, sed alia quidem accidunt quibusdam instrumentis corporis motis secundum loci mutationem. Alia accidunt quibusdam instrumentis motis secũdum alterationem, ergo illarum operationum aliæ sunt motus secundum locum, aliæ alterationes. Sed quia hoc videre non pertinet ad præsentem librum, quia hic liber non agit de motibus, dicit. { qualia aũt, & quomodo alia ratio est } & nõ in hoc lib. qualia enim hæc sint & quomodo differant, tractat Arist. secundo Rhetoricorum lib. Themistius autẽ in hoc loco dicit tria, primum quòd huiusmodi operationes non sunt formaliter motus. sed sunt affectus non sine motu, quod verum est. Timere enim non est per se motus, cum formaliter sit appetitus fugiendi, est tamen cum motu, quia cũ infrigidatione extremorum, cum spiritus in timore fluant ad cor. Secundo dicit, ꝙ dato ꝙ sint motus, sunt ipsius animæ vt ẽ quo, & instrumentorum, vt subiectorum. Alia enim iudicat aliquam rem esse dignam ira, cor vero irascitur, ac mouetur motu iræ. Anima etiam iudicat aliquam rem dignã esse lętitia, cor vero gaudet. ergo aĩa est vt à quo sunt hmõi affectiones, instrumenta vero sunt, quæ illis mouentur. Tertio dicit, ꝙ aliquid horum affectuum sunt magis cũ motu locali, vt irasci, in quo spiritus ad exteriora mouentur. Aliqui sunt magis cũ alteratione, vt timere in quo potius

membra infrigidantur. omnes tamen sunt cum motu locali aliquo modo.

ARGYR. *Dicere autem animam irasci vel timere, simile est atque si quispiam animam texere dicat, vel ædificare. Nam melius est fortasse dicere, non animam, sed hominem anima misereri, vel discere, vel ratiocinari.*

Tex 64. Dicere autem irasci animam simile est ac siquis dicat animam texere, vel ædificare. Melius enim fortassis est non dicere animā misereri, aut addiscere, aut ratiocinari, sed hominem anima.

COMMENTARIVM.

Hic dat secundam solutionem, dixit.n.non aīam moueri affectu sed membrum.s.cor, sed quoniam hoc est falsum, nec enim anima, nec cor mouetur dum est pars corporis, alioquin cor haberet per se esse. quasi ergo corrigēs datam solutionem respondet aliter, ꝙ nec anima. nec cor mouetur motu affectionis vel operationis, sed homo ipse mouetur anima, homo enim irascitur anima, & corde, anima quidem vt à primo motore, qui dijudicat aliquā rem dignam ira; corde vero tanquā parte primo mota, & hoc dicit. Dicere autem irasci animam simile est ac siquis dicat aīam texere, vel ædificare, sed non dicimus animam texere, nec ædificare. Melius enim (vt inquit) fortasis est non dicere animā misereri aut addiscere aut rōcinari, sed hominem aīa. ergo aīa non mouetur.

ARGYR. *Idque non quia motus in illa sit, sed quia nonnunquā quidem vsque ad illam; nonnunquā vero ab illa. veluti sensus quidam, ex hisce, recordatio autē, ab illa ad eos motus, vel status qui sunt in ipsorum sensuum instrumentis.*

Tex. 64. Hoc autem est non quoniam motus est in illa, sed quia aliquando quidem vsque ad illam, aliquando vero ab illa, vt sensus quidem ab his, reminiscentia vero, ab illa ad motus, qui sunt in sensuum organis, aut ad quietes.

COMMENTARIVM.

Dixit ꝙ melius est dicere hominem misereri anima, q̄ animam misereri, quia aūt posset quis dicere homo mouetur aīa, ergo anima mouetur. Sicut quia homo mouetur pede, ergo pes mouetur, ita quia homo mouet̄ anima, videtur ꝙ anima moueatur. Exponit ergo ꝙ hō mouetur anima, non ꝙ aīa moueatur. sed quoniam aut ad ipsam fit motus, aut ab illa. Exponit ergo quod dixit, & dicit. Hoc autem est pro tanto bene dictum, quoniam motus non est in illa. ergo homo mouetur anima, non anima mota, vt pede: sed aliquando quidem quoniam motus est vsque ad illam, aliquando vero quoniam motus est ab illa: vt sensus, scilicet motus sensitiui quidē sunt ab his sensibilibus: quæ extra sunt: & ad ipsam animam: Reminiscentia autem motus est ab illa anima ad motus, vel ad quietes qui sunt in organis sensuum. Ergo homo nō mouetur anima tanquam remota, sed vel tanquā principio motus, vel tanquam termino motus. Them. autem dicit, ꝙ homo ædificat per aīam, & texit per animam: quia aīa est subiectum habituum per quos hō ædificat vel texit. non tñ anima ædificat: nec texit, sicut nec ars ædificat, vel texit. Secundo Them. dicit, ꝙ sensationes terminātur ad animam, quia species sensibiles ac imagines rerum sensibilium veniunt à sensibilibus, & conduntur in anima sensitiua, quia vero in illa conduntur: nos dicimur per animam sentire. Reminiscentiæ vero contra, incipiunt vbi species finierunt. est enim reminiscentia motus quo defertur species à memoratiua ad sensum communem, in quo fit compræhensio reminiscitiua. cum enim species existens in virtute rememoratiua per spiritus fertur ad sensum cōmunem: tunc cogitatiua prospicit illam, & reminiscitur eius sensibilis, quod per speciem illam repræsentatur. ergo reminiscentia est motus ab anima versus sensibilia. Dixit autem Arist. reminiscentiam esse ad motum vel quietem, qui est in sensatiuo organo, quia reminiscētia est ad speciem quæ portatur ad sensum cōmunē; modo species est motus vel quies, vt dixit Them. est motus, vt compræhensio, est qes vt imago; verum ad rem non refert. Sed dubitares fortasse quia si anima recipit species sensibilium, ergo mouetur, saltem motu perfectiuo. Præterea Aristot. vbique cōcedit animam cognoscere, modo cognoscere est pati, vnde 3. huius dicit, de parte aūt animæ, qua anima intelligit & sapit. Dicendum ꝙ Arist. loquitur comparatiue, dicit enim esse melius hominem moueri per aīam, q̄ animā moueri. Quare non negat, animam posse esse subiectum aliquorum motuum saltem, vt intellectionis, sensationis, & id genus. Vult tamen ꝙ quo ad nos melius diceremus hominem intelligere, vel sentire, vel moueri per animam, q̄ animam moueri. nam aīam non sentimus, compositū autē sentimus pati aut moueri. Quare licet anima posit esse subiectum aliquorum motuum ſm inhærentiam, non denominatur subiectum quo ad nos. Vtrum vero sensatio sit alteratio, disputatur hæc quæstio 3. huius. Them. tamē quæstionem hanc pertractat hic, sed ad tertium librum te mitto.

ARGYR. *Intellectus autem aduenire videtur, & substantia quædam esse, ac non corrumpi. Nam ab ea maxime quæ in senectute fit offuscatione, corrumperetur, nunc autem perinde fit atque in sensuum instrumentis. etenim si senex talem acciperet oculum, videret sicut & iuuenis. Quare senectus non est, quia anima quicquam eſt passa, sed quia id in quo est aliquid passum eſt, quemadmodum in ebrietatibus, & in morbis fieri solet. Et ipsum igitur intelligere ac contemplari marcescit, quia aliud quoddam intus corrumpitur. ipsum aūt passione vacat. Ratiocinari vero & amare, aut odisse non sunt illius affectus, sed huiusce quod habet illud, ea ratione qua illud habet. Quapropter & hoc corrupto, nec recordatur, nec amat, non enim erant illius, sed ipsius communis, quod quidem perijt. Intellectus autem, diuinum quid est fortasse, passioneque vacat. Esse igitur impossibile moueri animam perspicuum iam ex dictis euasit, quòd si omnino non motu cietur, patet nec à seipsa motu cietur.*

Tex. 65. Intellectus autem videtur innasci substantia quædam existens, & non corrumpi. maxime enim corrumperetur vtique ab ea, quæ est in senio, debilitate. nunc aūt quemadmodum in sensorijs accidit, si enim accipiat senex oculum iuuenis, videbit vtique sicut & iuuenis. Quapropter senium non est, quia sustinuit aliquid anima, sed id, in quo, sicut in ebrietatibus & infirmitatibus. Et ipsum igitur intelligere & ipsum speculari marcescit, alio quodam interius corrupto. ipsum autem, impossibile est. Ratiocinari enim & amare, aut odisse nō sunt illius passiones, sed habentis illum, secundum ꝙ illum habet. Quare & hoc corrupto, neque meminit anima, neque amat, non enim illius erant, sed communis, quod quidem destructum est. Intellectus autem fortasis diuinus quid, & impassibile est. Quod igitur non sit possibile moueri animā, manifestum ex his. Si autem penitus nō mouetur. manifestum ꝙ neque à seipsa.

Tex. 66.

COMMENTARIVM.

Sed est quæstio magna circa prædicta, nam si operationes sunt totius, & non animæ, tunc intellectus esset corruptibilis, quia ipsum intelligere corrumpitur, ergo & intellectus. Quod autem intelligere corrumpitur, patet quia corrumpitur totum, cuius est intelligere. Quod autem corrumpatur intellectus, si corrumpitur ipsum intelligere, probatur, quia intelligere proficiscitur ab intellectu, ergo non potest corrumpi, nisi intellectus corrumpatur. Hanc quæstionem soluit, & ponit hanc, vt ita dixerim, conclusionem primo pro solutionis materia. Postea soluit ad formam quæstionis ibi. { Et ipsum igitur intelligere. } Est conclusio hæc, anima humana, quam vt

Simpl

Simpl. dicit in cõm. hic vocat intellectum, est incorruptibilis. Secundum vero Them. & Simpl. hic non respondet ad aliquam tacitam qõnem, sed de animę immortalitate disputat, de qua ponit conclusionem prædictam: vnde dicit. §Intellectus autem videtur innasci substantia quædã existens, & non corrumpi, § & per intellectum, (vt Simpl. dicit,) humanam animam intelligit, & per innasci. Exponit Them. intus accidere, Simpl. vero per innasci intelligit illud quod alibi. s. libro de generatione animalium appellauit aduenire corpori. Dixit autem §substantia quædã existens§ nõ q aliæ animæ nõ sint substantiæ, vt dicit Simpl. quia omnis anima est substantia, sed per substantiam intelligit per se existentem, & immaterialem existentem, & dixit. quędam quia semper talis manet, vt Simpl. dicit. Est ergo conclusio, humana aĩa est substantia quædam existens, incorruptibilis. Hac cõclusione posita, probat eam, quia si esset corruptibilis, esset debilitabilis saltem à senio. Modo nõ est debilitabilis à senio: & hoc dicit. Maxime. n. corrumperetur, hoc est debilitaretur vtiq; ab ea debilitate, q̃ est in senio. Destruit ꝯñs, & inquit, nunc autem queadmodum in sensorijs accidit. s. q si senex acciperet oculum iuuenis, videret vtique sicut & iuuenis: sic si senex acciperet sensoria iuuenis quæ seruiũt intellectui, intelligeret vt iuuenis. Propterea cõcludit, quapropter senium nõ est, quia sustinuit aliq̃d imbecillitatis aĩa, sed quod corpus in quo aĩa est, imbecillitatis quicq̃ sustinuit, sicut accidit in ebrietatib⁹ & infirmitatibus, vbi aĩa nihil imbecillitatis habet, sed corpus, ergo anima nõ est corruptibilis. Vbi animaduertas exemplum istud, quia est probatio à signo, & solutio tacitæ qõnis. Probatio quidẽ cõclusionis, quia vt Aris. dicit secundo rhetoricorum operatio intellectiua semper augetur vsq; annum. 50. inde debilitatur. Argumẽtor ergo in. 50. anno intellectus augetur in sua operatione, & senectus iam imbecillis est. ergo intellectus nõ debilitatur ꝓpter senium, nõ ergo est corruptibilis. nam in anno. 50. hõ est debilis, & intellectus est ĩ statu suæ perfectionis, ergo cum intellectus nõ debilitetur in senecta, nõ erit corruptibilis. Hoc ergo exemplum est probatio. Quod sit solutio, patet, quia posset quis dicere, in decrepita ætate intellect⁹ debilitatur, innuit solutionem per illud exemplum, quia id fit defectu organi, nõ autem defectu intellectus. ergo hoc exemplum est solutio qõnis. Patet ergo ab hoc signo intellectum non esse corruptibilem, vnde potest signũ sic componi, oẽ corruptibile est debilitabile, intellectus non est debilitabilis, quia maxime debilitaretur in senecta. Ergo intellectus est incorruptibilis. Deinde rñdet ad formam qõnis iuxta primam expositionem, vel ẜm Simpl. & Them. ostẽdit, cum immortalitate animæ intellectiuę stare ipsum ĩtelligere esse corruptibile: & dicit. Et ipsum igit̃ intelligere & ipsum speculari marcescit, alio quodam interius corrupto. s. phantasia, ipsum vero intellectum corrumpi impossibile est. Cũ vero dicebatur q istæ sunt operationes intellectus, ergo nõ possunt corrumpi, nisi intellectu corrupto. Respõdet Aris. q rõcinari & amare & odisse, nõ sunt passiones illius intellectus, sed huius hominis habẽtis illum intellectum, quatenus habet illum. eo. n. intelligit quo habet intellectum. Propterea cõcludit, quare & hoc corrupto. s. hoc composito aboleto, neq; meminit aĩa neq; amat, quia nõ erãt passiones illius intellectus, sed compositi cõis ex intellectu & corpore, quod cõe ac compositum & destructum est. Intellectus aũt fortassis cũ sit quid diuinius ac impassibile, nõ destruitur. Hæc ad formã argumenti epilogat, vt patet. Digreditur aũt Them. hic, & mouet qõnes multas contra Arist. quarum prima est circa sermonis cõnexum, quia Arist. cœpit disputare, an anima moueat vel nõ, & transit ad disputãdum an intellectus sit quædam substãtia, quæ intus accedẽs sit corruptibilis. Modo nõ videtur quæstio de mortalitate pertinẽs ad. q. de motu animæ. Secũda qõ est, quia nõ potest agi de animæ immortalitate nisi supponatur definitio animæ. ergo hic nõ cõuenit agere de immortalitate. Tertia qõ difficillima est cõtra signum Arist. nam ex eo probarem sensum esse incorruptibilem, nam si sensus esset corruptibilis, debilitaretur in senecta. Q. autem non debilitetur, probatur, quia si senex acciperet oculum iuuenis, videret, vt iuuenis, ergo debilitas nõ accidit sensui, sed organo. ergo sensus est perpetuus. Quarta qõ est, quid Ari. intelligat per id interius corruptũ, quo marcefacto, & intelligere & ratiocinari marcescũt. Quinta an id quod interius corrumpitur, ab alijs animalibus haberi ponit, an à solo homine.

Digressio Them.

Sexta qõ, vtrũ ad hoc, vt homo differat à cæteris animalibus: oportet intellectum esse formam hominis, eum perficientẽ. Si. n. sufficit, vt sit forma homini assistens, cur sensitiua nõ sufficit vt sit assistens ad hoc vt homo differat à plãtis. Septima quid Aris. intelligit per ipsum intelligere & speculari. nam si per intelligere intelligit cognoscere simplicia, per speculari cognoscere complexa, emergit qõ vtrum virtus simplicia cognoscẽs sit præstãtior virtute cognoscẽte composita. Prima facie videtur q intellectus composita cognoscẽs sit præstãtior, quia cognoscere composita artis est, cognoscere simplicia nõ est artis. Ad oppositum vr̃ ratio, quia circa cõplexa est verum interdum, & falsum. Circa simplicia vero nõnisi verum. Hæ igit̃ sunt qõnes Them. quas ipse insolutas nobis reliq̃t. Præterea. Contra signum Aris. est qõ difficillima, qñ aduersarius dicere posset intellectum esse in senio debilitatum vi senij, verum vi habitus in iuuẽta acquisiti relinquitur in senio fortis, quia plus habitus recompẽsat, q̃ senectus debilitet.

Has autem qõnes nos disputauimus lib. primo de intellectu nostro. Vbi diximus q secũdum Auer. præsenti cõmento, cum Arist. proposuit probare contra Timæum animam esse immobilem, & oñdit ipsam nõ moueri motu alterationis, nec motu augmẽtationis, nec motu locali, nũc oñdit q nec mouetur motu generationis, nec corruptionis. Propterea oñdit humanam animã nec esse generabilem, nec corruptibilem, quam expositioné olfecit Simpl. vt in eius cõmentario patet. Cum vero dicebatur in hoc loco non conuenire agere de immortalitate animæ, quia nõdum patuit eius definitio, Dicẽdum q hic non agit per se de animę immortalitate, sed obiter, propterea vt probaret eam nõ esse per se mobilem, potest autem agere de immortalitate animæ obiter, quia nõ agit secũdum omnem modum de illa, ideo nõ requiritur definitio animæ. Preterea. Ea quæ dixerunt veteres de definitione animæ sufficiunt pro disputatione parua, & obiter occurrente de immortalitate animæ. Tertia qõ dissoluitur, quia vt Simpl. dicit hic: Arist. probat immortalitatem animæ nõ per demonstrationem, sed coniecturabiliter, ex eo q̃ anima viget modo opposito ipsi corpori, viget. n. qñ senescit corpus, cum. n. corpus in senecta marcescit, tunc anima rõnalis fortior est. At si rationalis anima cum corpore connasceretur, & cum eo moreretur, corpore vigente, vna vigeret & corpore senescẽte vna senesceret. Siquidem omne cõgenitum alicui corruptibili simul augetur, ac diminuitur cum illo. Ex quo fit q cum rationalis anima nec simul augeatur, nec simul diminuatur, nec cum corpore congenerabitur, nec cum corpore commorietur. Cõtra vero nõ sequitur (vt Simpl. inquit) quia stat aliquã virtutem habere operationes, quæ cũ organis simul vigent, ac diminuuntur, quæ tñ non corrumpitur. Causa. n. est, quia imbecillitas accidit in actionibus non propter imbecillitatem virtutis, sed organi, quo vtitur virtus. Propter hoc Arist. addit, q dato q intellectus operatio ac eius intelligere marcescat, in senio nõ propterea intellectus corrũpitur, vt patet & in morbis, & in ebrietatibus. Sed dices, cur sensus in senio impeditur, intellectus non? Respondet Simpl. q̃a sensus est virtus organica, intellectus non. Cuius signum dicit Arist. quia intellectus non debilitatur à forti intelligibili, sensus vero sic. Sed dices si intellectus non est organicus, cur corrumpitur eius intelligere alio quodã corrupto intrinsecus, vel spiritu vel complexione. Respondet Simpl. hoc esse propter habitudinem ac naturalem coordinationem, ac connexum intellectus ad virtutes sensitiuas: propterea marcescit ipsum intelligere illis corruptis. Hæc sunt, quæ Simpl. in commentario dicit de Aris. signo. Auer. autem in præsenti commentario dicit, q signum istud est sufficiens, ac probabile, & non demonstratiuum. nã mos Arist. est inducere rationes probabiles, aut post

95 Tract. primo cap. 11. & 12.

post demonstratiuas, aut in eo loco, in quo non docet rationes demonstratiuas. Et sic cessant omnes rationes contra signum istud. Quarta quæstio deletur à Simpl. ꝙ Aris. intelligit per interius corruptum, spiritum vel cōplexionem, Auer. vbiq; intelligit phantasiam, quæ dicitur sensus deseruiēs intellectui. Ad.5. patet solutio.3.& 2. huius. vbi dicemus ꝙ si homo debet essētialiter à brutis differre, intellectus debet esse illius forma perficiens. Et sic soluitur 6.& 5. qō simul. Ad.7. dicendum ꝙ Aris. per intelligere & speculari intelligit idem, alterū.n. alterius est expositiuū, & intelligit tā simplex q̄ compositum, vtrum vero cognitio simplex sit prestantior composita, bona qō est, sed huic proposito impertinens. Ad vltimam cū dicebatur recompensari debilitatem intel'is propter habitum, Auer.& Simplic. dixerunt signum hoc non esse demonstrationem. Verum dici pōt ꝙ nullo habitu in intellectu manente Arist. 2. rhetoricorum asserit intellectum semper crescere vsque ad.50. annum, vbi senectute deberet esse valde imbecillis. ergo recompensatio non est propter habitum. Sed est qō magna. nam Arist. aperte dicit hic intellectū non corrumpi, sed remanere post mortē, intelligere vero eius corrumpi. ergo remanebit aīa ipsa ociosa. Dicendum apud Aris. ipsum intelligere phantasticum corrumpi, quod hic appellat speculari. hoc.n. habet anima nisi per conuersionē ad phantasmata. Intelligere autē simpliciter, quod, est rerum, nō in phātasmatibus, sed in suis indiuiduis, vel in suis causis existentium, non corrumpitur. Verum de hoc in libello de immortalitate animæ abunde diximus.

ARGYR. *Atqui numerum animam esse dicere seipsum motu cientem, multo longius quàm ea quæ dicta sunt, à ratione distare videtur. Nam ijs qui id asserunt, ea primum impossibilia quæ emergunt ex motu, deinde propria quædam, ex eo quia dicunt ipsam numerum esse, eueniunt.*

Tex.67. Multo autem ijs, quæ dicta sunt irrationabilius est dicere animam esse numerum seipsum mouentem. Insunt enim his impossibilia prima quidem, quæ ex ipso moueri accidunt. Propria autem, ex eo quia dicunt ipsam esse numerum.

COMMENTARIVM.

POST hæc Arist. disputat contra definitionem de aīa datam à Xenocrate, contra quam non solum argumentatur contra verba, vt Andronicus & Porphyrius dixerunt, sed contra mentē, vt Them. dicit, vt colligi pōt ex libris, quos ille de rerum natura perscripsit, vbi Xenocr. apertissime tradit animam numerum esse, qui ex vnitatibus constat. Cōtra quem Arist. primo sumit qualis hæc positio sit comparando ipsam ad aliorum de anima positiones, & dicit§ Multo autem ijs, quæ dicta sunt irrationabilius est dicere animam esse numerū seipsum mouentem§ Qm̄ contra hanc contingunt geminata absurda, nam insunt contra hanc opinionē primo impossibilia, quæ sunt facta contra eos, qui dixerunt ipsam animam moueri. Secundo contra hanc sunt propria impossibilia quæ contingunt, in eo quod dicunt animam ipsam esse numerum. Quare cū hæc habeat duplata impossibilia, non iniuria dicitur ab Arist. cæteris absurdior, vt Simplicius exponit.

ARGYR. *Quo nanque modo vnitatem moueri intelligere oportet, & à quo & quo nam pacto, cum impartibilis sit, & nullam habeat differentiam? si enim motiua sit, atque mobilis, diuersam eam esse oportet.*

Tex 67. ἀδιάφορον Indifferentem. Indiuisibilem. διαφέρειν Diuidi Differre.

Quomodo.n. oportet intelligere vnitates moueri, & à quo, & qūo impartibilē & non differētem existentem? Nam si est motiua & mobilis, differre oportet.

COMMENTARIVM.

NVNC obijcit contra definitionem Xenoc. Et secūdum Them. querit quomodo oportet intelligere vnitates moueri, si anima est numerus seipsum mouens, cum numerus sit suæ vnitates, tunc vnitates sese mouebūt, ideo quærit quomodo oportet intelligere vnitates moueri, an (vt Them. supplet) ex illis aliquæ moueant: aliquæ moueantur, an omnes & moueant simul & moueantur, non.n. dici potest aliquas mouere, aliquas moueri, quia tūc aīa nō esset numerus ſm se, & quodlibet sui seipsum mouēs, cū non q̄libet sui vnitas seipsam mouet. Sin autē omnes mouētur tunc quæritur an à seipsis, an ab alijs, non ab alijs, quia tūc non seipsæ mouerent, & sic anima non esset numerus secundum se, & quolibet sui seipsum mouens. Sin vero oēs mouentur & q̄libet à seipsa. Contra obijcit & inquit, qūo oportet intelligere impartibilem & indiuisibilem existentē seipsam mouere? nam, vt inquit, si est motiua & mobilis, diuidi oportet eam in duas partes, quarū altera est mouens, & altera mota. modo vnitas nō est diuisibilis in huiusmodi partes. ergo nō quælibet seipsam moueret. Hæc est expositio Them. vbi patet eum legere verbum §vnitates§ in plurali. Simpl. vero legit§ vnitatē§ in singulari. Et tūc textus est supplendus hoc modo. Si aīa est numerus seipsum mouēs, tunc per conuersionem in terminis numerus seipsum mouēs erit anima. Hoc aūt esse nō potest, nisi singulæ numeri, qui est anima, vnitates, seipsas moueant, quo subintellecto, quærit Arist. qūo oportet intelligere vnitatem moueri, hoc est expositiue, & à quo, vtrum, à seipsa, an ab alio. Cū nonnisi à seipsa, qūo oportet intelligere ipsam impartibilem, & non differentem in partibus suis existentem moueri à seipsa, nam si est motiua & mobilis, differre in partibus oportet, vtroq; modo verba stare possunt.

ARGYR. *Præterea cum lineam quidem motione superficiem facere dicant, punctum autem lineam, vnitatum etiam motus erunt continuo lineæ. punctum enim vnitas est positionem habens. atq; numerus animæ alicubi est, positionemq; habet.*

Tex.68. Amplius autem, quoniam dicunt lineā motam planum facere, punctum autem lineam, & vnitatum motus lineæ erunt. Punctum enim vnitas est positionem habens. numerus autem animæ, iam alicubi est, & positionem habet.

COMMENTARIVM.

HAEC est secunda ratio cōtra Xenocr. Et Them. intelligit ꝙ si anima est numerus seipsum mouens, anima esset puncta, quæ se mouent, eo quia punctus & vnitas non differunt, nisi quia punctus positionem habet in cōtinuo, vnitas nullam habet positionem, tn̄ quantum ad rem nulla differētia est. vltra anima est puncta quæ sese mouent, sed puncta cum mouentur, faciunt lineas, sicut lineæ cum mouentur faciūt superficies, ergo anima facit lineas, hoc est falsum, quia tūc anima nō faceret animal, sed lineam. Profecto hæc ratio est bene colorata, sed ipsam nescio verbis Arist. applicare. Melius ergo Simplicius, legit, vel magis ad verbum, hoc pacto puncta mota faciunt lineas, numerus qui est anima, est puncta, quæ mouentur. ergo numerus, qui est anima facit lineas. De ratione tangit minorē, & dicit. Amplius autem, qm̄ dicūt lineam motam planum facere, punctum motum lineam, ergo vult habere, ꝙ puncta mota faciunt lineas, & pro ergo vnitatum motus sunt lineæ, hoc est ergo vnitates motæ faciunt lineas. Tenet argumentum, quia punctum non differt ab vnitate, nisi positione. Addit quasi minorem, sed numerus qui est anima, quatenus alicubi est. s. in corpore, & positionem habet in corpore supple est puncta. ergo numerus qui est anima, facit lineas, non ergo animal quod est contra Xenocratem. De hac ratione primo ponit maiorem, secūda ibi §Et vnitatum motus.§ ponit conclusionem.3. ibi § Punctum.n.§ ponit minoris probationem.4. ibi § Numerus autem animæ.§ ponit minorem. Hoc pacto in verbis potest poni ordo, tu vero aliter si potes aptare, apta.

ARGYR. *Præterea si quis à numero numerum vel vnitatem abstulerit, alius relinquitur numerus. atqui plantæ multaque animalium, viuunt diuisa, & eandem animam specie videntur habere.*

Tex.68. Amplius autē, à numero quidem si auferat aliquis numerum, aut vnitatem, relinquitur alius numerus. Plantæ autem & animalium multa diuisa viuunt, & videntur eandem habere animam specie.

COM-

COMMENTARIVM.

Tertio obijcit, à numero cum aufertur numerus, aut vnitas, relinquitur alius numerus specie. Vt si à quinario aufertur vnitas, relinqtur quaternarius, si aufertur ab eo binarius, relinquitur trinarius. Sed ab anima cum aufertur aliqua pars animæ, vel anima remanet eadē specie, (nam plātæ & animalia multa, vt insecta, cum diuiduntur, aufertur anima vel pars animæ ab eorum animabus, & tñ videtur eandem specie animam habere,) ergo anima non est numerus. Dicit hic Simplic. ꝙ hic refellit positionem Xenocr. Arist. quātum ad id quod dixit Xenocr. animam esse numerum, quia hucusque refutauit opinionem illam, quantum ad id quod dixit animam esse numerum se mouentem. Qua ratione hæc est prima ratio, qua probat animam non esse numerum, vt Simpl. autumat.

ARGYR. *Atq; nihil referre videbitur, vnitates ne dicatur, an corpuscula parua. Etenim si puncta fiant ex Democriti pilulis, modo maneat quantitas, erit in ipsis aliud quidem quod mouet, aliud autem quod mouetur, sicut in magnitudine, nō. n. quia magnitudine differunt aut paruitate, id quod dictum est accidit, sed quia subeunt quantitate. Quocirca necesse est aliquid esse, quod ipsas vnitates mouebit. quòd si id quod in animali mouet anima est, & id quod in numero mouet anima est. Quare anima non est id quod mouet atq; mouetur, sed id quod mouet duntaxat.*

Tex. 69. Videbitur autem vtiq; nihil differre dicere vnitates, an corpuscula parua. etenim ex Democriti sphærulis, si fiant puncta, modo maneat quantitas, erit aliquid in ipso hoc quidem, quod mouet, illud autem quod mouetur, sicut in magnitudine. non. n. propterea ꝙ magnitudine differt hoc aut paruitate, accidit quod dictū est, sed quia quantum. Vnde necesse est aliquid esse motiuum vnitatum. Si autem in animali id quod mouet, anima est, & in numero. Quare non quod mouet & quod mouetur, est anima, sed quod mouet solum.

COMMENTARIVM.

Qvarto obijcit cōtra Xenocr. quātum ad id, quod dixit animam esse numerum seipsum mouētem: & vult ꝓbare animam esse quod mouet solum, & non quod mouet & mouetur. Pro deductione ergo sumit primo, ꝙ nihil differt dicere animam esse vnitates, hoc est numerum cōpositum ex vnitatibus, aut numerum compositum ex corporibus paruis, quātum ad hoc quod sit numerus seipsum mouēs, cuius causam affert, & dicit, etenim ex Democr. sphærulis si fiant puncta, hoc est, si sumātur vt puncta, modo in talibus pūctis seruetur quātitas, in ipso numero qui ex illis resultat, semper erit aliquid, qđ mouet, & aliquid quod mouetur, veluti in magnitudine ipsa est aliquid quod mouet, & aliquid quod mouetur. Ergo quātum ad hoc ꝙ aīa sit numerus seipsum mouens, nō differt dicere ipsam esse numerum compositum ex vnitatibus, vt dixit Xenocr. vel compositum ex corpusculis loco pūctorum acceptorum, vt dixit Democr. quia quouis modo dicatur, modo numerus sit quātus, & partes, ex quibus cōstat, sint quantæ, semper in numero, qui est anima, est aliquid mouens, & aliqd quod mouetur, veluti in magnitudine ipsa. nam vt inquit, nō propterea quia hoc. s. numerus differt magnitudine aut paruitate, hoc est magno aut paruo accidit quod dictum est. i. nō propterea quia numerus differt magno à numero paruo qui differt à magno paruitate, hic numerus magnus mouetur, paruus nō mouetur, sed in eo aliquid mouet & aliquid mouetur, quia quātus, quare cū numerus sit quantus siue fiat ex vnitatibus, vt dixit Xenocr. siue fiat ex corpusculis, vt dixit Democr. non differt dicere animam esse numerum seipsum mouentem. Hæc est suppositio. Ex hac concludit, ꝙ sit ipsarum vnitatum, hoc est ipsius numeri, q est vnitates, aliquid motiuum. Hæc suppositio deducitur, quia probatum est in numero qui est seipsum mouēs esse mouens, & quod mouetur, ergo est quoddam motiuū numeri. His sumptis argumētatur quasi à simili, ꝙ si ī animali quod mouet, anima est, ergo in numero quod mouet, est anima. Tenet argumētum, quia nō maior ratio videtur ꝙ anima in animali sit mouens magis quàm in numero. Ex his infert cōclusionem, ꝙ anima non sit id quod mouet, & mouetur insimul, sed ꝙ mouet solum, & ita nō erit numerus seipsum mouēs cōtra Xenocr. Annotatione dignum, breuiter rationem cōsistere in hoc, eodem modo anima se habet ad numerum, quo se habet ad animal, sed anima est motiuum animalis, & nō quid mobile, ergo est motiuum numeri, & nō numerus seipsum mouens. cæteræ suppositiones nō sunt ad syllogismum, sed ad obiectionem, quia posset dici ad hanc rationem in numero nō esse duo. s. mouens & motum: propterea declarauit in numero esse hęc duo tā si numerus fit ex vnitatibus Xenocr. q̄ si fiat ex corpusculis Democr. & posset dici aīam esse numerum vnitatum, non corpusculorum, dixit nullam esse differentiam inter asserere hoc, & illud, quia quouis modo dicatur, anima est numerus seipsum mouens. Hæc ergo non ad rationem sunt accepta, sed ad obiectiones tollendas, quæ fieri possent cōtra rationem. Hāc ergo expositionem ex commentarijs Simpl. pro parte & paraphrasi Them. pro parte collegi, & quidem non sine magna obscuritate. Tu vero si melius habes, melius dicas.

ARGYR. *At vero qui fieri potest, vt hæc, vnitas sit? oportet. n. ipsius ad cæteras aliquam differentiam esse. at vnici puncti: quæ nam præter positionem, esse differentia potest? Si igitur vnitates punctaue quæ sunt in corpore, diuersa sunt ab vnitatibus animæ atq; pūctis: erunt ipsæ vnitates in eodē profecto loco. punctū. n. aīæ: locū occupabit puncti corporis. Atqui quid obstabit ac prohibebit, vt si duo pūcta sunt simul in eodem loco, & plura sint duobus ac infinita? quorum. n. locus indiuisibilis est, & ipsa indiuisibilia sunt. Sin vero ea puncta quæ sunt in corpore sint ipse numerus animæ, vel si numerus qui ex punctis constat quæ sunt in corpore sit ipsa anima, cur non omnia corpora animam habent? nam in punctis puncta esse videntur, & etiam infinita.*

Tex. 70. Contingit autem quo nam modo vnitatem hanc esse? Oportet. n. inesse ipsius quandam differentiam ad alias. Puncti autem solitarij, quæ vtiq; differentia erit: nisi positio? Si igitur sunt aliæ quæ in corpore vnitates & puncta, in eodem erunt vnitates, obtinebunt. n. locum puncti: attamen quid prohibebit in eodem esse, si duæ sunt, & infinitas? & quorum enim locus est indiuisibilis, & ipsa. Si autem quæ in corpore puncta, numerus animæ sunt: aut si qui eorum quæ in corpore punctorum numerus anima est, quare non omnia habent animam corpora? Puncta enim in omnibus videntur esse, & infinita.

Tex. 71.

COMMENTARIVM.

Qvinto obijcit, & primo supponit, ꝙ licet vnitas, quæ est anima differat ab vnitate, quæ non est anima, quatenus vnitas, quæ est anima est mouens, vt conclusum est, vnitas vero quæ non est anima, non est mouēs, tamen inter vnitatem, quæ est anima, & punctum, nulla differentia est, nisi quia pūctus dicit positionem, vnitas non. Vnde dicit, & cōtinuetur sic ſm Simpl. hoc motiuum quod est anima, cōtingit quodam modo hāc vnitatem esse. s. motiuam, & sic vnitas quæ est anima differt ab alijs vnitatibus, quæ nō sunt anima, non tamen differt à puncto. Cuius causam dicit quia oportet ipsius vnitatis quæ est anima inesse ad alias vnitates, quæ non sunt anima, esse quādam differentiam. Sed puncti solitarij, hoc est quo punctus est, q̄ vtiq; differentia erit, nisi positio? Vult ergo ꝙ licet vnitas, quæ est anima, differat ab alijs vnitatibus, quæ nō sunt anima, quia vnitas animæ est motiua, cæteræ nō sunt motiuæ, non tamen differt à puncto, nisi sola positione. Ex his vult habere vnitates quæ sunt anima & puncta animæ eadem esse. Locutus autem est in singulari, quia veritas est ꝙ anima non est numerus nec vnitates, sed si quid horum sit, est vnitas. Verum ſm Xenocr. oportet dicere animā non vnitatem,

tatem, sed vnitates esse, quia est numerus, qui est vnitates, sed quouis modo sit, vnitates quę sunt anima & pūcta quę sunt anima, eadem sunt. Et hęc est suppositio ẽm Simpl. & Them. tunc syllogizat contra Xenocr. vel pūcta & vnitates, quæ sunt ipsa aia sunt alia à punctis & vnitatibus corporis. vel sunt eadem ac eiusdem rationis cum punctis & vnitatibus corporis. Destruit primum membrum & dicit. Si igitur vnitates & puncta: quæ sunt in corpore siue quæ sunt corporis, sunt alię alteriusq; rõnis à pūctis, ac vnitatibus, quæ sunt anima: tunc vnitates & puncta aïæ & corporis erunt in eodem loco, quia omnia obtinebūt locum puncti, tunc quærit, attamen quid prohibebit si duę vnitates sunt in eodem loco: ibidem esse infinitas vnitates? nihil. n. prohibere videtur, quia quorum locus est indiuisibilis, & ipsa locata indiuisibilia sunt, & econtrario, quare in vno eodemq; corporis puncto, poterunt esse animæ infinitæ, quod derelinquit tanq̃ absurdū. Deinde destruit secundum membrum, & probat ꝙ puncta & vnitates animæ nõ sunt eadem ac eiusdem rõnis cum pūctis & vnitatibus corporis, & hoc proponit. si autem inquit, puncta & vnitates, quæ sunt in corpore sunt numerus animæ, hoc est sunt vnitates & pūcta quæ sunt numerus, qui est anima vel ecõtrario si qui eorum pūctorum quæ sunt in corpore sunt numerus animæ, hoc est vel pūcta vel vnitates quæ sunt anima, quærit, quare non omnia corpora habeant animam, puncta. n. in omnibus corporibus videntur esse, & infinita, ergo si pūcta corporis sunt eiusdem rationis cū punctis animæ, tunc omnia corpora, quæ habent pūncta, habẽt aïam, & ita lapides & elemẽta haberẽt animas. Est ergo ratio, vel puncta, quæ sunt anima, sunt eiusdem rationis cū punctis, quæ sunt corporis vel alterius rationis. Si alterius rationis, ergo plura puncta erūt in eodem loco, & sic infinita, puncta poterunt esse in eodem loco, quare infinitæ animæ in eodem puncto corporis esse poterunt. Sin autem puncta: quæ sunt anima, eiusdem rationis sunt cum punctis quæ sunt corporis, tūc omne corpus habens pūctum, haberet animam, quod est absurdum.

ARGYR. *Insuper: qui fieri potest vt separentur ac absoluantur à corporibus ipsa puncta? siquidem, lineæ non diuiduntur in puncta.*

Tex. 71. Amplius autem: quomodo possibile est separari pūcta, & absolui à corporibus? Siquidem non diuiduntur lineæ in puncta.

COMMENTARIVM.

SEXTO obijcit ꝙ data positione Xenocr. anima non esset à corpore separabilis, quod (vt Simpl. inquit) nec est verum, nec placens. Xenocr. p̃ntia deducitur, quia puncta non possunt separari à corporibus. Vnde dicit, § Amplius autem, quomodo possibile est separari puncta & absolui à corporibus? § Hoc. n. est impossibile, siquidem nõ diuidun tur lineæ in pūcta, cum. n. linea nõ diuidatur in puncta, nõ potest pūctum à linea separari. Q. autem linea non diuidatur in pūcta, eo patet: quia diuisio fit in partes: modo puncta non sunt partes. Q. si linea non potest diuidi in pūcta: nec superficies potest diuidi in lineas, nec corpora in superficies vt supplet Simplic. ergo à corporibus non possunt absolui puncta. cum igitur anima sit puncta, non poterit absolui à corpore. Hæc Arist. Quibus Auer. addit, ꝙ tunc homo nunq̃ moreretur, quia homo non moritur nisi separatione animæ à corpore: cum igitur anima non sit separabilis à corpore: homo non erit mortalis.

ARGYR. *Fit autem vti diximus, vt partim idem ij dicant quod illi qui corpus quoddam subtilium partium animam esse dixerunt, partim proprium ipsos comitetur absurdum, corpus ab anima perinde moueri atq; Democr. asserebat.*

Tex. 72. Accidit autem, sicut diximus, sic quidem idem dicere, corpus quoddam subtilium partium ipsam ponentibus. Sic autem sicut Democritus dicit, ab anima moueri: proprium inconueniens.

Quia dixit positionem hāc esse cæteris irrationabiliorem, nunc ostendit istud, & proponit hāc esse cæteris irrationabiliorem, quia ad hāc positionem sequuntur absurda omnium positionum. Fuerūt. n. duæ positiones pręcipuæ, prima ꝙ anima sit corpus tenue ex tenuibus partibus cõstituta. Secūda Democr. ꝙ anima mouetur, & corpus ex motu animæ mouetur. Cum vero diceret animam constitui ex indiuisibilibus sphærulis, voluit corpus moueri ex corporibus indiuisibilibus. Oñdit ergo positionẽ Xenoc. esse cæteris irrationabiliorem, ꝙ ad eam sequūtur absurda primæ positionis, & secūdæ, & hoc dicit. Accidit autẽ opinioni Xenocr. quæ ponit animam esse numerum seipsum mouentem. Sic quidem hoc est partim quidẽ dicere idem ponentibus ipsam animam esse corpus subtile subtilium partiū. § Sic aūt § hoc est partim autem proprium inconueniens sicut Democr. dicit ab anima moueri corpus, quod inconueniens est, ꝙ corpus mouetur à sphæris indiuisibilibus. ergo hæc positio est cæteris irrationabilior, ꝙ ei accidat dicere & absurdum quod sequitur ad dicentes animam esse corpus tenue, & ad dicentes corpus moueri ab anima composita ex atomis, vt dixit Democritus.

ARGYR. *Nam cum anima sit in omni corpore sentiẽte, necesse est in eodem duo corpora esse, si anima corpus aliquod esse ponatur. Et horum etiam sententia qui animam numerum esse censent fit, vt in vno puncto multa sint puncta, aut omne corpus habeat animam, si non numerus quisquā alius atque diuersus à punctis ipsius corporis superueniat.*

Tex. 72. Siquidem enim est anima in omni eo: quod sentit corpore, necesse est in eodem duo esse corpora, si corpus aliquod est anima. Numerum autem dicẽtibus, in vno puncto: puncta multa: aut omne corpus animam habere: si non quidam numerus differens innascatur: & alius ab ijs: quæ in corpore sunt punctis.

COMMENTARIVM.

QꝨ ACCIDAT positioni Xenocr. absurdū, quod accidit eis, qui dixerunt animam esse tenue corpus, ostendit. nam Them. abbreuiat, sicut dicentibus animam esse tenuę corpus accidit duo corpora esse in eodem loco: sic Xenocr. dicens aïam esse puncta, accidit dicere vno in puncto esse infinita, vnde dicit. Siquidem. n. est aïa in omni eo, quod sentit corpore, si anima est aliquod corpus tenue, vt dicunt, necesse est in eodẽ duo esse corpora, immo necesse est corpus quod est anima, penetrare corpus illud, cuius ipsa est anima. Q. autem simile accidat Xenocr. oñdit & dicit. Numerum autem dicẽtibus ipsam esse, vt Xenocr. dixit accidit alterum duorum, aut in vno pūcto puncta multa esse: & hoc si (vt dictum est) puncta, quæ sunt anima, sunt alterius rationis, à pūctis corporis, in quo ipsa est. aut omne corpus animam habere, & hoc sequitur, si non innascatur quidam numerus differens & alius ab his pūctis, quæ sunt in corpore. nam si pūcta quæ sunt anima, sunt alterius rationis à punctis corporis: nõ sequitur oẽ corpus habere animam: quia nõ omnia puncta corporis sunt anima, cum puncta animæ sint alterius naturæ à punctis corporis. Quo vero ad verba attinet, Aris. nõ facit differentiam inter puncta & vnitates, nec inter puncta & numerum, qui est multitudo vnitatum, quia superius dictum est punctum re non differre ab vnitate: & numerum esse ipsas vnitates. Propterea loquitur sic per diuersa verba, tamen idem semper intelligit.

ARGYR. *Fit etiam: vt animal à numero perinde moueatur atque Democritum diximus idipsum moueri censeri. Quid. n. interest paruæ ne pilæ dicantur, an vnitates magnæ, vel vnitates omnino quæ agitãtur motu? vtroq; nanq; modo necesse est ipsas ex eo mouere animal, quia ipsæ motu cientur.*

Tex. 73. Acciditq; corpus animatū moueri à numero: sicut & Democritū diximus ipsum mouere. Quid. n. differt dicere sphæras paruas, an vnitates magnas: aut omnino vnitates motas? vtroq;. n. modo necesse est mouere animal, ex eo quia mouentur ipsæ.

COMMENTARIVM.

QꝨ VERO accidat Xenocr. moueri corpus ab atomis

mis probat, quia secūdum ipsum, animal mouetur à numero, qui est anima, numerus est vnitates, ergo animal mouetur ab vnitatibus, modo nulla differētia est dicere animal moueri à sphærulis & ab vnitatibus: qa sphærula sua paruitate videt vt pūctus & vnitas, quare huic opinioni accidit illud idem absurdum, quod accidit Democr. Vnde dicit, Acciditq; corpus animatum moueri à numero sicut diximus, sup. asseruisse Democr. qui dixit corpus ipsum moueri à sphærulis, siue à numero cōposito ex spherulis. Q. declarat & dicit. Quid, n. differt dicere spheras paruas, quas atomos appellabat, an vnitates magnas, ex quibus fit numerus Xenocr. aut omnino vnitates motas, vt dixit Xenocr. qui dixit vnitates motas mouere animal. q. d. nihil quo ad rem. nam sphęrula est indiuisibilis, & vnitas indiuisibilis, anima est numerus vnitatum secūdum Xenocr. & anima est numerus sphærularū secūdum Democr. quare vtroq; modo necesse est has vnitates vel sphærulas mouere animal, ex eo quia mouentur ipsæ. Secundum. n. Xenocratem anima quatenus est numerus vnitatum seipsum mouens, mouet animal. & secūdum Democr. anima quatenus est numerus sphærularum seipsum mouens, mouet animal, ergo nulla differentia est inter has positiones, quo ad absurda.

ARGYR. *His igitur qui motum ac numerum in assignanda anima coniunxerunt, hæc quæ dicta sunt absurda, et alia huiuscemodi multa eueniunt. Est. n. impossibile non solum diffinitionem animæ talem esse, sed etiam accidens.*

Tex. 74. Complectentibus igitur in vnum, numerum, & motum, & hęc accidunt, & multa alia huiusmodi. Non. n. solum definitionem animæ impossibile est huiusmodi esse, sed & accidens.

COMMENTARIVM.

Epilogat absurda inducta, & vltra illa etiam addit aliud. & dicit, ꝙ Complectētibus in vnum, numerum & motum pro animæ definitione, vt fecit Xenocr. qui definiēs animam complexus est hæc duo dicēs animam esse numerum qui seipsum mouet: & hæc absurda accidunt, q̄ diximus, & multa alia talia absurda, quia (vt inquit) nō solum impossibile est huiusmodi. s. numerū seipsum mouentem esse definitionem animæ, sed est impossibile esse aliquod accñs per talem definitionem de anima assignabile. Simpl. verbum hoc § sed & accñs § intelligit, sed est impossibile numerum à seipso motum esse accidens animæ. q. d. ꝙ numerus, à seipso motus, nec potest eē animæ definitio, nec accidēs animæ. Quā expositionem olfecit Thomas, verum nō consonat sequētibus verbis, vt patebit. Them. vero, & Auer. intelligunt, ꝙ numerus à seipso motus, nec est definitio animæ, nec per ipsam deuenire possumus in cognitionem alicuius proprij animæ accidētis. Quæ expositio incidit in nostram.

ARGYR. *Quod quidem patet, si quis ex hac rōne operationes atq; effectus animæ conabitur assignare, cogitationes inquā sensus, voluptates, dolores & cætera istiusmodi, nam vt prius diximus neq; vaticinari ex ipsis facile possumus.*

Tex. 74. Manifestum est autem, si quis conabitur ex ratione hac passiones & opera animæ reddere, vt ratiocinationes, sensus, lætitias, tristitias, & quæcunque alia huiusmodi. Sicut enim diximus prius, neque diuinare est facile ex ipsis.

COMMENTARIVM.

Accepit ꝙ aliud absurdum ad definitionem Xenocr. sequēs est, ꝙ p illam nō potest reddi causa propriorum accidētium animæ. Quod ita sit, igitur nūc hoc exponit, & dicit. Manifestum autem est. s. per illam definitionē nō posse assignari causam accedētium animæ, si quis conabitur ex ratione hac assignata à Xenocr. passiones & opera animæ, & vniuersaliter eius accidentia reddere, qualia sunt ratiocinationes, quæ spectāt ad intellectiuum, sensus, qui spectat ad sensitiuum, lætitias, tristitias, quæ spectāt ad appetitiuum, & vniuersaliter quæcūq; animę accñtia sunt huiusmodi. Quod autem per illam definitionem causa horum assignari nō possit exponit, & dicit, quia ex his. s. numero & motu, quibus definitur anima secūdum Xenoc. vt diximus prius, nō est facile diuinare, hoc est cōiecturabiliter enūtiare de illis animæ accñtibus. Nam (vt Simpl. dicit) cum numerus sit multiplex, non facile habemus quis numerus causa est cur animal ratiocinetur vel sentiat, lætetur vel tristetur, vel (vt Them. dicit) ex hac definitione non potest reddi causa accedētium. Nō enim quia anima est numerus motus animal intelligit, sentit, ac lætatur.

ARGYR. *Tribus autem traditis modis quibus antiqui diffiniunt animam, duos iam reprobauimus, & quas habet vtraq; sententia dubitationes contrarietatesq; pene diximus, et ea inquàm quæ maximæ motiuum ipsam esse ex eo ponit, quia seipsam mouet, & ea quæ corpus ipsam subtilissimarū partium, aut magis quàm cætera incorporeum esse cēset. Restat igitur tertius modus atque sentētia, quæ ipsam asserit ex elementis constare, quam quidem deinceps consideremus oportet. Atque patet ob hoc ex elementis animam cōstare quosdam dixisse, vt sentiat ea quæ sunt, & rerum vnamquamque cognoscat.*

Tex. 75. Tribus autem modis traditis, secundum quos definiunt animam, alij quidem maxime motiuum enunciauerunt, eo ꝙ mouet seipsam. Alij autē corpus subtilissimum, aut incorporalissimum aliorū, hæc autem quas dubitationes, & subcōtrarietates habent, percurrimus fere. Reliquum autem est considerare, quomodo dicitur ex elementis ipsam esse. Dicunt, n. quatenus sentiat ea, quæ sunt, & vnumquodq; cognoscat.

COMMENTARIVM.

Nunc Aris. vult disputare cōtra eos qui dixerūt animam esse ex elemētis omnium rerum, vt Democr. & Empedoc. Et primo epilogat circa declarata, & dicit. Tribus autem modis traditis à veteribus, secūdum quos definiunt animam, & epilogat illos & dicit. Alij quidem aīam enūtiauerūt esse quoddam maxime motiuum, eo ꝙ mouet seipsam, & isti sunt qui motu nacti sunt animæ definitionē. Alij autem corpus subtilissimum aut corpus cæterorum incorporalissimum, & isti nacti sunt definitionem animæ propter eius in corpus penetrationem. Tūc epilogat absurda, & dicit. Hæc autem quas dubitationes, & subcōtrarietates habēt ac difficultates percurrimus fere. Hæc de epilogo: Tūc proponit intētionem ad ea quę vult dicere, & inquit. Reliquum autem est cōsiderare, quomodo dicitur ab alijs animam esse ex elemētatis rerum, & statim respōdens dicit. Dicūt. n. ipsam esse ex elementis quatenus possit illa elemēta cognoscere, ac sentire, & nō mō quatenus cognoscat elemēta, sed omnia entia quæ sunt ex elemētis & quatenus cognoscat vnumquodq; ens cognoscibile, vt postea exponetur. Dicebant. n. nisi anima esset ex elemētis, illam nō posse cognoscere rem sicuti est.

ARGYR. *At hanc sententiam multa profecto comitantur absurda, atque eorum quàmplurima quæ fieri nequeunt. Asserunt enim simili cognoscere simile, quasi animas res ipsas esse ponentes.*

Tex. 76. Necessarium autem est accidere multa & impossibilia rationi. Ponunt enim cognoscere simile simili, perinde ac si animam res ponant.

COMMENTARIVM.

Narrat positionem, obijcit cōtra illam. Et primo, quia tunc anima esset ipsæ res, probatur, quia cognoscit res, ergo est res. Hoc autem est cōtra experientiam. Vnde dicit. Necessarium autem est accidere huic rationi multa & impossibilia, quia ponūt simile cognosci simili, intelligēdo per simile idem, perinde ac si animam ponāt esse res ipsas quas cognoscit, & sic sequitur ad hāc positionem animam esse res, quod est primum.

ARGYR. *Verum non elemēta sunt solum, vt patet: sed preterea*

multa

multa sunt etiam alia. quin potius infinita fortasse numero: quæ constant ex ipsis ac componuntur. Sit igitur ea cognoscere sentireq́; animam ex quibus illorum vnumquodq; cōponitur: ac totum ipsum compositum: quo cognoscet quæso vel sentiet, vt quid sit deus, vel homo, vel os, vel caro, et cæterorum compositorum vnumquodq; similiter.

Tex. 77. Non sunt autem hæc sola: sed alia multa. Magis autem fortaßis infinita numero quæ sunt ex his. Ex quibus igitur est vnumquodq; horum: sit ea cognoscere animam & sentire, sed compositū quo cognoscet aut sentiret: vt quid deus: aut homo: aut caro: aut os. Similiter autem & quodlibet aliud compositorum?

COMMENTARIVM.

SECVNDO obijcit cōtra eandem opinionem, & sumit pro suppositione, ꝙ anima non solum cognoscit elnta, sed infinita mista quę sunt ex elemētis. Hāc suppositionem nō probat, sed tanq̄ omnibus manifestam sumit, & dicit. Nō sunt autem ea, quæ anima cognoscit hæc sola. s. elemēta, sed alia multa q̄ ex his elementis sunt. s. mista, immo fortaßis hæc mista sunt numero infinita. Est ergo suppositio ꝙ aīa cognoscit non tātum elementa rerum, sed mista omnia quæ ex elemētis constant. Hac suppositione stāte, quærit si elemētum anima ipsa cognoscit elemēto, vt ignē igne: aquam aqua: quo cognoscet mistum ex elementis. Quod si dicatur animam cognoscere mistum misto: tunc anima nō solum erit elementa, sed mista: quod Emped. negauit. Vnde dicit. Sit igitur verum per casum animam cognoscere, & sentire ea elemēta, ex quibus est vnumquodq; horum mistorum: hoc. n. ponit positio, sed peto, quo cognoscet aut sentiet anima compositum ex elementis, videlicet, quo cognoscet quid sit deus siue cœlum, aut quo cognoscet quid est homo, aut q̄d est caro, aut quid est os. similiter autem quo cognoscet & quodlibet aliud compositorum ex elemētis rerum? q. d. nullo, alioquin anima nō modo esset elemēta, sed mista omnia, quæ fiunt ex elementis. Quo vero ad verba attinet, Arist. more Empedoc. (vt Simplicius dicit) vocauit deum mistum, quia Empedo. fecit deum sphæram compositam ex elementis. Animaduerte hunc textum obscure legi à latinis, cum ipsum non legant interrogatiue. At apud Them. Simpliciū, cæterosq; græcos interpretes legitur facile. Legunt enim, vt in græco iacet, interrogatiue.

ARGYR. *Non. n. vnumquodq; istorum est ipsa elemēta, quouis se se habentia mō sine vllo discrimine: sed ex ipsis vnūquodq; conficitur ratione quadam compositioneue, quemadmodum & Empedocles os elementis constare censet. Dicit enim.*

Ceperat ante duas tellus iustissima vasis
Aeris ac fontis partes, Vulcanus & ipse
Quatuor ex octo adiunxit: quis candida, magna
Vis fœcundaq; naturæ, confecerat ossa.

Nil igitur elementa prosunt, si sint in anima, nisi rationes etiam insint & compositio. Vnumquodque enim cognoscit simile, os autem aut hominem non cognoscet profecto nisi ipsa etiam insint, hoc autem, non opus est vnum eorum esse dicere quæ fieri nequeunt. Quis. n. ambiget vnquam, si lapis vel homo vel equus insit in anima, & bonum similiter & non bonum & de cæteris identidem rebus?

Tex. 77. ἐπίηρος adamabilis bene apta iusta. χοάνοισι Infundibulis receptaculis. Vasis. Fornacibus. αἴγλης Luminis Fulgor Aeris.

Non. n. quolibet modo se habentia elemēta, horum vnumquodq; est, sed ratione quadam & compositione, sicut & Empedocles dicit os. Terra autem adamabilis in amplis infundibulis duas ex octo partibus sortita est, aquæ, luminis, quatuor autem Vulcani, ossa autem alba facta sunt. Nulla igitur vtilitas est, elementa in anima esse, nisi & rationes inerūt & compositio. Cognoscet. n. vnumquodq; per simile. os autem aut hominem nihil, nisi & hęc inerunt. Hoc autem ꝙ impoſsibile sit, nihil oportet dicere. Quis. n. dubitabit, si insit in anima lapis, aut homo, similiter autem & bonū & non bonum, eodem autem modo & in alijs?

COMMENTARIVM.

QVIA dixit composita quæ ex elementis fiunt, esse quoddam modo infinita, pro multitudine proportionum partium elementorum ex quibus componuntur: hoc exponit auctoritate proprij auctoris. Postea quasi epilogādo ostēdit iterum positionis absurditatem, & dicit primo. Non. n. horum mistorum vnumquodque est ipsa elementa quolibet modo se habentia, sed ratione quadam, & cōpositione vnumquodque mistorum ex elementis constat. sicut Emped. dicit constare os, nam hæc sunt verba eius. terra autem adamabilis, in amplis infundibulis, siue receptaculis, siue fornacibus, in ipso osse ex octo elementorum partibus, quæ in illo sunt octo sortita est. Aquæ vero vna pars in eo est. luminis hoc est aeris vna etiam. Quatuor autem partes Vulcani, hoc est ignis sunt in osse. Ossa vero ꝓpter hanc partium elementariarum mistionem alba facta sunt, ergo mistum nō est elementa ipsa simpliciter, sed sic proportionata, quare cum elemētorum proportiones sint infinitæ quibus mista resultant, recte dictum est ipsa mista esse numero quodam modo infinita, Et ita patet id, quod assumpsit. Quo vero ad verba attinet, debes scire, vt Simpł. notat, omne mistum fieri ex elementis secundū octo partes apud Empedoc. vtrum nō eadem ratione, quoniam in aliquo misto sunt plures partes terræ, in aliquo plures aquæ, in aliquo plures ignis, in nullo tamē esse poſſunt plures octo partibus elemētorum. In osse. n. cū sint octo partes elemētariæ, sunt quatuor ignis, vt Simpł. dicit, propter siccitatem, & album colorem quæ maxime in osse cernuntur, sunt duæ partes terræ, vt denotat eius pōderositas. est vna aquæ, vnaq; aeris: vt notat osśis lux. Dicta est autem terra adamabilis, hoc est cōcinna, atque apta, vt cubus ſm pythagoream traditionem. Cubum. n. eo ꝙ xij. habet latera, octo vero angulos, sex superficies harmonicam facientem proportionem harmoniam vocauere. hac ratione terra cum harmonia sit, apta atq; amabilis à poeta dicta est. Infundibula vero (quæ & receptacula, & fornaces dicuntur apud poetam) sunt vacua loca: in quibus mistorum fit temperies. Aquam vero & aërem poeta appellat ieiunum splendorem: ieiunum quidem à labendo ac fluendo: splendorem vero à luciditate eorū. Hæc de positione Emped. & de verborum expositione. Deinde ostendit errorē positionis Emped. repetens rationem tactam: & dicit. Nullus igitur profectus, nullaq; vtilitas est elemēta in anima eē pro cognitione mistorū, nisi & rationes mistorū, & ipsa cōpositio insint. nā (vt inquit) cum hæc in aīa inerunt, anima vnumquodq; mistorum cognoscet per suum simile, & per causam suæ similitudinis. siquidem nec hominem: nec os: nec alia id genus anima cognoscere poterit, nisi hęc. s. ratio, & compositio inerūt. Ad hoc. n. vt res cognoscatur, requiritur vt ipsa cognoscatur: & causa eius. Cum igitur apud Emped. cognoscens aliquid cognoscit, oportet vt sit illi idem, quare & anima si cognoscit aliquid. s. hominem oportet vt sit ratio hoc est proportio elementorū, ex qua resultat homo: quæ est hominis causa. Et oportet, vt sit homo: qui est ipsa cōpositio. ergo anima si debet omnia cognoscere, debet esse omnia, & omnium rōnes, ac proportiones. quæ sunt rerum causæ. Modo ostendit huius absurditatem, & dicit. Hoc autem ꝙ impoſsibile sit: nihil oportet dicere, nec ratione demonstrare hoc esse impoſsibile, quia (vt inquit) quis nā dubitat si insit in anima lapis, aut homo? q. d. nemo, quia, vt Auer. dicit, alterum est inanimatum: alterum animatum, modo hęc nulli pn̄t simul inesse. Similiter autem quis dubitat & bonum & malum siue nō bonum an insint animæ, nam cum sint cōtraria, nemo dubitat ea nō posse animæ inesse. Eodem mō & in alijs, quis dubitat an poſsint inesse? q. d. nullus: nullus. n. diceret contraria, aut disperata eidem ſm rem inesse, dico ſm rem, qa eidē inesse similitudines contrariorum prohibet nihil: aīę. n. insunt species boni, & mali. Medio etiā insunt species albi & nigri. Sed alicui contraria inesse secundum rem, & identitatem nemo diceret: vt Simpł. deducit.

De cubo.

Præterea

ARGYR. *Praeterea cũ id quod est multipliciter dici soleat,(quoddam.n.substantiam: quoddam quantitatem,aut qualitatẽ, aut aliquod alud enumeratorum iam praedicamentorum significat) vtrum ex vniuersis, an non ex vniuersis anima constet? At non videntur communia omnium esse elementa. Ex hisce ne igitur solis constat: quae substantiarum sunt elementa? At quonam pacto caeterorum etiam vnũquodq; cognoscit? An dicent vniuscuiusque generis elementa propria atque principia esse,ex quibus anima constat? Erit igitur ipsa: & quantitas,& qualitas, & substantia. At fieri nequit: vt ex quantitatis elementis substantia sit,nõ quantitas. Eos igitur qui censent animam ex vniuersis constare: haec & huiuscemodi alia comitantur.*

Tex.78. Amplius aũt: cum multipliciter dicatur id quod est (significat.n.aliud quidem hoc aliqđ: aliud aũt quantitatem: aut qualitatem: aut etiam quoddam aliud diuisorum praedicamentorũ)vtrum ex omnibus erit anima: an non? Sed non vidẽtur communia omnium esse elementa. Num igitur quaecunq; substantiarũ sunt: ex his solis? Qũo igitur cognoscit & aliorum vnumquodq;? An dicent vniuscuiusq; generis esse elementa: & principia propria: ex quibus animã constare? Erit ergo: & quantitas: & qualitas & substantia. Sed impossibile est ex quantitatis elementis esse substantiam: & non quantitatem. Dicentibus itaq; ex omnibus: haec & huiusmodi alia accidunt.

COMMENTARIVM.

PRAETEREA obijcit cõtra eandem positionem: & supponit nõ esse eadem elemẽta siue principia decem prędicamentorum,nisi(vt Simpł. dicit)analogicae: sicut duodecimo Metaph.deducitur,nam id quod est dicitur multipliciter: & nõ vniuoce,ergo decem praedicamentorũ non sunt eadem elementa siue principia. Hanc ergo suppositionem indicat,& dicit. Amplius autem cum multipliciter dicatur id quod est,cuius causam affert,cum dicit § Significat.n.aliud quidem hoc aliquid.s.substantiã,aliud autem quantitatem,aut qualitatem,aut etiam quoddã aliud diuisorum praedicamentorũ§ cum inq̃ ita sit,videtur ꝙ nõ sunt elemẽta decem rerum eadem nisi aequiuoce, vt dictũ est: haec est suppositio, qua concessa, quaerit vtrum anima sit ex omnibus.s.principijs omnium decem rerum: an nõ? Them.intelligit Arist. quaerere,vtrum anima sit ex omnibus illis decem rerum generibus.Quae expositio licet possit stare,melius ad verbum lego cum Simpł. vt interrogatio sit,cum principia decem rerum nõ sint eiusdem rationis:vtrum anima constat illis omnibus,an nõ?Et magis se exponẽs, dicit, sed sup.cum nõ videantur elementa oĩum rerum communia,ac eiusdem rationis: nisi analogice (vt dictum est) num anima ex his solis elemẽtis sit, quaecunq; substantiarum sunt? Si dicitur ꝙ anima ex solis substãtiae principijs sit,quaerit, quomodo igitur cognoscit & aliorũ praedicamentorum vnumquodq;? Non.n.potest dici:vt patet secũdum Emped. ideo dat aliud membrum.s.ꝙ anima constat omnibus rerum principijs,& nõ tantum elementis substantiae:& dicit. An dicẽt vniuscuiusq; generis esse elemẽta propria,& propria principia,alia.s.atq; alia aliorum,& ex illis proprijs omnium principijs dicẽt animam constare? Cõtra obijcit,cum dicit.Erit ergo aĩa & quantitas & qualitas & substantia simul,tenet cõsequentia, qa anima constat principijs substãtie,quantitatis,& qualitatis,ergo est substantia,quãtitas,& qualitas,destruit consequens,& dicit. Sed impossibile est ex quantitatis elementis esse substãtiam:quae est non quãtitas,ergo impossibile est animam esse substãtiam,quantitatẽ,& qualitatem.Tũc epilogat, & quasi ordinat se ad sequentia,& dicit. Dicentibus itaq; animam esse ex omnibus rebus, omnibusq; rerum principijs,haec accidũt: & alia huiusmodi complura.

Quo vero ad verba attinet. Simplicius ꝑ principia propria intelligit principia cognitionis: quibus cognoscitur genus,& quicquid in ipso collocatur.v. g. principia propria substantiae: quibus cognoscitur aliquid esse substantiam,est esse ex se stabile,& nõ esse in subiecto, & esse subiectum caeterorum, & nihil ad sui esse accidentibus indigere:& esse vnam numero contrariorum susceptiuã. Principia vero,quibus cognoscitur quantitas atq; aliquid esse quantitatem,sunt,mensura,& tñ aequalitatis,& inequalitatis susceptibile,& ad terminum,& ad infinitum accommodabile.Principia vero quibus qualitas,vel aliquid esse qualitatem cognoscitur: sunt simile ac dissimile,& id genus.Principia vero cognitionis cõia,vt Simplicius ĩquit, sunt quaecunq; sunt elementa ac principia cognoscẽdi entia vt entia;quae non sunt vnius rõnis in omnibus, sed analoga. Sic igitur ẽm hanc expositionẽ si aĩa cognoscit oĩa entia decem praedicamentorum, oportet vt constet principijs cognoscitiuis omnium pr̃edicamentorum proprijs & determinatis.Expositores vero ꝑ principia intelligunt elementa, & essendi principia: imaginantes eadem esse principia essendi & cognoscendi, saltem in scientia propter quid.Volunt aũt principia essendi remota esse oĩum eadem,quia quaecunq; sunt substantiae ĩmediate,sunt caeterorum remotae. Immediatae vero,sunt alia aliorum, quia principia essendi substantiae sunt substantia:proxima principia essendi accidentium sunt accidentia. Verum an ita sit.12.lib.Metaph.diximus. Pro pr̃esenti doctrina sit satis accipere proxima rerum principia essendi esse alia atque alia,vt substantiarum Deum,& primam ipsam materiam, quantitatum, punctum,vnitatem,& momentum. Qualitatum vero gradum & angulum,& de caeteris id genus. Communia vero essendi principia sunt quae sunt entis vt ens, quaeque non prospectant determinatũ genus: vt sunt actus,& potentia, & id genus. Sed quia haec ad metaphysicum spectant, ideo sufficiant.

ARGYR. *Absurdum etiam est simile quidem à simili non pati dicere,simile vero sentire simile,simileq; cognoscere simile putare atq; asserere, deinde sentire,pati quoddam esse moueriq; ponere,& intelligere similiter & cognoscere.*

Tex.79. Inconueniens autem est dicere quidẽ impassibile esse simile à simili: sentire aũt simile simile: & cognoscere simili simile.Sentire vero, pati aliquid: & moueri ponere,Similiter aũt & cognoscere & intelligere.

COMMENTARIVM.

Praeterea ducit nũc Empedo.ad cõtradictionẽ:vt Themistius & Simplicius exponunt, nam Empedocles dixit impassibile esse simile à suo simili,vt reuera est dicẽdum. Dicebat aũt sentire fieri per simile,& cognoscere etiã per simile, quod illi repugnat, cum dicant intelligere & cognoscere esse pati,nam si est pati, non põt fieri per simile. Vnde dicit.Incõueniens aũt est dicere quidem simile esse impassibile à simili, & dicere simile sentire simile & cognoscere simile suum simile per simile.Et hoc si dicant ac ponãt sentire aliquid esse pati ac moueri,& similiter si dicãt cognoscere,& intelligere pati ac moueri. Implicant enim haec cõtradictionem:quia si cognoscere erit pati, fit à cõtrario,ergo nõ à simili. Quo vero ad verba attinet, per cognoscere intelligit practicum intelligere,per intelligere vero theoricum: vel alterum est expositiuum alterius, vt velle videtur Simpł. Auer.voluit ꝙ Arist. hic cõtradicat fundamẽto positionis, nam cum contradixit ipsi positioni in se, erat cõueniens nunc contradicere fundamento positionis. Contradicit autẽ positionis fundamento:quatenus non rñdent vltima primis,vt Auer.ostendit. Cõm.79.

ARGYR. *Atqui multas dubitationes ac difficultates Empedo.habere sentẽtiam,corporeis inquam elemẽtis & sibi similibus, cognosci res singulas: testatur id quod experientia late patet.Partium.n.animalium corporum ex quae sunt simpliciter terrae, vt ossa, nerui, pili: nihil sentire videntur,quare neque similia sibi, at oportebat tamen.*

Tex.79. Quod autem multas dubitationes: & difficultates habeat dicere sicut Empedo.ꝙ corporeis elemẽtis singula cognoscuntur: & ad simile. testat̃ quod nunc dictum est. Quaecunque enim insunt in animalium corporibus

poribus simpliciter terræ: vt ossa: nerui: pili: nihil sentire videnť, quare neq; similia: & tamen conueniebat.

COMMENTARIVM.

Speciatí, vt placet Them. ac Simpl. Arist. reprehendit Emped. in eo q dicebat animam per terram cognoscere, ac sentire terrea, non. n. animaduertit eas maxime aíalium partes minime sentire: quæ terrestriores sunt: vt ossa, pili, & id genus. Vnde dicit. Quod autem, dicere sicut Emped. dicit. s. q corporeis elementis singula cognoscuntur & ad simile, videlicet, per terram, terram, & per ignem, ignem: multas dubitationes & difficultates habeat: testat quod núc dictum est, hoc est quod nunc dicêdum est, sumpsit. n. dictum est, pro dicendum est, vt Simpl. animaduertit, propter particulam causalem. n. quæ reddit causam, cur quod dicit Emped. dubitationes habeat. Vnde exponit absurda & dicit. Quæcunq;. n. partes quæ sunt simpľr terræ, hoc est maxime terrestres, insunt aíalium corporibus, vt ossa, nerui, pili, vngues, nihil sentire vidétur, quare neq; similia anima cognoscet per similia, quod tñ conuenibat dici, stando in opinione Emped. Quo vero ad verba attinet, Simpl. notat, q nerui nõ sentiunt, cuius contrarium dixerũt medici obseruatione moti, nam ex punctura neruorum fit dolor spasmosus. Egid. dixit Arist. per neruos intellexisse neruos terrestres, nõ subtiles, nam subtiles sentiũt, terrestres vero nõ sentiunt, verũ res hæc eget cõsideratione: de qua núc hactenus. Nõ. n. in exéplo debemus multũ immorari.

ARGYR. *Præterea: cuiq; principiorum maior ignoratio quàm cognitio inerit nimirum: vnumquodq;. n. cognoscet vnũ: multa autem ignorabit, cætera nanq; omnia.*

Tex. 80. Amplius autem vnicuique principiorum ignorantia amplior quàm intelligẽtia inerit. Cognoscet enim vnum vnumquodque: multa autem ignorabit, omnia enim alia.

COMMENTARIVM.

THEMISTIVS intelligit hanc rationem proprio modo, vult. n. q data positione Emped. anima plus ignoraret, q̃ sciret: quoniã sciret solum ea elementa, quibus constaret, cætera autem alia ab elementis nesciret: quibus nõ cõstaret. Iuxta quam expositionem lege verba. § Amplius autem vnicuiq; principiorum § hoc est vnicuiq; elemétorum inerit amplior ignorantia q̃ intelligentia: hoc est merito elementi quo constat anima, magis anima ignorabit q̃ sciet, cognoscet. n. vnumquodq; elemẽtum solum vnum, multa autem ignorabit: quia ignorabit omnia alia præter illud vnum: ex quo constat anima. Quam expositioné tenet Simpl. Alij per principia intellexerũt substantias separatas. Vnde dicũt q data positione Emped. tũc vnicuiq; intelligentiarum maior ignorantia inerit q̃ scientia. Quæ expositio friuola est, quia Emped. tales substantias separatas non cognouit, nec dixit ipsas componi ex elementis, ergo græcis expositoribus credendum est.

ARGYR. *Fit etiam Emped. eadem sententia: vt deus sit amentissimus: quippe cum ipse solus vnum elementorum non comprahendat ipsam discordiam inquàm: mortalia vero cuncta cognoscant cum ex vniuersis singula constent.*

Tex. 80. Accidit autem & Empedocli insipientissimum esse deum. Solus enim elementorum vnum non cognoscet, discordiam, mortalia autem omnia. Ex omnibus enim vnumquodq; est.

COMMENTARIVM.

Præterea argumentatur, si cognoscens tot cognoscit, ex quot constat, ergo deus, quem ponit Emped. esset omnium animalium cognoscitiuorum insipientior, probatur q deus quem ponit Emped. est cœlũ quod constat solum quinq; principijs. s. quatuor elementis, & amicitia. Lite vero non constat secundum Emped. alioquin cœlũ esset corruptibile, vt Auer. deducit. Si ergo deus non constat lite, non cognoscet litem, at omnia animali cognoscitiua constat sex principijs. s. quatuor elementis, lite & amicitia: & sic cognoscunt hæc omnia, deus autem cum ignorabit litem: insipientissimus erit cæteris. Vnde dicit. Accidit autem & Emped. insipientissimum esse deum, deducit, quia solus deus, qui est cœlum, ex quinq; elemẽtis est, & vnum non cognoscet, videlicet, discordiam, non. n. ex illa cõstat, esset. n. mortalis. Cætera autem animalia mortalia cognoscitiua omnia cognoscunt: quia vnumquodq; eorum ex omnibus est. In hoc loco cõsueuit sumi de decreto. Aris. deũ non ignorare mortalia, alioqui deus esset homine insipientior, vt ipse argumentatur contra Emped.

Quod Deus cognoscat mortalia.

ARGYR. *Præterea dicat oportet omnino, quam ob causam nõ habent animam omnia: cum omne quod est, aut sit elemẽtum, aut ex elemento vno vel pluribus vel omnibus constet, necesse est enim quod est: aut vnum quid aut quædam, aut vniuersa cognoscere.*

Tex. 81. Omnino autem: propter quam causam nõ omnia quæ sunt: habent animam: cum omne aut elementum sit: aut ex elemento vno sit, aut pluribus: aut omnibus? Necesse enim est vnum aliquod cognoscere: aut quædam: aut omnia.

COMMENTARIVM.

SIMPL. Them. & Auer. velle videntur q Arist. inferat omne ens naturale debere cognoscitiuam animam habere. Nam, vt Simpl. deducit, intellectus & anima cognoscitiua sunt apud Emped. elementa & quæ sunt ex elementis, ergo per conuersionem elementa: & quæ sunt ex elementis erunt anima & intellectus vel animata ac intellectiua: & ita oĩa erunt aĩata anima cognoscitiua. Vel forte Arist. per omnia quæ sunt, intelligit mista, & tunc quærit, omnino aũt, ac vľr propter quam causam non oĩa mista quæ sunt: habent aĩam? Cum oẽ aut elemẽtum sit: aut mistũ ex elemento, vno, aut pluribus, aut oĩbus? q. d. videtur vt oĩa mista habeant animam, quia necesse est oẽ mistum aliquod vnum cognoscere, si constat vno elementorũ: aut necesse est mistum cognoscere quædam elementorum, si cõstat, quibusdam, aut necesse est mistum cognoscere oĩa si constat omnibus. Locutus est autem disiunctiue: quia non exposcit præsens indagatio, an mistum esse possit ex vno elemento vel pluribus, satis autem sit habere q si cognitio fit per simile: omne mistum erit animatum anima cognoscente: quod est contra positionem.

ARGYR. *Dubitabit etiam non iniuria quispiam: quidnam id sit quod ipsa continet atque vnit, elementa: nanque materiæ similia sunt. Atque præstabilissimum id esse patet: quod continet, quicquid id tandem sit, at nequit esse quicquàm præstabilius anima, quod quidẽ dominetur, & magis etiam intellectu, maxime enim rationi consonum est: hunc omnia præcessisse, & præstantissimũ omnium & natura dominum esse. Illi autem elementa quæ sunt præcedere censent.*

Tex. 81. Dubitabit autem vtique aliquis & quid est tandem vnum faciens ipsa? Materiæ enim similia sunt elementa. Principalissimum autem est illud: quod continet: quodcunque est. Anima autem aliquid esse melius & præstantius, impossibile est. Impossibilius adhuc, intellectu. rationabilissimum enim est hũc esse antiquissimum, & dominum secundum naturam. Elemẽta autem dicunt esse prima entium.

COMMENTARIVM.

THEM. resoluit hunc textum in tres rationes. Prima est, cur anima sit vna res, si elementa, ex quibus cõstat anima, sint multa. Secunda, quia elementa potius materiæ similia videntur, q̃ formę, ergo sunt potius principia patiendi q̃ cognoscendi. Tertia, si anima constaret ex elementis, oportet esse aliquam præstantiorem ac excellentioré naturam, quæ illa elementa vniat. modo in animali nihil est intellectu atq; ipsa anima præstantius. verum rationes istę non possunt verbis Aristotelis applicari. Propterea Simplicius solum ex verbis Arist. vnam rationem facit, quam Aristo. vigorare videtur interrogando contra Empedo.

cum

cum dicit. Dubitabit autem vtique aliquis,& quid est tandem vnum faciens ipsa elemẽta,vt ex ipsis resultet anima? Quod vero,elementa non faciant seipsa vnum in anima, probat cum dicit. Materia.n.videntur & elementa esse. ergo aliquid oportet esse ꝙ illa faciat vnum. Materia.n.nec facit se,nec facit se vnum.vnde,vt Simplicius inquit, omne corpus siue sit simplex siue compositum esse nõ habet per se,nec à seipso,sed esse habet secundum alterum formale,& ab altero efficiente,vel finali causa.quare elementa non possunt fieri vnum per se, nec à seipsis. Cum declarauit ꝙ faciens elementa vnam animam, non sint ipsa elementa probat, ꝙ faciens elementa vnam animam non sit aliquid præstantius anima vel intellectu, & primo sumit quale esse debet,quod facit animam vnam, & elementa vnam animam,& dicit. Principalissimum autem est illud quod cõtinet,quodcunq; est, anima autem (vt inquit) aliquid esse melius & præstantius impossibile est.Impossibilius adhuc est aliquid esse melius ac præstantius intellectu, immo est maxime rationi consonum hunc intellectum esse antiquissimum & dominum secundum naturam. Sic igitur, si elementa fiunt vna anima, vel fiunt vna anima à seipsis, & hoc nõ, quia sunt materia.vel ab aliquo digniori ipsa anima ac intellectu, & hoc minime q̃a nihil est in nobis dignius anima ac intellectu. Præterea ipsi faciunt elementa prima entium,ergo nihil possunt ponere præter elementa. Quo vero ad verba attinet, cum Arist. dixit,nihil esse melius anima:Simplicius intelligit eorum quæ sunt in nobis. nam simpliciter aliquid est anima melius, & per intellectum Simplicius intelligit rationalem animam.Vis autem rationis est,elemẽta fiunt vna anima, vel à seipsis,vel ab ipsa anima, vel ab aliquo præstantiori anima,cum autem à nullo horum elementa fieri possunt vna anima. ergo falsum est elementa fieri vnam animam. Hæc est vis rationis secundum Simplicium.

ARGYR. *At enim nemo prorsus de omni anima dixit, nec eorum qui censent ipsam ex elementis,ideo constare, quia sentit cognoscitq; ea quæ sunt, nec etiam eorum qui maxime motiuum ipsam asserunt esse.non enim omnia mouentur,quæ sentiunt. sunt enim animalia nonnulla quæ non mouentur loco, & tamen hoc solo motu anima videtur animal agitare.*

Tex.83. Omnes autem & qui ex eo ꝙ cognoscit & sentit ea quæ sunt,ex elementis dicũt ipsam,& qui maxime motiuum,non de omni dicunt anima. neq; enim sensitiua omnia,motiua sunt.Videntur.n.esse quædam animalium manentia secundum locum,& tamen videtur hoc solo motu mouere anima animal.

COMMENTARIVM.

SECVNDVM Simplicium Aristoteles intendit declarare ꝙ nulla definitio data de anima ab antiq̃s, est communis omni animæ. Empedocles enim dixit ꝙ anima est substantia cognoscitiua ex omnibus elementis composita. Alij dixerunt ꝙ anima est ens,maxime motiuum. Vult igitur ꝙ nulla harum definitionum est omni animæ communis.& hoc proponit,dicens,omnes autem & qui ipsam esse ex elementis dicunt ex eo,quia cognoscit & sentit ea, quæ sunt,& qui dicunt ipsam esse ens maxime motiuum, hæc non dicũt vt de omni anima communes definitiones, nulla enim harum definitionum est communis omni animæ. proposita vero intentione,declarat illam,& primo ꝙ ens maxime motiuum non sit communis animę definitio, quoniam non omnia sensitiua sunt motiua, siue mobilia, & tamen sunt animata & animalia, similiter nec plantæ sunt mobiles,& tamen sunt animatæ. Vnde dicit. Neque enim sensitiua omnia motiua sunt sui ipsorum, nam videntur quædam animalium esse mansiua secũdum locum, vt conchæ,& spongiæ,& id genus,& tamen hoc solo motu qui est secũdum locum,anima videtur mouere animal. quare si hoc motu animalia quædam non mouẽtur, dicuntur animalia manentia. Addit autem hoc,quia omnia animalia augentur & diminuuntur, omnia etiam dilatantur & constringuntur, & tamen non dicuntur mobilia. Moueri enim secundum locum constituit solum gradum animalium motiuum. quia igitur veteres voluerunt animam esse ens maxime motiuum secundum hunc motum, Iure errauerunt, quia non omnia animalia hoc motu mouentur, nec omnia animata. Et dixit Aristoteles quòd anima videtur solo secundum locum motu mouere animal,quia, vt Simplicius dicit,nullo extrinsecus adiutore concurrente aliquando potest anima mouere animal. at augere non potest animal, nisi cõcurrentibus cibarijs. Præterea nec potest anima facere,vt animal sentiat, nisi cõcurrentibus extrinsecus sensibilibus.Hæc Themistius,& Simplicius.

ARGYR. *Similiter & eorum qui tam sensitiuum quã intellectum ex elementis conficiunt, nemo animam omnem complectitur. viuere nanque videtur plantæ, at expertes sunt tamen & lationis & sensus. animalium quoque complura sunt, quæ mente rationeq; vacant.*

Tex.83. Similiter autem & quicunq; intellectum & sensitiuum ex elementis faciunt. Videntur enim plantæ viuere non participantes loci mutatione, neque sensu, & animalium multa intelligentiam non habere.

COMMENTARIVM.

DECLARAT nunc secundum, scilicet quod definitio data ab Empedocl. de anima,scilicet quòd sit substantia cognoscitiua,ex omnibus elementis composita, vt omnia cognoscat, nõ sit communis omni animæ,quia non competit plantis.Vnde dicit. Similiter autem & quicunque intellectum & sensitiuum ex elemẽtis faciunt,vt Empedocl. qui dicit,quòd anima est substantia cognoscitiua ex omnibus elementis composita,vt omnia cognoscat,sic dicentes similiter communem omni animæ definitionem non assignarunt,quia(vt inquit) videntur plantæ viuere, & habere animam,non participantes loci mutatione, nec sensu. & videntur etiam multa animalia habere animam, quæ intelligentiam non habent. ergo definitio hæc assignata de anima non est communis omni animæ.

ARGYR. *Quod si quis et hæc illis concesserit,intellectumq; partem esse posuerit animæ & identidem sensitiuum, neque sic de omni anima,neque de vlla tota dicere videbuntur.*

Tex.84. Si autem aliquis & hęc concesserit, posueritq; intellectum partem aliquam esse animæ, similiter autem & sensitiuum, neque vtique sic dicẽt de omni anima, neque de tota,neque de vna.

COMMENTARIVM.

VT placet Simplicio, hic Aristoteles dat vnã solutionem,quæ est de mente Pythagoræ, & Empe. Pythagoras enim dixit ꝙ anima est quid compositum ex parte intellectiua,& sensitiua,& ꝙ anima sit vna specie, quæ exit & intrat homines & bruta. Empe. vero dixit,ꝙ hæc eadem est anima plantarum,& cum exit ab homine,intrat plãtas aliquando. Concedunt ergo isti,ꝙ nec esse ens maxime motiuum est anima,nec esse substantiam cognoscitiuam,siue intellectiuam,sed animam dicunt esse compositum ex his tribus vnam specie in omnibus viuẽtibus. Vnde dicit. Si autem aliquis & hæc concesserit,scilicet ꝙ esse ens maxime motiuum solum sit anima, nec esse intellectiuũ solum sit anima,nec esse sensitiuum solum sit anima, posueritq; intellectum partem aliquam animæ. Similiter autẽ & sensitiuum, & supple etiam motiuum, ita vt anima sit cuius hæc tria sunt partes,quæ est vna specie in omnibus.Objicit contra,& dicit. Neque vtique sic dicent, de omni anima,& quia omne potest accipi pro toto, & pro quolibet, exponit quasi omne pro toto, & dicit. Hoc est supple neque de tota,neque de vna, hoc est isti sic dicentes de nulla tota anima dicũt.verbum enim illud,neque, de vna pro nulla sumpsit,vt Simplicius intelligit,verbum vero,neq;, de tota expositiuum est illius verbi de omni. Quasi ergo Aristoteles velit dicere quòd sic dicẽtes de nulla tota anima dicunt,quia,vt Simplicius inquit,per hoc non habentur quot, & quæ sunt omnes animæ facultates, cum non exposuerint vegetabilem,augmentatiuam,& cæteras animæ facultates.

ARGYR. *In hoc eodem errore videtur esse et ea sententia, quæ carminibus Orphicis fertur. dicit enim Orpheus, animam ferri ventis, & ex toto ingredi respiratione. Id autem nequit ipsis accidere plantis, neque quibusdam itidem animalium, quippe cum haud vniuersa respirent. quod quidem eos præteriit, qui ita de anima censuere.*

Tex.84. Hoc autem sustinuit, & quæ est in Orphicis vocatis carminibus ratio. Dicit enim animam ex toto ingredi respirantibus latam à ventis. Non enim possibile est plantis hoc accidere, neque animalium quibusdam, siquidem non omnia respirant. Hoc autem latuit sic opinantes.

COMMENTARIVM.

ORPHEVS vero, vt Simpl. narrat, voluit animam siue vitam esse respirationẽ, vel aerem spirabilem, vt Them. inquit. Causas vero agentes ac motiuas totales esse ventos, sine quibus anima nunquam animat particulare corpus. Contra obijcit Aristoteles, quia non omnibus animatis competit hoc. non enim plantis competit, ergo ratio Orphei eũdem errorem habere videtur, quem aliæ opiniones habent. Vnde dicit, Hoc autem sustinuit, & ratio siue opinio, quæ est in his carminibus, quæ referuntur Orphei. In illis enim carminibus dicit animam esse latam ac motam à respirantibus ventis, & ex toto aere, qui est anima, ingredi corpora. Cõtra quod obijcit, & dixit. Non enim possibile est plantis hoc accidere, neque quibusdam animalibus, siquidem non omnia respirant, vt pisces, addit ꝙ hoc latuit Orpheum, credebat enim ipse omne animal respirare, quod falsum est. Similiter falsum est omne animatum respirare.

ARGYR. *At vero si conficere animam ex elementis oporteat, non ex vniuersis continuo conficienda esse videtur. altera nãq; pars contrarietatis, sufficiẽs est seipsam oppositamq; discernere. recto enim & ipsum rectum, vt patet, & obliquũ cognoscimus. regula nanq; iudex est vtriusque, at obliquum, nec sui planæ, nec recti.*

Tex.85. Si vero ex elementis animam facere oportet, non oportet ex omnibus. Sufficiens .n. est altera pars contrarietatis seipsam dijudicare, & oppositam. Recto enim & ipsum, & obliquum cognoscimus. Iudex enim vtrorumque canon est. Obliquum autem neque suiipsius, neque recti.

COMMENTARIVM.

SIMPL. continuat ꝙ cum Aristoteles probauit simpliciter ꝙ anima non sit ex elemẽtis ad hoc, vt cognoscat elementa, nunc probat eam nõ oportere esse ex omnibus elementis ad hoc, vt cognoscat omnia elementa. quoniam sufficit vt sit ex altero contrariorum, vt anima cognoscat illud, & illi oppositum, & dicit. Si vero ex elementis animam facere oportet, supple vt elementa iudicet, nõ oportet animam facere ex omnibus elementis, vt supple iudicet omnia elementa. Quod probat & dicit. Sufficiens .n. est altera pars contrarietatis seipsam iudicare, & oppositam, hoc est ideo anima non debet ex elementis omnibus constare, quia sufficit, vt constet ex altera contrarietate ad hoc, vt per illã iudicet ipsam, & eius oppositam. Quod exemplo probat linearum, vt Simplicius & Auer. exposuerunt, & dicit. Recto enim, hoc est linea recta, & ipsum, hoc est lineam rectam, & obliquum, hoc est lineam curuam cognoscimus. Sumpsit enim rectum, vt Simplic. dicit, pro exemplo formæ ac habitus. Obliquum vero pro exemplo priuationis. Canon enim hoc est regula, quæ est linea recta, est vtrorumque iudex, scilicet recti & curui. At

Dubiũ Simpl. obliquum neque sui est iudex, neque recti. Sed Simplicius dubitat, quia vnum oppositum non est iudex sui & eius oppositi, nisi eius oppositum dicat solã priuationem, vt patet tertio huius. Quando enim dicit habitum, potest per se cognosci. Cum igitur quodlibet elementum sit ens positiuum, & non sola priuatio, videtur ꝙ alterum nõ possit esse iudex sui & alterius, sed quodlibet debet esse iudex sui. Respondet Simplicius ꝙ hoc dicit Aristoteles non ꝙ ita sit, sed de sui consuetudine, qua consueuit frigidum dicere priuationem calidi, & siccum priuationem humidi. Vult igitur quòd Aristoteles argumentetur ex hypothesi, scilicet dato ꝙ ita sit, scilicet ꝙ frigidum & siccum sint priuationes, nam si ita est, sufficit vt anima constet calido & humido. Simili ratione intelligit exemplum, vult enim curuum accipi loco priuationis, rectum loco formæ, non ꝙ curuum sit priuatio, hæc ex commẽtario Simplicij, quæ diligentius tertio huius videbuntur.

Sunt & qui in toto vniuerso permistam ipsam inquiunt esse. Quocirca forsitan & Thales, omnia plena deorum esse putauit. ARGYR.

Tex.86. Et in toto autem quidam ipsam mistam esse dicunt. Vnde fortasse & Thales opinatus est omnia esse plena dijs.

COMMENTARIVM.

VT recte Thomas continuat) cum Aristoteles disputauit cum eis, qui dixerunt animam esse ex elementis, hic quasi obiter disputat cum eis, qui dixerunt animam esse in elemẽtis. dico quasi obiter, quoniam hæc quæstio, vt recte innuit Simpl. spectat ad librum de Cœl. vbi agitur de animatione cœlorum, & elementorum, & spectat pro parte tertio huius, vbi idem disputabitur. Procedit autem sic, quia primo narrat opinionem, & opinionis auctorem, & dicit. Et in toto mundo, & in elementis quidam veterum ipsam animam mistam esse dicunt. Hi enim vt Them. inquit, sunt, qui animam dicunt per quatuor elementa, & per naturam rerum omnium iniectam, fusamq; æquabiliter omnes mundi partes vegetare, animareq;. Auerroes vero explicat, & dicit. Vnde hoc est propter quã causam, scilicet quia omnia sunt animata fortasse & Thales opinatus est omnia esse plena dijs. Cui, vt Them. inqt, illud congruebat, Iouis omnia plena. Hanc opinionem Zeno visus est velle, qui deum meare, ac pertinere per omnem substantiam censuit. Dixit enim in homine intellectuali deum esse intellectum, in animali animam, in corporibus naturalibus naturam. In natura vero affecta dixit deum esse affectionem ac habitum, quam positionem non spreuit Plato, cuius in Timæo hæc sunt verba, cum deus, inquit, animam in medio collocasset, per vniuersum infudit, & per omnem globum porrigi iussit, & corpus ei exterius induit. Est tamen hæc differẽtia ꝙ Thales visus est velle animam omnium esse deum. Plato vero omnium animam asserit esse substantiam ab ipso deo creatam, quam Maro in .6. olfecit cum dixit. Fusamq; per artus, mens agitat & molem, & reliqua. Varro vero Romanus Thaletis imitator dixit deum esse mundi animam, & in cœlo esse cœlestem animam, in homine intellectum, & in animali animam, & in plantis vitam, & in cæteris elementis & mistis naturam. Venit autem intantum hæc positio, ꝙ vsq; ad tempora nostra nonnulli prophani religionis pessundatores nulla ratione moti dixerũt deum esse formam omnium compositorum, totum in omnibus ac toto mundo, & totum in qualibet parte, cuius reprobatio lib. nostro de intellectu quæratur, vt postea dicet Aristoteles. Cur vero Aristoteles dixit omnia esse plena dijs, & non deo, non sit nobis difficile, quia vtroque modo dicere potuit, tamẽ per verbum illud, dijs, intelligit diuinas virtutes, quibus oĩa plena sunt. nam si in omnibus deus est, in oĩbus erunt virtutes diuinæ, quibus plena sunt oĩa, si deus sit in oĩbus.

Hoc autem dubitationes habet nonnullas. Quam enim ob causam anima in aere quidem vel in igne si inest non facit animal, in mistis autem facit, præsertim cum in illis videatur esse præstantior? ARGYR.

Tex.86. Hoc autem habet quasdam dubitationes. Propter quam enim causam in aere, aut in igne anima cum sit, non facit animal, sed in mistis, & hæc cum in illis melior esse videatur?

COMMENTARIVM.

OBIICIT contra positionem q̃rendo quæstiones, quas

quas cum non possint soluere, relinquitur positio falsa, & dicit. Hoc autem (Si hæc positio detur) habet quasdam dubitationes, quarum prima est, propter quam causam in aere aut in igne cum anima sit, non facit animal, in mistis vero cum sit, facit, & potissimum cũ hæc anima in illis duobus elementis melior esse videatur. ergo cum in illis est, videtur magis animal constituere. est ergo qõ cum anima in elementis sit melior (vt supponit) cur nõ facit, vt ignis sit animal, vel aer sit animal, & cum in mistis inest, facit mistum animal. Hæc est quæstio, & quidem optima.

ARGYR. *Quæret etiam quispiam, quam ob causam anima ea quæ est in aere, præstabilior est ac immortalior ea quæ in animalibus inest?*

Tex. 86. Quæret autem vtique aliquis, & quam ob causam quæ in aere anima est, ea quæ in animalibus, melior est & immortalior?

COMMENTARIVM.

HAEC est secunda quæstio, in qua, vt Simpl. dicit, vnũ supponitur. s. ꝙ anima, quæ est in elementis, melior sit & immortalior ea anima, quæ est in animalibus. Quærit vero causam, & hoc dicit. Queret autem vtiq; aliquis, & quã ob causam anima quę est in aere, vel in igne, ea anima, quę est in animalibus, melior est, & immortalior? ergo supponit quia est, quærit vero propter quid est.

ARGYR. *Vtrobiq; ãt emergit quoddam absurdum, & rõnis egrediens metas, nam ignem aut aerem animal esse dicere, rõnis egreditur fines. & asserere rursus animalia nõ esse, si insit in ipsis anima, per absurdum est sane.*

Tex. 87. Accidit autem vtroque modo inconueniens, & irrationabile. Etenim dicere animal ignem & aerem, irrationabilium est, & non dicere animalia esse, cũ anima insit inconueniens est.

COMMENTARIVM.

QVIA quæsiuit qõnes, circa primam insistit, & ostendit pro vtraq; eius parte difficultatem, & dicit. Accidit autem vtroq; modo dicendo magnum absurdum & irrationabile. Etenim (vt inquit) ignem dicere animal, vel aerem dicere animal, est de numero irrationabilium, immo cõtra sensum. Non enim videmus aerem vel ignem sentire, aut locali motu moueri, nec videmus ei inesse aliquod opus animæ. Similiter & non dicere aerem & ignem animalia, cum anima eis insit, est incõueniens, potissimum cum anima, quæ elementis inest, sit nobilior anima animalium. ergo pro vtraque parte sunt rationes. quare dicẽdum est in elementis non esse animam.

ARGYR. *Videntur autem ideo putasse in his animam esse, quia totum & partes eiusdem sunt speciei.*

Tex. 88. Opinari autem videntur animam esse & in his, quoniam totum cum partibus eiusdem speciei est.

COMMENTARIVM.

CVM posuit opinionem, & reprobauit illam, nũc vult ponere rationem, qua mouebatur opinio, & reprobare rationem illam. Verum ratio, qua mouebatur Thales dupliciter potest exponi. Vno modo vt illam exponit Them. Alio modo, vt illam exponit Simplicius, & Thomas, atq; Auer. vtraq; tamen expositio sumit hanc suppositionem, ꝙ in elementis pars est eiusdem rationis cum toto, vt pars ignis cum toto igne, pars aeris cum toto aere, pars aquæ cum tota aqua, pars terræ cum tota terra. Hanc suppositionem omnes arbitrantur. Tunc hac suppositione sumpta, Them. addit, sed portiuncula aquæ quæ decerpitur in animalium mistura, est animata, ergo tota aqua erit animata. Similiter de aere potest addi, sed aeris portiuncula quę in mistura est, est animata, ergo totus aer, simili ratione induci potest de igne, ac terra. Simplicius vero magis iuxta verba addit, sed pars aeris intercepta in corporibus animalium per inspirationem, & expirationem est causa, quare animalia sunt animata. ergo illa pars aeris intercepta per expirationem & inspirationem erit maxime animata. Sed cum totum & pars sint eiusdem rationis, fit vt si illa aeris pars sit animata, totus aer sit animatus. Hæc breuibus Simplicius innuit, quæ Thomas prolixius repetit, & Auer. prosequitur.

ARGYR. *Quare necesse est ipsos, & animam et partes eiusdem esse dicere speciei, si animalia ex eo fiunt animantia, quia in ipsis aliqua pars continentis recipitur.*

Tex. 88. Quare necessarium est ipsis dicere & aĩam similis speciei cũ partibus esse, si quia intercipitur aliquid de ipso continente in animalibus animata animalia fiunt.

COMMENTARIVM.

NARRATA ratione, qua mouebantur ad dicendum aerem vel elementum esse animatum, nũc (vt placet Simplicio) ponit absurdum contra illam rationem, quasi conuertendo rationem ad oppositum, & argumẽtatur hoc pacto, si quia portiuncula aeris, quæ facit animalia animata, est animata, totus aer est animatus, oportet dicere ꝙ sicut totus aer est eiusdem rationis cum suis partibus, ita oportet dicere totam animam, quæ est totius aeris, esse eiusdẽ speciei cum omnibus partialibus animalibus partium aeris, & ita omnes animæ essent eiusdem speciei, vt omnes partes aeris sunt eiusdem speciei. hoc autem (vt Simplicius & Them. ostendunt) est contra experientiam, quia anima eius partis aeris, quæ est in homine, vel per misturam, vel per spirationẽ, est intellectiua ac rationalis. Anima vero eius partis aeris, quæ est in animali, est sensitiua. anima denique eius partis aeris, quę est in mistura plantarum, est vegetabilis. ergo non omnes animę, partium sunt eiusdem rationis cũ anima totius aeris. Sic enim omnes animæ essent eiusdem speciei inter se. Vnde dicit. Quare necessarium est ipsis dicere & animã totius aeris esse similis speciei cum partibus, hoc est cum particularibus animabus, quæ sunt partium aeris, quæ reperiũtur in diuersis mistis, dico ꝙ hoc sequitur stante eorum ratione. s. si quia intercipitur aliquid de ipso aere nos cõtinente in animalibus animata animalia fiunt. Nam sicut ipsi argumentantur totum aerẽ esse animatum, quia illa pars aeris est animata, quum totum & pars sint eiusdem speciei, sic etiã argumentabor de partibus aĩæ, hoc est de partialibus aĩalibus, quæ sunt aĩæ partium aeris, ꝙ sint eiusdem speciei cũ anima, quæ est totius aeris. Qua ratione euenit, vt oẽs animæ sint eiusdem speciei, sicut omnes aeris partes cum toto aere sunt eiusdem speciei. hoc autem tanq̃ aperte absurdum Arist. dereliquit, nec ab eis concessum. Expositiones autem, quas Auer. vel alij afferunt hic, nõ sunt ad mentem Arist. nec verbis conuenientes.

ARGYR. *Quod si aer quidem discerptus eiusdẽ est speciei, anima autem est dissimilium partium, patet aliam ipsius partem inesse, aliã non inesse. Necesse est igitur ipsam, aut similium esse partium, aut non in quacunque totius inesse parte.*

Tex. 88. Si autem aer quidẽ discerptus similis speciei sit, Aĩa aũt dissimilaris, aliquid quidem ipsius inerit, vt patet, quoniam aliud non inerit. Necesse est igitur ipsam aut similarem esse, aut non esse in qualibet parte totius.

COMMENTARIVM.

REFELLIT responsionẽ, quæ posset dari pro defensione opinionis. Posset. n. aduersarius dicere, bene aerem partialem cum vniuerso aere esse eiusdem speciei, & sic si pars aeris erit animata, totus erit animatus, partes tamen animæ cum anima totius aeris non esse eiusdem speciei, quia anima partis aeris, quæ est in mistura plantæ, est alterius speciei ab anima partis aeris, quæ est in mistura hominis, vel animalis. Et sic negãt ita esse de tota anima ad partiales aĩas, sicut est totus aer ad partes aeris. Cõtra obijcit subtilissime, quia si pars animæ vel partialis anima nõ est eiusdem speciei cum anima totius aeris, non sequitur, partialis anima inest aeri animalibus permisto. ergo anima inest toti aeri. Nõ enim oportet à parte inferre ita esse in toto nisi pars & totum in omnibus sint eiusdem speciei. Immo videtur implicare contradictionem totũ aerem & partes esse eiusdem speciei, & formam vel animam totius, & formas vel animas partium esse alterius speciei, cũ dif-

ferentia & conuenientia specifica non sumantur, nisi à formis, quæ differunt vel conueniunt. Vnde dicit. Si autem aer quidem discerptus, qui.s. discerpitur à toto, quia est in animatis permistus similis speciei sit cũ toto aere, anima vero eius alterius speciei cũ anima totius, ita vt bene aer & aer sint speciei eiusdem, nõ autem anima & anima. Contra hanc respõsionem mox obijcit, quòd tunc aliquid quidem ipsius animæ, hoc est ꝙ tunc aliqua partialis anima inerit partiali aeri.s.animatis permisto.patet quia aliquid non inerit.hoc est in vno aere anima inerit.s.qui in mistura erit, & in alio,s.qui est extra misturam, nõ inerit. Quo vero ad verba attinet, in alio græco codice hæc verba sic leguntur. § Aliquid quidem ipsius inerit, vt patet. aliquid autem non inerit, § & tunc clara sunt. est enim sensus, si anima totius aeris, & animæ partium aeris non sunt eiusdem speciei, tunc totus aer, & suæ partes non erunt eiusdem speciei, nõ.n. animata sunt eiusdem speciei, nisi quia animæ sunt eiusdem speciei. Si totus aer & partes nõ sunt eiusdem speciei, tunc non oportet si aliqua pars aeris, sit animata, vt totus aer sit animatus. Propterea concludit ꝙ si totus aer, & partes eius sint animatæ, necessarium sit animam esse similarem & eiusdem speciei in toto aere, & oĩbus animatis, quod est contra experientiam, vel non oportet animam esse in toto & in qualibet parte totius aeris, quod est contra rationem eorum, & sic habetur eorum rationem esse friuolã, cum argumentãtur totum aerem esse animatum, quia pars aliqua eius est animata.s.animalibus permista. Non.n. valet consequẽtia nisi supposita cõsimilitudine specifica aeris ad aerem, & animæ ad animam, qđ negãt, & est contra experientiam, hoc pacto, ego hos textus intellexi, vt ex commentario Simpl. & Thm. paraphraxe colligi põt, sed si tibi aliter videbitur de his, iudicium non recusabo. Auer hic asserit ꝙ qui dicũt animas ac formas, quæ sunt actus primi, siue primæ perfectiones, proficisci nõ ab agente externo, sed vi ac necessitate materiæ, isti cogũtur ponere elemẽta esse animata, ea.s. anima qua animalia sunt animata, quorum sunt elementa. Quam opinionem asserit sentire Alexandrum Aphrodisæum. Ait tamen hanc opinionem esse cõtra Aristotelem & similiter Democriti opinionem, quæ dixit omnia euenire casu.

Quæ Auer. Com. 88.

Sed pace Auer. dixerim ꝙ hæc non sunt necessaria. nam qui dixerunt rerũ formas esse vi ac necessitate materię, dixerunt non omnes rerum formas esse animas cum non omnes mistiones sint eiusdem rationis. & ita non sequitnr elementa esse animata eadem anima, q̃ animalia sunt animata, cum elementa nõ sint animata nisi vi mistionis, quæ non est in omnibus eadem. Præterea. Quod imponit Alexandro, ego non credo. Alexander enim asserit omnes effectus naturales proficisci à natura, & non ab ipso deo, propter hoc illos asserit venire necessitate naturę, hoc est agentis naturalis, vt tertio huius in collectaneis diximus, & in libro de intellectu.

ARGYR. *Patet igitur ex dictis, neque cognitionem ex eo competere animæ, quia constet ex elementis, neque recte vereque dici motum eidem inesse.*

Tex. 88. Manifestum igitur ex dictis est, ꝙ neque cognoscere inest animæ, propterea ꝙ sit ex elementis. Neq; moueri ipsam bene, atq; vere dicitur.

COMMENTARIVM.

EPILOGAT nũc & dicit, ꝙ ex dictis patet, ꝙ neque cognoscere animæ inest ex eo, quia ex elementis constat, vt dixit Emped. neque bene, neque vere dicitur ipsam moueri, vt dixit Xenocrates & Plato.

ARGYR. *At quoniam cognoscere, sentire, opinari insuper cupere, deliberare, & omnium appetitiones, ipsius animæ sunt, motus etiam animalium loco ab anima fit, & insuper accretio, status, atque decretio, quæret vtique quispiam vtrũ horum vnumquodq; toti animæ competat, et nos intelligamus & sentiamus & moueamur cæterorumque vnumquodque agamus patiamurque tota, an alijs alia partibus? Ipsum præterea viuere, vtrum in horum aliquo vno, an in pluribus, an in omnibus consistat, an sit eius alia quædam etiam causa?*

Tex. 89. Quoniam autẽ cognoscere animæ est, & sentire, & opinari, adhuc autem concupiscere, & deliberare, & omnino appetitus. Fit autem, & secundum locum motus animalibus ab anima, adhuc autem & augmentum & status, & decrementum, vtrum toti animæ vnumquodq; horum inest, & tota intelligimus, & sentimus, & aliorum vnumquodq; facimus & patimur, an partibus alijs alia? Præterea & ipsum viuere vtrũ in aliquo horum vno est, aut & in pluribus, aut & in omnibus, an & aliqua alia causa est?

COMMENTARIVM.

DISPVTATVRVS Arist. cum Platone, & alijs de pluralitate animarum. Mouet duas qõnes, primam de pluralitate animarum, secundã vero de causa viuendi. Vt Simplicius longa commentatione demõstrat, & Them. breui narratione dilucidat. Supponit ergo Arist. plures esse animales operationes, vt cognoscere sentire, opinari, concupiscere, deliberare, appetere, & secundum locum moueri, augeri, diminui, & id genus, & quærit vtrum oẽs istæ operationes in nobis proficiscãtur ab vna eademq; anima, an à pluribus animabus. & si ab vna anima, vtrum ab eadem eius potentia, an ab vna anima, & pluribus potentijs. vnde dicit. Quoniam autem ipsum cognoscere est operatio animæ, & sentire & opinari etiam sunt operationes animæ, adhuc autem concupiscere, & deliberare, & omnino appetitus, siue appetere sunt etiam animæ operationes. Fit autem & secundum locũ motus inanimalibus ab ipsa anima, & ita motus secundum locum est etiam operatio animæ, adhuc autem & augmentum, & status, & decrementum sunt operationes animæ. Cum igitur hæ sunt animæ operationes, quærit vtrum toti animæ vnumquodque horum insit, ità, videlicet, vt & tota vna ac eadem intelligamus, & sentiamus, & aliorum vnumquodq; faciamus, & patiamur, an partibus alijs, hoc est an diuersis partialibus animabus alia atque alia faciamus. Hæc est qõ de pluralitate aĩarum. Quo vero ad verba attinet, dixit § faciamus § propter operationes animæ nutritiuæ, quas facere videmur, dixit § patiamur § propter operationes cognoscitiuas, quas patimur. Deinde quærit secundam qõnem de ipso viuere, vtrum per vnumquodque horum operum dicamur viuere, an per plura simul, an per omnia simul. Vel sic, vtrũ viuere insit nobis propter vnum horum, quæ enumerauimus.s.tantum, propterea quia augemur, & nutrimur, an non tantum propter hoc, sed propter plura horum, vt dicamur viuere, & propterea quia nutrimur, & quia intelligimus, an propter omnia hæc, ita vt cuicunque vnum horum insit, ipsum viuere dicatur, vel dicimur viuere per aliquam aliam causam & quidem præter hæc omnia, vnde dicit. Præterea & ipsum viuere vtrum est in aliquo vno horum, ita vt vnõ horum existẽte, viuere dicamur, aut est in pluribus, ita vt plĩbus existentibus viuere dicamur an in omnibus, ita vt omnibus existentibus viuamus, an & aliqua causa alia est, præter has, qua viuere dicamur. Vel lege iuxta secundum sensum sic, & ipsum viuere vtrum sit in aliquo vno horum.s.tantum, vt dicamur viuere solum, quia nutrimur, aut in pluribus ita dicamur viuere non tantum per vnum, sed propter plura horum: aut in omnibus, hoc est non tantum propter plura, sed propter omnia. ita vt id viuere dicatur, cui vnum horum inest. An & aliqua alia causa est præter hęc omnia, qua viuere dicamur, vtroque modo legitur à græcis expositoribus. Hæc de quæstionibus.

ARGYR. *Atque sunt qui dicunt ipsam esse partibilem, nosq; alia eius parte intelligere, alia cupere censent.*

Tex. 90. Dicunt vero quidam partibilem ipsam esse, & alia quidem intelligere, alia autem concupiscere.

COMMENTARIVM.

NVNC disputat quæstiones, & primo disputat primam, nam de illo primo narrat positionem Plat. secundo eam

eam improbat. Quantum ad primum, dicit q quidam voluerunt ipsam animam esse substantia, & subiecto partibilem. Posuit enim Timæus in homine tres animas, quibus exercet homo opera animæ, sensitiuã quidem in cerebro, siue sensitiuam, irascibilem in corde, vegetabilem in hepate, vel (vt alii dixerunt) Timæus posuit intellectualem in cerebro, sensitiuam in corde, nutritiuam in hepate. ergo anima substantia, & subiecto partibilis est.

ARGYR. *Quid igitur ipsam continet animam si partibilis sit? non corpus. quippe cum, contra potius videatur corpus anima continere. Quapropter & ea egressa dissoluitur corpus atque putrescit. Si igitur aliquid aliud ipsam contineat vnãque faciat, illud erit potissimum anima. At oportebit de illo etiam quærere, vtrum vnum, an multarum sit partium. Atque si sit vnum, cur & animam continuo non dicimus vnum esse? Sin partibile, rursus ratio quæret quidnam sit illud quod illud etiam continet? atque hoc pacto fiet in infinitum abitio.*

Tex. 91. Quid igitur continet animam si partibilis est suapte natura? non enim vtiq; corpus, videtur enim contra magis anima corpus continere. Egrediente enim ea, illud expirat, & putrescit. Si igitur aliquid aliud vnã ipsam facit, illud maxime vtique erit anima. Oportebit autem iterum & illud quærere, vtrum vnum, an multarum partium sit. Si enim vnum est, propter quid non mox & anima vnum est. Si vero partibilis est, iterum ratio quæreret, quid est continens illam? & sic vtique procedet in infinitum.

COMMENTARIVM.

PRAETEREA contra hanc positionem, quærit Aristoteles. Si anima suapte natura substãtia & subiecto partibilis sit, quid est quod animã continet, vt per ipsam compositum animatum sit vnum? non enim illud cõtinens animam in tali vnitate, potest esse corpus, quia potius anima videtur corpus continere in vnitate, q̃ contra corpus animam, cuius signum est, quia anima egrediente à corpore, corpus dissoluitur, expirat, & putrescit. Sin autem aliqd aliud præter corpus ipsam animam vnam facit, si detur licentia fugiendi, illud nõ est nisi anima, & sic oportebit iterum quærere & illud vtrum vnum, an multarum partium sit. Si.n. anima, quæ facit primam animam vnum quid, sit quid vnum, propter quid & non mox & prima anima non vnum est. non enim videtur maior ratio de secunda, quã de prima. Sin autem secunda anima, quæ primam facit vnam, est quid partibile, iterum ratio quæret, quid est continens illam in vnitate, & sic procedetur ad infinitum, oportet ergo dicere primam animam esse substantia, & subiecto vnam, alioquin procedetur in talibus in infinitum.

ARGYR. *Dubitabit etiã quispiam de partibus eius, quã vnaquæq; potentiam in corpore habeat. Nam si anima tota totũ contineat corpus, oporteat & vnamquamq; etiam partem, aliquam partem corporis continere. Id autem esse non posse videtur. quam.n. partium corporis intellectus, aut quo cõtinebit pacto fingere quoque difficillimum est.*

Tex. 92. δύναμιν Positionem Potentiam. Dubitabit autẽ aliquis & de ipsius partibus quã positionẽ habeat vnaquæq; in corpore. Si enim tota anima totum corpus cõtinet, conuenit & partium vnamquamq; continere aliquid corporis. Hoc autem assimilatur impossibili. quam enim partem, & quomodo intellectus continebit, difficile est etiam fingere.

COMMENTARIVM.

QVIA vero opinio aliquorũ fuit q anima sit vna secundum substantiam & subiectum, potestate plures, vt est opinio Arist. vt dicit Simpl. ideo iterum quærit de ipsius partibus, quam positionem habeat vnaquæque earum in corpore, vtrum omnes sint in qualibet parte corporis, an alia potentia sit in alia, & alia in alia. Quæstio enim hæc pro hac parte prima frontem videtur rationabilis, qa si tota anima totum corpus continet, ita vnaquæque eius pars debet possidere propriam corporis partem. Ex alio latere videtur hoc simile impossibili, quia quam partem assignabimus ipsi intellectui? difficile enim videtur fingere partem propriam intellectui, quia tunc intellectus esset virtus organica.

ARGYR. *Videmus aũt & plantas diuisas viuere, & animaliũ insectorum nonnulla, vtpote animam, etsi non numero, tamen specie eandem habentia. Itaq; partium vtraque, & sensum habet, & per aliquod tempus loco mouetur.*

Tex. 93. Videntur autẽ & plantæ viuere diuisæ, & animalium insectorum quædam, tanquàm eandem habentia animam specie, & si non numero. Vtraque enim partium sensum habet, & mouetur secundum locum ad aliquod tempus.

COMMENTARIVM.

QVOD vero partes siue potentiæ animæ non differãt subiecto, probat exemplo animalium insectorum, & plantarum, & dicit. Videntur autem & plantæ diuisæ viuere, vt rami cum à tota planta deciduntur. Et etiam animalium insectorum quædam vt lacerta & vermes, quorum partes diuisæ vsque ad certum tempus viuunt, & mouentur secundum locum, causa autem est, quia partes illæ habent animam eandem non numero, sed specie, & ita quælibet pars illorum habet vitalem potentiam, & motiuam. ergo ante diuisionem in talibus anima erat vna numero in toto corpore, & omnes potentię erant per corpus totum. & per omnem partem corporis. Et in hoc apparet clare error eorum, qui dixerunt in parte animalis anulosi non remanere animam, nisi in illa parte, vbi manet caput & cor. Cuius oppositum asserit hic Aristo. volens in vtraq; parte remanere animam & potentias omnes, quæ præerant saltem quo ad certum tempus, verum de hoc in secundo satis.

ARGYR. *Nec absurdum est, si non perdurant. instrumenta nanque non habent vt naturam conseruent, sed nihilominus omnes in vtraque partium insunt, animæ partes. Atque animæ partes eadem sub specie collocantur, & etiam tota. illæ quidem, quia non separabiles sunt, tota autem anima, quia indiuisibilis est.*

Tex. 94. Si autem non permanent, nullum inconueniens est, instrumenta enim non habent, quibus saluẽt naturam, sed nihilominus in vtraque partium omnes existũt partes animæ, & eiusdem speciei sunt adinuicem, & toti. Adinuicem quidem, tanq̃ quæ non separabiles sunt. Toti autem animæ, tanq̃ indiuisibili existente.

COMMENTARIVM.

SI dices, q animæ partes non permanent in partibus decisis animalis insecti, postq̃ fuerit diuisum. Cõtra obijcit, quia nullum inconueniens est dicere illas non remanere, fortasse quia partes illæ non habent instrumenta, quibus saluent naturam, vt radices & os, tamen in vtraque partium existunt partes animæ, & ita licet non remaneat anima, remanent eædem potentiæ, quæ præerant, ergo potentiæ non differunt subiecto, Remanent dico potentiæ, quæ sunt eiusdem speciei adinuicem, quia potentia sensitiua in cauda, & sensitiua in capite sunt eiusdem speciei, similiter & motiua quæ remanet in cauda & motiua quæ remanet in capite, ergo singula singulis referẽdo, potentiæ quæ remanent, sunt eiusdem speciei inter se, & sunt eiusdem speciei toti, scilicet potentiæ, antequã fuit diuisa. Quod exponit, & dicit. Adinuicem quidem sunt potentiæ illæ eiusdem speciei, quia non sunt specie separabiles, nam sensitiua caudæ & sensitiua capitis eiusdem speciei sunt, sic & motiua vtriusque. Sunt etiam toti animæ specie eadem, quia anima est quid indiuisibile specie secundum potentiam, & sic potentiæ animæ non videntur subiecto diuisæ, sicut neque ipsa anima. Hęc de prima quęstione voluit disputare.

ARGYR: *Videtur autem & id principiũ quod ineſt in plantis, anima quædam eſſe. hæc.n.ſola communis eſt & plantis & animalibus. Atq; hæc quidem, à ſentiendi principio ſeparatur. ſine autem ipſa, nihil eſt prorſus quod habeat ſenſum.*

Tex.95. Videtur autem & quod in plantis principiũ eſt, anima quædam eſſe. Hac.n.ſola communicãt & animalia & plantæ. Et hæc quidem ſeparatur à ſenſitiuo principio. Senſitiuum autem nihil ſine hoc habet.

COMMENTARIVM.

SOLVIT ſecundam qõnem, quærebatur.n. vtrum per vnumquodq; eorum animatũ dicitur viuere, an per vnum omnibus prius. Ad formam non reſpondet, ſed ad materiam dicit duo, primum ꝙ videtur id, quod in plantis eſt, principium viuendi eſſe quædam anima. Quod probat, qa hac communicãt animalia & plantæ, niſi enim illud principium eſſet anima, nõ poſſent animalia communicare cum plantis in illo, præſertim cum animalia cõmunicent in illo cum plantis in eo ꝙ ſunt animata, vt nunc ſupponit. Secundum quod dicit, eſt, ꝙ hæc anima quæ communis eſt animalibus & plantis ſeparatur à principio ſenſitiuo, ſenſitiuum autem non ſeparatur ab illa anima. Simili ratione & de intellectiuo, nam vegetatiuum ſeparatur ab intellectiuo, contra vero minime, de mortalibus loquor. Ex ijs habetur ſolutio ad formam, concedo enim quòd ſit dabile vnum primum quo aliquid viuit, & illud habetur per augeri, nutriri, & minui. Et etiam concedo quòd per quodlibet poſterius illo animatum viuit, quoniam in poſteriori ſemper includitur prius, vt trigonum in tetragono, vt ſecundo huius dicitur. Verum de re hac in ſecundo dicet plenius. Hæc ſunt, que mihi curſim videntur de hoc libro, vbi ſcias me nihil retuliſſe eorum, quæ Auer. dicit in commentarijs ſuis, quoniam pene nihil ad propoſitum verborum Ariſto. dicere mihi viſus eſt. Ob malas enim tranſlationes incidit ſæpius in aniles errores, quos recenſere viſum eſt mihi ſuperfluum. cum omnia commentaria quæ in erroribus confecit, videantur penitus inutilia. Expoſitiones vero Simplicij, & Themiſtij ſecutus ſum, quoniam tetigerunt mentem & verba Ariſtotelis. Hactenus de primo libro.

FINIS PRIMI LIBRI.

LIBER II.

ARISTOTELIS DE ANIMA.

ARGYR: *DICTIS hiſce quæ à maioribus de anima nobis tradita ſunt, redeamus rurſus oportet, atque enitamur velut ab initio determinare quid anima ſit, & quænã ſit eius communis maxime ratio.*

Tex.1. ἐφ᾽ ὅσον ἕκαστος ἀπέφηνατο *Inquantũ vnuſquiſque demonſtrauit.*

QVONIAM autem quæ tradita de anima ſunt ab alijs, quantum eorum vnicuique viſum ſit, prius dicta ſunt. Nunc tanquam à principio iterum redeamus, tentantes determinare quid eſt anima, & quæ vtique erit communiſsima ratio ipſius.

AVGVSTINI NIPHI EVTICHI SVESSANI PHILOSOPHI

In Secundum de Anima collectanea & commentaria.

COLLEC. Tex.cõm.1.

PROPONIT intentionem ſuã in Secũdo hoc, & inquit, quæ quidem igitur à prioribus, ideſt veteribus phis § tradita de anima ſunt dicta. § dixit § tradita, § quoniam nulla ratione confirmata. dixit § dicta § quia abundanter diſcuſſa, ac diligenter examinata, & tunc ſtatim apponit intentionem eius, & inquit. § Iterum aũt tanq̃ ex principio redeamus tentantes determinare, quid eſt anima, & q̃ vtiq; erit cõiſsima rõ ipſius § dixit § redeamus tanq̃ ex principio § qm̃, vt dixit in primo huius, difficultas eſt circa regulã venandi diffõnẽ, an ſit vna, & an plures. Vlterius poſito ꝙ ſit vna, adhuc accidit difficultas circa principia elemẽtaria propria vniuſcuiuſq; generis animę, quia igitur ab antiquis quodãmodo regulam accepit, & nõ principia elemẽtaria, ideo non dixit redeamus à principio, ſed tanq̃ ex principio, qm̃ & ſi non totam accepit diffinitionem, ſaltem modũ venãdi diffinitionem accepit. & hoc dixit in primo. aĩatum igitur ab inanimato in duobus maxime differre videt̃ motu & ſenſu. accepimus aũt à progenitoribus fere hæc duo de anima. Methodus ergo eſt, quia ex motu & ſenſu debet definitio animæ inueſtigari vt conſtat ab Auerroi ibidem. Sed in quo genere & qua differentia conſtituatur anima nõ habemus, & quia hmõi principia elementaria inueſtigare difficile eſt, ideo ſubdit, redeamus tentantes. i. cum labore perſcrutantes determinare q̃d eſt anima, proprijs diffinitionibus attributis ſpeciebus animæ, & quę vtiq; erit communiſsima ratio ipſius. eſt ergo intentio tradere duplicem animæ diffinitionem. ſ. propriam & ſpecificam vnicuique ſuam, & communem omnibus fuſam omneſq; animæ ſpecies continentem. Debes ſcire in primo huius Ariſto. quæſtionem mouiſſe primam, an animæ differunt ſpecie, & genere, an non. Et ſi differunt an debemus quærere communem animæ diffinitionem omnibus, an ſingulam ſingulæ reddere. & huius cauſam reddit, quoniam nunc quidem dicentes & quærentes de humana ſolum videntur intendere. cum igitur ita ſit, hanc quæſtionem abſoluit hodie, & innuit duplicem diffinitionum modum, communem omnibus. ſ. & proprium vnicuiq;, & hoc, vt Them. ait, vt ne ſolum humanam tangat, de qua tantum priores partim ꝙ ita collubitum erat partim ꝙ inuiti fallebantur egerunt.

Cõm 1. CVM contradixit. Commentum iſtud patet, pręter vltimum verbum, vbi inq̃t. Et primo debemus inuenire diffinitionem, quæ eſt magis vniuerſalis omnibus partibus eius. & reddit cauſam. d. cognitio enim vniuerſalis ſemper debet præcedere cognitionem propriam, ideſt ſpecialem. Ecce igitur quomodo cauſam reddit eius quod Ariſ. accepit in textu.

Dubitationes. Sed circa textum & commentum poſſunt oriri ambiguitates. videtur enim Ariſto. ſibi opponi, inquit enim in primo diffinitiones cõmunes nõ eſſe dandas, cum non faciant cognoſcere accidẽtia propria rei, & ideo ibidem Auer. æquiuocas appellauit. modo proponit cõem, immo cõmuniſsimã animæ dicere rõnem. Rurſum expoſitores ambigunt, quoniam ęquiuoci nõ debet diffinitio cõis proponi, cum illa careat. modo vt Ariſt. inquit. & Auer ibidem. anima dicitur æquoce de intellectu, & alijs.

Cõm. 11. Cõm 2.

Adhuc & circa commentum potes ambigere, quoniam non ſemper vniuerſalis rei cognitio præcedit ſpecialem, quoniam vt ipſe inquit. 6. meta. & 7. eiuſdem. met. eſt poſt phicam, & tamen eſt communiſsima conſideratio, & phica propria, vt Ari. inquit procemio met. Ad primã harum Egid. inquit, ꝙ Auer. d. 7. meta. ꝙ diffinitio põt dupliciter conſiderari. vnomõ, vt inſtrm, quod ducit intellectũ ad intelligere quidditates rerum. aliomõ vt ſignificat naturam, & rei

Cõm. 3. Cõm. 35. Cõm. 42.

& rei quidditatem seu essentiam, quia igitur hmõi cõisſima ratio est velut instr̃m quo intellectus ducitur in propriam vniuscuiusq; diffinitionem, ideo est ponenda. ergo est ponenda, vt ducens in cognitionem aliarum. & Arist. hoc intendit hic primo huius. vultq; non esse dãdam tanq̃ sit significans rerũ essentias, & quidditates. Vnde Alber. hic videtur & hanc sol. innuere cum dicat hãc esse superficialẽ diffinitionẽ figuralem .i. exẽplarem. Intendit.n. esse tanq̃ exẽplo q̃ manifestantur proprie vnicuiq;. Adhuc h̃ inquit Auer. supra illo Arist. verbo. § figuraliter quidẽ igit &c. § vbi ait tanta igitur cognitio est data à talibus diffinitionibus q̃ inductæ sunt exẽplariter & s̃m sermones vl̃es.

Cõ.11.huius.

Et tunc potest ex omnibus his colligi vna solutio, quasi apertior illa Egidij, ꝙ proponere diffinitionem cõem contingit dupl̃r. vnomõ tanq̃ quietãtem intellectum ita, ꝙ in ea debet intellectus stare. & sic Arist. voluit non esse cões diffinitiones proponẽdas. Aliomõ tanq̃ exemplũ & viam ad ꝓprias, & sic vult hic eã esse proponendã. Et, vt ex verbis Simpl̃. excipio, duplici rõne consueuit hmõi cõem rationem assignare diuersam à propria. Prima quidem, q̃m sicut se habent res in esse, ita & vt ipsas cognoscamus, sed se habent vt conuenientes in cõi, & vt differẽtes proprijs differentijs, ergo vtroq; mõ cognosci debent. Secunda vero, q̃m nostra cognitio est partibilis s̃m diuersum modũ cognoscẽdi, quare nequit simul statim à principio vtrũq; percipi nisi prius separatim intelligat vtrũq;. merito Aris. quid nam oĩbus cõe plus considerat, & post quid propriũ, vt patebit. Ad secundam Simpl̃. r̃ndet duplex esse cõe. s. æquiuocum quod dicitur cõe secũdum multifariã dictum, & cõe secũdum comparationem quod dr̃ analogum. vult igitur hmõi cõe non esse æquiuocum, sed analogum. dictũ autem Auer. intelligit per æquiuocum æquiuocum à cõsilio quod analogũ est, vt patet in principio quarti meta.

Ad tertiã quidã dixerunt illud verbum Auer. esse intelligendũ sub eodem genere subiecti formalis. modo metaphysica est alterius generis. Sed mihi videtur & simpliciter sit verum, quoniam cõisſima semper sunt notiora. immo inquit Auicen. ens & res sunt primo nota, & aĩæ congenita. adeo ꝙ non acquirũtur ex alijs notioribus eis. vide ipsum primo tractatũ suæ metaph. capite. 6. Ideo aliter visum est mihi dicere, ꝙ est vltima quantum ad subiectum principale, quod est genus substantiarum separatarum, vt Auer. inquit vltimo cõmento primo physicorum.

COMMENTARIVM.

HIs disputatis de aĩa, Aris. incipiens hunc librum secundũ, primo continuat hunc librũ cum priori, ponẽs quæ in primo egit, & q̃ vult agere, & dicit. Q̃m autẽ quæ tradita sunt de aĩa ab alijs, quantũ eorũ vnicuiq; visum sit dicta sunt. Hæc est resumptio eorum, q̃ egit in primo lib. subscribit, quæ vult agere, & dicit. Nũc tanq̃ à principio iterum redeamus tentãtes determinare q̃d est aĩa, & quæ vtiq; erit cõisſima ratio ipsius hec sunt, q̃ facturus est. Quo vero ad verba attinet, in collectaneis considerabamus nõnulla verba friuola consideratione, ideo melius nũc dicamus, verba illa § quantum eorum vnicuiq; visum sit. § In antiquis trãslationibus non haberi, in græcis vero codicibus leguntur, q̃ meo iudicio propterea adiecit, q̃a non t̃m veterum positiones, quæ de aĩa traditæ erant, narrauit, sed rõnes, quibus ipsi mouebantur, assignauit. Cur vero dixit. § Tanq̃ à principio iterum redeamus. § In collectaneis dicebamus, quia aliq̃d accepimus à ꝓgenitoribus de definitione animæ, accepimus.n. regulam inueniẽdi illam ex sensu & motu, vt in primo huius notauit Arist. quia vero de genere & differentia, quæ sunt definitionis partes, nihil accepimus, propterea tanq̃ à principio dixit esse redeundum: non t̃n penitus à principio: cum aliquid accepimus. Vel forte dixit tanq̃ à principio: quia à veteribus aliquid accepit. s. excitamẽtum, nam vt. 2. metaph. inquit. si non antecessisset phrynis, non talis euasisset Timotheus. Dixit aũt § tentãtes determinare § q̃a Methodus definiendi est non leuis, cõplectitur.n. diuisionem, cõpositionem, & syll̃m. Præterea. Verba illa § & quæ vtiq; est cõmunisſima ratio ipsius, § Them. expositiue legit, cũ.n. dixit se velle rursus determinare quid aĩa sit, exponit, & pro idest, q̃ est communisſima ratio ipsius, cuius rõnem Auer. assignat, ꝙ vniuersalia præcedant particularia. Expositor vult per hæc verba Aris. dare cãm eius, quod dixit, dixit.n. se velle determinare quid est aĩa sup. definitione cõi, & pro quia, hæc est cõisſima ratio, quæ præcedere debet. Verum si copulatiue legatur, innuit duas definitiones quas dabit de anima. Ex his patet bene esse dictum in collectaneis, ꝙ Arist. hic incipit soluere, immo soluit eam .q. quã mouit in primo, vtrum si animæ plures genere vel specie sint, earum sit vna cõmunis definitio, patet solutio, ꝙ oĩum earum est vna communis definitio, q̃ proponit venari. Quæres cur ipsius animæ duæ definitiones sint assignandæ. s. cõisſima, quæ omnes complectitur, & vnicuiq; propria. Ex latinis (vt in collectaneis dicebamus) vnã causam accepimus, quia definitio cõis omnibus nõ proponitur, vt quietãs animam, sed vt sit exẽplum, atq; via ad propriam cuiq;. Simpl̃. assignauit duas cãs, prima est, quia definitiones dantur de rebus, quatenus sunt, & quia species animæ primo conueniũt in aliquo, postea in proprijs differunt. ideo oportet dare duas, alterã qua depræhendatur cõuenientia, alteram qua depræhendatur dr̃ia. Secunda vero causa est, quia cognitio aĩarum est diuisibilis s̃m diuersos cognoscendi modos. s. cõem & proprium, ideo duplex debet dari definitio, altera cõmunis, qua s̃m modum cõem oẽs cognoscantur, altera propria, qua cognoscat̃ vnicuiq; proprius modus. Verũ hæc secunda cã non multũ differt à prima. Auer. ãt dicit, ideo dabilem esse cõem & vl̃em definitionem primo, postea minus vl̃em, & propriam, quia vl̃is cognitio semper ꝓcedit minus vl̃em & propriam. In qua cã fecimus dubitationẽ in collectaneis, quia si ita eẽt, tunc metaph. q̃ est de vl̃ibus, est ordine doctrinę prior physica, q̃ est de minus vniuersalibus. Ad hoc in collectaneis dicebamus dictũ Auer. esse intelligẽdum q̃n doctrinę cõparabiles sunt eiusdem g̃nis subiecti scibilis. Mõ metaph. est alterius subiecti scibilis, ab eo cuius est physica. Vel dicebamus meta. quo ad cõisſima, de q̃bus agit, esse physica priorẽ, non aũt quo ad partem principalem subiecti illius: quod est genus sub̃arum abstractarum. Modo vtraq; hæc solutio vr̃ dubia, prima quidẽ, quia accipio aggregatũ ex oĩbus sciẽtijs speculatiuis, certũ est hoc aggregatum esse vnam totalẽ doctrinam, & quidem vnius subiecti scibilis, quia de ente in communisſima rõne. Et cum in vna doctrina totali semꝑ vniuersaliora sint prius nota, tũc in tali aggregata doctrina metaph. esset prima, cũ sit de vl̃ioribus. Cuius oppositũ Auer. asserit. 6. meta. & lib. meta. 7. Contra vero secũdam facit, quia si est posterior quo ad genus substãtiarum abstractarum quod est principalior pars, erit quo ad illa communia etiam posterior, quoniam illa cõia sunt abstracta per indifferentiam, & sic supponunt ea, è q̃bus abstrahũntur, vt sunt substantiæ per essentiam abstractæ, & substãtiæ sensibiles. Pręterea. Cõfirmo dubitationem principalem. Auer.n. asserit semper magis vniuersalia præcedere minus vniuersalia, hoc falsum est in doctrina definitiua, vbi primum ipsum cognitum est id, quod significat nomen definiti, & minus vl̃e, posterius vero partes, ex q̃bus cõstat ipsa definitio, & magis vniuersalia. Res hæc (crede mihi) nõ est leuis, locus aũt est primo metaph. & primo physic. Verum quantũ nostro proposito subseruit, debes scire, ꝙ duplex est doctrina, altera q̃ totalis est, vtpote cuius sunt plures partiales doctrinæ eiusdem g̃nis subiecti scibilis, & tales sunt tres. s. meta. math. & physica, q̃ licet omnes sunt de ente, & ita omnes speculatiuæ, quia t̃n nõ omnes sunt de ente sub vna ratione formali, hac ratione totaliter distinguũtur. Altera est doctrina partialis siue particularis, & hæc pro p̃senti necessitate est duplex definitiua, & demõstratiua. Demonstratiua vero duplex, doctrina quia, & doctrina propter q̃d. Tũc dicamus ꝙ vel loquimur in doctrina totali, vel particulari. Si in doctrina totali, ordo est docẽdi, & sic in totali doctrina magis vl̃ia sunt prius nota minus vniuersalibus, & t̃n nec sunt prius nota notitia cõfusa nec distincta, sed solũ ordine docẽdi, ĩ quo ordine aliqua cognoscunt̃ cõfuse, aliqua distincte, aliqua neutro modo, vt ĩ recognitionibus physicis diximus.

Consideratio verborum.

Tex.cõm.19.

Tex.c.7.& 8.

Dubitatio.

Cõm.3.
Cõm.39.

Dilucidatio.

At si loquimur in doctrina particulari,ordo est procedédi,& sic vel loquimur in demonstratiua, vel in definitiua. Si in definitiua, aut loquimur in ordine confuse cognoscendi, aut in ordine distincte cognoscédi. In ordine confuse cognoscédi,sic ipsum definibile, quod est minus vniuersale est prius notū ipsa definitione,que constat ex magis vniuersalibus.At si loqmur in ordine distincte cognoscendi,tunc definitio,& magis vniuersalia sunt prius nota ipso definito,quod est minus vle. Sin aūt loquimur in demratiua,vel loqmur in processu qa,vel in processu ppter qd.In processu propter qd,propositiones, q̄ signant cām, sunt prius notæ.Sin ecōtra i processu qa,propōnes significātes effectū sunt prius notæ. Per hęc pnt cōcordari contraria,q̄ leguntur in prologo Arist. de physico auditu, vt in recognitionibus physicis diximꝰ. Ex his patet solo, deletur.n.prima rō, quia non pōt fieri ex oībus scientijs vna totalis doctrina,que sit eiusdem subiecti formalis scibilis, & sic nō sequitur metaphysicam nō esse priorem physica, cum ex eis non fiat vna totalis sciētia,cur vero metaph.sit post physicam dictum est,quia agitur in illa de abstractis, vel per essentiam,vel per indifferentiā. Ex quo patet bene ab Auer.esse dictum doctrinā,quę docet definire animam communi definitione,esse priorem doctrina,q̄ docet definire animam propria vnicuiq; definitione, quia vtraq; est pars eiusdē doctrinæ totalis.s.animasticæ. Secunda obiectio delecta est,quia Auer. solum loquitur de ordine partium in doctrina totali,& nō in eadem particulari doctrina.Res hec longam requirit considerationem,verum pro præsenti necessitate hæc sufficiant.

ARGYR. *Dicimus itaq; genus vnam quodam eorum quæ sunt,ipsam substantiam esse.atque huius aliud vt materiam quod quidem per se non est hoc aliquid, aliud formam & speciem qua quidem iam hoc aliquid dicitur, & tertium id quod ex istis constat atq; componitur. Est autē materia quidem,potentia.forma vero,actus atq; perfectio,quæ quidē bifariam dicitur,quædam.n.est vt scientia,quædam vt cōtemplatio.*

Tex. c. 2. quod. Dicimus itaq; vnum quoddam genus eorum, quæ sunt,substantiam.Huius aūt hoc quidem,vt materia, q̄ per se quidem non est hoc aliquid,alterum aūt vt forma & species. secundum quā iam dicit̄ hoc aliquid, & *τὸ δὲ quod hoc.* tertiū ex his.Est autem,quæ quidem materia potentia. Quod autem species,entelechia.Et hoc dupliciter,hoc quidem sicut scientia,illud autem,vt considerare.

COLLEC. *Tex. c. 2.* Quia vt primo huius dictum est, & si vna sit Methodus inueniendi aīæ diffinitionem, adhuc qō alia longe difficilior emergebat,de principijs eius elemētarijs.s. genere & differētijs.& genus (vt Them. dicebat)erat duplex,proximū & remotum aīæ.hoc ergo in loco absoluens qōnem illam,genus animæ remotissimū, propinquum, & proximū inuenire conatur,est.n.anima substātia tanq̄ in gn̄e remoto,estq; incorporea seu forma, vel actus tanq̄ in gn̄e propinquo,& est etiam in actu primo tanq̄ in proximo genere.ideo hmōi tres diffinitiones innuens inquit.§Dicimus itaq; eorū quæ sunt§.i.entium § vnum quoddā genus substātiam§ quia,vt Simpl.ait: entis diuisio non est quéadmodum aīalis:ens.n.nō est cōe vniuocum decem pdicamētis, quéadmodum aīal homini & equo. ideo ens quodāmodo *Cōm. 8.* multitudiné dicit,vt Auer.inquit.12.meta.& hoc designās dixit§eorum q̄ sunt§& non§eius quod est§vt innueret diuisioné entis nō esse ab vno: sed quodāmodo à multis sub vna cōparatione sumptis vt patet.Tacuit aūt residua pdicaméta enumerare,qm̄,vt Simpl. ait, Arist. sumit id quod ad eius facit propositum.vult.n.habere aīam esse substantiam.& hoc vr̄ quodammō apertū ex eis,quæ induxit contra antiquos,contentus est aūt narrare substātiam tātum. dixit§vnum quoddā genus & nō vnum genus§ qm̄ substantia q̄ hoc genus esse dicit,nō pn̄tale genus est:cum sit cōe materię,& formę,& mistioni ex his.vt ergo notaret ipsum nō esse genus proprie & absolute,sed quodammodo,dixit §quoddam.§ Huius aūt aliud quidem sicut mām, quæ ꝯm se quidem nō est hoc aliquid. Aliud aūt formam & spém, ꝯm quā iam dicitur hoc aliquid.& tertiā quę est ex his.Est aūt materia q̄dam potentia,species autem est entelechia.

Quia vult habere propinquum genus aīæ,& sub̄a diuiditur p corporeū, & incorporeū, ideo subdiuidit subam in mām,& formam,& tertium,& sic vult aīam non esse mām, neq; tertium:ergo incorporea est,& sic habet genus propinquum eius. In his verbis duas materiæ innuit descriptiones. Vnam cum dicit,mā est quæ ꝯm se nō est hoc aliquid. alteram aūt cum inquit,materia est potentia quędā. Et duas formæ diffinitiones,vnam. s. species est ꝯm quam materia dicitur hoc aliquid. alterā, species est entelechia.

Debes ergo scire, vt ex græcis excipitur, ꝙ materia pōt comparari ad indiuiduū quod est hoc aliquid,& ad formā. Siquidem ad indiuiduū comparetur diffinitio prima verificatur.s.materia est res quæ ꝯm se quidem nō est hoc aliquid,& hac diffinitione ab indiuiduis differt. Si vero comparetur ad formā,sic & secūda datur diffinitio.s.mā est potentia q̄dam,& dixit§potētia§vt Simpl.inquit,nō vt futura aliquādo ꝯm actum,permanet.n.semper quod est.sed vt ꝯm susceptibile substātiata, ergo potentia ibi capitur pro potentia subiectiua formarum,& ideo dixit §quædam§ vt notaret potentiæ contractionem. Et quia mā his duobus modis diffinitur,ideo forma ex his oppositis modis debet diffiniri.vna quidē est,forma est id esse,secūdum ꝙ dicitur hoc aliquid.i.cuius merito res prorogatiuam illam ferunt vt noīe hoc quicq̄,siue hoc aliquid censeant,vt The. exponit, Scd̄a diffinitio dat̄ opposita ad secundā ipsius mæ. s. forma est entelechia, potētia.n.materię vt The.inqt, duo habet in forma.s.esse & pfectionē. Scd̄m est diuiter & bn̄ hr̄e,ideo hoc noīe entelechia,pfectionem dicemus: & sic ibi & genus notatur formæ & differentia. Et hic dupl̄r: hæc quidem sicut sciētia: illud aūt sicut considerare.i.formarum altera,vt habitus.altera,vt ministratio,& definitio habitus intelligit̄,& per hæc vult habere ꝙ aīa est tanquā actus primus: & sic habetur genus proximum animæ.

Cōm. 9. CVM voluit. Proponit Auer. literæ sensum.& prima pars patet. §Et dixit ꝙ substantia§ accipit Auer. ꝙ anima sit substantia ex textu, & arguit hoc modo, substantia est vnum generum entium,i.entium,quæ sunt secūdum ācce détia in esse.i.substantia,est prior secundum nām,& perfectionem accidentibus,& hæc est maior. Tunc accepit minoré.d.quorum vnum est aīa.i.sed aīa est antecedēs accn̄tia,nā,& pfectione,ergo,in secūda figura in terminis conuertibilibus,aīa est substātia,& per pn̄s nō est accn̄s. Adhuc hoc probat,secūdo syllogismo, qui debet sic cōponi, nullum accn̄s est principium viuendi primū,& totale, sed aīa est principiū viuendi hmōi: ergo aīa est substantia. Et hęc ratio vocatur prima cognitio naturalis: qm̄ duo sunt pcessus.vnus quia,& est primus nobis,& nālis ab operatione.alter est propter qd,& est secūdus,quia igitur hmōi processus est hic, ideo hoc innuens inquit,ponere.n.aīam esse accn̄s est impoſe,ꝯm ꝙ dat nobis prima cognitio nālis.i.demratio quia ex opere viuēdi,& huius rōne vtuntur græci. Tunc redit in primam rōnem,& inquit,opinamur .n. ꝙ substantia est nobilior omni accidente, & ꝙ anima est nobilior oībus accidentibus existētibus hic: & sic sequitur vt prius ipsam esse substātiam. Et cū narrauit§hoc i loco Auer.subdit substātiam & sermo eius patet,& quando inquit ꝙ indiuiduum est hoc per formam,nō intelligit nisi eo modo quo Them. exponit.i.in actu,secūdum ꝙ dicitur hoc aliquid. Quoniā autem forma.recolligit fructū diuisionis factę,& inquit:qm̄ autem sup. anima est forma, & cū hoc est substantia sup. patet ꝙ quidem forma ostēdit .d.manifestum.n.est,quia cōpræhenditur sensu.est aūt substantia quia pars substātiæ,& oīs pars substātię est substantia,vt in physicis dictū est. Adhuc & hoc probat quarto, & inquit, & similiter pars huius substantiæ cum aufertur, aufertur substantia.s.indiuiduum &.i.substantia, quæ cum aufertur,aufertur substantia,vt dictum est ibidem. & per hanc vltimam rationem probat,& materiam esse substantiā,& sermo eius patet.Et reliquū cōmenti patet. Debes scire ꝙ aliquod sensu pcipi,pōt dupl̄r intelligi.vno mō, ꝙ sensus id in se attingat. alio mō,ꝙ in cognitione eius nullo alio egemus,nisi sensu.habemus ergo duo,aīam esse formam,

mam,& hoc sensu cognoscimus,non primo mō,sed secundo mō.& ipsam esse sub̄am,propter quatuor rōnes tactas, Habet ergo ꝙ aīa sit substantia incorporea,actus primus, ex eo quia substātia est,remouentur opiniones antiquorū Plat.s.& Xenocr.aīam in ṗdicamento numerorum ponentium, Gal.& Homeri in ṗdicamento qualitatis, dicētium eam cōplexionem,Empe.dicentis eā esse in pn̄to relationis cū ipsam proportionē harmoniāq; dicat. Habetur & adhuc genus propinquū,cum aīa sit incorporea cōtra Pythagorā & alios ponentes,ipsam esse vnum elntorū,proximum aūt genus habemus cū eam primū actum,& non secundū ponat cōtra eos,qui spiritū & oṗationes dicunt: vt Hip.& alij. Possunt & i his ambiguitates accidere,prima itaq; propter q̄d ponitur hm̄ōi subdiuisio actus, in primū & secundū,& vtrum sit v̄lis oībus animabus simp̄r. Sc̄da ambiguitas est in verbo Them̄.inq̄t.n.mō illud discrimen intelligitur,res à materia vt fieret,à forma vt hn̄t esse,quę cum ita tunc opulentur,& inaniter habere se rem , & perfectam esse dicimus qūo propriam formam adepta est.Videtur enim ꝙ materia non tm̄ in fieri sit necessaria, imo in facto,qm̄ illud quod est pars substantiæ proficit ad fieri,& ad esse substantiæ,sed materia est pars substantię,vt Auer. inquit,ergo & ad fieri & ad esse substantiæ conficitur . Ad primam Simplicius r̄ndit ꝙ mortalium animatorū aīa nō in agendo substantiatur, in immaterialibus nanque identitas substantiæ est ad actionem, est ergo sol.ꝙ anima mortalium differt ab anima cœlorum,qm̄ anima cœli substantiatur per operationem, ideo ibi huiusmodi distinctio nō habet locum . anima mortalium non,& ideo habet locum huiusmodi distinctio in animabus mortalium. Sed hic stare non pōt,quia diffinitio animæ cōmuuissima est fusa in aīas cœlorum vt notat Arist.2.huius.cum dicit, alia autē ab hoc impołe in rebus mortalibus, vbi Auer,inquit & dixit. hoc quia corpora cœlestia manifeste videntur intelligere,& moueri,sed non nutriri,neque sentire . Ecce quomodo eis diffinitio aīæ competit, ergo quælibet illarū est actus primus,& per consequens in potentia ad actum secundum . Adhuc Auer,in cōmento vult, idem ſm subiectum esse primum actum,& secundum. primum vt absolute cōsideratur.ſm vt cōsideratur sub operatione,sed quælibet intelligentia pōt his duobus modis considerari, ergo quælibet pōt dici actus primus & secundus. Ideo aliter dicendum huiusmodi diffinitionem esse cōem omnibus animabus , licet sit quæstio de nutritiua de qua dicetur loco eius. Propter quid vero ponitur iam patet in fine cōmēti. Ad secundam dicendum vt Auer. inquit materiam esse necessariam pro fieri necessitate simp̄r.& formam pro esse, Materiam vero pro esse per accidēs necessario . & hoc inquit Auer.7.Meta.& ideo Auer. materiam partem apparēter,prout defert,inquit ibidem alijs locis, & sic apparet sol.pro Them̄.Propter quid actus vnus dicitur primus.aliter secundus , patet ex his.

Dubitationes · *Refutatio,* · *Commen,15.* · *Commen.5.* · *Commen.37.*

COMMENTARIVM.

Tex.cōm.6,

Solvit nunc Arist.eam q̄ōnem, q̄ primo huius mouit,cum quæsiuit, in quo generum sit anima, vtrū substantia,vel aliquid aliorum,& si substantia , vtrum sicut actus, & incorporea,an sicut potentia & corpus, hanc ergo quęstionem absoluens venatur ea quæ in definitione aīæ ponuntur ex parte generis, ideo tres diuisiones inducit sicut tres partes in diffinitione ponunt ex parte generis & formæ,quarum prima est entis in substantiam & accidēs, qua diuisione vult habere animam esse substantiam. Secunda diuisio est,ꝙ substantiæ alia est vt forma atque actus, alia, vt materia atque potentia,alia, vt cōpositum , qua iterum vult habere animam esse substantiam,vt formam , & actū, tertia est ꝙ actuum siue formarum , alia est vt habitus & scientia,s.actus primus. Alia vt contemplatio,& actus secundus,qua denique vult habere aīam,esse substantiam, & actum primum,qui est,vt habitus . Quo fit vt ex omnibus velit aīam esse substantialem actum primum, quæ quidem partes omnes ex parte generis accipiuntur , Iuxta hanc ergo expositionem dicēdum est Arist.duo supposuisse, videlicet,& ꝙ anima sit ens,& ꝙ anima sit substantia:animā enim esse ens,ex eo supponit quia sub̄m est præcognitum, atque concessum in scientia.At anima est hic subiectū aut principalis pars subiecti, ergo supponendum est animam esse , animam vero esse sub̄am supponit tanquā probatum contra antiquos,siquidem veterum alij animam dixerunt esse relationem,veluti harmoniam . Alij quātitatē , veluti numerum . Alij qualitatem , vt calidum vel cōplexionem. Contra hos Arist. superiore lib, probauit animā esse substantiam,& non posse esse accidens , propterea aīam esse substantiam supponens, cætera suo loco probabit . Auer. aūt velle videtur Arist.duas tm̄ diuisiones effecisse , quarū prima substantiæ est in materiam,formam , & cōpositum. Secunda aūt formæ siue actus in primum & secundū.Quę expositio (vt mihi videtur) stare non pōt,quia Arist.dicit. dicimus itaque vnum quoddam genus eorū,quæ sunt,substantiam.Modo vnum & quoddam non nisi respectu alterius intelligitur,quod in diuisione indicatur . Rectius ergo cum græcis expositoribus dicendum est Arist. tres diuisione assignasse. Quo vero ad verba attinet Arist,dicit {eorum quæ sunt} & non eius quod est , substantiam esse vnum genus,quia (vt Simplicius ait) entis diuisio non est quemadmodum diuisio animalis . ens enim non est vnum cōmune vniuocum decem prædicamētis, quemadmodum animal homini & equo, vnde ens quodammodo multitudinem dicit,vt etiam Auer.12.lib.Meta.autumat.Ideo dixit { eorum quæ sunt } & nō eius quod est,vt innueret diuisionem entis non esse ab vno , sed quodammodo à multis,sub ṗportione sumptis.Vnde vt recte Boetius in prædicamentis textu illo, { Eorum quidem.quæ secūdum nullam complexionem } diuisio entis potius est enumeratio significatorū,quæ significat nomen ens. Hic ex dictis Simplicij clarissime patet primam entis diuisionem non esse rei, sed noīs in significata,& sic frustra laborant, qui disputant de diuisione entis . Tacuit aūt Arist. cætera prædicamenta,vt Simp̄l,animaduertit,quia Arist.accipit,quod facit ad suum propositum, tātum enim habere vult animam substantiam esse . Præterea dixit { vnum quodam genus substantiam} & non dixit substantiam esse genus, quia nō prædicamentale genus est,cū sit cōmune materiæ, formæ, & composito , quibus genus proprie cōmune esse nō potest,sed si est illud est genus aliquo pacto , ideo dixit {q̄d-dam.} Præterea materia pōt comparari ad indiuiduum, quod dicitur hoc aliquid,i.compositum in actu , & sic cōparatione ad indiuiduum dicit ꝙ materia secundum se nō est hoc aliquid,& pōt comparari ad formā , quæ est actus, & sic cōparatione formæ eam secundo loco describēs, dicit materia est potentia,Simili rōne formæ dat duas definitiones,alteram comparationem indiuidui , cum ait , secundum quam iam dicitur hoc aliquid.Alteram comparatione materiæ,cum ait speciem esse entelechiam. Et p potentiam (vt Simplicius notat) intelligit subiectiuā , quæ, vt Them̄.inquit,à forma habet esse,& bene esse,ideo quo à forma habet esse,materia non est hoc aliquid, quo à forma habet perfectionem,materia dicitur potentia , forma vero,quo materiæ dat esse dicitur id,per quod materia est hoc aliquid, quo materiæ dat perfectionē & bene esse forma est entelechia. Entelechiam vero nonnulli perfectionem interpretantur,alij habitum,ego vero non reperi verbum latinum,tametsi ficto nomine quidā perfecti habiam interpretentur. Quærebamus in collectaneis vtrum oīs anima dici possit actus primus, & secūdus,Iterum querebamus vtrum materia solum in fieri sit per se principium compositi,non aūt in facto esse , vt Them̄. innuit . Simp̄l. ad primam dicit non oēm animam esse actum primum & secundum,quia aīa cœli substantiatur per actum , & sic est actus secundus tantū,Contra obiecimus,quia infra Arist. & Auer.volunt actum primum dici de omni anima. Præterea . Auer.in hoc commento dicit idem esse actum primum & secundum, Sed hæ rōnes friuolæ sunt . prima quidem: quia communis definitio hæc est,actus corporis , & non actus primus corporis,ſm Simplicium , Secunda vero quia anima immortalium cœlorum non nisi , vt agens considerari pōt,cum ipsa actione substantietur. At anima mortalium,cum nō substantietur actione , potest vtroque modo considerari , bene ergo Simplicius dixit . Secunda dubitatio

Suppositiones Arist. · *Eorum quæ sunt.* · *Commen.8.* · *Dubitationes.* · *Commen 15.*

dubitatio optime soluit in collectaneis, quod materia essendi quidem per accidens causa est, quia quatenus defert formam, in fieri vero per se causa, quia per se subiectum est generationis. Forma aūt est essendi per se causa quia per se actus, & etiā in fieri, qa per se terminus generationis est.

ARGYR. *Maxime autem corpora videntur esse substantiæ, & ipsorum ea magis quæ naturalia sunt, hæc enim cæterorū principia sunt, naturalium vero corporum: quædam habent vitam, quædam non habent, sed ea vacant. Vitam autem dicimus: nutritionem, accretionem, atque decretionem, quæ quidem per idipsum fit quod viuere dicitur. Quare corpus omne naturale particeps vitæ, substantia est, & ita substantia vt composita.*

Tex. 3. Substantiæ autem maxime esse videntur corpora: & horum physica. Hæc enim aliorum principia sunt. Physicorum autem, alia quidem habent vitam, Alia autem non habēt, Vitam autem habere dicimus id quod per seipsum & alimentum, & augmentum & decremētum habet. Quare omne corpus physicū participans vita; substantia erit. Substantia aūt sic, sicut composita.

COLLEC. Tex.cōm. 3. Syllogizat Arist. apud græcos conclusiones duas, quarum prima est, corpus viuens est substantia, secunda, corpus viuens est substantia composita. primam syllogizat in hunc modum, oīa corpora & maxime naturalia sunt substantiæ, vel videntur substātiæ. Sed corpus viuens est corpus, & corpus naturale, ergo videtur esse substātia. Secundam vero sic intēdit, omne habens principium nutrimenti & augmenti mista & composita substantia est, omne viuēs per se habet principiū huiusmodi, ergo omne viuens substantia erit cōposita. Quid aūt vult ex his colligere post modum vobis aperietur, inquit ergo, accipiens maiorem autem pro sed omnium substantiarum siue incorporaliū, siue materiæ & formæ maxime & potissime videntur corpora, vult dicere secundum sensum: quoniam quibusdam, vt pythagoricis, videntur Mathe. & quibusdam alijs artificialia { substantiæ } & horum phīca, supple, & sunt & videntur; quòd videntur apparet, eo quia corpora, quod sint constat, quoniam hæc sunt principia aliorum, ergo vere sunt corpora, est ergo maior, omne corpus videt substantia & omne corpus naturale est & videtur substātia, ergo accipe maiorem. Phīcorum autem. } Hoc in loco vult accipere minorem primi syllogismi, & minorem secundi, & inquit. phīcorum quidem, alia habent vitam, alia vero non habent. & per hanc vult istam minorem, corpora viua sunt corpora, & naturalia, quoniam omne diuisum de suis prædicatur diuidentibus. diffinit habēs vitam, vt minorem accipiat alterius syllogismi, & dicit. vitam autem habere dicimus id quod p seipsum alimentū, & augmentum, & decremētum. sup. habet. Est ergo minor, omne viuens habet alimentum, augmentum & decrementum. Quare omne. { Ex his propositionibus intulit conclusiones, & inquit. Quare omne corpus physicum participans vitam, substantia erit. Hæc est prima conclusio & dedit secundam. d. substantia aūt sic sicut composita, & sic patent conclusiones literæ. quorum autem huiusmodi cōclusiones præsyllogizet in commentatione literæ statim potestate patefiet plane secundum græcos.

Commen. 3. CVM demonstrauit nobis. Vt mihi videtur Auer. expositio in hanc græcorum incidit, si recte inspiciatur: cum tantum addit (vt mihi videtur) quod viuens est substantia, & composita, & videtur mihi substātia, tribus enim entibus substantijs. s. forma, & materia & cōposito (vt Auer. vult.) Arist. tertiam maxime substantiā videri dicit. ergo in commentatione græcorum fere Auer. occurrit. Et quod dicit in prima parte totum patet. Et est illud quod { Arist. diffiniens viuens inquit, viuēs est illud, quod per se habet principium nutrimenti, augmenti, & decrementi, quia posset quis inferre, vt Simplicius inquit, ergo solum principium horum est vita, & sic intellectus, sensus, & motus, principia non vitæ diceretur. ideo Auer. conatur declarare differentiam viuentis ab animali & dicit, & sup. huiusmodi principium est id, quod plantis appropriatur, qm̄ hoc nomen vita dicebatur in lingua græca de omni eo quod nutritur, & augmentatur. animal aūt de omni eo quod nutritur & sentit. ergo apud græcos aīal differt à viuente, quoniam in plus viuens est animali. Addit quod in arabico, viuēs & animal videntur significare idē. Sed tamen { & qa posset quis dicere, si apud arabes viuens & animal idem, ergo tam plantæ quā animalia morerentur. cōsequētia tenet, opposita enim habent fieri circa idem, ergo possunt mori quando carerent principijs vitarum & sensus. Respondet ipse, & inquit. sed tamen nō dicitur mortuum nisi animal: quod caret principio nutrimēti, & sensus in simul. i. id moritur, quod vtroque caret principio, non principio sensus & motus tantum supple si possibile esset huiusmodi separari. Et ideo apud eos plantæ non moriuntur, iterum apud eos apopletici non moriuntur. plantæ quidem non, quoniam non habent sensus. apopletici vero, qm̄ & si carent motu nutriuntur, vt dicunt medici. Et dixit essentialiter { tangit particulam positam in diffinitione, & inquit. quia inuenitur extra viuum aliquid, quod assimilatur augmento, & diminutioni vt lapis, & non est viuum. Debes scire, vt Simplicius inquit. ignem augeri apposito combustibili. adhuc & lapis per additionem partis supra partē, & animal seu planta, differenter tamen: quoniam etsi ignis augetur non remanet vnus ignis à principio vsque in finem, imo continue est alius, & alius numero ignis. lapis vero, si augetur non per aliquid intrinsecum augetur, sed ab agente apponente ei aliquod eiusdem rationis, relinquitur, vt inquit ipse, solum animal, & plantam per se augeri: qm̄ solum animal, & planta per se remanēt & solum à principio intrinseco. & sic verificatum est verbum Arist. Reliquum commenti patet, & per se notum est.

COMMENTARIVM.

Auerrois expositio. AVERROES, vt in collectaneis diximus, arbitratur postquā Arist. substantiarum numerum demonstrauit, illas diuidens in materiam, formam, & compositū, nunc illas comparare ac exponere quænam illarum trium nomē substantiæ excellentius subeat, asserens corpora, hoc est composita nomen substantiæ dignius habere. Secundo autem de corporibus, corpus ipsum naturale substantiæ nomen dignius habere q̄ artificiale. Quam expositionē nūc diligentius cōsiderans, non approbo. primo quidem quòd Arist. eas definitionis partes quæ ex parte differentiæ se tenent, si hic non venaretur, nullibi venatus esset. Secundo quia hæc cōparatio ad definitionem, quam est venaturus, minime deseruit. Simplicius aūt exponit quod enumeratis substantijs, nunc Arist. stabilire velit, sub qua nam illarum anima collocanda sit. Quæ expositio mihi placet minime, non enim stabilire potest sub qua: nā illarū anima collocanda sit, nisi prius diuisionis partes oēs tam ex generis parte, q̄ differentiæ numeratæ sint. Melius ergo nunc arbitror quod cum Arist. diuisionem assignasset, ex qua ea, quæ se tenent ex parte generis nactus sit, nunc alias tres diuisiones assignat, vt venetur ea: quæ se tenent ex parte differentiæ, siue subiecti. Quare prima diuisio erit, quod substantiarum alia corporea, alia incorporea sunt. Addit autem quod substantiarum corporea ipsa videntur potissimum substantiæ, quandoquidem veteres sola illa fatentur, quod illa sola sensibus subiaceant. quæ ratione fit, vt Arist. simul primam diuisionem, & partium illius comparationem assignet, vnde dicit, quod cum substantiæ videatur aliæ corpora, aliæ incorporeæ, maxime substantiæ videtur corpora. Ecce quō simul diuidit, & comparat. Substantiæ. n. incorporeæ, & si verius sint, non facile apparent. Secūda vero diuisio est, quod corporum quædam naturalia, quædam artificialia sunt. Et insinuans diuisionem, & comparationē insimul inquit, & horum corporum ea magis substantiæ sunt, quæ sunt naturalia. Hæc enim (vt inquit) cæterorum corporum quæ artificio conficiuntur, principia sunt, saltem, vt materiæ, quia (vt Them. inquit) artificialia corpora vicem accidentium obtinent. Tertia diuisio est, quod corporum naturalium, quędam habent vitam, quædam vita vacant, & hæc inter se non comparauit, qm̄ viuentia corpora esse

Quæ Simpl.

Expositio propria.

esse magis substantias ipsis non viuetibus corporibus, est fere per se manifestum. Quid vero per vitam habens intelligendum sit, exponit exemplo tm̃, & inquit. vitam aũt habere dicimus id, quod ꝑ seipsum & alimentũ, & augmẽtũ, & decrementũ supple tu habet adiecit {per se} vt Auer. & Simpl. animaduertunt, quia multa per accidẽs augeri, vel nutriri possunt, vtpote aut appositione, vt parietes, aut alteratione, vt ignis augentur. Sola aũt viua per se, hoc est per intus susceptionem, enutriuntur & crescunt. Additum etiam est hoc verbum contra Clearchum, qui dicebat lapides adolescere, & parere interdum. Sed occurres quia Arist. 8. physicæ auscultationis, definiens viuẽs, definit per hoc ꝙ à seipso motus principium habet. At hic definit per hoc quod per seipsum alimentũ habet, & cætera id genus. Forsitan. 8. physicæ auscultationis descripsit, ꝙ viuit secundum perfectam vitam, hic autem id, quod viuit tm̃, quod videlicet distinguitur contra animal. Ex hisce deducit naturale corpus esse tum substantiam tum compositam substantiam, & inquit. Quare omne corpus naturale participans vitam substantia erit, substantia autem sic, sicut composita, est substãtia quidem, ꝙ naturale sit, & artificialium corporum principium. Cõposita aũt ꝙ sit vitæ particeps. Cur vero Arist. hic viuens ipsum descripsit, Auer. in commento causam assignauit, quia nonnulli inter viuẽs, & animam nullam differentiam fecerunt, cum sit magna differentia, nam viuens est principium alimenti, & id genus animal est principium sensus & motus. Sed dices si de plantis diceretur viuens esse, & non animal, tunc absente forma ab earum materijs, dicerentur mortuæ. Auerroes respondet mortuum non dici nisi de eo, quod viuebat secundum animalem vitam, plantæ vero, cum definunt esse dicuntur arescere, vel exiccari. Verũ apud græcos de plantis dicitur vtrũque, sed hæc ad grammaticos.

Dubitatio.

ARGYR. *Atque cum tale etiam sit corpus, id est habens vitã, corpus profecto non erit anima. corpus nanque non subit rationem eorum quæ sunt in subiecto: sed vt subiectum potius est, & materies. Necesse est igitur animam substantiam esse perinde atque formã corporis naturalis potentia vitã habẽtis.*

Tex. cõm. 4. Quoniam autem est corpus huiusmodi, vitam enim habens, neque vtique erit corpus anima. non enim est eorum, quæ sunt in subiecto, corpus. Magis autem, vt subiectum, & materia est. Necesse est ergo animã substantiam esse, vt speciem corporis physici, potentia vitam habentis.

COLLEC. *Tex. cõm. 4.* Cum corpus viuens ꝯclusit, & esse substantiam, & compositam, & conclusit adhuc animam esse substantiam vel tanquam per se notam præaccepit, hoc in loco vult cõcludere animam esse substantiam, non sicut corpus, & corpus viuens, sed incorporalem substantiam. Et primo proponit intentum, & inquit. Quoniam aũt supple in rerum substantiarum ordine & est corpus, & non tantũ corpus, imo corpus huiusmodi. s. habens vitam, intẽdit qm̃ tam corpus q̃ corpus viuens sunt, anima non vtique erit corpus. Hæc est conclusio, non est anima corpus. Hanc videtur, & in secunda figura syllogizare in hunc modũ, nullum corpus est eorum, quæ in subiecto, magis autem sicut subiectũ & materia est. Hæc maior. Apponitur minor, aĩa est eorum quæ in subiecto, ergo in. 3. secundæ, anima non est corpus. Dixit vt subiectum & materia, } quoniam (vt Simpl. inquit) subiectum est duplex: vno modo accidentium, alio modo ens in potentia ad essentias. corpus ergo est vt subiectũ, non accidentium: sed vt materia, ideo dixit vt subiectum & materia, & per materiam exemplificat subiectum. Necesse est ergo. } Conducit modo rõnem cõmunissimam animæ, & inquit. ergo necesse est animam esse substãtiam sicut speciem corporis physici habentis vitam in potẽtia. Sed quomodo ex his huiusmodi diffinitio concluditur difficile est. Expositores græci nõ sat exponunt, apud enim eos habemus, ꝙ viuens corpus est substantia composita, & ꝙ anima non est corpus, & non plus, modo videtur non sequi ex his duabus propositionibus, animam esse substantiam sicut speciem &c. Them. noster accipit ex litera duas alias propositiones, & infert propositum, inquit, Cum inq̃ id: quod habet vitam, non sit simpl̃r corpus, sed tale corpus. i. physicum viuens in potentia. Hæc est prima propositio Them. Secundam apponit, & inquit. Et cum differũt ab his, quæ non viuant, non in eo quod corpus: sed in eo ꝙ tale corpus. i. physicum viuẽs in potentia, & hoc dicit, hoc est in eo ꝙ viuit & animam continet. Hæc est secũda propositio, tunc concludit conclusiones dicens: concluditur animam esse speciem perfectionemq́ue & substantiam, ita vt sit forma, supple corporis physici habentis vitam in potentia, vt dictum est. Potest ergo syl̃s in hunc modũ cõponi. omne id: quo corpus physicum habens vitam in potentia, per se differt à non viuente, est substantia sicut species corporis physici habentis vitam in potentia, sed anima est id quo corpus &c. ergo aĩa est actus corporis physici habentis &c. hic est subtilis modus deducẽdi: quẽ Themistius tenet.

Commen. 4. CVM declarauit ꝙ corpus. Proponit: intentionẽ literæ & coincidit cum græcis, vult Arist. probare animam non esse corpus & non probat ipsam nõ esse materiã, cum per se pateat, & sermo eius patet. deinde, & aĩa nõ est substantia secundum compositionem, propositã intentionem exponit, & proponit conclusionem. d. & anima nõ est subã secundum compositionem, i. compositum. Et probat hanc per argumentum in secunda figura sic. omne corpus viuẽs est velut subm̃, anima non est velut subiectum, ergo anima non est corpus viuens. Maior probatur. omne corpus simpliciter, & cõmuniter captum, est tanq̃ subiectum, corpus viuens est corpus. ergo corpus viuens est subm̃, inq̃t. compositum enim corpus habens vitam non est corpus viuũ, secundum ꝙ est corpus simpliciter, sed secundum ꝙ est tale corpus, est igitur viuum per aliquod existens in subiecto. Vult ergo ex his habere ꝙ in plus est corpus simpliciter q̃ corpus viuens, qm̃ corpus viuens addit gradum viuendi ipsi corpori. ergo vult habere hãc minorem: omne corpus viuens est corpus. Tunc accepit maiorẽ. d. corpus autem est substantia, s̃m quod est subiectũ, & inferas conclusionem. s. ergo corpus viuens est subiectum: & sic habetur maior. Ex his vult Auer. concludere diffinitionẽ aĩæ. d. & cum dedit propositiones ex quibus cõsequitur, ꝙ aĩa non sit substantia, s̃m ꝙ est corpus, sed secundum ꝙ est forma, concludit conclusionem: quæ est diffinitio cõmunissima. { quoniam aũt } replicat propositiones, ex quibus dictum est animam non esse corpus, & sermo eius patet. Quoniam vero est. } quia posset ambigere quis qm̃ Arist. declarauit animam non esse corpus. adhuc supponit ipsam non esse materiam, tunc infert: ergo anima est actus corporis &c. videtur ipsum cõmittere fallaciam consequentis tripliciter, Primo qm̃ ex negatiua non sequitur affirmatiua: non enim sequitur anima non est corpus, neque materia, ergo est forma, vt dictum est in lib. Perihermenias. Adhuc altera est fallacia: qm̃ non sequitur, non est materia neq; corpus, & est forma: ergo est forma corporis physici potentia vitam h̃ntis, quoniam & si sit forma, nõ propter hoc erit actus corporis: multæ. n. sunt formæ: quæ nullius sunt corporis actus. Adhuc & si sit actus corporis nõ videtur sequi, ergo physici potentia vitam habentis: ergo tribus modis Arist. supponit fallaciam ꝯñtis. Debes scire ꝙ sicut dictum est in lib. Perihermenias ex negatiua sequitur affirmatiua cum subiecti constantia, bene enim sequitur, homo non est iustus & est, ergo est non iustus. Sũt ergo tres conclusiones, prima aĩa est forma. secunda anima est forma corporis physici, tertia anima est forma corporis physici habentis vitam in potentia. Ex hoc quidem, ꝙ nõ est materia, neque corpus cõpositum, cum constantia ꝙ sit (ipsam enim esse est per se notum) sequit, ergo est forma. & sic patet prima ꝯñtia. Arist. Adhuc secũda per additum quoddam omnibus cõstans sequitur. s. vt sit forma corporis illud constans est, & est proprium omnibus formis inhærere subiecto, aĩa est forma corporis tanq̃ subiecti. Et hoc secundum tm̃ tetigit Auer. Tertium constans addit Them. (vt dixi) anima differt viuens à non viuente, ergo anima, quia est substantia, & non materia, neque

que cōpositum,est forma, & quia proprium est omni formæ inhærere,ergo anima est forma corporis.Et quia anima est id,quo differt animatum viuum à non viuente, ergo anima est forma corporis physici potentia viuentis. & huiusmodi deductio videtur græcorum omnium,à quibus forte Auer.accepit,potest ergo cōponi syl'is vt composui supra in verbis Them. Et differt ab accidente.} quia Arist. animam esse in subiecto inquit, & Calcidius in libro suo de anima quem ad Platonis mentem in Fædone conscripsit arguit contra Arist.& inquit. Cum nō spālis proprietas q̃ entelechiam nuncupauit, sit accidentalis forma corporibus,Si hanc animam esse censuerimus, cōsequitur vt corpus anima dignitate antiquitateque præueniat, omne siquidem accidens, eo cui accidit, natura posterius indigniusque esse conuincitur. est ergo vis argumenti Calcidij,si anima est perfectio in subiecto:ergo est accidens, & sic erit corpore vilior. Hoc ergo argumentum absoluit Auer.& inquit,& differt ab accidente, qm̄ accidens nō est pars substantiæ,forma aūt est pars huius substantiæ compositæ.Tunc quodammodo ad formam argumenti,soluit, & inquit. Et etiam æquiuoce dicitur forma esse in subiecto,& accidens esse in subiecto, subiectum.n.accidētis est corpus compositum ex materia & forma, & aliquod existens in actu,& non indiget in suo esse accidente, sub̄m autem formæ non habet esse in actu secundum ꝙ est sub̄m, & indiget forma,vt sit in actu & maxime, primum sub̄m.i. materia prima,quæ non dimittitur à forma omnino.i.simpliciter,& tunc recolligit sol.& inquit,& propter similitudinem inter ista errauerunt plures loquentium, & dixerūt formas esse accidens, & tunc per hoc infert animam non esse materiam,& sermo eius est manifestus per se. Debes scire ꝙ tria requiruntur ad subiectum accidentis.primum, vt sit corpus, & ideo substantia separata nō est subiectum accidentis.ſm Auer 12.Meta.& in lib.d.destructionū.tertia disputatione.in sol.18.& hoc Boetius inqt. formā simplex subiectum esse non pōt.Secundo ꝙ tale corpus sit in actu,& propterea materia prima corruptibilis corporea substantia non est subiectum accidentis in actu. Tertia, vt non requirat illud, quod recipit pro sui essentiali esse: sed magis econtra vt Auer.dicit.4.Meta.& tu potes tria opposita inuenire in subiecto formæ substantialis,& tunc patet argumentum Calcidij nil esse. Secundo debes scire ꝙ quemadmodum accidens in actu præsupponit esse substantiæ in actu,illis tribus conditionibus seruatis, sic accidens in potentia requirit substantiam corporeā in potentia,vt Auer.dicit in cōm.17.tertij cœli, & huius ratio potest esse,qm̄ accidens in potentia, & accidens in actu non sunt diuersarum rationū: vt patet homo enim actu,& illemet in potētia est vnius rōnis.ergo quicquid essentialiter competit accidenti in actu,& accidenti cōpetit in potentia,ergo si dimensio terminata indiget subiecto actu substantiali terminato,& dimensio in potentia eget subiecto terminato actu substantiali in potentia, & illa est forma corporis de genere substantiæ. Dubitatur vtrum aīa cœli sit actus corporis physici habentis vitam potestate. Videtur ꝙ non,argumēto Simplicij, corpus cœleste habet cōsubstantiatam vitam.ergo non habet eam in potētia. consequentiam probo,qm̄ ea,quæ sunt in potentia aliquando distant ab actu vt patet &c. Adhuc Arist.in 12.Meta.inqt. vita aūt vtique existit,etenim ipse actus vita, illud aūt ipse actus est,actus aūt eius quod secundum se. Illius ergo vita optima & sempiterna,& tu vide Auer. in cōm.39.illius partis.ergo corpora cœlestia non viuunt in potētia, Adhuc secunda est ambiguitas, videtur enim ꝙ anima sit corpus,argumento Platonico,omne mouēs aliud, est ꝑ seipsum motum,& sic de alijs. ergo omne corpulentās est secundum seipsum corpus.& tu vide eos. Ad primam Simplicius respōdit ꝙ huiusmodi diffinitio cōpetit aīabus cœlestibus æquiuoce, quoniam non viuunt illa corpora vita media inter potentiam & actum,sed vita actu,vt patet per Arist.verba.Ad secūdam,Them. hoc in loco tribus rationibus probat animam corpus non esse,quas post declarabimus.Pro nunc concedo aīam esse corpus actiue, & virtualiter, sicut enim virtus in semine dicitur aīa, quia animat,sic & aīa corpus dici pōt, quia reddit materiam corpoream secundum aliquos. Vel dicendū,ꝙ homo est corpus per formam corporis, & non aīa formaliter,quomodo vero sit,in alium differatur locum.

Commen.17. — *Commen.2. in fine.*

COMMENTARIVM.

CVM Aristoteles fecisset tres diuisiones ex parte generis,& tres alias ex parte differentiæ. nūc primo probat, ꝙ aīa non sit corpus,& argumentatur, qm̄ corpus est huiusmodi,vitam.n.habens.q.d.qm̄ corpus quod est vitā habēs,est tale hoc est compositum ex materia & forma, hoc est antecedens,vbi accepit illud.verbum{ enim } non pro nota causæ,sed quasi expositiue, vt exponeret quid ꝑ corpus intelligat,cum dicit corpus est tale quid compositum ex materia & forma.q.d.intelligo ꝑ corpus, corpus vitam habens.per{huiusmodi}intelligit compositum ex materia & forma. est ergo enthymema, corpus.s.hn̄s vitam est cōpositum ex mā & forma.ergo anima non est corpus vitam habens.ꝯn̄tiam probat,& inquit,non.n.est eorum, quæ in subiecto sunt.corpus.s.viuens.magis aūt est,vt sub̄m & vt materia.nec dixit corpus habens vitam esse mām & sub̄m, sed magis vt subiectum,& vt materia, quia reuera non est materia,nec subiectum,sed ex mā compositum,sed quicqd sit,anima non est corpus viuens, quia tale corpus non est in subiecto,aīa vero est in subiecto.ergo sequit, vt aīa non sit corpus hn̄s vitam.Tunc ex hoc deducit cōmunissimam animæ definitionē,& inquit.necesse est ergo aīam sub̄am esse,vt ſpēm corporis physici potentia vitam habentis. In collectaneis fecimus quasdam dubitationes, quæ sunt ibi solutæ,& bene, vt ibi mouentur. At nunc dubitamus sub hac forma,Arist.hic probauit animam non esse corpus habens vitam,& ex hoc vr̄ inferre ꝙ aīa sit substātia, vt actus corporis physici,& hn̄tis vitam in potentia. Primo ego nō video qūo ex negatiua sequatur affirmatiua.dato.n.ꝙ anima non sit corpus viuens, non sequitur ipsam esse actum, & id genus. Chimera.n.nō est viuens corpus,quæ tn̄ non erit actus corporis.Secundo dato ꝙ Arist. intelligeret cū constantia subiecti.s. supponendo aīam esse, non video qūo sequitur,anima non est viuens corpus,& est, ergo est actus,quia posset dici illā esse potentiam. non.n.magis sequitur ipsam esse actum q̃ potentiam, si non est viuēs corpus,& est. Tertio dato ꝙ sequatur aīam esse actum, nō video cur sequatur ipsam esse magis actum corporis q̃ materiæ.si enim non est corpus viuens,& est,& est actus,non video cur sequitur ipsam actum esse corporis magis q̃ materiæ.Vlterius dicerem,dato ꝙ sit actus corporis, non video cur sequitur ipsam esse actum corporis naturalis,magis q̃ artificialis. Vltimo nō video cur ex eo, quia non est corpus viuens,sequitur aīam esse actum corporis viuentis in potentia. Omnes.n.istæ ꝯn̄tiæ videntur dubiæ, dato ꝙ concedatur illud an̄s.s.anima non est corpus viuēs. Et dicendum hæc non sequi præcise ad hoc vnum an̄s, sed ad diuisiones illas sex: quarum tres factæ erant vt haberemus tres particulas ex parte generis. Aliæ tres, vt haberentur aliæ tres ex parte differentiæ. Supponens.n.aīam esse ens, & sub̄am,habet,ꝙ aīa sit & sit substātia,ex definitione materiæ habet,ꝙ anima non est sub̄a,vt materia.Ex eo ꝙ hic probat ipsam aīam non esse sub̄am compositam, quia non est viuens corpus,habet ꝙ sit forma, quia cū non est materia,nec compositum,& est ens,& sub̄a.ergo est substantia,vt actus, siue forma. & qm̄ corpus est duplex & omnis actus est respectu alicuius, erit ergo actus alicuius, illud erit materia,vel corpus,vtrunque si conceditur, sequit̄ animam esse actum corporis,materiæ quidē vt rei perfectibilis,corporis viuentis potentia,vt rei perfectæ. ergo Arist. hanc conclusionem non ex hoc solo deduxit, sed ex omnibus alijs: quæ accepit in diuisionibus, hoc idē deduci pōt ex post assumendis,vt in collectaneis. Quæritur hic quot requiruntur ad rōnem subiecti accn̄tis. In collectaneis diximus tria requiri ad hoc,vt aliquid sit sub̄m accn̄tis,primum vt sit corpus.2.ꝙ tale corpus sit in actu.3.ꝙ id quod recipit,nō sit de sub̄a recipientis. Nunc vero animaduerte,ꝙ horum primum est dubium.nam in aīa rōnali accidentia cōplura recipi conceditur, vt habitus, & non est corpus,ſm tamē Auer.est res digna qōne, vt.3.huius dicetur.

Dubitationes. — *Solutio.* — *Quō.1.*

Tertium

Tertium est superfluum, si secundum conceditur, nã si requiritur ꝙ tale corpus sit in actu, quicquid recipietur, erit extra substãtiam recipientis, ergo vnum tm̃ requiritur, vt recipiens sit actus vel ens in actu. Sic enim omne receptũ erit accidens. In collectaneis complura alia diximus quæ satis clara sunt. Quæritur vltra commentũ Auer. vtrum possit demonstrari, ꝙ anima sit substantia. Auer. vltra vires sui præceptoris credidit demonstrare ꝙ anima sit subã, & ꝙ aliquæ formæ sint substantiæ. Primo quia hoc dat nobis prima cognitio naturalis, quæ est ab effectu & operationibus aĩæ, quæ reduci non possunt nisi ad substantiam. Secũdo ꝙ nobilius accidente est substantia, at anima est omni accidente nobilius. Tertio pars substantiæ, est substantia, anima est pars substantiæ, ergo est substantia. Quarto anima est in subiecto ente in potentia. ergo est subã: hæ sunt rõnes Auer. in his cõmentis. In physicis recognitionibus diximus, ꝙ data animi mortalitate, quã quidam concedũt perperam pro mente Arist. non esset aliqua demonstratio ad probandum animam esse substantiam. Cõcessa vero animæ rationalis immortalitate, vt concedendum est, statim sequitur animam esse substantiam. Quod vero ꝯcessa mortalitate posset defendi nullam animam esse substantiã. probo, quia si qua esset, maxime esset intellectiua aĩa, sed talis non erit, quia possem dicere omnes eius operationes esse complexionales, & sic non à substantia, sed à complexione proficisci. ꝙ si dicatur illas non esse cõplexionales, hoc est, quia anima est supra complexionem, & sic erit immortalis. Ex hoc delentur rõnes Auer. hic. Prima quidem quia prima cognitio naturalis, quæ est ab operationibus, non dat animam esse substantiam, quia dicerem oẽs illas operationes proficisci à complexione. Secunda ratio petit, supponit enim animam esse omni accidente nobiliorem, quod falsum esse diceret aduersarius. non enim est nobilior eo accidente, quod est cõplexio humana. Tertia petit etiam, quia supponit aĩam esse partem substantiæ, hoc aũt negaret aduersarius, imo diceret nullam esse substantiam præter materiam. Quarta etiam petit. non enim esse in subiecto ente in potentia cõcederet aduersarius, sed esse accidens entis in actu, quia diceret totam rerum subãm esse materiã & omnia præter materiam esse accidentia. Ex his infero, ꝙ nisi detur aliqua operatio abstracta simpl'r & immaterialis simpliciter, vel aliqua operatio quæ est vel põt esse perpetua, nulla erit via demonstratiua ad probandum aliquam substantiam esse præter mãm. Imo posset defendi, ꝙ sola materia sit omnium rerum substantia & sola sit natura, & cætera sunt accidentia, imo ꝙ omnia erunt vnũ ens simpl'r, vt dixit Parmenides, & ꝙ sola sit differentia rerum accidentalis, non aũt substantialis. At quia pro veritate experimur esse aliquam operationẽ animæ separatam simpliciter, vt intelligere, & velle, aliquam esse perpetuam vel posse esse, vt motum circularem cœli, ideo pro veritate asserendum est esse aliquam substãtiam præter mãm, & esse aliquam formam. Sed contra hæc solent obijcere, q̃ a posito ꝙ nulla sit operatio immaterialis, nulla etiam perpetua, nec de facto, nec de possibili, adhuc põt probari esse aliquam substantiam præter mãm, & ita põt probari nõ omnia esse vnum ens simpliciter, contra Parmenidẽ. Primo quia tunc nulla esset generatio simpliciter, nullaque corruptio, sed quælibet generatio, & corruptio esset alteratio. Secundo, quia tunc nulla esset differentia inter simplex & mixtum. Tertio, quia tunc materia esset corpus in actu, quod falsum esse contra Pla. Arist. 2. de generatione ostẽdit. nam omne corpus in actu, aut est graue, aut leue, aut tertium, vt cœlum. Quarto quia tunc nulla differẽtia esset inter corrumpens, & alterans, q̃m vtrũque accidens, aut induceret, aut abijcere. Quinto põt fieri argumẽtum Auer. 1. Physi. formæ naturales cõstituunt naturalia vt naturalia, sed naturalia, vt naturalia sunt substantiæ. ergo formæ naturales sunt substantiæ, vt si albedo constituit albũ, vt album est de genere albi. ergo si forma naturalis constituit ens naturale, vt naturale erit de genere entis naturalis, at ens naturale, vt naturale est substantia. ergo forma est substantia, hoc est fortissimum argm̃. Quod iste rõnes friuolæ sint, debes scire ꝙ veteres, omnium cõpositorum formas dicebant esse accidentia, non tñ eodem modo. nã formas elementorum naturales, quæ erant duarũ primarũ qualitatum combinationes appellarunt affectiones. Combinationes ex his elementarijs qualitatibus, quas volebãt esse formas mistorum, appellabant dispositiones. In aĩatis vero erant cõpl'ones, verum nec primæ elementorum, nec secundæ mistorum. nec tertiæ animatorum erãt substãtiæ, sed accidentia. Dicebãtur aũt substantiæ ſm fixionẽ, quia non ita facile delebantur. Cætera aũt, quæ facile fluebãt, & refluebant, appellabant accñtia, oĩa tamen asserebant accñtia. verum prima propter fixionẽ & à stabilitate, qua stabant, substantiæ dicebantur, cætera propter fluxum & refluxuum accidentia dixerunt. venit ad hanc positionem Alex. qui intellectum materialẽ dixit esse mistionem, Gal. quoque dicebat aĩas esse cõplexiones aliq̃. & tota causa erat, quia non cognouerunt à talibus profici operationes immateriales, Intellectum vero agentem Alex. dixit esse substantiam, quia eius operatio immaterialis ad accidens reduci non põt. quibus delentur rõnes. nã secus est dicendum pro veritate, secus pro opinione. Pro opinione horũ prima ratio deleretur quia dicerent oẽm generationẽ, & oẽm corruptionem esse alterationem secundum rem, verum secundum appellationem, diceretur illa generatio, vel corruptio, quæ esset alteratio dispositionum, vel affectionum: vel complexionum stabilium, cæterorũ dicebãt esse alterationem. Secunda etiam tollitur, quia simplex & mistum non differunt penes subãm, sed quia forma simplicis est affectio simplicior, misti autẽ compositior. Mista etiam differunt inter se differentia mistionum. Tertia deletur, quia Plato diceret materiam esse corpus, & substantiam, non tñ compositum ex re, & re, sed solũ cum accidentibus cõponibile, & sic in illo priori in quo præcedit cõpositionem cum accñte nec est, graue, nec leue. Cum vero intell'r compositum cum accidente, est graue vel leue. Quarta deletur ex prima respõsione. Ex his sequitur iuxta hanc positionem differentias genericas vel specificas, nõ esse propter subãs, sed propter accñtia, licet habeant latitudinem, quia differentia maxima accidentium est ꝑ genera, minor specifica, minima est numeralis. Quinta denique tollitur eo loco, diximus enim formas naturales cõstituere naturalia vt naturalia nõ simpl'r, verum naturale, vt naturale rõne habita ad materiam, est subã, & sic non constituitur à forma, sed à materia, sed si refertur ad formam est accidẽs, & sic naturale & forma sunt eiusdem generis. Ex his patet ꝙ nisi detur aliqua operatio immaterialis: simpliciter atque abstracta, & vniuersalis simpliciter, vel aliqua perpetua de facto, vel de possibili, nulla via demonstratiua potest probari animã esse subãm, imo põt defendi oĩa esse vnum simpliciter, & solum accidente differre. Et quia aliqui dixerunt operationem intellectus esse simpliciter materialem, ſm quid vero immaterialem. ergo nullã viam hñt, qua probẽt ipsam esse substantiam præter materiam simpliciter. verum de his in physicis recognitionibus.

Pulchrum dubium. *Quæ in physicis.* *Dubitationes.* *Cõm. 13. et. 11.*

Substantia vero, actus est & perfectio. talis igitur corporis, est perfectio atque actus. Sed cum perfectio atque actus bifariam dicatur, vt diximus (quidam enim est vt scientia, quidam vt contemplatio) patet animam actum esse perinde atque scientiam. Nam ex eo quia anima est, & somnus est & vigilia. atque vigilia quidem, contemplationi, somnus aũt, scientiæ operatione vacanti similis est. ARGYR.

Substantia autem actus est, huiusmodi ergo corporis actus est. Hic autem dicitur dupliciter, alius quidem vt scientia, alius vero vt consideratio, manifestũ est igitur, quod est vt scientia. In ipso enim inexistere animam somnus & vigilia inest. proportionale autem est vigilia quidem ipsi considerationi, somnus autem, ipsi habere, & non operari. *Tex. cõm. 5.*

Cõsideratio cõtemplatio. In ipso enim inexistere. Quatenus aĩa inexistit. Ipsi habere & non operari. Ipsi habitui sine operatione.

Quodammodo minorem præaccepit iam. s. aĩa est substantiã, hoc in loco quodammodo recapitulans, accepit maiorem. s. substantia est actus, quare in hunc modum arguas, omnis substantia actus corporis &c. omnis aia substantia. COLLEC. *Tex. cõm 5.*

stantia . ergo oīs anima actus corporis hmōi .i. phici habentis vitam &c. Hic autem dicitur. } distinguit & actū, vt eligat quali modo anima actus sit,& inquit,hic aūt dicitur dupliciter,alius quidem sicut scientia, alius vero sicut considerare. & tunc concludit quō anima actus.d.igit manifestum est ꝙ sicut scientia,& reddit rationem , & inquit {inexistere enim aīam & somnus & vigilia est}.i.ex eo q̄a anima est præsens corpori,& somnus.i.cessatio ab operationibus aliquibus est,& vigilia.i.vsus earum est . intendit ergo sylл̄m apud græcos, omnis forma pn̄s alicui subiecto tam penes vsum operum q̄ penes cessationem eorū, actus primus est illius, ista manifesta est per se , & est quid noīs actus primi,sed aīa est forma pn̄s corpori viuenti, & tā penes vsum, quàm in absentia eorum. ergo aīa est actus primus &c.Exponit minorē,& inquit,vigilantia , proportionale quid est quidem ipsi considerare.i.vsui omnium operum,somnus aūt ipsi habere,& non operari.i.similis est vacanti operatione scientiæ,& omnium actuum.Et sic patet expositio minoris.

Commen.5. CVM declarauit.Auer.primo proponit literæ expositiones tota secunda ibi. {Et hoc est in aīa} Digressionem faciens absoluit qōnem omnium expositorum . In prima proponit literæ intentionem,& post eius cōmentationē, & totus sermo primæ partis est manifestus per se , præter hoc verbum { quoniam apud esse istius perfectionis in animato inuenitur anima nō apud esse alterius perfectionis} Reddit ergo Auer.rationem , quare anima est actus primus , & componit sic in virtute syll̄m , oīs perfectio quæ apud actum primū est forma corporis cui pn̄s est,est actus primus,sed aīa est perfectio, quæ est forma apud actū primum:& non apud actum secundum. ergo aīa est actus primus.Sed ambiges, qm̄ anima est pn̄s vtrique actui primo, & 2.ergo inuenitur in animato in vtroque tempore.s.tam actus primi q̄ secundi.& Auer.dicit oppositū . Dicendum ꝙ debet intelligi cū præcisione sic, ꝙ aīa inuenitur in animato apud esse istius perfectionis , & non apud esse alterius sup.tantum,& sic rō Auer.incidit in illam græcorum. potest & aliter dici de quo nō curo.Et hoc est in aīa } hic mouet qōnem & inquit.& hoc est in aīa sensibili , aīa autē nutritiua nunquam inuenitur in aīalibus nisi secundū postremam operationem.i.nisi in actu.Secundo inquit enim Auer.in lib.d.destructio.3.in sol.quarti dubij sic . Rursum nullus est ausus negare ꝙ in animalium corporibus sunt naturales virtutes conuertentes cibaria ad similem substantiam nutrito , & ex hoc regimine vocatur aīal viuum, & desinente ista virtute de eo.i.aiali dicitur mortuum , vt notum est sensui . Hoc idem Arist. inquit in lib. de morte & vita.s.ꝙ anima nutritiua semper est operās, & ideo eius cessatio ab actione mors est. Adhuc & rōne arguitur qm̄ anima nutritiua est in animali mediante calore , vt Arist. ait ibidem : sed calor est agens naturale , ergo semp agit, & per pn̄s anima nutritiua semper aget. ergo non pōt esse actus primus,& hanc qōnem mouet,& Them loco isto,& alij expositores oēs. Nisi aliquis } hic Auer. absoluit.q.& inquit,nisi aliquis ponat ꝙ sit quidam modus.i.quædā species animalium, quæ non nutriuntur in aliquo tēpore.s.in tempore in quo manent in lapidibus,vt ranæ magnæ, quæ nihil thesaurizant.i.nihil reponunt, vt faciūt formicæ quæ thesaurizant furtim,& manent tota hyeme in lapidibus.& similiter plures serpentes.& vide Alber. & secundū hoc.i. si res est ita,erit hoc.i.actus primus, cōmune animæ sensibili,& nutritiuæ eadem intentione.i.vniuoce. Sed circa

Commen.20. hanc solutionem debes scire,vt ex Auer.verbis colligitur 8.Phicorū.ꝙ anima nutritiua plura habet opera , quorum vnum est cibum decoquere,humidum resoluere,ipsum restaurare,quod vocatur nutriri, augere, diminui , & consistentiam facere. Si ergo Auer. intendat huius spēm aīaliū habere nutritiuam.aīam aliquo tempore vacantē ab omni opere,non verum dicit:qm̄ semper est in aliqua istarū operationum insimul.Sed si intelligat , ꝙ vacat ab altera harum,verum ait,qm̄ huiusmodi aialium virtus resoluitur in hyeme,& non restaurat , cuius signum est eorum macies, vt Alber.testatur quare &c. Et si non} ponit secundā solutionem,& inquit,& si non vult dicere tibi vr̄ prima solutio, tunc perfectio accepta in eis erit secūdum æquiuocationem,vult dicere ꝙ non debent diffiniri vnica diffinitione sed aīa sensibilis per actū primum , & anima nutritiua per actum secundum. Et quocūque modo } apponit & tertiam.d.& quocūque modo sit,qn̄ intellecta fuerit diuersitas inter vtrūque,tunc non nocebit hoc accipere indiffinite in hac diffinitione cum sit imposibile aliter . vult dicere ꝙ quocūque modo sit,non nocebit accipere ly actus, sub disiunctione.s.vel primus vel secundus vel indefinite .i.indefinite absque ꝙ ponitur ly primus,sed vt dicatur aīa est actus,quum sit impoīe aliter scilicet intelligere.Reliquum cōmēti patet. Vlterius circa huiusmodi sunt & aliæ qōnes,prima est nūquid in somno oēs aīæ vacēt operationes.Arguitur ꝙ sic auctoritate poetæ,Stulte quid est somnus gelidæ nisi mortis imago ? tunc si in morte oēs cessant,ergo & in somno oēs cessare debent. Adhuc Arist.1. Ethic.inquit bonus autem, & malus nequaq̄ manifesti secundum somnum,vnde dicunt nihil differre secundū dimidium vitæ felices à miseris, contingit aūt & hoc decēter, quies.n.est somnus aīæ.Arguo sic , somnus est quies aīæ, sed aīam quiescere nō est nisi ipsam cessare ab operationibus,quare in somnis simpl̄r vacat.Rursum . Aliā mouit.q. Simplicius,qm̄ si aīa est actus primus , tunc aīa speculatiua s̄m naturā stabit aliqn̄ sine opere, & sic frustra, id enim frustra est,quod secundum naturam tale est, & id nō operatur,nihil autem frustra in natura . Et hoc & Auer.inquit cōmen.Meta.vide. Ad primam quidem veteres dicunt in somno aīam s̄m operationes, & secundū esse cessare à corpore, & hi fuerunt illi qui aīam operationem corporis dixerunt esse vt Hippocrates.& Zeno sophista. Contra hos Them.inquit,quamobrem mirari non satis possum eorum prudentiam,qui dicunt periculū esse animantibus, ne dormiant,si aīa actus sit,quasi allucinentur:nec intelligāt quę ab Arist.hoc loco pspicue & dilucide dicantur,ex eo (inquit) ꝙ anima inest nobis,vigilia somnusque accidit. Ecce quō Them.ponderauit verbum Arist. propter quid apponit Arist.animam inexistere nobis apud somnū & apud vigiliam, & non dixit apud alias aīæ vacationes ab opere: vt apud delitias in quibus cessat imaginatiua ab opere.Similiter apud ebrietatem.quum.n.aia operatione vacat, & tunc magis in somno exemplificauit,vt antiquorū opinionem dictā amoueret,vt Them. inquit. Aliter ergo Them. respondit ad primam,& sua solutio est ꝙ in somno præcipue aīæ duæ vacāt.s.sensibus,& ea quæ delegata est incessui.In somno.n.motiua à motu vacat : & sensitiua à sensatione:hæ duæ apertissime vacantes videntur. Et p hoc apparet solutio ad verba poetæ & Arist. Sunt.n.intelligēda secundum quid, non simpl̄r , vt illi antiqui dixerunt. Ad qōnē secundam respondet Simpl̄. an forte non secundum oēm operationem designatur esse primus actus , sed sc̄d̄m solam contemplatiuā, veluti hanc non semper cū sit agēs. Sed hmōi solutio fallit:qm̄ quod inest per se generi, inest cuilibet speciei: sed Arist.inquit ꝙ aīa est actus,sicut sciā, & infra recolligens diffinitionem inquit. Si aūt aliquod cōmune in omni aīa oportet dicere, erit vtique actus primus &c. quare. Ideo vr̄ mihi ꝙ ipse aliter respondet & melius,ꝙ per actū primū intelligitur forma,quæ non substantiatur per operationem, & per actum s̄m formā , quæ substantiatur per operationem , vt intelligentiæ & animæ cœlorum.dico ergo ꝙ anima est actus primus,est tn̄ semper in aliqua operatione,quia tamen nō substantiatur per illam: ideo dicitur in potentia ad illam:& sicut scientia,& tu vide eum.

Dubitationes. Commen.18. 2.quæstio. Commen.7. Responsio antiquorum. Refutatio. Them. responsio. Rño Simpl. Confutatio. Responsio propria.

COMMENTARIVM.

HIC textus est valde difficilis,nec in collectaneis bene legitur.Auer. aūt dicit Arist.velle declarare , ꝙ perfectio in animæ definitione sumitur loco generis . Quæ expositio nec verbis consonat , nec ipse hanc exponē verbis applicat.Diuus expositor arbitratur Arist.velle declarare aīam esse actum,vt subam,nequis aīam accidens esse credat,ex eo ꝙ est vt forma accidentalis . Quæ expō si posset verbis applicari, non esset mala . Ego vero protestatione præmissa,arbitror esse dicendum , ꝙ cū Arist. assumpsisset aīam esse subam sicut formam , (hoc.n.in proximo textu concluserat.

concluserat,dicebat.n.{Necesse est ergo aïam subam esse sicut speciem}sive sicut formã, sive sicut actum) qm̃ posset propter illam particulam { sicut }aliquis credere animam non esse substantiam,quæ est vere forma, quia quod est vt tale,non est vere tale,veluti quod est sicut equus,nõ est vere equus.ne ergo quis propter particulam { sicut } accipiat occasionem erràdi,exponit se,& inquit. Substantia aũt actus est.q.d.illam particulam{ sicut } non similitudinarie teneri,sed potius expositiue,vt sit sensus,ꝙ anima est substantia,nõ quæ est materia:vel compositum, sed est forma,& hoc inquit.substãtia aũt actus est.q.d.aïa est substantia,quæ est actus,non vt verbum sicut notãs similitudinem.Ex quibus patet,hæc verba esse legenda cum præcedentibus hoc pacto, necesse est ergo aïam esse subam, vt spẽm corporis, dico supple substantiam vt spẽm, hoc est substantiam,quæ reuera est actus & spẽs. Postea cum hoc declarasset,statim cõmunissimam animæ definitionẽ epilogat,& inquit, aïa ergo est actus corporis hmõi.s.vt dictum est physici potentia viuentis.Ex quibus patet, cõmunissimam hanc esse definitionem, vbi nõ ponitur illa particula primus.Hæc.n.est cõmunissima definitio, quia cõpetit animabus tam corporum mortalium, q̃ corporũ immortalium.Omnes.n.sunt actus physici corporis viuẽtis potentia,sunt.n.actus corporum, quæ dum animæ illis insunt,viuunt & pñt viuere,verum quid sit potestate viuẽs, postea dicetur. Deinde volens assignare definitionẽ quæ competit omnibus animabus mortalium corporum,& nõ cœlestibus, præmittit distinctionem actus, deinde qualis, nam actus sit anima mortalis corporis deducit, de primo inquit.Hic aũt actus,qui ponitur in cõmunissima rõne animæ.dupliciter dicitur,alius quidem sicut scïa,quæ est habitus.alius aũt sicut consideratio, quæ est operatio proficiscens ab habitu. De secundo vero,qualis nã actus aïa mortalis corporis sit,deducit,& inquit. Manifestum est igitur ꝙ anima corporis mortalis est actus sicut scientia, & non sicut contemplari. Cuius rei rõnẽ assignat, & inquit, in ipso enim existere animam corpori,hoc est quatenus anima corpori præsens est,eidem corpori somnus, & vigilia insunt,quorũ alterum.s.vigilia est proportionale ipsi cõsiderationi,somnus vero,ipsi habitui & nõ operationi. Sed dices ex hac rõne nõn solum haberetur aïam esse primum actum,sed secũdum, quia cum propter aïam insint somnus & vigilia,quatenus erit principium somni, erit actus primus,quatenus est principium vigiliæ, erit actus secũdus. ergo per hæc sequitur aïam mortalis corporis esse vtrunque actum.Et dicendum, ꝙ cœlestis anima bene est vterque actus,& æque essentialiter, qm̃ quælibet illarum substantiatur per operationem, in deo enim & qualibet intelligentia idem est essentia & sua intellectio. & sic quælibet illarum est æque essentialiter actus primus, & secundus. At anima corporis mortalis cum nõ sit sua operatio (non enim substantiatur per eius operationẽ sicut substãtiatur per essentiam propriam, quæ est primus actus) erit actus primus & non secundus. Siquis ergo vellet,posset dicere Arist.in hoc textu tria facere,quia in prima parte,exposuit quod dixit in definitione animæ nuperrime conclusæ. In secunda parte epilogauit cõmunissimã animæ rõnem. In tertia suppleuit, & arctauit illam definitionẽ ad rõnẽ minus cõem. Quo vero ad verba attinet per somnum & vigiliam nõ solum habitum & operationẽ aïæ sensitiuæ intelligit, sed omnium animarum. est.n hoc positũ vt exemplum omnium, alioqnin solam aïam sensitiuam descripsisset.vnde per somnum habitum,per vigiliam operationem intelligit vt̃r in omni aïa: Dixit vero. { In ipso inexistere aïam somnus & vigilia insunt } propter eorũ opinionem, vt Them.inquit,qui dixerunt aïam in corpore tunc stare, cũ vigilat animal. In somno vero aïa vagatur extra corpus,de quo Them.& Plinius. Quæritur vtrũ aïa sit actus primus.Videtur ꝙ nõ,quia ipsa pñte semper nutritur corpus,imo hac aïa ab opere cessante, aïal est mortuũ. Auer. dicit tria, primo enim dicit, ꝙ actus dicitur æquiuoce de sensibili & nutritiua,& per pñs vult ꝙ debeãt duabus definitionibus definiri,sensitiua quidẽ per actum primum, vegetatiua vero per actũ secundum:& ẽm hic, actus primus

Solutio.

Epilogus textus.

Quæstio.

non dicitur de nutritiua. Sed hæc responsio est cõtra oẽs expositores, præsertim contra Them.& Simplicium, & cõtra rõnem,quia licet anima nutritiua sit semper in actu, non propter hoc sequitur ꝙ ipsa sit actus secundus,oportet enim addere ẽm Simpł.vt sit semper in actu,per quem substantietur, si per essentiam debet esse secundus actus. Secundo dicit Auer.animam hãc cessare ab eius propria operatione,vt probat argumento quorũdam animalium, quæ in hyeme nõ comedunt,ergo nutriuntur. In hoc etiã errauit,quia licet hæc non comedant, nutriuntur ex multo phlegmate.quod superfluerat ex voracitate eorũ, dum comedebant,vt Arist. inquit.Tertio.d.nõ nocere,si in definitione accipitur actus indefinite, hoc est ẽm vnã expositionem nõ contractus per actum primũ. & sic velle videtur non esse addendum verbum primũ,si debet esset definitio cõmunis omnibus.Hæc rñsio recidit in errorem predictum.s.ꝙ nutritiua anima non sit actus primus,etiam si disiunctiue legatur actus.s.primus vel secundus, recidit, qm̃ secundum hanc expositionẽ etiam primus actus non dicetur de nutritiua,quod est falsum.Nonnulli fugientes dixerunt animam nutritiuã non semper esse in operatione, qa non est in operatione in primo momento,quo ipsa in corpore generatur,datur enim primũ de quolibet generato. Quod friuolum est quia licet anima in primo momẽto sui esse non nutriret,tñ nõ est dare aliquod tẽpus, in quo ipsa vacet ab operatione, quia saltem immediate post hoc nutriet.& sic nullum erit tẽpus in quo nõ nutriet. Præterea. Hoc est fuga,& Auer.hic friuola nõ prospicit, potissimũ, quia secundum ipsum etiam nutritionis dabitur primum. Quare dicamus ẽm Simpł.actũ primũ esse,cuius suba non substantiatur p operationẽ,actũ vero ẽm operationẽ quæ proficiscitur ab illa forma.Ex quo sequitur ꝙ aïa cœlestis nec est primus actus tm̃,nec secundus tm̃, sed est vterque. Anima vero mortaliũ oïs est actus primus, qm̃ nulla substantiatur per eius operationẽ.nec valet, anima nutritiua est semper in operatione.ergo est actus secundus, nam licet semper sit in operatione,sua substantia nõ est sua operatio. Ex quibus patet error Auer.qui arbitratur eandem rem esse actum primum & secundum.Primũ quidẽ vt principium & habitus.secundũ vero vt operãs, salua pace hoc non est verum.Arist.enim non aïam operantem, sed operationem.d.ẽm actum,modo anima & sua operatio valde differunt.Sic igitur patet nutritiuam esse actum primum, quia eius substantia,non est eius operatio, vt Simpł.d.vel qa ipsa differt ab eius operatione,quę est actus secũdus,& sic licet semp sit in operatione ipsa differt ab operatione.

Altera autem alteram in eodem, scientia inquam, contemplationem generatione, præcedit. Quapropter anima primus est actus, perfectioque corporis naturalis potentia vitam habentis. & talis plane, vt partes ipsius sint instrumenta. Enimuero partes quoque plantarum instrumenta sine controuersia sunt: quãuis vi eantur penitus simplices esse. eius enim quod circa fructũ est tegmen est folium, & fructus etiam illud, radices præterea vicẽ subeunt oris ab vtrisque nanque trahitur alimentum.

ARGYR.

Prior autem generatione in eodem scientia est. Vnde anima est actus primus corporis physici potentia vitam habentis. tale autem; quodcũque est organicũ. Organa autem & plantarum partes sunt, sed penitus simplicia: vt folium fructiferi cooperimentum: fructiferum aũt fructus. Radices vero ori similes sunt: vtraque enim trahunt alimentum.

Tex.cõm 6. propterea.

Quod vtique erit organicũ, alias. Proportionales

Adhuc etiam videtur secundam rõnem adducere, ꝙ anima primus sit actus,& secundum veteres in hunc modum componitur: omnis forma prior generatione in eodem esse scientia.i.est actus primus, apponas minorẽ, sed aïa est prior generatione. Tunc conclusionẽ adiunxit.d. vnde.i.ergo anima est actus primus corporis physici potentia vitam hñtis.conclusio textus erat. ergo anima est actus primus.additur aũt ab ipso residuum, non vt conclusio sequens ad hunc syllm̃:sed ad reliquos factos iam. Dixit

COLLEC. *Tex. cõmen. 6.*

xit in eodem,vt Simpl.inquit, qm̃ in generatione oportet aliud quoddam perfectum præexistere, ex quo in alio imperfectum: vt semen ex iam perfecto generante ipsum animali,sed in eodem imperfectum prius, semen enim prius, deinde embryo,postea animal. Tale aũt.§ Vult addere alteram particulam.s.organici:& videtur componere syll̃m sic apud veteres,anima est actus corporis physici, potẽtia vitam hñtis: corpus est vitam habens potentia organicũ. ergo anima est actus corporis physici,potentia vitã habẽtis organici. huius ergo tñ minorem accepit dicens.Tale aũt quodcũque.§ Id est sed tale.s.corpus hñs vitam potentia quodcũque organicum, & tunc suppleas cõclusionem prædictam. Organa aũt & plantarum. } quia anima plantarum est actus corporis physici habentis vitam potentia organici,& corpus eius vr̃ simplex, ideo probat ꝙ partes plantarum:non solum iuuant eas,sed ꝙ sint tanquã organa aĩæ,& hoc inquit§ aũt } pro sed. plantarum partes organa sunt,sed penitus simplices.i.nõ ita diuersæ,sicut organa aĩalis.& ostendit.hoc.d.vt folium est cooperimẽtum fructiferi: fructiferum aũt fructus, sup. gratia est, radices vero ori similes sunt:vtraque enim radix, & os trahunt alimentum.ergo patet vr̃: ꝙ omnis anima actus primus est corporis physici habentis vitam potentia organici.

Commen.6. Cvm declarauit. Ponit intentionem literæ,& continuat eã ad dicta.& sermo patet.deinde ibi.§ Et dixit scĩa.§ exequitur,& sermo patet adhuc, dicit tñ hæc verba, & est secundum ꝙ est organicum, ita cecidit in scriptura locus albus.i.litera altera sic, & est corpus secundum ꝙ est organicum.i.corpus vitam habens in potentia est primũ corpus organicum.Alia cõmenta habẽt sic: ita cecidit in scriptura locus albus,& est corpus ẽm ꝙ est organicũ, & tũc vult dicere ꝙ in litera græca loco istius verbi reperiebatur locus albus.i.charta vbi nihil erat scriptũ,vbi tñ debet stare sic vt dixit,residuus sermo est manifestus. igitur &c. Debes scire Them̃. diffinitionem aĩæ diligenter perstringere,est enim declaratum ipsam esse primam perfectionẽ corporis,corpus aũt duplex naturale & non naturale, & naturale duplex,viuum,& non viuum,& viuum quodlibet organicum,quare aĩa cum sit perfectio prima corporis & non artificialis,ergo physici: non non viui,ergo viui,& nõ non organici,ergo organici,& sic abbreuiat hanc vide, q̃a multa dicit. *Dubitationes.* Occurrunt duæ ambiguitates Simplicij.prima circa minorem primæ rationis,qua Arist.probat aĩam primum esse actũ.dicebat enim in minori, sed aĩa est prior generatione &c.Obijcit Simpl. qm̃ anima non est genita quo ergo Arist.eam priorem generatione assignauit? Secunda est,qm̃ si omne corpus vitam habens potentia, organicum,& econtra, altera partium superuacuat omnino. cur ergo apposuit & alteram? Ad primam. Platonici inquiunt ꝙ genitum põt capi dupl'r.Vno modo pro eo quod accipit esse, & põt non esse vi agentis naturalis. Secundo modo pro quacũque innouatione respectiua. primo modo anima non innouatur,sed bene secundo modo,qm̃ corpori aduenit. Obijcit & huic Simpl.qm̃ Arist.non vt Plato generationis noĩe vtitur,sed vtitur in quoque existentibus,vt primo de cœlo patet,& vide Auer.in cõmen. illius textus. *Commen.111.* Alij,vt vr̃, dicunt ꝙ debet intelligi ẽm operationẽ, qm̃ licet ipsa aĩa secundum essentiam, & subam sit ingenita, tñ generabilis est & corruptibilis ẽm operationem, & perfectionem,quod manifestum in humana aĩa, & vexata & impedita interdum. Et hæc solutio vr̃ Auer. in cõmen. Inquit enim ipse, & perfectio quæ est quasi scĩa præcedit in esse indiuiduo secundam perfectionẽ quæ est quasi studium. Contra hoc obijcit & Simpl.auctoritate Iamblici, qm̃ ex impatibili & perfecta substantia,non debet prouenire generabilis & peruersa operatio. cũ igitur anima sit impatibilis substantia & perfecta, quare non patibilis & generabilis imperfectaque operatio proueniet. Aliter & Simpl.ait ipsam esse mediam inter æternam & genitã substantiam,& ideo ẽm partem corruptibilem, & ẽm partem æternam habet essentiam,sed hoc nihil est: qm̃ tunc hoc non esset verum nisi de aĩa hoĩs,& sic Aristot. incideret in id,quod contra antiquos induxit,loquentes.n.de anima,solum de humana visi sunt intendere. Ideo aliter, vt Auer. inquit in cõmento dicas, nec incõuenit ex impatibili substantia genitam venire operationem & inde ad aliud abire,quare vr̃ diffinitio est omni cõpetens aĩæ, si vt Auer. inquit,exponitur. Ad secundam optimam Simpl.apponit sol.ꝙ anima dupliciter cõparatur ad corpus,vt ipsum perficiens,& vt ipso vtẽs:& ideo aĩa dupliciter est actus corporis.s.perficiens & vtens, & hæc duo notans Arist. dixit anima est actus viui.s.vt perficiens. addit & organici, vt secundam innueret conditionem, & sic licet æqualia sint ambitu, respectu vero sunt diuersa, vt inquit Simplicius & subtiliter.

COMMENTARIVM.

Averroes exponens textum hunc vult ꝙ postq̃ Arist.declarauit,ꝙ genus animæ est actus, q̃ est quasi scĩa & habitus in sciente, qñ non vtitur scientia,i.postq̃ declarauit ꝙ aĩa est actus primus, incepit narrare ꝙ talis primus actus præcedit ẽm inesse, hoc in prima parte. In scd'a parte,§ vnde anima§ ex hoc narrato vult ꝙ Arist.inferat,ꝙ in definitione animæ debet addi hæc particula.s.primus, hoc modo,anima est actus primus: hæc Auer. Ex quibus patet Auer.velle,ꝙ Arist.narret eũ actũ,qui est anima,esse primum,quatenus præcedit ẽm in esse hoc narrat vt compleat definitionem.Hæc Auer. expositio verbis applicari non põt,nec ea expositio, q̃ dedimus in collectaneis,ideo dicamus,ꝙ postquã Arist.sumpsit aĩam esse actum primũ, quia dixit eam esse sicut scĩam, & non sicut cõtemplationem,& nõ declarauit,qua primitate sit actus primus, ideo nunc exponit,qua primitate aĩa est actus primus, & facit, vt mihi vr̃,quatuor in hoc textu:quia Primo facit hoc, secunda ibi. { Vnde anima. } ex declaratione huius repetit, atque epilogat dictam definitionem.tertia ibi. { Tale aũt quodcũque.§ Ex altera particula posita in definitione venatur alteram,& hoc, vt cõmunem aĩæ definitionẽ perfectam colligat.quarta ibi.§ Organa aũt &c. } remouet quãdam dubitationem, quæ emergit propter particulam nuperrime additam: vt ostendat quasi exemplo quod definitio completa,omnibus animabus competit. De prima ergo parte inquit,prior autem generatione in eodem scientia est,supple tu ipsa contemplatione,& sic vult habere ea primitate aĩam esse actum primum atque priorẽ suã operatione,quæ dicitur secundus actus,qua scĩa & habitus est prior contemplatione,quæ pendet ab ipsa scientia. ergo vult habere aĩam esse actum primũ primitate generationis.De secũda parte inquit,vnde aĩa est primus actus corporis physici potentia vitam habentis. De tertia parte in qua ex altera particula venatur alteram. ex eo.n.ꝙ anima est actus corporis viuẽtis,venatur ꝙ sit actus corporis organici,& inquit.tale aũt.s.corpus viuens in potẽtia quodcũque est corpus organicum, & sic si aĩa est primus actus corporis physici viuentis in potẽtia, erit ꝑpter hoc actus primus corporis physici,potentia vitam hñtis, organici. Ex altera ergo particula venatus est alterã, & compleuit definitionẽ cõem. De quarta vero parte, remouet dubiũ, quia non vr̃ hic definitio ẽm particulam illam nũc additã, ꝙ cõpetat aĩæ plantarum,non enim planta,cuius aĩa vegetatiua est actus, organicum corpus vr̃,cum partes sint penitus simplices.Hanc ergo dubitationem remouens,ostẽdit quasi exemplo ꝙ definitio sic cõpleta cõpetit omnibus animabus,si enim competit aĩæ plantæ (de qua minus videtur)omnibus debet cõpetere.inquit, sed plantarũ partes sunt organa plantarum,verum,sunt penitus simplicia. quia nõ ita difformia,sicut sunt organa aĩalis. Exponit aũt exemplo quo partes sunt organa.& inquit, vt folium fructiferi.i.eius partis, quæ emittit fructum est cooperimentum,& ita folium cõparatur capillo tegens caput, ne ledatur à calore vel frigore,vt dicit Theophrastus. Fructiferum aũt est cooperimentum fructus, veluti corium, vt quidam dicunt. Quod enim erat primo germen fructus, postea dilatatur ad modum corij. Aliter legit Them̃.hũc locum: & quidẽ fidelius.Per pericarpion.n.intelligit pulpem,quã vulgares oculum appellant,& est illa pars, vnde pullulat fructus,quæque dici põt fructiferum à ferẽdo fructum,tunc vult ꝙ folium sit gratia fructiferi,quia vt illius cooperimentum. *Pericarpion.* Pulpis vero siue fructiferum est gratia fructus,

fructus, non vt illius cooperimentum, sed vt germen gratia eius, quod ex ipso fit, q.a vt Them. exponit pericarpion hoc est pulpes, siue fructiferum appello intra quas conditum est semen. Fructum vero genitura ipsam. ergo in plãta sunt folia, & pericarpion, hoc est fructiferũ & fructus, folium est gratia fructiferi, vt illius cooperimentum. Fructiferum vero gratia est fructus quia intra ipsum cõditur fructus. Fructus vero est ipsa genitura. insuper etiam insunt aliæ partes in plantis similes organis in animalibus, quia radices sunt similes ori, vtraque enim trahunt alimentum, radices à terra, oportet à cibis. Possunt adhuc & alia organa in plantis notari, sed hæc sufficiant. Patet ergo bene esse additum organicum, quia omne viuens est organicum.

Verborũ consideratio.

Quo vero ad verba attinet, Arist. dicit actum primum esse prioré generatione § in eodem § quia vt Simpl. inquit, respectu diuersorum est posterior. Actus.n. primus corporis rei genitę prior est generatione operatione quę proficiscitur ab illa re mediante primo actu. est tamen posterior actione, siue actu secundo agentis: à quo talis primus actus in tali corpore factus est. Anima.n. cuiusdam equi prior est in corpore equi illius, cuius est anima, operationibus omnibus equi, nõ tamen est prior operationibus equi, qui eũ genuit quia facta est ab operatione equi generantis. Præterea cum dicit § vnde anima § particula illa § vnde § non infert præcise totum illud ab illa declaratione. sed ab omnibus alijs, quæ prædixit in alijs testibus, quare potius epilogatiue tenetur, quàm illatiue.

1. Dubitatio.

Sed circa hoc dubitatur primo, quia nõ videtur vniuersaliter ꝙ aĩa sit actus primus primitate generationis, quia licet de sensitiua, & vegetatiua esset verum, de intellectiua tñ non est verum. Intellectiua.n. anima non per generationem accessit ad corpus, sed extrinsecus accedit. ergo non potest esse gñone prior sua operatione.

2. Dubitatio.

Secũda dubitatio est: quia si oẽ organicum est habens vitã & ecõtra, ergo frustra additur altera particula istarũ.

1. Solutio. Ad primã.

Simpl. disputando primam dubitationem. Primo dat vnam respõsionem Platonicorum qui vtẽtes verbo generatione cõiter, oẽm nouam productionem appellarunt gñonem.

Confutatio Simplicij.

Cõtra hanc responsionem obijcit. Simpl. quia licet hoc sit Platonicum, (Platonici.n. gñonem etiam pro ipsa creatione acceperunt) nõ tamen est peripateticum. quia vbiq; Arist. gñonem accepit in his, quę interdum quidem sunt, interdũ autem non, modo intellectiua anima non sic gñatur.

2. Solutio.

Alij dixerũt, ꝙ licet anima intellectiua nõ sit gñabilis neq; corruptibilis ẽm essẽtiam est tñ generabilis, & corruptibilis ẽm operationem, quia in me incipit operari de nouo, vbi prius non operabatur, & sic potest denominari genita vel corruptibilis, nõ quo ad essentiam, sed quatenus potest aliquis denominari incipere esse intellectiuus.

Confutatio.

Cõtra obijcit Simpl. authoritate Iamblici: quia hæc respõsio supponit falsum. supponit.n. intellectiuam animam esse ingenerabilem & incorruptibilem ẽm essẽtiam, & ꝙ eius operatio sit generabilis, & corruptibilis, quod falsum esse asserit Iamblicus. Dicit.n. fieri non posse vt aliquid ẽm essentiam non sit generabile, neq; corruptibile, cuius operatio est corruptibilis.

Solutio Simpl.

Tandem Simpl. asserit animam intellectiuam esse partim æternam: partim generabilem & corruptibilem, ẽm intellectum quidem arbitratur esse æternã à parte ante, & à parte post, ẽm vero partẽ, q̃ habet ex semine asserit esse corruptibilem & genitam. Simpl.n. fuit in hoc errore, ꝙ hominis anima esset dianoetica.i. composita ex parte intellectiua æterna: & parte sensitiua præstantissima, æterna pars est intellectus apud ipsum, genita vero est sensitiua hominis, & oĩs illa pars animæ, quæ fuit ꝑ gñonem. Et licet hæc positio posterius declarabitur: & reprobabitur, tamen nunc falsa est, quia impossibile est ex æterno, & corruptibili fieri vnam formam alicuius corporis.

Solu. propria.

Propterea dico ꝙ oẽs responsiones, quas reprobauit Simpl. possunt defendi, nam Arist. nomen generationis ę́t ad creationem aliq̃n diffundit, vt Auer. notauit primo lib. de cœlo, vbi dicit Arist. remouere solum à cœlo gñonem quæ est ẽm vulgares: nõ autem generationem quæ est ẽm sapientes, quæ est creatio: hac.n. cœlum esse genitum non negat Arist. ẽm Auer.

Cõm. 20.

Tex. cõm. 113.

Præterea Arist. eodem primo de cœlo, inquit simili rõne & ipsum genitum. Vño quidem modo dicitur, si aliquid sit posterius, quod prius non erat siue per gñonem siue sine generatione sit, interdum quidẽ ens, interdum vero non ens, vbi Auer. asserit gñonem hoc modo esse inceptionem alicuius, quod prius erat non ens, postea ens sine causis generationis. ergo creatio potest dici gño, & sic prima responsio põt conuenire verbis & opinioni Ari. Secunda etiã potest defendi, quia possumus dicere aĩam esse æternam à parte post, cuius etiam operatio est æterna à parte post, verum sicut ipsa itellectiua anima non est æterna à parte ante, ita nec eius operatio. Præterea authoritas Iamblici est vera de prima operatione, nõ aũt de secunda, modo prima intellectiuæ aĩæ operatio est æterna eo mõ quo ipsa aĩa est æterna, non aũt oportet esse ita de secunda.

Alia solutio.

Siquis tamẽ vellet, posset dicere, ꝙ verba Aris. sunt intelligẽda hypothetice, quia si intellectiua aĩa gñaretur, ipsa prius generatione esset sua operatione quæ est actus secundus, nec hoc videtur extraneum. nam Aris. dixit causas esse prius notas naturæ. quæ tamen nõ cognoscit. Sed dicuntur notæ hypothetice, quia si cognosceret, vtiq; causæ essent prius notæ. vt Auer. exposuit. Secũdam dubitationem optime in collectaneis deleuimus.

Quæ D. Tho.

Expositor h̃ assignat causam ꝙ aĩa sit actus corporis organici ex eo, quia est perfectissima formarum corporalium, quia.n. est perfectissima est principium diuersarum operationũ, quæ perfici non possunt nisi diuersis organis, ergo anima est actus corporis organici, & intelligit per animam non tñ intellectiuam, quia intellectiua est perfectissima formarum, & aĩarum corporaliũ, & ideo ipsa est actus corporis magis organici. Vult igiẽ, ꝙ quia cõiter omnis aĩa est perfectissima formarũ corporalium, ideo est principium diuersarũ operationum, q̃ perfici non possunt nisi diuersis organis: & ita oĩs anima cõiter est actus corporis organici. Formæ vero, quæ non sunt aĩæ. cum non sint principia pluriũ operationum, ideo nõ sunt actus corporũ organicorum.

Dubitationes.

Sed contra hanc cãm primo dubitatur, quia pari rõne cęlestis aĩa deberet esse actus organici corporis, est.n. mobilior aĩa cæteris. Præterea. Si quia perfectissima formarum, deberet habere plures operationes, Deus, qui est oĩum formarum perfectissima, deberet habere plures operationes. Res hęc. 2. lib. de cęlo satis disputata est, nũc

Expositio Tex. cõm. 66.

vero pro mente Arist. sit satis accipere ꝙ aĩa est actus corporis organici, quia obseruatio docet aĩam omnem quæ est moralis corporis actus, esse principium plurium operationum, q̃ perfici non possunt eodem instrumento. Cur vero aĩa sit tale principiũ, & cæteræ formæ non, Arist. non probat hic, sed sumit exemplo plãtarum, in quibus anima exercet suas operatione diuersis instr̃is, de q̃ anima minus videtur. Assignare vero cãm propositum transcendit.

ARGYR.

Si igitur cõe quid de omni aĩa sit dicendũ ipsa perfectio prima primusq; actus ẽ corporis naturalis: cuius partes sunt instrumẽta. Idcirco non quærere oportet si vnum sit aĩa atque corpus: sicut neq; cæram & figuram, neq; oĩno materię cuiusq; & id cuius materies est. nã cũ vnũ et esse multifariã dicatur, actus est id quod proprie vnũ est, atq; proprie est.

Tex. cõm. 7.

Si autem aliquod cõmune in omni anima oportet dicere, erit vtiq; primus actus corporis, physici, organici. Vnde non oportet quærere: si vnum sint anima & corpus, sicut neque cærã & figuram, & omnino vniuscuiusq; materiam & id cuius est materia. Vnum enim & esse, cum multiplex sit, quod proprie est, actus est.

Proprie principaliter.

COLLEC. Tex. cõm. 7.

Quasi nunc ex omnibus his animæ diffinitionem concludit & inquit. § Si igitur aliquod commune in omni anima oportet dicere, erit vtique primus actus corporis physici organici. § Sed Aristo. videtur committere fallaciam consequentis. non.n. oẽ animæ commune est actus corporis &c. modo à toto vl̃i ad partem fallacia committitur, vt topic. 2. docuit. Adhuc longo sermone ostendit oẽm animam esse actum primum, cur aũt modo sub ambiguitate id profertur? Rursum cur mõ potentia viuẽtis dimisit? & superius id eẽ necessariũ ei fecit perspicuũ. Qũo autem his q̃onibus satisfaciendum sit, in fine relinquatur

cõmenti expositionis. Vnde nõ oportet querere, Vetustissimi aiam corpus esse non dubitarunt, vt Democr. & Leucippus eam dixerunt ignem. Adhuc Pythagorici animam congregatum quoddam ex corpusculis ferũt esse. Adhuc & Emped. ex elementis animam cõstare affirmauit, & per ons eam corpus esse, Adhuc Anax. animam corpus rotundum dicit esse, aliud intellectum & aliud aiam existimans. Adhuc Diogenes aerem censuit ipsam. Adhuc & aquam Hippocr. inquit. Critias sanguinem. Vlterius debes scire vetustissimos non cognouisse, nisi mãm propter quod formam in mãm incidere dicunt: queadmodum & Ari. inquit in metaphy. Vlterius debes scire aliqua dici vnũ dupliciter nempe vnitate identitatis, & essentiæ, sicut tunica & vestis, & vnitate vnionis, sicut cera & figura. Inquit ergo Diuus Alber. ꝙ cum Aris. diffinitionem animæ cõem accepisset, quodammodo corollarie conducit peccatũ antiquorum prædictum, æstimantium aiam corpus esse, & inquit. § Vnde non oportet quærere, si anima est vnum & corpus, § loquitur de vnitate identitatis. i. si idem, sicut neque oportet quærere an cera sit figura, neq; omnino materia vniuscuiusq;, & id cuius materia, vult dicere ꝙ neq; quæri debet tanquã laboriosum amplius, an anima sit corpus, & forma materia, quemadmodum ex dictis patet, & inquit, vnum. n. & esse cũ multipliciter, idest analogice dicantur, quod proprie, idest per essẽtiam, & per se est ens, & vnum ens est actus. id autem quod est participatiue & tanquam subiectum recipiens, est materia & corpus.

Cõm.7. CVM declarauit hoc. Tres fiebant ambiguitates in textu, primam absoluit Auer. d. Si igitur possibile est esse aliquod cõe. i. si est aliqua diffinitio communis amplectẽs oẽs species animæ, ecce quod ibi non intelligit per cõmune quodcunq; vniuersale, sed cõe essentiale & diffinitiuũ, & sic Arist. non cõmittit fallaciam ɔñtis, & hoc & Them. inquit, vide. Secundam soluit ibi § Et induxit hunc sermonem in forma. § & vult ꝙ ideo induxit sub conditione § si § propter animam intellectiuam quę videt anima, & non, vt Auer. ostendit. Et tu debes scire ꝙ diuersimode anima intellectiua est actus corporis, & diuersimode aliæ aiæ apud ipsum, aia. n. intellectiua est actus primus corporis physici organici, non tanquam perficiens, vt Simpl. inquit, sed vt perfecto vtens, & sic quodãmodo æquiuoce. Tertiam aũt Simpl. absoluit, quoniam & organicum dat viuens intelligere, vt patet per se. & ideo non apponit quid dicit Auer. patet. Et cũ declaratum. § Nũc Auer. exponit illam. § Vnde nõ oportet. § & huiusmodi expositio est Them. & Simplicij. volunt. n. Aris. corollarie cõducere sol. qõnis famosæ. antiqui. n. ambiguũt de causa, cur compositum est vnũ, vt Pythagoras: hanc. n. qõnem absoluit Arist. Et debes scire ꝙ materia & forma possunt dupliciter considerari. Vno modo inter se. Alio modo respectu tertij. i. vno modo possumus loqui de vnitate materiæ & formæ inter se. Alio modo de vnitate cõpositi, Dixit Arist. duo. vt Auer. inquit. s. ꝙ anima est prima perfectio corporis naturalis, & ꝙ animatum non habet hoc esse. i. ens in actu, nisi ex eo ꝙ habet aiam, tunc his præacceptis non est dubitandum, quõ anima & corpus, cum sint duo, fiant idem. i. non est ambigendum de cã vnitatis compositi ex aia & corpore, sicut non est dubitandũ in cera & in ferro, cũ figura existente in eis, & vr in materia cuiuslibet, & in re, quæ existit in illa materia. Et reddit cãm. d, hæc. n. nomina. s. vnum, & ens: licet dicantur pluribus modis, i. de decem ꝑdicamentis, & de materia, & forma, & composito, tñ prima perfectio in oĩbus istis. s. forma magis digna est, vt habeat hoc nomẽ. s. vnum & ens, q̃ id quod est congregatum ex mã, & forma, congregatum. n. non dicitur vnum nisi per vnitatem existentẽ in forma, quia mã non est hoc. i. in actu nisi per formam. Vult ergo ꝙ ea causa quę est essendi, & vnitatis erit, cum igitur pateat ex dictis, formam esse, id quo compositum est, patebit eadẽ causa & vnitatis. Et si materia. § & quia quidam antiquorum dicunt tam mãm q̃ formam esse in actu, mãm quidem dicentes vnum elementorũ, formam vero corpus intrans, & exiens id, vt Pythagoras inquit, hoc remouet. d. & si materia forma essent in cõposito, existens in actu, tũc compositum nõ dicitur vnum nisi diceretur in rebus quæ sunt vnum ꝟm contactum & ligamentum, quia igitur modo mã non differt à forma in cõposito, nisi potentia. i. nisi dñia reali in potentia, & cõpositum non est ens in actu, nisi per formã, tunc compositum non dicitur vnum: nisi quia sua forma est vna. Et dat intentionẽ cur Aris. dissoluit hãc qõnem: & inquit, & quasi innuit per hoc. q. contingentem dicentibus, ꝙ anima est corpus & sup. materia. & quæstio quæ accidit eis est, qũo id ꝙ aggregatur ex anima & corpore fiat vnum. q. d. nõ possunt reddere cãm vnitatis. Debes scire ꝙ in. 4. meta. Arist. inquit, Si igitur ens & vnum idem & vna natura, eo ꝙ se adinuicem cõsequuntur, sicut principiũ & causa, sed non vt vna ratione ostensa nisi dicere nec simile suscipiamus, sed præ opere magis. Idẽ. n. & vnus homo, & homo: & ens homo: neq;. n. diuersum aliqd ostendit &c. Et Auer. com. 3. inquit, quia significant eandem nãm subiecto, & duas diffinitiones, vide, ex hoc igit habetur ꝙ vna est causa essendi, & essendi vnũ. Tribus igitur entibus ea. s. quæ est materia ens, forma & cõpositum, dictum est formam esse principium essendi, quare & essendi vnum, nulla ergo altera causa quærenda de vnitate ab ea quæ de esse. Sed in tex. & com. plurimæ occurrũt ambiguitates, prima videtur ꝙ compositi vnitatis possunt esse plures causæ, quoniã vt in posterioribus accipitur, passio prima est tanq̃ causa secundæ passionis, modo res est prior passo, vno, vt Thomas inquit in tract. de generis natura, & vr ex verbis Auicen. primo suæ metaph. Inquit. n. ens sumi ab actu essendi, & ꝙ hoc nomẽ res exprimit q. ditatem & essentiam entis, arguo sic, omne positiuũ prius est negatiuo, sed res est positiuum, ergo & vno prius erit quoddam. Adhuc põt reddi causa rei existentię. s. forma, vt dicunt, ergo & rei vnitatis, quoniam eadem est causa essendi & essendi vnum, ergo si forma causa est essendi, & erit essendi vnum. Rursum causæ sunt inuicẽ causæ, vt in physicis & metaphysicis. ergo quot possunt esse causæ forme, & tot & entis, & tot similiter, & vnitatis, sed tres possunt esse causæ formæ. s. materia, finis, & agens. ergo & hmõi possunt esse causæ existentiæ, & vnitatis.

Dubitationes prima.

Secunda ambiguitas est, quoniam Arist. & Auer. 8. meta. quærunt istam qõnem an ex materia, & forma fiat vnum, & dicũt nullam aliam esse cãm, nisi quia mã est potentia per se, & forma ꝑ se actus est. ergo non tñ dat formam pro cã, sed & mãm, ergo sibi contradicit. vide Auer. com. penul.

Secunda.

Tertia ambiguitas est in dicto Auer. Vult. n. ipse ꝙ ex duobus entibus actus non fiat vnum. contra ipsum. 3. cœli. & 2. perigeneseos. vbi vult ꝙ elementa actu remaneant in misto, & mistio est vera vnio, vt dicit vltimo cõmen. primi perigeneseos.

Tertia. *Cõm.67.* *Cõm.48.*

Quarta vr ꝙ compositum sit perfectius ens forma, qm̃ totum, & perfectũ, & omne idem sunt, vt. 1. cœli Auer. & Aris. in tex. Adhuc mã est aliqua perfectio, & est in cõposito, & non in forma, ergo maioris est ꝑfectionis. Rursum id quod operatur per accidens est imperfectius eo, quod per se operatur, res. n. rem excedit operatione, sed compositum per se, & forma per accidẽs. Deinde cui annectitur aliqua priuatio, id imperfectius est eo: cuius est priuatio, sed parti adest priuatio totius & non ecõtra, ergo &c.

Quarta. *Cõm.1.*

Vltima difficultas in hoc loco est, quia non videt verum, qd ens & vnum dicant vnam nãm, vt inquiunt expositores, sed hanc vltimam nolo mouere hic, vide tamen eam, quia totam resumpsi in lib. d. d. disputatione. 5. in sol. tertij quæsiti. Loco ergo huius sit ista alia, videtur. n. ꝙ anima non debeat habere organicum corpus, qm̃ vel eget illo propterea quia perfectio lapide, vel quia imperfectior cœlo, non primo, quia cœlum esset maxime tale. si secundum. ergo lapis esset plus talis. Confirmatur, quia. 2. cœli Arist. & Auer. volũt id esse melius quod pauco instrumento suam habet operationem. vide eos. Adhuc si anima est actus organici corporis, hoc est propter diuersas potentias, à quibus fluunt diuersa ostenditur ꝙ non. Tum primo quia anima est Dei similitudo, modo in Deo vna tantum est potentia. Tum quia quæ sunt dispersa in inferioribus: in superioribus vnũ sunt, ergo non plures habet potentias.

Quinta. *Cõm.61.et 63.*

Pro solutione ad primã debes scire ꝙ qõ de vnitate formæ ad mãm, potest verti inter se, & ad tertium, vt dixi, siquidem inter se, sic ratio est tam potentia materiæ q̃ actus

Solutio prima.

actus formæ, & sic verificatur verbum Aris. in.8.metaph. Si respectu cõpositi, tunc causam dari potest intelligi, vel extrinsecam, vel intrinsecam. Si extrinseca, sic possunt esse tot quot sunt causæ formę. Si intrinseca, sic causa vnius & esse forma est. Ex his sequitur, ꝙ Aris. noluit dicere vnitatis compositi nullam esse dandam causam simpliciter vt latini credunt, sed nullam dandam voluit alteram ab ea q̃ est forma, quia cum sit dictum animam esse formã corporis iam causa essendi patet & vnius. Ad argumẽta.ad primum dicendum ꝙ passiones sunt duplices, quædam essentialiter ordinatæ, & sic vna potest esse causa demonstrãdi reliquam, quemadmodum est in prædicamentalibus passionibus. Aliæ sunt ordinatæ per accidens: & sic nõ oportet. modo passiones entis sunt hmõi, diuersis.n.considerationibus potest vna alteri præponi, vt patet in metaphysica, & tales non se demõstrant. Ad alia tria argumenta patet sol. ex modo dictis. Ad secundam difficultatẽ respondet Auer. cõmentis prædictis, ꝙ huiusmodi remittũtur & redduntur quodam modo in potẽtia. ergo intendit hic ex eis quæ sunt actu puro & perfecto, vt patet. Ad aliam ex verbis Auer.7.meta.& 8.& 2.colligitur sol. vbi debes scire, ꝙ multũ refert formaliter tale in cõmunissimis, & specialibus, in specialibus.n.non oportet, vt omne quod est tale per essẽtiam, quo aliud est tale participatione, ipsum sit magis tale. non.n.si albedo est albedo per essentiam, & causa quare paries sit albus, non propter hoc (inq̃) est magis alba sed in transcendentibus & vbi vniuoca est prædicatio inter participans & participatum sicut sunt ens, res, vnum, substantia, quãtitas &c. oẽ tale per essentiam, quod est causa alterius essendi tale: est magis tale, & ideo cum Deus sit ens per essentiam, & causa oium essendi, ideo est magis ens, & quia forma est ens per essentiam & cã compositi quare sit ideo est magis, & verius est, vt Aris. inquit in textu. Pro sol. ad argumenta, debes scire ꝙ stat vnũ esse perfectius ẽm quid altero, & alterũ eo perfectius absolute: vt.v.g. materia est forma perfectior in æternitate, & forma ĩ esse, vt patet, & ideo forma est perfectior ipsa mã simpliciter, ecõtra ẽm quid. Ad primam patet, totum ẽm quid .i.sub rõne totius perfectius est forma. Vel dicẽdum ꝙ totum duplex est formale, & virtuale, dico ꝙ cõpositum est totũ actuale, forma totũ virtuale, cum sit ens per essentiã & id participatiue, & sic ẽm totũ est perfectius primo. Ad secundũ dicendum, ꝙ minor falsa est, qm̃ forma ꝑ essentiã est principiũ operationis, & cõpositum participatiue: dictum aũt Aris. intelligitur ꝙ totũ est per se ẽm demrationem principium operãdi, forma verius principiũ. Ad tertium dicendũ, ꝙ priuatio duplex, perfectionis actualis, & perfectionis potentialis seu virtualis. Exemplum primi: Deus non est leo, est.n.priuatus priuatione actuali, tamen est leo virtute, primo mõ priuatio imperfectionẽ non dicit, sed bene.2.mõ, licet ergo forma sit priuata composito actu, non tñ virtute, cum sit talis per essentiã. Ad vltimam q̃onem dicẽdum vt Plotinus inquit in lib.de essentia aiæ, & auctor de causis propositione secunda, ꝙ quælibet aĩa quodãmodo in orizonte æternorum, & tẽporum sita est, & ideo oportet vt vtriusq; nãm participet, & inde diuersa habet opera, & per ꝯñs diuersa instrumẽta, vt Them. & Alb. dicunt. Ad primã dicendum aĩam habere organa plura, nõ quia perfectior sit simpliciter, sed quia media, vt patet, id aũt quod Aris. inquit intelligitur respectu finis simpliciter, modo aĩa respectu finis simpl'r pluribus eget, lapis aũt & si infinita haberet non ascenderet ad finem tãtum. Ad aliud dicendum, animam esse Dei similitudinem: quãtum ad gradum perfectionis, non tñ quantum ad modum operandi. Ad aliud cõcedo respectu eiusdem finis, anima autem multos habet fines, & ideo eget pluribus organis.

COMMENTARIVM.

CONCLVDIT nũc illam cõem definitionem, quæ cõpetit omnibus animabus, & hoc tam ẽm Them. q̃ secundum Simpl. q̃ ẽm omnes, & inquit. Si aũt aliquod cõmune in omni anima oportet dicere: erit vtiq; primus actus corporis, phici, organici. Quo vero ad verba attinet, p̃ cõe intelligit definitionem cõem in omni aĩa. Et dicit Simpl. ꝙ oportet esse omni aiæ tale commune: sed dicit Si oportet dicere, quoniam illud cõe non vniuocum: sed analogum est: quasi prima fronte non videatur vnum, propter animam intellectiuam, quæ videtur actus primus corporis æquiuoce: vt Simpl. ostendit. Tacuit autem illam particulam viuentis potentia, quia loco eius ponitur organici.

Sed dices nunquid hæc definitio cõpetat cœlestibus animabus, videtur ꝙ non, quia nõ sunt actus organici corporis, propterea per cõe non communissimam, intelligit rationem, quæ omnibus aĩabus cœlestibus & sublunaribus competit, sed definitionem cõem animabus corporũ mortalium. Ex hac definitione, & potissimum ex eo quia aĩa est actus corporis, soluit q̃nem veterum, q̃ erat de causa vnitatis cõpositi animati: vt Simpl. exponit. Cum.n.veteres existimarent aĩam esse motorem corporis, motor vero mediante aliquo medio moueat, videbatur prima fronte sequi, cõpositum aĩatum esse vnum per medium, quo ipsa aĩa mouet corpus. Aris. vero aĩam esse actũ existimat, quare nulla alia causa animatum est vnũ, nisi aĩa, quæ est actus eius. Nam sicut Simpl. inquit, vt figuratum album albedine est album, & vnum albũ, & nulla alia causa, sic animatum est ens & vnum aĩa, quæ est vere ens, & vere vna, veluti albedo vere albedo, & vna albedo. Inquit, vnde quia sup. anima est actus corporis, & non oportet quærere, si vnum est anima & corpus.s.in composito ipso, sicut non oportet quærere cęram & figurã, & omnino vniuscuiusq; mãm & id, cuius est materia. Vnum.n.& esse, cum sit multiplex, qđ proprie & principaliter est, actus est, ergo compositum est vnũ, & animatum vnũ sua anima, ęqua est esse. Et hoc pro tanto q̃a est actus corporis animati. Animaduerte ꝙ animam & corpus esse vnũ, quis potest trifariam intelligere, aut identitate, aut vnione, aut vnitate. Idẽtitate: sicut si diceret (vt veteres dicebãt) aĩam & corpus esse vnum.i.idem. dicebant.n.animam esse corpus vt Democr. Leucippus, Pythagorici, Emped. Anaxagoras, Diogenes, & Critias, vnione vero: ꝙ inter se non in tertio vnum faciant: hoc pacto partes populi sunt vnum: non quidem in tertio. Nõ.n.populus est quid tertium, sed inter se, partes illæ vnum sunt.s.congregatione, & fortasse ordine. Vnitate vero ea vnum sunt ratione tertij, & hoc modo cõpositum est vnum, & partes in composito sunt vnum vnitate tertij, est enim compositum aliud à partibus, cuius esse est vnum alia vnitate ab vnione partium inter se. Tunc hic locus potest tripliciter exponi. Vno modo ꝙ Arist. velit animam & corpus non esse vnum.i.idem, vt veteres dicebãt, quia eo ipso ꝙ anima est actus: & corpus potentia, patet corpus & aĩam non esse idem, & hoc pacto exponit Alb. & nos in collectaneis, & tunc iuxta hanc expositionem lege sic, vnde.s.quia anima est actus corporis, & corpus potentia, non oportet quærere, si vnum.i.idem est anima, & corpus. Sicut nõ oportet quærere cęram, & figuram, neq; omnino vniuscuiusq; materiam, & id, cuius est materia, an sint idem, Ex definitione.n.patet hæc non esse idem, nam cum vnũ & esse multipliciter sit.s.actus, & potentia, quod proprie est, actus est, potentia vero non principaliter est, & sic anima non est corpus, sicut actus nõ est id, cuius est actus. Hoc modo exponit Alber. & nos in collectaneis.

Quæ expositio licet sit vtilis, quia per hanc reprobetur antiquorum positio: quæ dicebat animam esse corpus, tamen difficilis est, & impropria. Arist. enim raro, aut nunquàm per vnum intelligit idem. Præterea: Causa quam assignat Aristo. quare non oportet quærere cur ex anima & corpore non fiat vnum, non facile ad hunc sensum accommodari potest. Secundo modo ergo intelligi potest: ꝙ non est quærenda causa, quare anima & corpus faciant vnum inter se.s.vnum vnione, quia ex definitione apparet animam esse actum, corpus autem potẽtiam. Modo ratio quare aliqua vniuntur inter se, est quia alterum est actus: alterum potentia. Iuxta hãc expositionem lege verba, vnde.s.q̃a anima est actus, & corpus potentia, vt ex definitione accipitur, non oportet quærere, si vnum sunt aĩa & corpus.i.si vniantur aĩa & corpus, sicut non oportet quærere cęram, & figurã, neq; oĩno vniuscuiusq; materiam, & id cuius est mã, cur vniuntur inuicem vera vnione. Quod non oportet quærere cãm aliam præter eã, quæ ex definitione

Margin notes: Solutio 2. Cõm 7. Cõm.4.

colligitur,probat,& inquit,vnum.n.& esse, cũ multipliciter sit,quod proprie est,actus est,quæ expositio est bona, sed ratio,q̃ Arist.affert,non põt accõmodari verbis, Arist. .n.asserit,ideo illa vniri,quia actus est principaliter ens,& vnum,ergo velle videtur,ꝙ causa vnionis sit,qa anima est actus,vbi nihil de potentia,& corpore dicit. Verius ergo Simpl.asserit nõ esse q̃rendum,quare cõpositum ex aĩa, & corpore sit vnũ,hoc est faciant vnum in tertio, quia licet cã pateat ex textu.s.quia aĩa est actus, corpus est potẽtia, & sic vtraq; pars causa est vnitatis cõpositi , non tñ æqualiter,forma.n.principalis causa est vnitatis tertij, quia ipsa est ens,& vnũ principaliter,& verius q̃ materia, inquit. Vnde hoc est,quia anima est actus,& corpus potentia, nõ oportet quærere,si vnum sint aĩa & corpus in tertio, sicut neq; oportet quærere ceram,& figurã, neq; oĩno vniuscu iusq; materiam , & id cuius est materia, cur.s.vnũ tertium constituant:q.d.ꝙ nulla est quærenda causa,quare compositum est vnum & ens, nisi ea, quæ apparet ex definitione .s.quia anima actus est,nam cum vnum,& ens sit multipliciter id quod proprie est ens, & vnita quasi per essentiam forma est,ergo causa vnitatis cõpositi est , quia anima est actus.Ex quibus patet Arist.loqui de vnitate cõpositi animati,& non de vnione partium,nam ad vnionem inter se, materia & forma concurrunt ex equo.Ad vnitatem tertij, non ex equo concurrunt,quoniam forma est principalior causa,& aĩa q̃ corpus,quia ipsa est entitas & vnitas per essentiam: participatione cuius & materia & compositũ est ens,& vnum. Simpl. assignat aliam causam, quare non oportet hic quærere cãm vnitatis compositi, dicit.n.quia diligentius in metaphysicis est explicatum.Verũ Aris.non dicit simpliciter ꝙ non oportet quærere si vnum sint aĩa , & corpus,qa primo huius quæsiuit hoc,& dixit esse quærendum, sed ꝙ non oportet quærere aliam causam ab ea, quæ habetur per hanc definitionem,q.d.ꝙ non oportet q̃rere aliam causam præter definitionem animæ , ex definitione.n.animæ patet ꝙ anima sit actus, & sic patet ꝙ ipsa sit principalis causa entitatis & vnitatis, vt Simpl. exponit. Quo vero ad verba attinet, dicit Arist. { Vnum.n.& esse cum multipliciter sit,quod proprie est actus est.} Per multiplex diuus Expositor itelligit,quia dicitur de actu, & potentia,& tunc intellige,vnum.n.& esse,cum multipliciter sit,quia aliud actus,aliud potẽtia: quod horum duorum est proprie,& entitas & vnitas actus est,ergo cõpositum est vnum non propter potentiam: sed participatione actus,& sic animatum similiter est vnũ participatione animæ.Them.vero exponit esse, & vnum multipliciter dici, quia dicitur de decem prædicamẽtis,vnde inquit. Q. qa decem sunt rerum initia:decem sunt appellationes vnius. ergo secundum Them.per ens & vnum esse multipliciter dictũ intelligit quatenus dicũtur de decem prædicamẽtis. Ego non audeo refellere tantum virum , sed fateor ingenue me non intelligere,quæ dicit,nã si Aris. intelligit esse & vnum multipliciter dici multitudine prædicamentorũ, nõ haberet propter hoc vt compositum sit vnum participatione actus,nec haberet propter hoc vt actus esset principaliter vnitas,& entitas . Auer.velle videtur vnũ & ens esse multipliciter dicta,quia dicuntur de actu,siue forma : de potentia siue materia,& de composito, quorũ id quod est per essentiam entitas,& vnitas est forma,& sic bene dicitur cõpositum esse vnũ participatione formæ, & animatum vnum participatione animæ. Simpl. (vt mihi videt̃) diligentius multifariam vnum & esse dici asserit , quia dicitur vel per se,vel per aliud,vel imperfectum & potestas, vt materiale:vel perfectum,& actus, horum multipliciter dictorũ,quod proprie est,actus est,quia participatione huius cõpositum est ens & vnum, vnde patet animatum esse ens & vnum participatione animæ,quę est actus corporis vt à definitione accipitur. Hactenus de textu.

Simpl.

Lib 7. tex.c. 8. Lib 8. tex.c.8. & 16.

Verborum consideratio.

In collectaneis pulchras mouimus qões, quarũ quædã sunt dignæ recognitione, quædam vero dilucidatione. Ideo q̃rimus primo vtrum pręter vnitatem formę,possit assignari aliqua alia causa,qua cõpositum sit vnũ.Videtur quod sic, qa vna passio est cã alterius, vt prior semper est causa posterioris. Sed vnum nõ est prima entis passio.ergo passio prior esse potest causa,quare cõpositum sit vnũ. Præterea.Quot possunt esse causæ formæ,tot po ssunt esse causæ vnitatis cõpositi,sed tres sunt causæ form æ.s.materia,agens,& finis.ergo tres possunt esse causę vn itatis cõpositi. Præterea.Aris.circa finem libri metaph.8. cãm vnitatis materiæ cum forma assignat ex parte materiæ, & ex parte formæ.d.n.ratio quare ex materia & forma fiat vnũ est,quia materia est potẽtia,& forma actus. Pro solutione,& dilucidatione,debes primo scire,ꝙ(vt dice bamus in textu)Aris.non loquitur de causa,qua materia & forma faciant vnum,quia sic cã est materia & forma , materia quidem,quia potẽtia,forma vero,quia actus. sed lo quitur de causa,qua compositum est vnum.Talem.n.causam præter formam asserit non esse quærendam. Secundo debes scire ꝙ causa alicuius,potest intelligi dupliciter, aut per se, aut per accñs,& per se,aut extrinseca,aut intrinseca.Tunc dico ꝙ causa quare ipsum compositum est vnũ,est illa qua compositum est,quia.4.meta. eadẽ est ratio entis & vnius entis,vt hominis,& vnius hominis. Dico secundo,ꝙ causa quare cõpositum est ens,est multiplex.s.extrinseca duplex agens & finis,vt bene Egidius inquit. Intrinseca ẽt duplex materia & forma,verum, vt Simpl. inquit , Forma est intrinseca causa per se,participatione.n.formæ,quę est ipsa entitas,cõpositum est ens,& vnum . Materia vero intrinseca causa compositi est per accidens,quatenus defert formam,non.n.forma posset esse causa entitatis compositi,nisi materia ipsam deferret. Ex quo sequitur materiam esse causam essendi,& essẽdi vnum ipsi composito per accidens,& tanq̃ causam sine qua,non quia forma sine materia non posset esse causa. Sed contra hæc occurrit magna quæstio,quia vnum & quælibet passio entis,est notissima de ente,& de quolibet contento sub ente, ergo compositum non habet causam,qua sit vnum, alioqui nõ esset per se notum de quolibet ente. Assumptum probatur, quia q̃libet passio entis dicit conceptum simpliciter simplicem & sic vel totaliter de quolibet ente ignoratum,vel totaliter scitum,& cum de nullo ente possit ignorari, ergo cõpositum nõ habet causam,qua sit vnum,quia sic per illam posset demonstrari. Quidam dixerunt ens habere proprias passiones,vt sunt,res,vnum,bonum,verum,& aliq̃d, dixerũt etiam alteram per alteram demõstrari posse, quoniam inter eas est ordo, & sic semper secunda potest demonstrari per primam. Quãq̃ in dilucidario hãc opinionem reprobauerim,& quidẽ acutissime, nunc etiã supponendo ens habere passiones(quod nõ credo,)dicerem alteram per alterã non posse demonstrari,qa si demr̃aretur, demr̃aretur quidem,aut tanq̃ quid ignotum de eo de quo demr̃atur,aut tanq̃ notum , non tanq̃ quid ignotum quia ens,& passiones entis de quolibet sunt ꝑ se notę,vt Auic. inquit.Non tanq̃ quid notũ,quia frustra esset demr̃o. Dicamus igitur ꝙ Aris.cum ait,formam esse cãm vnitatis nõ vult dicere formam esse cãm,quare vnum inest enti : quoniam nulla est cã:quare ens sit vnum,nisi quia ens,sed vult dicere formã esse causam vnitatis , quo est causa entitatis cõpositi,quia sicut compositum videtur esse ens participatione formæ,sic est vnum participatione formæ. Siquis autem vellet: posset metaphysice defendere,eius quod est cõpositum esse vnum,esse causam, per quã potest hoc demõstrari quia licet vnũ sit passio per se nota de omni contento sub ente,quo ad quia est,non est per se nota quo ad propter quid est.Verum cã illa per quã demr̃aretur, est habere vnam formã,sicut licet pateat sensibus parietem esse albũ,propter quid sit album potest quæri,& ita potest sciri eum esse album quia habet albedinem . Ex his sequitur ꝙ siue vnum de ente composito possit demr̃ari, siue non, vna est causa entis,& vnius.s.forma,& sic nulla cã queren da est præter formam.s.intrinsecam,& per se,vt Simpl.inquit.Ex his patet solutio ad dubium,& ad rationes factas in principio. Secundo principaliter dubitatur,vtrum quia compositum est ens propter formã,& vnum propter formam:forma sit ens,& vnum.Videtur ꝙ non,quia sicut albedo non est alba,propterea quia album est albũ propter albedinẽ,ita forma nec ens nec vna esse debet,est.n.id ꝓpter quod cõpositum est vnum. Quod.n.est per essentiam tale:

Qões prima quæstio.

Tex.c.penul.

Solutio.

Qõ pulchra.

2. Dubitatio.

tale: nunq̃ est tale denominatiue, cum igitur forma sit entitas, vt Simpl. dicit, & vnitas per essentia, non ergo videtur vna & ens. Et dicendum, q̃ hec regula secus est in transcendentibus, secus in prædicamẽtalibus, in trãscendentibus.n. idẽ prędicatur de formali, & de denoĩatiuo, dicimus .n. q̃ entitas est ens, & vnitas est vna, in pdicamẽtalibus vero nõ sic dicimus, non.n. dicimus albedinem esse albã, sed parietem esse albũ participatione albedinis, Et huius differentiæ causa est, quia illud est transcendens, ac illimitatum, hoc prędicamentale ac limitatum, & sic concedimus q̃ forma sit ens & vna, licet compositum sit ens, & vnum participatione formæ. Tertio principalr̃ quæritur vtrum anima sit actus corporis organici, qa est perfectior lapide, vel quia est imperfectior anima cœlesti. Diuus Thomas, vt visum est, dixit animam esse actum corporis organici, quia est forma perfecta, contra quam opinionem diximus, eam simpliciter intellectam esse dubiam, quia tunc anima cœli esset actus corporis organici.

Solutio.

3. Dubitatio.

In collectaneis quædam diximus, quæ aut dilucidatione aut recognitione egẽt, propterea debes scire, q̃ formæ aut ordinãtur ad eundem finẽ, aut ad diuersos fines. Tunc de mente Aris. lib. de cœlo. 2. sit prima regula pro veritate, q̃ quãdo formæ sunt ordinatæ ad diuersos fines, nobilior semper erit, quæ ordinatur ad nobiliorẽ finem, q̃ patebit in hoc secundo, quia oportet cætera moderari ẽm exigentiam finis. Secunda q̃ formarum ad eundem finem ordinatarum semper nobilior est, quæ eum attingit paucioribus aut instrumentis aut operationibus, vt exemplo corporum sanorum patet. Ex his sequitur dilucidatio quæsiti. s. q̃ aĩa non est actus corporis organici, quia pfectior cęteris formis, vt dicit Expositor, Vel quia perfectior forma lapidis, aut forma elementi, quia tunc anima coeli esset organici corporis actus, nec est actus corporis organici, quia est forma imperfectior, quia tũc forma elementi esset actus corporis organici, sed quia finem, ad quẽ ordinata est: atq; instituta, qualis est beatitudo, vel eius operatio, attingere non potest, nisi pluribus instrumẽtis. Nec huius põt dari alia causa, nisi, quia aĩa est sic à natura instituta, vt Plotinus inquit in libro de essentia aĩæ. Et Proclus libro suo de causis. Hactenus de collectaneis.

Tex. cõm. 112.

ARGYR.

Vniuersaliter igitur diximus, quidnam anima sit. Est enim ea substantia quæ est vt ratio, hæc autem est quidditas corporis talis. & perinde sane, atq; si quod instrumentorum artis naturale corpus esset, ceu securis. eius nãq; substantia, ipsius esset, vt patet, securis ratio, idq; esset anima, qua separata nõ esset vlterius, vt patet, securis, nisi nomine tantũ. at nunc est securis. non. n. talis corporis substãtia, ratioq; est ipsa anima, sed naturalis, vt diximus, talis, quod in se motus statusue principium insitum habet.

Tex. cõm. 8.

Vniuersaliter quidem igitur dictum est, quid sit anima. est enim substantia, quæ est secundum rationem. Hoc autem est quod quid erat esse tali corpori, sicut si aliquod organorum physicum esset corpus, vt dolobra, erit enim vtique dolobræ esse substantia ipsius & anima, hoc. Diuisa enim hac, non vtique erit amplius dolobra, nisi æquiuoce, nunc autem est dolobra. Non igitur talis corporis quod quid erat esse, & ratio anima est, sed physici huiusmodi habentis principium motus, & status in seipso.

Dolobra Bipennis Securis Sed aut nisi igitur. γὰρ

COLLEC.

Tex. cõm. 8.

Sicut Simpl. inquit. Hæc est vltima cõclusio eorũ quæ dudum dicta sunt in secundo volumine, Inquit igitur. Vr dictum est quidẽ, quid sit anima, & apponit id. d. est. n. substantia quæ secundum rõnem, hoc aũt erat quod quid erat esse hmõi corporis. i. organici. Debes scire, q̃ anima dicitur substantia ẽm formam & substantia secundum rõnem, & quod quid erat esse corporis physici organici, est. n. forma prout essendi cã quodãmodo corporis est. Ratio vero prout ea corpus specificatur, & ĩ specie ponitur, & per idẽ quod quid erat esse. s. prout ab ea sumitur diffinitio. Verũ, vt Simpl. testatur, plus congruit, animam esse rationẽ corporis &c. q̃ substantiam ẽm formam propter reflexionem ex impartibili successu. Sicut si aliquod. § vt Simpl. videt exponere hypothetice arguit in hunc modum, animã esse quod quid est corporis phici. Si dolobra est corpus phicum organicum, ratio & esse dolobræ. s. acies, vt Them. inquit, erit eius quod q. d erat esse, & eius ratio, & anima. Sed dolobra non est corpus phicum organicũ, ergo anima nõ est eius ratio, & quod quid erat esse, & sic relinquitur q̃ sit esse, & quod quid est corporis naturalis. Inquit ergo Aris. sicut, si vt dolobra, erit aliquod corpus physicum organorum. i. organicũ erit, & hæc anima quidẽ erit substantia ipsius dolobræ, & esse eius, & hoc qa diuisa hac non amplius vtiq; dolobra erit. Nunc aũt. § Accepit oppositum antecedentis § nunc aũt est dolobra §. i. nunc dolobra est corpus artificiale, & non physicum, & apponit conclusionem .d. non ergo huius corporis quod quid erat esse: & rõ anima, sed phici. s. habentis in seipso principium in seipso status & motus & hmõi. s. habentis vitam potẽtia, vt Them. exponit. est ergo syllogismus, si securis est corpus naturale hmõi vitam habens in potẽtia, figura eius esset eius anima, & rõ, & quod quid erat esse corporis physici &c. Sed securis non est corpus physicum, ergo sua forma non erit ratio &c. Erat autem sua forma anima, quare &c. Nec debet homo ambigere cum Aris. arguat ab opposito antecędentis, quoniam inde sunt conuertibiles, vt patet.

CVM prædixit quod anima. Proponit Auer. intentionem literæ, & inquit. Cum prædixit q̃ anima est substantia: deinde declarauit q̃ est forma & perfectio. incepit inducere modum per quẽ potest accidere certitudo, q̃ formæ naturales sunt substantiæ. vult igitur Auer. q̃ hic vult quasi probare id, quod Arist. supposuit. s. animam esse substantiam, propterea quia vniuersaliter omnis forma naturalis est substantia, & sic patet differentia expositionũ græcorum ab hac Auer. & addit Auer. & hoc est necessariũ in hoc loco, & hoc propter hęc, quia apud antiquos fuit q̃situm, quidam. n. animam quantitatem, quidam qualitatem, quidam relationem dixerunt. ergo & necessariũ est aliqua persuasione id remouere adhuc, quoniam perfecta diffinitio debet remouere omnem ambiguitatem, & dubium est an anima sit substantia, quare &c. Declaratum est. § Nũc exequitur, & primo exponit partẽ tex. 2. ibi § Et hoc quod dixit. § Digreditur. & tertio reddit ac cõplendum literam. Repetit ergo diffinitionẽ, vt præponat cõclusionem probandam, anima. s. est substantia. & sermo patet. Deinde. d. exemplum. § Aris. probat animam esse substantiam, exemplo apud Auerroim, & ratio est, quoniam propositio triplex est, vt dicit primo cœli simpliciter nota, simpliciter ignota, & medio modo nota vult Auer. ibidem, & 2. physi. & primo Prio. q̃ propositiones medio mõ notæ quodammodo non syllogismo nec demonstratione, sed exemplo, loco à cõtrario, inductione syllogismo hypothetico probantur: & ideo in huiusmodi cõmento, hypothetico syllogismo, vel exemplo probat, vel loco à cõtrario, vt Simpl. ait, reddit rõnem Auer. quare exẽplum ponit in artificialibus, & inquit. Deinde dixit exẽplum in corporibus artificialibus, & ratio est: vt accipit differentia in hoc inter corpora naturalia & artificialia, essentiæ. n. rerũ artificialium sunt accidens, naturalium sub̃æ. & per hoc soluit dubium antiquorum. d. & ideo æstimauerunt quidam antiquorũ, q̃ ita est de essentia corporũ naturalium. Vt ergo amoueat horum opinionem, vult probare q̃ anima est actus sicut substantia. Tunc proponit cõclusionem. d. & formæ & essentiæ corporum neturalium sunt substantię, & hanc probat, & accipit propositionem hypotheticã. d. § Quoniam quemadmodum si aliquod instrumentum esset corpus naturale vt securis §. i. si imaginati fuerimus ipsum eẽ ens naturale, tunc acumen eius erit substantia eius. ista, est hypothetica: & reddit rationem, & potest cõponi ẽm ipsum sic, id per cuius ablationẽ aufertur hæc substantia adeo q̃ variet nomen & diffinitionem est substantia, sed vbi securis esset corpus naturale, per ablationem acuminis aufertur nomen: & diffinitio. ergo acumẽ est substãtia in casu. Materia aũt. § Litera quam Auer. exponit, est: materia aũt erit abiectio, post securis, & intẽdit accipere oppositũ añãtis, & .d. materia aũt quia securis est corpus artificiale licet acu-

Cõm 8.

Cõm. 2. Cõm. 3. & 6.

men sit ablatum ab eo, post dicet securis per suã figuram. figura.n.quæ propria est ei eadem est cũ acuitate, & fine, vt patet sensu.Ex hoc patet vis rõnis.s.qualiter formę nãles sunt substantiæ sine dubio. Et hoc quod dixit.§Hic di greditur,& probat ꝙ ratio Ari,nulla est,arguit,n.sic,id est substãtia,quo ablato aufertur nomen,sed ablata forma na turali perditur nomen &c. & non ablata forma artis. Dicebat etiam Ari. ꝙ si aufertur forma,remanet mã artis,& tota essentia rei,& hæc est minor. Huic obijcit Auer. & primo arguit.secunda ibi§Aut dicamus.§Rñdet ad modũ, & supponit vnum quod adducet in probatione syllogismi fiendi.s.ꝙ aliquod indiuiduũ substantiæ est congregatum ex mã,& forma securis,& vr̃ arguere i tertia figura sic, securis est congregatũ ex materia,& forma securis, securis est aliquod indiuiduũ substãtiæ,ergo aliquod indiuiduum substantiæ est congregatum ex materia & forma securis, inquit. Et hoc quod dixit.s.minor, manifestabitur ex hoc quod dicam. accepit maiorem dum,d.manifestum est.n.ꝑ se,ꝙ hoc nomẽ securis,siue fuerit naturale: siue artificiale,dicitur de illo congregato ex illo quod est quasi forma in eo.s.acie,& ex eo,quod est quasi materia,vult igitur habere hãc propositionem, securis est cõgregatum ex acie, quasi forma,& ferro quasi materia. Tũc accipit minorem .d.& etiam est manifestum per se,ꝙ securis dicitur de aliquo indiuiduorum substantiæ. Ecce minorem, securis est indiuiduum substantiæ,tunc ponit conclusionẽ.d.& sic necesse est,vt hoc nomen,quod dicitur de eo,ſm ꝙ dr̃ indiuiduum substãtiæ,sit dictum de eo ſm materiam,& formam insitam.est ergo cõclusio, ergo aliquod indiuiduum subæ est congregatum ex acie quasi forma & ferro quasi materia. Vnde necesse.§Nunc cõponit dubiũ, & primo arguit ,d.vnde necesse est, vt vtrunq; sit substãtia.i.vt acies, & ferrum,partes.n.substantiæ,sunt subæ,sed sup. hmõi sunt partes subæ,quia declaratũ est nũc in tertia figura,esse indiuiduum subæ id congregatum,quare &c. Et tunc procedit & sic necesse est. cum fuerit forma ablata,vt id nomẽ ablatum sit.s.nomen, quod demr̃at ipsum, ſm ꝙ est indiuiduũ subæ,componatur ergo qõ sic,forma oĩs, cuius ablatione perditur nomen & diffinitio, est substantia, & econtra,vt dictũ est. arguo ergo cõtra Aris.sic. omnis forma subalis est id,cuius ablatione perditur nomen,& rõ,forma aũt securis,forma est subalis,ergo &c.Minor probat,est.n.pars subæ compositæ,ergo suba,adhuc antecedẽs probat, quia est indiuidui subæ pars,vt patet. Aut dicamus§Soluit.q. & debes scire ꝙ vis.q.põt componi in tribus figuris. Vnõ mõ in tertia hoc modo,securis est cõgregatum ex substantia: & forma securis.Securis est indiuiduũ substãtiæ,conclusio indiuiduum substãtiæ est congregatum ex ferro & acie,& per antecedẽs acies,& ferrum sunt partes substantiæ,& ꝯñter substantiæ.Secũdo mõ potest argui sic in prima,securis est congregatũ ex acie,& ferro,indiuiduũ substantiæ est securis,ergo indiuiduum subæ est cõgregatum ex acie,& ferro. Et tũc vt prius,ergo acies & ferrum sunt partes substantiæ,& ꝯñter substantiæ.Tertio põt argui in secũda figura,congregatũ ex acie,& ferro est securis. Indiuiduum substãtiæ est securis, ergo indiuiduum substantiæ est congregatum &c. & sic vt prius sequitur. illa esse partes substantiæ, & licet ego formaui.q.in tertia, vt patuit,Auer.rñdet ad qõnem,ac si esset in prima figura inqt. Aut dicamus ꝙ hoc nomẽ.s.securis,non dicitur de eo nisi ſm materiam tãtum.v.g.ſm ꝙ est corpus ferreum,vult dicere ꝙ illa minor in prima figura,indiuiduũ substantiæ est securis est multiplex, potest.n.verificari de materia securis,ꝙ sit sensus, indiuiduum substãtiæ est securis.i.materia securis: & hoc est forte vera pro ferro, alio modo potest accipi pro vtroq;, & sic minor falsa est,& inquit. Et tunc vult dicere,& si est vera primo modo,tũc forma erit in eo ,i.indiuiduo substantiæ ſm accidens.i.nõ erit substãtia, & tunc necesse erit,si forma fuerit ablata,vt hoc nomen, qđ dicitur de ea ſm ꝙ dicitur indiuiduũ substantię remaneat, est ergo solutio manifesta per se. Si vero qõ componitur in tertia figura adhuc hæc minor.s.securis est indiuiduum subæ,debet distingui: & in vno sensu erit vera,& in altero falsa. Adhuc si in secunda,peccatum erit idem cum hoc quod est ex duabus affirmatiuis. Sed,quia formæ.§ Cum dedit sol.verificat dictum Arist.secunda,ibi §Formæ igr̃.§ Recolligit drĩam inter formas nãles, & artificiales, inqt. Sed quia formæ rerum nãlium: cum fuerint ablatæ, auferentur materiæ: nullum ens remanet nisi æquiuoce, necesse est cum posuerimus securim esse corpus nãle: & ablata fuerit acuitas:quę est in ea quasi forma:vt auferatur mã,& non remaneat ens: cũ igitur forma fuerit ablata ſm hanc intentionem.i.posito securi ente naturali,statim aufertur hoc nomen securis:quod demonstrat ipsum ſm ꝙ est indiuiduum substantiæ,qm̃ per ablationem formę aufertur materia,& cũ materia & forma aufertur nihil remanet de eis: quæ demonstrantur per hoc nomen,ſm ꝙ demonstrat aliquod indiuiduorum substantiæ: nisi sit aliquod indiuiduũ, & tunc dicitur securis æquiuoce.Ecce quomõ verificatur exẽplum Aris.posito.n.securi ente naturali,acies & ferrũ erunt partes substãtiæ:hæc quidem sicut forma subalis,illa quoq; sicut mã. Ablata igitur forma,aufertur mã in entibus naturalibus:qm̃ materia non est nisi ob formã, ergo ablata forma aufertur vtrunq;,ergo nihil remanet: igitur æquiuoce dicetur,sicut homo mortuus dicitur hõ,& sic patet exẽplum Arist.in litera:& sol. ad argumentũ cõtra ipsum. Formæ igitur naturales.§ Cum absoluit.q.& verificauit exẽplum Aris. corollarie conducit drĩam inter formas naturales & artificiales:& intẽdit ꝙ formæ naturales sunt substantiæ eorum,quorum sunt,artificiales vero accidentia extrinseca. proponit ergo primũ membrum, & inquit. Formæ igitur naturales substantiæ sunt.& reddit duplicem rõnem,& exemplũ: ponit: inquit. Quia cum ablatæ fuerint,aufertur nomen quod demonstrat ens ſm ꝙ est indiuiduum substantiæ, secunda causa & similiter diffinitio,quæ est ſm idem nomen: quia auferuntur genus & differentia: quorum vnum demonstrat mãm: & aliud formã: Hoc idem exẽplo ostendit.d.v.g. ꝙ cum sensus aufertur à carne nõ remanet caro nisi æquiuoce: sicut caro mortui: & sic patet prima pars drĩe. Ponit secundam.d.forma aũt artificialis non sup.est substantia: sed accñs: & reddit cãs oppositas.d.quia cum aufertur: non aufertur mã: sed remanet diffinitio & nomen:& hoc exemplo ostendit. d. quoniam cum aufertur figura securis, remanet idem ferrum, sicut ante nomine & diffinitione. Et necesse.§ Dicebant quidam ꝙ cum remouetur figura securis,amplius non remanet securis,qm̃ remouetur operatio eius:ergo nomen, ergo remanet securis ęquiuoce,hoc absoluit Auer.dicens & necesse est & recte, vt remaneat nomen eius.s.securis, quod demr̃at hoc instrm̃.s.ꝙ est indiuiduũ substantię,licet acuitas auferatur,& dat cãm.d.& hæc fuit,quia nomen dr̃ in rebus naturalibus primo de forma, & secundo de congregato: in rebus aũt artificialibus ecõtrario, quia primo de mã,& secundo de congregato.Concludit ergo.d.In rebus igitur artificialibus demr̃at indiuiduũ subæ ſm suam primã significationem,quia significat mãm,in rebus indiuiduis substantiæ naturalibus, demr̃at ipsum ſm suam secundam significationem,qm̃ significat formã,& reddit rationem.d.hoc.n.indiuiduum non est hoc, nisi per formam ,i.ens in actu,non per suam materiam,materia.n.nullũ habet esse in actu in rebus naturalibus,ſm ꝙ est materia, & esse non est in actu nisi formę,& hoc ostendit in simplicibus corporibus.s.elemẽtis.d.& hoc valde manifestatur in formis rerum simplicium.i.elementorum, quoniam cum forma fuerit ablata,nihil remanet, in rebus artificialibus econtra est,nihil est hoc.i.in actu nisi per suam materiam, non per suam formam. Tunc colligit vtilitatem digressionis.d.& sic declarabitur tibi differentia inter naturalia & artificialia,& hæc est prima vtilitas. Secũdam ponit.d. & intelliges hoc.i.tertiũ quod dixit Ari. & ponit tertiã.d. & aufertur dubitatio, quæ inducit credere, quod naturales formæ sunt accidentia, vt crediderunt antiqui, ergo tribus vtilitatibus bonum fuit digredi. Reliquum commenti manifestum est per se.

Dubitatio prima.

In expositione hac sunt multę ambiguitates,& in commẽto,& in tex. In com̃.prima erit ꝙ Auer. falsum videtur dicere.s.ꝙ hoc nomen homo,& quodlibet nomen rei nãlis primo significat formam: & secundario compositum.

Hoc

Hoc inquã falsum est, quoniam id primo debet significare, de quo prædicatur vera prædicatione, sed de composito prædicatur, & non de aĩa, inquit.n.Auer.7.meta. forma recti non est rectus, sicut animal nõ est aĩa. Secundo arguo, modus significandi sumitur à modo intelligẽdi, ergo id primo significat quod primo intelligitur, sed cõpositum prius intelligitur forma, cõposita.n.sunt prius & magis nobis nota vt Auer.dicit in primo phy. & Aris. Eodem mõ potest probari ꝙ securis non significat primo ferrum, vt patet p̃ hmõi duas rationes. Secũda difficultas est, quia vr̃ quando securis amittit formã, ꝙ perdat & nomen, & diffinitionem, quoniam diffinitio rei sumit & innotescit ab opere, sed securis perdit opus, ergo & nomen & diffinitionẽ, & hmõi rõne probat Auer.7. met. ꝙ manus mortua est æquiuoca. Adhuc ablata figura à ferro, vel ferrũ erit securis, vel non, si non, ergo non remanet nomen, & per ꝯñs nec diffinitio, si sic, ergo vnũ numero esset infinita, esset.n.ferrum, securis: gladius, & oĩa illa quæ possunt fieri ex eo. Tertia difficultas in quo differt nomen denominatiuum à nomine artificiali, videlicet, securis ab albo certum est, ꝙ in nullo: sed album apud Auer.5.met. primo significat formã: ergo & securis. Arguit.n.ibi Auer.sic: & si albũ primo significaret corpus, tunc idem esset dicere, sortes est albus, & corpus album & corpus albũ. Et sic in infinitum hoc argm̃ potest & de noĩe artis retorqueri vt patet. Hæ sunt difficultates circa determinationẽ commẽti. Posset & adhuc quæri an vna sit forma sub̃alis in vno composito, vt Auer.dicere videtur, sed non est ad præsens opus sed alibi tetigi. In textu sunt aliæ adhuc. primo Simpl̃.& Thomæ in tract.de vnitate intellectus: cũ Arist.aĩæ diffinitionem vl̃em cõclusit amouit q̃onem antiquorũ, & inquit. Quod nõ oportet quærere cãm, quare ex aĩa & corpore fiat vnum quia illamet cã, quæ est essendi composito, est ẽt vnitatis, Ex hoc arguit ꝙ aĩa intellectiua est forma substantialis corporis, quoniam neq; oportet quærere cãm, nec tunc dicere potes, hoc nõ contineri intellectiuam aĩam, quoniam proposuit vl̃em dicere diffinitionem. Adhuc inquit. Vl̃r dictum est quid sit aĩa. Adhuc & post dubitabat an aĩa intellectiua sit forma corporis, sicut dictum est, an sicut nauta in naui, & ait ꝙ ex huiusmodi ratione nõ est hoc manifestum: vt videbitur post, vide cõm.21. Et hec quidem q̃õ est multum difficilis. Secunda q̃õ est, quoniam inquit Arist.anima est actus corporis viuentis in potentia: quõ capitur potentia ibi, omne.n.in potentia distat ab actu, vt Arist.inquit in.9.metaph. & Auer. Tertia quod propter quid Arist.probans aĩam esse sub̃am per exẽplum in artificialibus, exẽplum posuit de organicis, & non de alijs artificialibus, videt̃.n.ꝙ melius de alijs, quia magis participant rõnem actus primi, & propter q̃d non in aggregato & ex substantia, & accidente, vt in albo exemplum posuit. Quarta.q.est circa verbum Themistij. Inquit.n.atq; hoc est congregatum idem, & integrum ex ambobus constitutum, quod nihil aliud q̃ animal est, nempe forma tametsi in materia producitur, nõ tamen ipsi materia forma est, sed eius quod ex duabus facultatibus conditum est, omne.n.tale simul atq; formatum est, hoc aliqd fit. Ad primam debes scire ꝙ nomen artis & naturæ conueniunt in modo significãdi, quoniam quodlibet illorum significat totum per modum totius, differũt in significato, quoniam nomen artis est primo significans mãm primitate principalitatis, & secundario formam, propterea quia est accidens, econtra est in nomine naturali. nomen vero denominatiuum est, primo significãs formam: quoniam non est sumptũ à totalitate, nec conuenit cum eis, cum sit concretum ad subiectum & ad suppositum, sed nomen artis & naturę est abstractum ad subiectum, & concretum ad suppositũ: ideo dr̃ia est. Tunc respondetur ad primam, nego assumptum, stat.n.nomẽ primo significare aliquid principale, & de eo non primo prædicari in terminis concretis, vt patet. Ad secundum concedo quo ad nos, non aũt primitate principalitatis, & naturę. Ad secundam dicendum, ꝙ securis potest dupliciter considerari, vno modo vt est absolute, alio modo vt est organicum, primo modo nõ perdit nomen & diffinitionẽ, & sic intelligit Auer.secũdo modo sic, & ideo non sequitur ferrum esse infinita. Ad tertiam patet soso ex differentia posita iam. Ad q̃onem Thomæ, & Simpl̃. (vt Auer.inquit in lib.d.d.& vt Simpl̃. inquit) Duplex est vnio perfectionis alicui, vna qua vnitur perfectio alteri vt forma materiæ: qua materia reducitur ad actum, & in specie ponitur, eo modo quo forma ignis vnit̃ materiæ ignis. altera est vnio qua vnitur motor ipsi instrumẽto, est.n. instrumentum æquiuoce instrumentum, nisi ei vniatur artifex. Ex his respondetur ad argumentum, dicendum ꝙ lv actus corporis &c. accipit̃ ibi analogice pro actu motoris ad suum instrumentũ: & pro actu perficientis respectu suæ materie, & quando dicis Arist.inquit, ꝙ non est q̃renda causa, quia fit vnum, quia illamet causa, q̃ est essendi, est vnitatis. Dicendũ ꝙ sicut duplex est vnitas, ita duplex est esse, vnũm.n.sequitur esse, est ergo esse vno mõ instrumenti, vt sit instr̃m motoris, alio modo vt sit in specie: & sic dicendum, ꝙ per esse intelligit esse cõe, sicut per vnũ, vnum cõe, vt Simpl̃.dicit. Et ex hoc patet qualiter abscissa aĩa intellectiua, homo remanet ęquiuoce, ęquiuocatione sumpta ab esse instrumenti, & nõ ab esse simpl̃r, & ideo exemplum posuit in organicis. Ad aliam Them̃. respondet ꝙ potentia capitur ibi prout capit̃ in libro perihermenias, prout sequitur ad necessariũ: vt Deus est, ergo Deus põt esse, & Arist. in nona capitur potentia pro subiectiua materiæ potentia vt patet. Ad aliam dicendũ, ꝙ Them̃. vult ꝙ diffinitio animæ non debet intelligi respectu materiæ, sed respectu compositi propter rationem dictam, ideo dicit ꝙ comparatio formæ debet esse ad cõpositum in proposito, & tamen ad materiam. Vel dicendum ꝙ forma potest accipi dupliciter: vno modo vt reponit rem in specie: alio modo vt perfectio. primo modo comparatur ad compositum: secundo modo ad materiam.

Marginalia: Cõm.36. — Cõm.5. — 2.Difficul. — Cõm,93. — 3.Difficul. — Cõm.14. — Difficultates in tex. — 2.Difficul. — Cõm 8. — 3.Difficul. — 4.Difficul. — Solutio. — In fol.vlt.

COMMENTARIVM.

LICET hunc textum in collectaneis diligẽter exposuimus, quia tñ breuiusculi fuimus, nunc dilucidius, atque longiusculè dicamus Arist.velle nũc animæ definitionem dilucidare, quod dupl̃r exequitur. primo ex parte animæ, secundo ex parte subiecti.s.corporis. Dilucidans aũt hanc diffinitionem ex parte animæ, dupliciter rursus dilucidat, primo quidẽ similitudine atq; exẽplo artificialium organorum. Secundo vero exẽplo partium corporis. Quantum ad primã viam qua artificialium organorum exẽplo aĩæ definitionem dilucidat primo ex dictis resumit cõclusionem & inquit. Vl̃iter quidem igitur dictum est quid sit aĩa, & illud, quod dictũ est subscribit, & dicit. Est.n.substantia quæ est ẽm rationem, hoc ãt est quod quid erat esse tali corpori.s.physici organici potestate viuẽtis. Hæc est totius definitionis resumptio. Quo vero ad verba attinet: forma cuiusq; cõpositi appellatur substantia ẽm rationem siue rõ substantialis, & quod q̃d erat esse appellatur quidẽ sub̃alis ratio, q̃a est potestate tota definitio essentialis ipsius cõpositi ẽm peripateticos, dicitur verò q̃d quid erat esse, q̃a coęua ipsi definito, per quã respõdetur ad q̃onem quid est definitũ, vnde quia coęua est definito, per verbum erat assignatur. Hæc est cõclusio. Hanc ergo conclusionẽ exẽplo organorum artificialium probat & syllogizat hypothetice à destructione antecedẽtis hoc pacto in terminis cõuertibilibus, si aliquod artificialiũ organorum, vt bipẽnis, esset physicũ corpus, aĩa esset eius substãtia, & esse, idest aĩa esset eius primus substãtialis actus, probat hanc hypotheticam, quia ipsa anima à tali instr̃o diuisa, non amplius erit bipennis nisi æquiuoce: vt hõ mortuus est æquiuoce homo. Deinde destruit antecedẽs, & inquit. Nunc aũt est bipennis, hoc est non corpus naturale, sed artificiale, non igitur talis corporis.s.artificialis q̃d quid erat esse, & ratio anima est, sed est actus corporis p̃hici habentis in seipso principium motus & status. Est ergo syllogismus, si bipennis esset physicum corpus, anima esset eius actus primus substantialis, sed bipennis non est physicum corpus sed artificiale, ergo non est actus primus bipennis: q̃d est artificiale corpus, sed actus primus corporis physici. Sed dubitatur contra maiorem, si enim maior esset vera, tunc si elementum esset corpus naturale, eius forma esset aĩa, quod falsum est. Dicendum ꝙ hypothetica, quæ fuit maior, debet accipi cũ supplemento hoc pacto, si aliquod

organorum artificialium esset physicum corpus, vt bipennis, & quidem viuens, eius figura esset anima, & sic intelligendo cessat obiectio de elemento. nam elementum licet sit naturale corpus: non tamen est viuens. Secundo dubitabis cur de artificiali corpore, & non de naturali exemplum accepit. cum vtroque modo esset ad propositum: & si de corpore artificiali, cur potius de instrumento hypotheticam accepit q̃ de opere artificiali, vt de lectulo. Esset .n. vera hæc, si corpus album esset corpus naturale viuens, albedo esset eius anima, & similiter accipi posset de opere artificiali. Dicendum hāc hypotheticam assumptam esse de aliquo corpore artificiali, vt habeat ex destructione antecedentis animam esse actum nō artificialis corporis, sed naturalis, & potius de instrumēto, quia instrumentum videtur simile corpori viuenti. Est.n. in partibus difforme quasi organicum sit, est etiam actiuum per certam sui corporis partem certæ actionis, cum sit id quo viuens ad agendum vtitur, vnde paucis mutatis intelligit, ac si esset corpus organicum: propterea exēplo talium vsus est.

2. Dubitatio.

Præterea. Id quod addit Arist. § Sed phici huiusmodi habentis principium motus & status in seipso. § potest esse transumptum, & non pars conclusionis, & potest esse expositio conclusionis, si verbum illud § habētis principium motus & status in seipso § intelligitur pro viuente, melius autem videtur transumptum. Sed dubitabis, nam si erit transumptum, tunc non videtur, vnde tale transumptum sequatur. non.n. sequitur: anima nō est actus bipennis. ergo erit actus corporis physici: quia aduersarius dicet eam esse actum alterius instrumenti.s.gladij, vel alterius. Pōt dici Aris. sumpsisse bipennem pro quouis artificiali instrumento, & ita sequitur, si anima non est actus bipennis, hoc est nullius corporis artificialis, erit actus corporis naturalis, & sic bene transumpsit. Ex his apparet hūc locum non recte interpretatū esse Auer. dicit.n. Arist. velle probare naturales formas esse substātias, quod dupliciter me iudice videtur falsum: primo q̃ nō omnes formæ naturales sunt substantiæ, accidentia.n. quæ formas naturales comitantur, sunt formæ naturales, cum nec arte, nec volūtate conficiantur, & tamen talia accidentia nō sunt substantiæ. Secundo q̃ Arist. probauit animam esse entelechiam naturalis corporis exemplo sumpto ab instrumento, quo artifex vtitur ad opera sua. Q. si dicas hoc, quod de formis naturalibus Aristo. ostendit saltem mediate seruit ad probandum animam esse entelechiam. Si.n. formæ naturales sunt substantiæ, tunc sequitur animam esse substantiam, & cum non sit substātia composita nec materia, erit substantia ſm actum, & forma. Dicerem hoc posse seruire ad propositum de anima, sed nec verbis Aris. nec exemplo eius conuenit, vt legenti ea, quæ Arist. dicit, patet.

In collectaneis cōplura quæsiuimus de differentijs formarum artificialium: & naturalium, quæ cum sint dilucide dicta, Nunc quærimus an anima sit viuentis corporis pars? Et videtur q̃ sic, tum q̃ ipsa est corporis animati entelechia, tum q̃ ipsi figuræ similetur, quæ figurati corporis pars est. Alexander in libro, quem de anima conscripsit, animam non esse viuentis corporis partem asserit, q̃a omnis corporis pars, est corpus: veluti omnis pars ligni est lignū, & omnis pars ignis est ignis. Sed quia videtur hoc contra communem omnium expositorum opinionē, sequenti capite se corrigēs, videtur de partibus distinguere, & ait. Animam non esse corporis partem, quantitatiuā, vt est pectus, & caput, bene tamen est pars corporis qualitatiua, vt sunt, æs, & figura qualitatiuæ partes idoli. Sed tenendo pro veritate: q̃ intellectiua anima est immortalis, hoc quod Alexander ait directe videtur contra Arist. lib. 2. de Generatione animalium, vbi dicit. Intellectiuam animam non esse partem constitutæ formæ. i. totalitatis. Huius vero rationem innuit, quia cōstituens aliquid, non videt̃ pars eius, quod constituit, anima vero constituit corpus. ergo non potest esse pars eius, quod cōstituit. Quare oportet dicere q̃ ex anima intellectiua & corpore non fit tertia entitas, vt quidam asserunt, cuius intellectiua anima sit pars, tunc.n. idem constitueret se, vt dicit Arist. Bene tamen concedo eam esse partem compositi, nō tamen partem tertiæ entitatis, est quidem pars cōpositi, quia compositum est anima & corpus collectiue sumptæ. Non est pars tertiæ entitatis, quia nulla ex vnione resultat, & si sic Alexander intelligit, bene dixit. Licet eius opinio alibi à nobis dicetur, per qualitatiuam.n. partem Alexander partem essentialem: atq; alterius rōnis intelligit. Nec velim te ignorare me in iuuēta dixisse intellectiuam animā bene esse partem totius hominis, non tamen partem totalitatis hominis, totius quidem hominis, quia totus homo non est aliud q̃ suæ partes collectiue sumptę, quarum pręcipua est intellectiua anima, totalitatis vero non, quia nulla est totalitas præter partes collectiue sumptas. Præterea dicebamus intellectiuam animam esse partem totius, & compositi, q̃ est homo, non tamen partem compositionis hominis, totius quidem homo, quia homo est anima & materia collectiue sumptæ, non autem compositionis. q̃a nulla substantia præter partes est compositio. Plato aūt & Plotinus asseruerunt animam intellectiuā esse partem humani aīalis, sed non partem hominis. Humani quidem animalis, quia animal humanum est intellectiua anima, & corpus, cuius binarij aīa est p̃cipua pars, hoīs vero non, quia aīa intellectiua est homo, homo.n. nihil est nisi anima intellectiua. Quod Auer. approbans, asserit hoc nomen, homo. nihil significare nisi formam hominis, concretiue tñ, & sic oportet dicere humanā aīam non esse partem hominis, sed compositi humani. Sed de his hactenus. Quæritur secundo vtrum ex his, quæ Arist. dixit hic de definitione animæ, colligi possit: q̃ intellectiua aīa sit forma perficiens atq; informans humanū corpus. Diuus expositor eo libro quem de intellectu confecit, ad Arist. verba animaduertens, cū inquit. Aīæ definitionē esse omnibus animabus cōem saltem mortaliū intellectiuam aīam esse naturalis corporis entelechiam, asserit, potissimū quia Aris. epilogando inquit vl̃r esse dictum quid anima sit. Ex hoc vlterius expositor procedit, nam si intellectiua aīa est phici corporis entelechia, vt ex definitione relinquitur, tunc intellectiua anima erit phici corporis perfectio, ei esse & speciem præbens, & sic ipsum perficiēs, & informans. Signum autem affert, quia postquam Arist. animę definitionēm induxit, statim subscribit ambigendū non esse de causa, qua aīa & corpus fiant vnum, siquidem hoc definitione constet, quæ est vt anima sit physici corporis entelechia, vbi Auer. & Simpl̃. dixerunt aīam esse causam qua compositum est vnum, quo est illius causa vt sit ens. Ergo anima intellectiua est perficiens corpus & informans, & ipsum totum constituens. alioqui non quo est causa entitatis compositi, esset causa vnitatis. Simpl̃. compluribus huius libri locis inter rationalem aīam, quam græco verbo dianoeticam appellat, hoc est cōpositam ex intellectu, & imaginaria parte, q̃ ex semine venit, & intellm̃, qui græce nus, siue nous dicitur, non paruam drīam facit: nam intellectum simpl̃r æternum esse tradit: rōnalem vero aīam corruptibilem saltem ſm partem, quia vt Arist. inquit. 12. lib. meta. non tota aīa remanet, sed ea pars, quæ est intell̃s, Imaginatur.n. ipse rationalem animam esse quoddam totū, cuius vna pars.s. imaginaria ex semine deducitur q̃ est dianoeticæ animæ, siue intellectiuæ quasi altera semianima. Altera pars, quā mentem siue intellectum, græce noū dicunt, extrinsecus accedit, quæ est altera totius dianoeticæ siue intellectiuæ semianima. Ex his.n. quasi duab⁹ semianimis dianoeticam animam hoc est rationalem conficit quasi totā animam, quæ quidem ſm partem æterna est, ſm partem genita, atq; corruptibilis. Hanc arbitratur esse veram humani corporis formam, & quidem non solū humano corpore vtentem, sed ipsum perficientem, h̃ est pro numero humanorum corporum distributam, atque numeratam. Vtrum vero intellectus sit vnus, postea dicemus de huius opinione. Hanc opinionē Alex. primus inter grecos expositores defendit, vnde in lib. de Anima quid p̃ entelechiam Arist. velit diligenter exposuit, est.n. verbū Ari. peculiare, & ab ipso inuentum, vt inq̃t Gellius. Vbi visus est facere inter morphē & entelechiam differentiam non paruam, nam entelechia, vt inquit Arist. appellat formam, q̃ & corpus perficit, & à corpore habetur, ob quā causam latiniores

Pri na q̃ō si anima est pars viuentis corporis

Cap. 5.

Cap 3. Secūdum translationes Theodori.

Plato. Plotinus.

Vtrum anima intellectiua sit forma perficiēs

Opinio D. Thomæ & vera.

Opinio Simpl.

Tex. cōm. 17.

latiniores noeterici verbo ficto satis proprie perfecti habiã dicunt,ꝙ cũ hoc quod perficit,à corpore perfecto habetur.Componitur enim ab ἐντελοῦς, ab entelus.i.perfecto,& ἔχω.i.habeo,quasi perfectæ se hñs.Hac rõne intelligentia orbis non dicitur entelechia cœlestis corporis, qa licet cœlum perficiat,e cœlo ipso non habetur,non enim ab ipso cœlo in esse constituitur,esset.n.corruptibilis. At morphen Arist.& Alex.vbiq; formã,spẽm corporis dicũt. Verum de ratione formæ nõ est vt habeatur ab eo corpore,cuius forma est.Hac rõne Arist.& Alex.cœlestẽ intelligentiam cœli formã dicerent,nõ aũt cœli entelechiam, nisi forsitan æquiuoce,ea rõne,vt Simpł.inquit. Qua vtẽs dicitur entelechia eius,quo vtĩr,vel alia rõne, vt dicemus. Ex his apparet definitionem aĩæ cõmunem omnibus cõpetere,rõnalis enim anima iuxta horum opinionẽ est entelechia physici corporis similiter,& cæteræ animæ. Q. vero hæc opinio sit Alexandri,Them.tertio huius asserit,addens hanc esse,& Theophrasti.Illud vero dubõne dignum esset,vtrũ intelł̃s est entelechia humani corporis ẽm opinione horum.Verũ ad tertium lib. hanc dubitationẽ trãsmitto,nobis aũt satis nunc sit sumere ꝙ rõnalis anima sit perficiẽs humanũ corpus,& illius forma. Sed quid Auer. velit,non est leue intelligere,nã aut trãslatoris errore,aut errore suo,aut inconstantia opinionis pro maiori parte visus est velle intellectiuam aĩam,siue rõnalem esse quid cõpositum ex intellectu agente, & intellectu possibili vtrisque æternis, quod nullo modo ipse concedit esse entelechiam vniuoce corporis naturalis, sed tm̃ pfectionẽ, quæ humano corpore vtĩr,vt instrumento, ceu nauta naui,hoc compositum vbique vnum numero omnium hominũ esse affirmat. Hanc opinionem attribuit Auer. Ioan. Gandauensis: qui putatur magnus opinionum Auerrois fautor. Cæteri quoque Auerroici hanc esse Auer. opinionẽ non dubitarunt.Antiqui etiã latini,vt Tho.Alber.Egid.& Scotus hanc opinionem semper Auerroi attribuerunt,& tanquam erroneam refutarunt, hanc & nos in libris nostris quos in iuuenta scripsimus Auer. esse opinionẽ, licet falsam, vbique declarauimus. Hac vero ætate postq̃ omnia, quæ ipse de re hac scripsit, diligenter examinauimus (loquor de his libris,qui ad nos peruenerunt.)Arbitror opinionem Auer.non differre ab illa Simplicij, cæterorũque græcorum. Quicquid illis ipse imposuerit.nam id, quod Simpł.partem extrinsecus accedentem mẽtem siue intellectum appellat,Auer.intellectum potẽm autumat.Quod vero Simpł.imaginariam ex semine traditam, Auer.cogitariam vocat, vterque igitur rõnalem aĩam siue dianoeticam quasi totam,ex his partibus quasi semianimis componit, vnde Them.lib.2.de memoria & reminiscentia inqt. Nihil enim aliud intelligentia, quæ dianoea dicitur q̃ cũ imaginatione actio intellectus coniuncta, proprie.n.dianoea compositio intellectus sonat, dia.n.compositio est, nous vero intellectus,hoc est cõpositio ex imaginaria parte,quæ est nobilissima sensitiuarum propria homini,& intellectu.Vterque hanc aĩam sic cõpositam, quæque à potiori parte noetica item intellectiua etiam dici põt,formã humani corporis, atque entelechiam pro numero corporum distributam,atque numeratam autumat, intellectum vero vnum numero omnium, & vtraque ex parte æternũ. Huius rei cã videtur secundum eos, quia agentem intellectum vterque non esse aliquid aĩæ rõnalis arbitratur, sed Deum esse putat Auer.12.lib.Meta.quẽ nobis in princip. vt agens,in fine vt forma copulari credidit Auer.Patet ergo etiam secundũ Auer.rõnalem aĩam esse humani corporis entelechiam,& quidem perficientem, & informãtem, & in hoc nullus eorum dubitauit,sed dubium est(vt dixit) de intellectu, vtrum sit corporis entelechia. Vtrum vero hæc sit Arist.opinio,postea in hoc libro, & in 3. dicemus, nunc vero hãc esse falsam supponas, quia postea accumulatissime demonstrabimus huius falsitatẽ.Propterea Thomas noster,qui q̃tum potuit omnia Arist.dicta ad veritatẽ traxit,facile locum hũc interpretatur, nam rõnalis aĩa & tota,& ipsa est entelechia corporis humani illi & esse, & spẽm præbens,licet secundum gradum intellectiuum eleuata dici possit.quatenus intellectus nullius determinatę particulæ corporis actus sit. Ex his patet ꝙ siue de mente Auer.teneatur, ꝙ intellectiua aĩa sit ex parte intellectiua,& parte cogitatiua, quasi tota ex duabus semianimis, vt Simpł.etiam arbitratur, siue teneatur, vt Gandauensis ꝙ intellectiua aĩa sit ex intellectu agẽte,& intellectu possibili,quasi duabus semianimis quasi tota ꝯstituta, intellectiua anima semper est forma dans esse corpori humano, ipsum perficiens,& informans:dans illi nomen,& spẽm,& definitionem.Q. quidem si intellectiua aĩa quasi tota cõstituitur ex cogitaria, & parte intellectiua quasi semianimis,det esse corpori humano,nemo dubitare debet, quia saltem quo ad cogitariam Auer.non dubitauit. Q. vero si ex intellectu agente,& intellectu possibili, quæ sunt duæ substantiæ separatæ, quasi ex duabus semianimis, intellectiua aĩa constituatur quasi tota, sit forma informans, & constituens,humanum corpus,illi nomen,spẽm,& definitionem præbens,declaratur.Auer.n.in lib.de substãtia orbis,ponens differentiã inter formã mãlẽ, & immãlẽ nullã aliam posuit,nisi quia materialis,ꝯstituit subm̃, cuius est, in esse,& ab illo ipsa constituitur.i.dependet, in esse,& cõseruari. Immaterialis vero constituit subiectũ: cuius est in esse ab illo tamen non constituitur, nec dependet in esse,& conseruari.Ex quo sequitur formam separatam ẽm Auer.non esse. quæ non dat esse,& nomen,& speciem ei, cuius est forma, sed quæ à subiecto non dependet, materialem vero concretam,& coniunctam esse,quæ & dat esse,& à subiecto depẽdet in esse:vt exponit Auerro.in lib. Physi.primo. Sequitur secundo error Gandauensis, qui asserit formam separatam esse,quæ non dat esse subiecto, sed vnitur illi ẽm operationem. vt nauta naui, Bonus vir ignarus est eius opinionis, quam sequitur.

Patet tertio, ꝙ inter opinionem diui Thomæ & Auer. quo ad separabilitatẽ,& inseparabilitatem intellectus nullam est differentia.diuus.n.Thomas pro veritate opinatur intellectiuam animam esse formã humani corporis,quatenus ipsum constituendo, illud formaliter informat,separabilem vero ab eodem, quia ab illo non dependet, quæ omnia concedit Auer.Sunt tamen differentiæ,prima quidem ꝙ Auerro.posuit intellectum substantiam vtraque ex parte æternam. Thomas intellectum posuit intellectiuæ animæ virtutem, intellectiuam vero animam substãtiam, quæ per creationem cepit,post mortem tamen perpetuo remanere. Secunda quia Auer.asserit intellectum vnum numero esse in oĩbus hominibus. Thomas aũt vult intellectum sicut & animam, cuius est virtus multiplicari pro numero hominum. Tertia ꝙ diuus Tho.præter intellectiuam in homine nullam aliam formam posuit, qm̃ intellectiuam simul dicit sensitiuam esse & vegetatiuam.Auer. posuit intellectiuam corpus humanum informare & præter illam posuit in homine cogitariam,quę simul est sensitiua: & vegetatiua in homine. Ex his apparet, ꝙ intellectiua anima est vno modo separata, alio modo concreta humano corpori. Est quidem separata separatione dependentiæ, quoniam secundum vtranque opinionem ab humano corpore minime dependet,est vero humano corpori concreta, quia illud per se informat. Secundo sequitur hominem formaliter intelligere ẽm vtranque opinionem, quia intelligit intellectiua aĩa quæ ẽm vtranque opinionem est informans humanum corpus, non aũt per formam quæ humano corpori assistit vt Gandauensis putat.Hæc melius in 3.vbi ea,quæ Auer.contra veritatem dixit,reprobabimus, quæ autem pro veritate dicẽda erunt dilucidabimus magis.Vltimo videamus vtrum intelligentia sit entelechia cœlestis corporis, sicut animalis aĩa est entelechia aĩalis corporis. Dicẽdũ ẽm Simpł.esse æquiuoce intellectiuã entelechiam cœlestis corporis,& æquiuocatione sumpta ab aĩa:& à corpore.Ab aĩa quidem, qa intelligentia est non tam actus primus cœli, q̃ secundus,qa substantiatur per eius operationem vt dictum est, at animalis mortalis aĩa est actus primus & non secundus,cum non substantietur per eius operationẽ.Ex parte vero corporis, quia cœleste corpus est actu viuens, mortale vero potentia.Cœleste.n.corpus viuit perpetuo, & ꝑ inuariabilem vitam,& mortale corpus mortaliter, & variabiliter nunc

Marginal notes, left column: De opinione Auer. — Opinio quæ nũc videtur. — Capite.14. — Commen.3. — Vera positio.

Marginal notes, right column: Cõparatio opinioni Thomæ & Auer. — Quæ separata secũdũ Auer. — Commen 67. Error Gandauensis. — Conuenientia opinionum. Thomæ cũ illa Auerroi. — Differẽtia prima. — Secunda. — Tertia. — Quomodo separata & quo cõcreta intellectiua anima. — Quam homo formaliter intelligat. — Vltima q̃o qualis entelechia est intelligentia cœli.

nunc.s.quiescendo ab aliqua operatione, nunc operando, vt sensitiuum,nunc vitam augendo,nunc illam diminuendo , vt vegetatiuum ergo intelligentia est actus viuentis actu,anima vero viuentis potestate,& sic æquiuoce actus est corporis viuentis.

ARGYR. *Atque id quod dictum est in partibus etiam inspicere licet . nam si oculus esset animal , eius anima visus ipse nimirum esset . hæc est enim vt patet oculi substantia , quæ sese habet vt ratio . oculus autem,est materies visus, qui cũ defecerit, non vlterius erit oculus, nisi nomine tantum,& perinde atque lapideus vel etiam pictus. Id igitur quod de parte dictum est, ad totum corpus viuens accommodare oportet est enim hæc profecto , rationum similitudo . nã vt pars sese habet ad partem: sic totus sensus ad totum sensitiuum corpus vt talis est rationis.*

Tex.cõm.16. Considerare autem & in partibus oportet,quod dictum est,Si enim esset oculus animal,anima vtique ipsi esset visus. Hic enim substantia esset oculi, quæ est secundum rationem . oculus autem materia visus , quo deficiente,non est oculus nisi æquiuoce,sicut lapideus & etiam pictus. Oportet igitur accipere, quod est in parte,in toto esse viuente corpore, proportionabiliter enim se habet,sicut pars ad partem, totus sensus ad totum corpus sensitiuum inquãtum huiusmodi.

COLLEC. Tex.cõm.9. Cum Arist.per exẽplum ab inanimatis , qualis sit anima exposuit,nunc & per similia in partibus, quale nam totum explanat . Et debes scire(vt Simpl.inquit) ꝙ Arist. ꝑ oculum intelligit totum aĩal,v.g.leonem. & ꝑ visum totã animam aĩalis,v.g.leonis, per totum sensum intelligit vniuersum genus animæ,& per totum corpus sensitiuũ , vniuersum aĩatum cõmune omnibus. Adhuc secundo debes scire ꝙ per oculum Arist.non intelligit solum corpus absque visu,vt Alex.intelligit: neque per totum aĩal , corpus sine toto sensu:qm̃ Arist.subdit , quasi deficiente visu non amplius est oculus . Similiter subdit.est aũt non abijciens animam,potentia ens,vt viuat . Ecce qũo patet hoc cõtra Alex.Inquit igiť Arist. Considerare aũt in partibus.i.speciebus animæ oportet quod est.i.id qđ dictum est. si enim esset oculus animal,anima vtique ipsius visus esset, hæc.n. substantia est oculi quæ est ẽm rõnẽ,oculus aũt materia visus est,quo deficiente , non est adhuc oculus nisi æquiuoce,sicut lapideus,aut depictus, hoc sumpto arguit : oportet igitur accipere.quod est in parte, in toto viuente corpore.i.quod est in spẽ,& toto genere animati . proportionaliter nanque se habet sicut pars ad partem,totus sensus, id est omnis anima ad totum corpus sensitiuum.i.ad totũ genus animatorum:ẽm ꝙ huiusmodi.i.vt viuens.

Commen. 9. CVM declarauit quod vita.Auer.replicãs dicta prius, Intentionem ponit textus.Secunda ibi.§Et dixit: & cõsiderandum.§exponit illũ,tertia ibi.§Et quia Arist.posuit.§ recolligit vim rationis.In prima itaque parte intendit, ꝙ Arist.probat animam esse substantiam exemplo : postquã rõne id probauit & per exemplum intelligit locum à simili . Et sermo eius manifestus est per se. Et dixit:& considerandum.§Duo accipit hic Auer.& duo Arist.quorũ vnum est.ꝙ poẽe est habere certitudinem in toto per considerationem in partibus.Secundum est,ꝙ ita est de parte , sicut est de toto,secunda ibi. Qm̃ proportio visus ad oculũ.§ Et omnia hæc patent. Et quia Arist.posuit.§Hoc in loco recolligit vim rõnis,& primo recolligit illa duo.d.Et quia Arist.posuit primo,ꝙ ita est de parte sicut de toto , & hoc fuit secũdo loco positum,& ꝙ possibile est , vt habeamus certitudinem de toto considerando hoc in partibus : hoc fuit primo loco positum.Incepit declarare modum:vt iudicium totius & partis sit idem.In hoc loco.i.incepit formare rõnem,vt habeatur intentũ. Reliquum cõmenti patet.Debes scire ꝙ huiusmodi Auer.expositio differt ab illa Themistij , & Simpl. primo quia Auer.vult,ꝙ Arist. arguat per comparationem in partibus integralibus ad tota integralia.Secundo vult : ꝙ hic ponatur cõclusio textus, Illi aũt volunt ꝙ arguat per comparationem partium subiectiuarum ad tota vniuersalia , & ꝙ hic nõ ponatur textus conclusio,sed in sequenti.

Dubitationes. Sed ambiges,qm̃ vult Arist.primo phicorum, ꝙ semper totum sit notius parte, totum quidem vle apud intellectũ notius spẽ,totũ integrale apud sensum notius , modo per esse in partibus ita, probat ita esse in totis , siue vt Simpl. siue vt Auer.vr̃ arguere ab ignotioribus nobis , ad notiora,contra ipsum ibidem. *Responsio expositoris.* Ad hoc expositor primus latinorum Thomas inquit,ꝙ partes animæ siue potẽtiæ eius manifestiores sunt, quo ad nos , q̃ ipsa anima.procedimus.n. in cognitione animæ ab obiectis in actus,& ab actibus in potentias:per quas anima ipsa nobis innotescit , vnde cõuenienter etiam per partẽ,ratio animæ manifestatur.

Sed hæc solutio est dubia : primo qm̃ ẽm Simpl. Arist. loquitur de partibus subiectiuis,& non potestatiuis , vt.s. Thomas vult. Secundo,qm̃ quodlibet totum in comparatione ad partes,est notius,vt Auer.inquit primo Physi.ergo licet potentiæ,vt accidentia,sint notiores aĩa,vt subm: *Commen.3.* anima vt totum potestatiuum,vr̃ notius potentia, vt pars. semper enim totum est notius.modo Arist. hic facit considerationem in partibus,vt partes,& in toto, vt totum est. *Responsio propria.* Ideo aliter dicendum ꝙ pars est duplex , quædã quæ nata est denominare totum, vt visus (animal.n.videt : qm̃ oculus videt,)quædam vero,quæ non nata est totum denominare.non enim homo albus est,quia Deus:vt Arist.inquit in 2. Topic. Dico ergo ꝙ pars primo modo est famosior, & notior toto . licet non secundo modo, & in illo genere partium Arist.exemplum ponit, & ideo non est vniuersalis illa,totum est notius parte: sed per accidens contingit econtra.est.n.tanquam vera per se, falsa per accidens.

COMMENTARIVM.

QVIA Arist.cepit dilucidare definitionem animæ ex parte animæ:& eam dilucidauit exemplo sumpto ab organo artificiali,vel loco à contrario,vel syllogismo hypothetico à destructione antecedentis, nunc etiam ex parte animę declarat eandem definitionem exemplo,siue loco à simili,similitudine sumpta à parte aĩalis , sed qa hic textus est mihi obscurus , & in collectaneis breuis fui : non erit malum expões aliorum recensere , dabũt.n.pro veritatis inuentione non parum adiumenti.Simpl.ergo visus est ꝑ *Expositio Simplicij.* partem sensus intelligere spẽm sensitiuæ aĩæ , veluti leonis,vel canis aĩam,per totum vero sensum, omnium sensitiuarum animarum genus.s.aĩam cõem ad omnem animã. Per partem vero corporis corporis spẽm , vt leonem, vel canem,per totum corpus,genus ad oĩa aĩalia . Qua ratione patet eum per partem intelligere partem subiectiuam: per totum vero, totum vniuersale. Quibus expositis ẽm Simplicium sensus est,vt vna particularis aĩa ad vnũ particulare corpus, ita quælibet aĩa scđm genus ad omne sui corpus secundum genus:sed particularis anima est sui corporis substantialis entelechia , ergo ois anima . est ois sui corporis entelechia ad bonum sensum. Hæc tñ expositio ambigua vr̃,nam ita mihi ignotũ esse vr̃ vnam particularẽ animam esse entelechiam cuiusdam physici corporis , & oẽm esse physici corporis entelechiam. *Refutatio.* Præterea . Arist. sumit oculum,qui est pars Integralis,quæ nõ bene pro subiectiua parte intelligi põt. *Expõ Auer.* Auerroes vero dicit ꝙ Arist. in hoc textu declarat animã esse entelechiam physici corporis exemplo , & ꝙ proximo textu hoc declarauit rõne. Exponit aũt per partes animæ , virtutes particulares animæ sensitiuæ,quas membrorũ particulares formas appellat,quã expositionem pro parte diuus Expositor sequitur, quia per totum intelligit totum potestatiuum, & per animæ partes potentias , siue virtutes,& tũc est sensus, vt potentia visiua est entelechia partis physici corporis , ita totum potestatiuum , quod est anima , est entelechia totius physici corporis,ita totum potestatiuum, quod est anima, est entelechia totius physici corporis. *Refutatio.* Sed hæc Auer.expositio dubia est primo q̃tum ad id, quod dicit.s.ꝙ proximo textu probauit rõne,hoc quod hic probat exemplo,nã etiam proximo textu probauit hoc exemplo.Verum illud exemplum fuit sumptum ab organo artis. Secundo, quia potentia visiua est accidens oculi , & sic non oportet, vt ipso

ipso accidēte corrupto,oculus fit corruptus. Præterea intelligendo per partem animæ potentiam,tunc maior syll'i est falsa,non enim visus ad oculum ita se habet, vt anima ad totum corpus. Visus.n.accidens est, tota vero aīa suba. Præterea. Ignotius est mihi potentiam aīæ esse particularem actum partis corporis, q̄ sit totam aīam esse actū totius. In iuuenta diximus nō quidem in collectaneis, sed in alijs nostris considerationibus: Arist. per partem animæ intelligere partem q̄titatiuam animę,& per totā aīam totam q̄titatiue. Imaginatur enim Arist. hic totā aīam esse in toto animali,& partem in parte. Et huius rei cā est, quia oīs talis anima ad subiecti diuisionem est diuisibilis. Quare possumus imaginari totā aīam esse in vniuerso corpore,& partem animæ esse in parte,& sic per partes, intelligit integrales:& per totum, intelligit totum integrale. & quidem ex parte animæ,& corporis,& rō erit,vt pars ad partem,& tota anima ad totum, sed pars aīæ est particularis actus partis physici corporis, ergo tota aīa est totius physici corporis entelechia. Quæ expositio eēt bona,nisi syll's proficisceretur ab ignotiori, vel æque ignoto, est.n. mihi aut ignotius aut æque ignotum partem aīæ esse partis corporis particularem actum,& totam totius. Et quidem eo maxime, quia non oēs sensitiuam aīam ad corporis diuisionem asseruerunt diuisibilem esse. Vnde fit vt assumatur dubium pro alterius dubij manifestatione. Propter hæc saluo saniori iudicio dicerem,ꝙ Arist. probat animam esse entelechiam physici corporis, exemplo sumpto à parte corporis physici.s.ab oculo,non simpliciter, ac categorice,sed hypothetice,vbi oculus esset aīal perfectum, & tunc argumentatur à simili semper addita cōditione hypothetica,hoc pacto. Sicut pars animæ,videlicet, visus ad partem corporis.s.oculum.s.si oculus esset animal,sic tota anima sensitiua ad totum aīal,sed visus, si oculus esset animal, esset actus substantialis partis corporis physici. ergo tota aīa sensitiua est actus subalis totius corporis physici,vnde dicit. Considerare aūt & in partibus oportet, qđ dictū est,in toto,de anima.s.ꝙ sit entelechia subalis physici corporis,& hæc est totius rōnis vis. Deinde sumit cōditionem quā vult esse construēdam cum propositionibus, & inquit. Si enim vtique esset oculus animal, aīa ipsi oculo subalis & entelechia esset visus. nā vbi prius visus erat virtus,posito casu,ꝙ oculus sit animal,visus erit aīa, suba, & entelechia,& non accidens,& hoc inquit. Hic.n.in casu esset suba secundum rōnē ipsius oculi, vbi prius erat accidens,& virtus aīæ, oculus aūt animatus erit in casu materia.i.physicum corpus particulare visus. Ex quo patet ꝙ non bene per materiam Alex. intelligit corpus absque visu,vt recte Simpl'. eum carpit. Sed intelligit physicum corpus aīatum,quod est materia perfecta, & non abijciens actum. Q. vero in casu visus sit suba ꝭm rōnem, probat, & inquit,quo deficiente,non est oculus,nisi æquiuoce, sicut lapideus,& etiam depictus. Posita ergo cōditione, quæ est addenda ad propositiones syll'i, resumit syll'm,& inquit. Oportet igitur accipere quod est in parte, si pars esset animal,in toto esse viuente corpore. Cuius cām dicit, proportionaliter enim se habet sicut pars ad partē, si pars esset animal,totus sensus,siue tota anima sensitiua ad totum corpus sensitiuum inq̄tum huiusmodi.s.inquātum corpus sensitiuum est:& actu viuēs:vt postea dicemus. Sed si oculus esset animal,visus esset suba ꝭm rōnem, ergo anima est totius corporis phici suba secundum rōnem. Sed contra hanc expōnem sunt dubōnes, quæ factæ sunt contra alias expositiones,prima quidem: quia syll's vr̄ à parte ad totū: modo semper totum est notius sua parte,ergo syll's procedit ab ignotioribus nobis,ad manifestiora. Secunda: quia vr̄ concidere cum expōne Simplicij, quia si oculus esset animal,non esset amplius pars integralis animalis, cuius est oculus,sed esset pars subiectiua,& sic esset leo, vel canis,& sic expositio hæc concidit cum illa Simplicij:& tūc fiat dubitatio:quæ facta est contra Simplicium.s.ꝙ Arist. argumentaretur à minus vniuersali,ad magis vl'e, & sic ab ignotioribus nobis. Tertio cur potius oculū,q̄ aliam corporis particulam accepit Arist. potuit.n.accipere aurē nasum,pedem,& id genus,& semper argumentum fuisset validum. Ad primam pulchre diximus in collectaneis, dicebamus enim esse nonnullas integrales partes, quarum dispositiones sunt aptæ denominare totum,vt oculus,auris, & id genus,& tales sunt notiores suis totis,quo ad eas dispositiones,quæ sunt aptæ denominare totum Quædā vero sunt,quarum dispōnes non sunt aptæ denominare totum,vt Deus,non enim si Deus est albus, aīal est album, & tales suis totis sunt simpl'r ignotiores. Constat aūt Aristotelem accepisse partes prima rōne,vt organicas,quarū dispōnes sunt aptæ denominare totum, & ideo quo ad tales dispositiones sunt toto notiores. Secunda vero deletur,quia licet in propositionibus Arist. acceperit cōditionalem,cuius antecedens & ꝯns sunt impossibilia, tñ cōditionalis est necessaria,& propositiones in quibus talis cōditionalis accipitur,sunt veræ.non tñ accipitur talis cōditionalis modo Simplicij,sed hoc modo: sicut visus ad oculum,si oculus esset animal, & pars integralis totius.aīalis, cuius est oculus: sic tota aīa ad totum aīal, hæc propositio comparatiua est vera,& necessaria, licet cōditio sit implicans contradictionem.sed visus esset suba ꝭm rōnē oculi,si oculus esset animal, & pars integralis totius animalis,& hæc etiam est necessaria, igit̄ tota aīa erit totius animalis suba secundum rōnem. Vbi patet nos intelligere:nō sicut Simpl'. partem: nos enim partem integralem: & totū integrale intelligimus,Simpl'. vero vniuersale. Nec expositio hæc est dissona his quæ dicit Auer.7.Physi. vbi docet syllogizare ex mistis categoricis cum hypotheticis. Deletur vero tertia,quia accepit oculum,quia pars est organica,quæ paucis mutata est animal, accepit præterea oculū, & non alias particulas tanquam manifestiorem particulam omnibus.

Expositio in iuuenta. — *Refutatio.* — *Dilucidatio propria nunc.* — *Dubitationes.* — *Commen.2.*

ARGYR.

Non est autem id potentia viuens:quod abiecit animam eaq; vacat,sed id quod ipsam habet. Semē vero fructusúe: id nimirum est, quod potest tale corpus euadere. Vt igitur incisio visioque, sic est vigilia actus & vt visus rursus instrumentique vis, sic est anima actus. corpus autem, est id quod;vt diximus,est potentia viuens. verum vt pupilla visusque, oculus est, sic anima & corpus est animal.

Tex. cōmē. 10. *Fructus.*

Est autem non abijciens animam potētia ens,vt viuat, sed habens. Semen aūt & fructus potentia huiusmodi corpus est. Vt igitur incisio quidem & visio est, sic & vigilantia actus est. Vt autem visus est & potētia organi, sic anima est. Corpus autem; quod potentia est ens, sed sicut oculus, pupilla, & visus est, & ibi aīa & corpus animal est.

COLLEC. *Tex.cōm 10.*

Secundum Simplicium,quia Arist. comparationem accepit,ꝙ sicut pars ad partem se habet, ita totus sensus ad totum corpus sensitiuum,addidit §secundum quod huiusmodi§.i.secundum quod viuens actu: posset inquam obijci Aristoteli:ꝙ comparatio debet fieri ad aliquod corpus, non actu viuens: sed potentia,ergo male cōparatio fiebat ad corpus sensitiuum,vt sensitiuum. Soluit Arist. ꝙ potentia non abijcit actum,& sic vterque sermo bonus, Inquit { autem } pro sed potentia ens.vt viuat,est non abijciens animam,sed habens.s.aīam,quia (vt Them. inquit) potētia capitur ibi, vt dicitur in lib. Perihermenias. Si Deus est, potest & Deus esse,vt dictum est cōmen.8.deinde autē & fructus potentia huiusmodi corpus est.i.nōdum viuit, sed est potentia corpus viuens. Sicut quidem igitur.§apponit ꝭm Simplicium conclusionem rōnis Arist. inquit igitur sicut incisio respectu securis est visio respectu oculi,& vigilia actus,& per hoc vult habere(vt Them. inquit)ꝙ anima quandoque est actus secundus,& anima sup. adhuc est, vt visus potentia organi.i.instrumenti, corpus aūt est quod potentia,id est viuens in potentia,& per hoc vult habere, animam esse actum primum quandoque, sed sicut oculus pupilla & visus, & ibi anima & corpus animal,hæc est cōclusio finalis plana rationis,vt Simpl'. inquit. & Them. dicit,ꝙ quia aīa vtraque perfectione describitur (licet prima diffusius) ideo apposuit diffinitionem actus primi, & secundi hic vt patet.

QVIA

Commen 10. QVIA accepit. Aliter Auer. exponit literam, & ideo primo proponit literæ intẽtionem, & inquit, quia accepit in diffinitione aïæ potentiam, quæ dicitur quasi æquiuoce .i. quę dicitur duobus modis, qm̃ quemadmodum actus est duplex, primus, & secundus, ita potentia duplex, prima, & secunda. Incepit declarare quam intentionem .i. quã spẽm potentiæ intendit, qñ dicitur viuentis in potentia, & complet declarationem illius .s. primæ & secũdæ perfectionis, hoc modo declarationis, à quo modo incepit .s. exẽplariter, vult ergo hic Auer. ꝙ Arist. duo faciat. primo declarat de qua specie potentiæ intendit, cum dicit {viuentis in potentia.} Secundo complebit declarationẽ .s. quid sit actus primus, & quid secundus: & hoc via exẽpli, sicut fecit pauloante. Et per hoc patet differentia hmõi expositionis ab illa Simplicij, credo enim magis huic expõni, qm̃ Arist. declarauit successiue singulam particulã diffinitionis, ideo opus erat declarare & hoc, & non remouere. q. vt Simplici. inquit. Et cum dicimus in corpore, vt Auer. dixit, exẽplo distinctionem potentiæ Arist. tradit, quemadmodum enim actus duplex est .s. primus, & secundus, ita & potentia est duplex, prima, quæ .s. est ad actũ primum vt semen & fructus, & secunda sicut animal dormiens, his .n. exemplis duplicem illam spẽm potentiæ Arist. nobis tradit. & verba Auer. patent. Et cum demonstrauit.} proponit nũc intentionem secundæ partis .d. & cum demonstrauit hoc de potentia. quę est prima perfectio .i. ad primam perfectionem, exemplo supple de semine & fructu, dedit differẽtiam inter istam, & potentiam, quæ non est aïa in suo esse .i. apponit expositionem actus secundi, ad quem est potentia secũda, & incepit etiam declarare exemplariter differẽtiam actus primi & secundi, quemadmodum fecit. Et sicut abscindere.} ostendit quod proposuit. & inquit, sicut abscindere in securi: & aspicere in oculo, sunt postremæ .i. actus & perfectiones secundæ istarum rerum, ita vigilia est postrema perfectio animalis sensibilis. & capit hic vigiliam vniuersaliter pro omni actu secundo: vt Simpl. dixit sup. {Et hoc} exponit Auer. d. & dixit hoc .i. istud exemplum: quia manifestum est, ꝙ proportio abscisionis ad instrm̃, qñ abscindit & aspectus ad oculũ, qñ aspicit: est sicut proportio actionis sensuũ ad aïal in vigilia. vigilia .n. est vsus sensuũ. & sicut ista dispositio est postrema perfectio oculi: sic vigilia postrema perfectio aïalis, habetur ergo quid sit actus secundus, & quæ potentia ad actum secundum. Et sicut visus.} exponit quid sit actus primus, & inquit. & sicut visus, qñ anima non vtitur ipso, dicitur esse potentia qua oculus videt, ita dicimus ꝙ anima est potẽtia qua animal viuit, qñ animal nõ agit per illas actiones aïæ: corpus aũt animalis, est id, quod recipit illam potentiam, aut virtutem illam, & dicitur potẽtia, quia qñque agit, qñque nõ. & dicitur potentia in tempore in quo non agit: & sic patet quid sit actus primus: & consequenter quid potẽtia ad actum primũ. declarata ergo sunt quatuor .s. quid actus primus, quid secundus, quid potentia prima, quid potentia secunda. Nunc vltimo declarat totum esse aïalis, & inquit. sicut oculus est membrum .i. organum & visus: ita aïal est anima & corpus, & ponit expositionem: & patet.

Dubitationes. Dubium est: quid sit ista potentia prima, & quid secunda potentia. adhuc an vnum sint, an diuersa secundũ rem. primo aspectu videtur ꝙ sint diuersæ realiter. qm̃ sunt in diuersis subiectis. Adhuc potentiæ distinguuntur ꝑ terminos: sed terminus potentiæ primæ est forma: secundæ est operatio: vt Auer. inquit. sed actus primus, & operatio distinguuntur, quare & potentiæ. Amplius potentia ad formam est essentialis: & potentia ad operationem est accidentalis, vt Auer. inquit. 8. Physic. contra Ioan. Gram. & illa quorum vnum est accidens: & reliquum essentia, diuersa sunt re. igitur potentiæ illæ differunt re. Præterea potentia essentialis & prima corrumpitur in aduentu formæ, accidẽtalis remanet. ergo distinguitur realiter. & hoc argumento vtitur Auer. 1. Physic. In oppositum vr̃ ratio, vnus re est actus primus & secundus, ſm Auerroim. ergo & vna re erit potentia vtraque. Potest dici, ꝙ potẽtia prima est potentia materiæ, & potentia secunda est potentia actiua, vel receptiua formæ, modo dictum est potentiam materiæ esse idem ꝙ materia: & per ꝯñs potentia formæ erit idem ꝙ forma. modo forma diuersa est à materia, & sic potentia prima & secunda diuersa sunt, quemadmodũ forma & materia. pñt tamen dici vna potentia vnitate ordinis: quia ordinantur ad vnum vltimum finem. Ad argumẽtum in oppositum dicendum, ꝙ actus primus & secundus sunt vna res in subiecto, differũt aũt rõne: & quia potentia secunda dicit̃ secũda: non respectu actus secũdi, ſm id quo est idẽ primo, sed ſm id quo distinguitur: id aũt est opatio.

Commen. 4. Commen. 32. Commen. 70. Solutio.

COMMENTARIVM.

SIMPLICIVS vt in collectaneis diximus: vult Aristotelem in prima textus parte remouere dubitationẽ circa ea quæ dixit proximo textu, dixit enim sic, sicut pars ad partem se habet, ita totus sensus ad totũ corpus sensitiuũ inquãtum huiusmodi: id est inquãtum actu sensitiuum: & actu viuens: & sic velle vr̃ Arist. ꝙ anima sit actus corporis, quatenus actu viuit, & non quatenus potentia est viuens, cuius contrarium dixit supra, ꝙ aïa est actus corporis viuentis in potentia. Simplicius ergo vult ꝙ Arist. primo remoueat hoc dubium in prima textus parte secunda vero ibi. {Vt igitur incisio.} Vult ꝙ Arist. compleat syllogismum, addẽs illi syllõ ꝯclonem. De prima parte vult, ꝙ Arist. distinguat de viuente potestate, quia aliud est viuens potestate potentia abijciente actum, vt semen, & fructus, aliud viuens potentia est, potentia scilicet illa quæ stat cum actu. Ex hoc habetur solutio, cum enim dictũ est aïam esse actum corporis viuentis, vt viuens, non sequitur eam non esse actum corporis viuẽtis potentia, quia viuẽs potentia stat cum viuentẽ vt viuẽns, id est cũ viuẽte actu. In secunda vero parte vult ꝙ Arist. perficiat syllogismũ, quia cum accepit propositiones, tacuit conclonem: & sic vult ꝙ hic ponatur. Hæc Simpl. quã expositionẽ in iuuenta approbauimus. Nunc vero vr̃ mihi esse dicendum, ꝙ cũ Arist. aïæ definitionem declarauit quo ad eas partes, quæ ex parte animæ sumũtur, nunc declarat illam: quo ad eam partem quæ accipitur ex parte subiecti .s. corporis. Et duo facit, quia primo, quid intelligendum est per potentia viuẽns, quæ erat vltima particula definitionis, exponit. Secundo epilogat vniuersam definitionem exponẽdo illam per similitudinem. De prima parte talem distinctionẽ innuit, ꝙ potentia viuens duplex est, aliud, quod oẽm actum abijcit .s. tam actum quam habitum, vt semen in aïalibus, & fructus siue germen in stirpibus. Semen .n. potentia viuit, quia nec actu, nec habitu viuit. Aliud vero, quod actũ quidem abijcit, habitum vero nõn abijcit, & hoc pacto dormiens potentia viuit, abijcit .n. vigilantiam quæ est actus secundus, aïam vero nõ abijcit, quæ est habitus. & primus actus. Ex hac distinctione patet vltima particula definitionis .s. q̃uo anima est actus corporis potentia viuẽtis, est enim actus corporis viuentis potentia, non quidẽ ad habitum. siue ad actum primum, sed ad actum secundum. Vnde inquit, est aũt ens potentia vt viuat, nõ abijciens aïam, sed habens aïam & potentia ad actus vitales, qui ab aïa proficiscuntur, & per hæc vult hr̃e primum membrum. Deinde subscribit secundum, & inquit. Sẽmẽ aũt & fructus est potentia huiusmodi corpus viuens. & sic viuens potentia secundo modo: est quod abijcit actum, & habitũ. Declarata ergo hac vltima definitionis particula, epilogat definitionem per similitudinem. Et primo per similitudinẽ declarat & actum secundũ animæ. Secundo & quatenus ipsa est habitus & actus primus. Et tertio declarat, & quale corpus ipsum sit, cuius aïa est actus & q̃uo potentia viuẽs. Et inquit, igitur vt incisio & visio sunt actus secundi, incisio quidem acuminis: visio aũt potentiæ visiuæ, quæ est habitus oculi, sic & vigilantia actus est .s. secundus aïæ. Ex hac ergo cõparatione patet quid sit aïæ actus, ad quem viuens corpus in potentia est. Deinde iterum per cõparationẽ declarat, quo modo aïa sit actus primus siue habitus, quem non abijcit viuens potẽtia, & inquit. Vt aũt visus est & potentia organi .s. oculi, illius dico quasi habitus & actus primus, sic anima est .s. habitus, & actus primus corporis. Tertio declarat quale corpus sit ipsum, cuius aïa est actus, & q̃uo est potentia viuẽs, & inquit. Corpus vero est id quod est potentia viuens, nõ quidem potentia abijciente aïam,

& habitum,

& habitum, siue actum primum, sed sicut oculus supple, cuius visus est actus, est pupilla, & visus collectiue sumpti:& ibi.s.in talibus potentia viuentibus aial, cuius anima est actus,aia & corpus est,ergo per corpus, qd est potentia ens,non cadauer, vel semen abijciens aiam intelligendum est,sed viuens actu primo,vt est aial, quod est anima,& corpus collectiue sumptum, potentia vero actu secundo, quare bene dictum est aiam esse actum corporis, & corpus esse viuens potentia,cuius anima est actus:quia per potentia viuens intelligimus corpus viuens vt aial, ꝙ viuit actu primo:& est potentia viuens ad actus secũdos. Quo vero ad verba attinet,semen græce est σπέρμα, sperma,fructus vero καρπὸς, & quãquã semen indifferenter accipiatur pro semine animalis,& plantæ, vt in græco sperma,tamen hic proprie pro semine animalis accipitur.Carpos vero græce,est fructus latine,tñ hic non pro genitura accipit̃,sed pro semine,quod etiam pulpa põt dici, ex qua genitura promere vr̃. Per vigilãtiam vero oẽs actus secundos animæ intellexit,vtitur.n.vno actu exemplo omnium, similiter per aial,viuẽs actu intellexit, exemplo cuius oĩa actu viuentia voluit intelligere. Sed quæritur primo vtrũ viuens potentia abijciat oẽm actum secundum,ait.n.quod non abijcit habitum: sed actum secundũ: ergo viuens, potentia abijcit oẽm actum secundum. Et dicendũ ꝙ viuẽs potentia non abijcit actum secũdum, qm̃ anima sensitiua, de qua fuit sermo,cum abijcit vnum actum, vt vigilãtiam, non abijcit alium.s.sonum:& sic in alijs. Sed dubitatur de vegetatiua,& de corpore viuente ẜm vegetatiuam vitam. non enim vr̃ id,quod viuit vegetatiuam vitam,abijcere aliquem actum, semper.n.est in nutritione. Possumus ergo imaginari vegetatiuam aiam tribus modis esse actum primum,licet semper sit in actu.2. Et tribus modis quod viuit vegetatiua anima esse potentia viuens. Vno modo dicere possumus vegetatiuam aiam esse actum primũ, nõ ꝙ sit aliqñ in actu.2.& aliquando non, sed quia non substantiatur per eius operationẽ: quæ est actus secundus. Et hac rõne possumus dicere vegetatiuum corpus esse potentia viuens,quia,vt vegetatiuum,viuit aia vegetatiua,quæ non sub̃atur per eius actum secundum.quare viuit potentia ad actus secundos,quia ad eos actus: quæ non sunt aiæ sub̃æ, dicunt.n.Phi aliquid esse potentia ad aliquid,quando non est de sub̃a eius,vt in lib. de interpretatione dicit̃: & hoc pacto intellexit Simpl. Alio modo dicere possumus (& quasi concidit in idem,)ꝙ aiam esse sine actu suo: põt intelligi dupl̃r.Vno modo secũdum rem, (& sic album in niue est sine dulcedine.)Alio modo ẜm rõnem(& hoc pacto album in pomo dicimus esse sine dulcedine)non ꝙ in pomo non sit dulcedo: sed,quia non est de rõne albi:vt sit dulce. Tunc dico ꝙ aia vegetabilis est actus primus, & sine actu secundo,nõ primo modo, quia fortasse semper est cũ actu secundo coniuncta:sed.2.modo, quia actus secũdus nõ est de sua rõne.Simili modo viuens corpus est potẽtia viuẽs non re,quia semper est in actu: sed rõne, quia non est de rõne sua operatio:& hæc expositio quasi concidit cum illa Simplicij,vt patet. Tertio dici põt, ꝙ licet aia nutritiua sit in aliquo actu,non tamen semper est in eodem actu. De rõne enim actus primi est:vt non sit semper in eodem actu,& hoc pacto corpus viuens potentia viuit, quia nũc est actu vno,nunc altero:nunc enim instauratur: nunc resoluitur,nunc expellit:nunc digerit,nũc attrahit: & ita cũ in varijs actibus reperiatur,dicitur potentia viuẽs:& semper actu viuens,vno quidem actu viuens:altero potentia. Ex his sequitur cœlum viuens corpus esse æquiuoce: tam ex parte animæ,q̃ ex parte corporis:vt diximus. Corporis quidem,quia cœleste corpus semper est in eodem actu;at mortale non. Ex parte aiæ vero: quia aia cœli est entelechia æquiuoce,quia actus secũdus, & primus:cum sub̃etur per operationem, aia mortalis corporis est actus primus, cum non sub̃etur per operationem.Quærebamus in collectaneis vtrum potentia ad habitum siue ad actum primũ, & potentia ad actum secundum sint diuersæ: & nunc & tunc asserendum est eas esse diuersas:quia potentia ad habitum est in materia disposita: vel est ipsa dispositio materiæ,qua põt recipere animam, qualis dispositio est in semine.Potentia vero ad actum siue operationem: est in ipso animato,cui pñs est ipsa anima,imo ẜm Auer. potentia ad actum secũdum est ipsa anima, quia sua anima aiatum põt vti operationibus,& licet actus primus:& secũdus sint idẽ secundum Auerroem: tñ distinguuntur rõne quæ distinctio sufficit pro distinctione potentiarum: potentia enim ad animam,vt anima est habitus sine actu,est prima potentia,illa vero quæ est ad animam actu operantem, est secunda potentia. Hæc ex commento colliguntur.

Verborũ consideratio.

Dubitationes.

An nutritiua sit actus primus.

ARGYR.

Animam igitur non separabilem esse à corpore,vel partes ipsius nonnullas,si partibilis sit, non obscurum esse videtur.corporis nanque partium patet aliquas animæ partium actum esse. nihil tamen vetat vt aliquæ partium sint separabiles animæ: propterea quòd corporis nullius sint actus. At obscurum est, necdum patet,si perinde corporis anima sit actus,vt gubernator actus est nauis. Hoc igitur peracto, vniuersaliter de anima determinatum descriptumúe sit.

Quod quidem igitur non sit anima separabilis à corpore,aut partes quędam ipsius, si partibilis suapte natura sit,non immanifestum est,quarundam enim partium ipsarum actus est. At vero quasdam nihil prohibet,propter id quod nullius corporis actus sunt. Amplius immanifestum est, si sic sit actus corporis anima, vt nauta nauis. In figura quidem igitur hæc determinata, & descripta sint de anima.

Tex.cõm.11.
Quibusdam.n. partibus ipsis actus est.
Alias.
ὥσπερ πλωτὴρ πλοίου vt nauigator nauigij.

COLLEC.
Tex.cõm.11.

Ostenditur per hunc textum primo, ꝙ cuilibet animæ mortalium inseparabilitas à corpore cõueniat. Secũdo,ꝙ rõnalis separabilis.Tertio,ꝙ multifariam inseparabile dicitur.Quarto ostenditur,ꝙ non si vnamet res separabilis sit & inseparabilis, partibilis erit in hunc modum,vt secũdũ diuersas partes se habent opposita,sed alio modo.Hæc igitur quatuor sunt,quæ ẜm Simplicium hic colliguntur. inquit. { Q. quidem igitur non sit aia separabilis à corpore:aut partes quædam ipsius.Si partibilis apta nata est nõ immanifestum. } Them.& Simpl. pariter literam trahentes ad animam intellectiuam,dicunt, ꝙ vterque sermo verus est, tota.n.anima intellectiua separabilis à corpore nõ est,& etiam aliquæ partes eius separabiles non sunt.addidit. { Si partibilis apta nata est,} quia nondum demonstrauit ipsam partibilem vel impartibilem. quodam.n.modo cognouit ipsam impartibilem,qm̃ incorporea, modo autẽ alio partibilem nouit, ad actionem ab essentia distinctam aspiciens.Debes scire(vt sepe diximus) aiam hoĩs habere pl̃es partes.s.intellectiuã,sensitiuam,vegetatiuamque, secundum aliquam istarum est actus corporis ipsum perficiens,& in specie constituens, vt secundum sensitiuam & vegetatiuam,ẜm aliquam istarum est actus corporis, non ipsum perficiens;sed eo vtens,vt instr̃o: eo modo quo artifex,vtitur securi, ergo patet totam aiam à corpore non seiunctam esse:qm̃ omnino cum corpore altero modorũ intelligitur.Patet etiam secũdum quasdã partes esse in corpore,& secundum quãdam non. est enim ẜm partes,sunt enim partes corporis aliquę(vt Them.inquit)quarum formas perfectionesq; sine dubio partibus aiæ sanctissimus. vt oculorum visus,& hoc inquit Arist. quarundam.n.partium corporis actus ipsarum aiarũ sunt.i.perfectiones intrinsecæ,at vero ẜm quasdam nihil prohibet.i.ẜm intellectiuas partes.propter id quod nullius corporis sunt actus: ita actus(vt Them.inquit) vt forma & figura ferri, qualis vr̃ mens intellectusq; esse.Ecce igitur qũo vterque sermo verus est. alio & alio modo.Amplius aũt, { debes scire,ꝙ hominis aia secundum partes quasdam est inseparabilis. } Secundum quasdã separabilis. per illud itaque.{ quarundam enim actus partium est ipsarum } .i.ab omnibus corporibus inseparabilem assignauit vitam. per illud vero. { Verũtamen nihil prohibet, eo ꝙ nullius sunt corporis actus } penitus separabilem significauit per hoc vero. { Amplius aũt immanifestum,si sit corporis actus aia, sicut nauta nauis } vtrũque simul amplectitur:qm̃ vt vtens est inseparabilis,vt perficiens est separabilis. Ecce igitur qũo

qūo totam literæ ſentētiam ad aīam hominis traxit Ariſt. {Figuraliter quidem igitur.} Figuram vocat Ariſt. deſcriptionem & rationem animæ aſsignatam, qm̄ ſolum cōmuniter exiſtens omni animæ aſsignauit: & nō ſecundū vniuocam rationem; ſed ſecundum analogiam: & ideo dixit. {Figuraliter} .i. analogice: eſt enim figura quoddā analogum figuris: vt patet.

Cap. 11. CVM accepit, Proponit Auer. literæ intentionem. d. {Cum accepit.} In diffinitione animæ vniuerſali: quod eſt perfectio corporis naturalis. incepit declarare quātū apparet ex hac diffinitione de abſtractione, & nō abſtractione. i. ſecundum quas ſpēs aīa abſtracta ſit. & ſecundū quas non. & hoc merito: qm̄ poſſet cuipiam videri oēm eſſe in materia, cum dicat vniuerſaliter aīam eſſe perfectionem corporis. ergo omnis eſt perficiens corpus. ergo omnis in materia. Et debes ſcire ꝙ Auer. non loquitur de aīa hominis, ſed de tota aīa cōmuni omnibus ſpeciebus aīæ: vt patet. Inquit, qm̄ manifeſtum eſt ex hoc quod dictum eſt in diffinitione aīæ, ꝙ impoſ͞e eſt: ꝙ anima ſit abſtracta à corpore, aut ſecundum oēs partes. i. ſpēs, aut ſecundum aliq̄ partem eius, ſi innata eſt diuidi, nō latet. apparet. n. ꝙ quędam virtutes ſunt pfectiones partium corporis, ſm̄ ꝙ formæ naturales perficiunt materiam, & tale, cuius ſunt illæ virtutes impoſ͞e eſt, vt ſit abſtractum ab eo quod perficit, & ſic patet prima pars. Oſtendit aūt quomodo non eſt in omnibus ſpeciebus, & inquit, ſed hoc manifeſtum non eſt in omnibus partibus eius cum ſit poſ͞e ꝙ aliquis dicat, ꝙ quædam pars eius non eſt perfectio alicuius membri corporis: aut dicat, ꝙ licet ſit perfectio, tamen quædā perfectiones pn̄t abſtrahi, vt perfectio nauis propter gubernationem: eſt enim nauta perfectio vtens corpore nauis propter operationem. propter igitur hæc duo nō vr̄: manifeſtum ꝙ oēs partes aīæ poſſunt abſtrahi. i. quia quātum ad quaſdam ſic, & quārum ad quaſdam non ſeparabilis: ideo latet eius ſeparabilitas. Deinde narrat opinionem Alex. & ſermo eius patet in toto reſiduo commenti. Ambigit Simpl. cur ergo incertum adhuc dicit, etenim expreſſe ſpeculatiua corpore vtitur, vt organo. Dicendum ꝙ quælibet anima corpore vtitur: eſt igitur ly vtens, omnibus cōmune, vt etiam brutis, immanifeſtum igitur eſt qūo anima intellectiua corpore vtitur: alio modo ab alijs: niſi prius particulariter enumerat omnes.

Aliorum diffinitiones de anima. Plato Timæus Calcidius. Seneca Alexander. Circa ſermonem huius diffinitionis, oportet nos inducere aliorum diffinitiones de aīa: qm̄ ex earum expoſitione nota fiet & Ariſt. diffinitio de anima. Prima itaque diffinitio Platonis eſt in phædone, & in 10. de legibus, anima eſt numerus ſeipſum mouens. Timæus, aīa eſt ſuƀa ſphærica mouens ſeipſam atque corpus per ſe. Calcidius, anima eſt ſuƀa naturalis intelligibilis æterno ſemper in motu conſiſtens, ſuſcepti corporis viuificatrix, derelicto iterum ſocianda. Seneca, anima eſt ſpūs intellectualis ad habitudinem in ſe & in corpus ordinatus. Alex. in lib. de motu cordis, anima eſt ſuƀa incorporea illuminationū, quæ ſunt à primo ſecunda relatione perceptibilis. Quæ autem Ariſt. ex dictis perſpicuum. Primæ tres diffinitiones cōueniunt in eo ꝙ aīam moueri confitentur. Pluribus rōnibus Platonici id probarunt, potiſsime auté ex hoc: qm̄ quicqd effluit ab aliquo, eſt in eo, vt patet in lumine. lumen enim quod à ſole effluit, in ſole maxime eſt: ſed motus effluit ab aīa in corpus & hoc manifeſtū eſt per ſe, ergo motus eſt in anima. ergo aīa mouetur, & ſic patet. Vt ergo omnes huiuſmodi diffinitiones innoteſcant, arguitur cōtra illas.

Contra Pla. dif. Primo cōtra illam Platonis, qm̄ dictum eſt, aīam eſſe ſubſtantiam, ergo non numerum. Adhuc quātitas non eſt de principijs actiuis vt 4. Phyſic. *Commen. 24* Q. aūt non mouens ſit ſe, oſtendit Ariſt. pluribus rōnibus: potiſsima quæ ponit ab eo eſt, omne quod in mouendo mouetur, eo motu mouetur quo mouet, ſed aīa in mouendo mouetur. ergo eo motu quo corpus mouet, mouetur, mouet aūt corpus locali motu, ergo & localiter mouetur: quod manifeſtus error eſt. Alia argumenta eius in hanc vim redeunt, & eodé modo abſoluentur, quo & hoc, & rōnem explicari non expedit. *Contra defi. Timæi.* Contra Timæum inuehitur Ariſt. concludens cōtra eum: tunc animam eſſe corpus: imo cœleſtis naturæ, omne enim corpus ſphæricum eſt ſuƀa ſphærica mouens ſeipſam, & econtra. quare anima cœlum vel naturæ cœleſtis eſt. *Contra Calci. Alex. & Senecam.* Contra Calcidium facit ratio Ariſt. Tunc enim ſola anima humana eſſet aīa, cum ſola illa diffinitio illi competat, & ſic in antiquorum peccatum incidet, ſicut Ariſt. dixit. & in hunc errorem Alex. & Senecæ cadunt diffinitiones. Adhuc ſunt & alij proprij, qm̄ Boetius inquit. Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum congregatione perfectus, qui non pōt eſſe in corpus. Amplius videtur illa particula {ſecūda relatione} ſuperflua: qm̄ immediate homo à Deo illuminatur, ſicut & quælibet intelligentia, ſm̄ peripateticos. Vltimo oēs hmōi ſunt diminutæ: cum in earū non cadit corpus diffinitione, eo modo quo eſt eius perfectio. Dictum eſt. n. ꝙ ſiquis accipit formam, & dimittit materiam, diminute accipit vt cōmen. 17. patet primi huius. Pro intellectu harum diffinitionum, primo debes ſcire, ꝙ quemadmodum magnitudo apud peripateticos pōt capi duobus modis. ſ. pro dimenſiua corporeaque mole, & pro vigore perfectioneque vt Ariſt. in lib. de cauſa motuū animalium inquit, & colligitur ſatis in ſecūdo Perigeneſeos maxime in cōmen. 37. ſic & multitudo pōt capi illis duobus modis. Secundo debes ſcire ꝙ anima eſt quoddā ſimplex, & per pn̄s vna: vel tanquam vnitas, mouet aūt corpus: trāſiens verſus dextrum in ſiniſtrum per ante & poſt, vt Ariſt. inquit in lib. de animalibus. dextrū aūt & ſiniſtrū. ante & retro, multitudinem faciunt quādam numeroſam, cuius anima eſt principium effectiuum. Tertio debes ſcire: ꝙ aliquod mouere ſe pōt dūpliciter intelligi. Vno modo, vt ipſum ſit agens motum & recipiens motū: eo modo quo dicimus aīal mouere ſe, qm̄ agit, & recipit motum. Et alio modo, quia cōtinue exiſtens, emittit actum motionis in altero, eo modo, quo dicimus ſolem lucidum eſſe ꝑ ſe: quia eſſentia ſua lucet, & alia illuminat: eſt. n. motus actus motiui ſm̄ Platonem: ſicut & mobilis ſm̄ Ariſt. *Intellectus defi. Pla.* His acceptis verificabitur diffinitio Platonis, qn̄ enim dicit animam eſſe numerum: numerus non pro multitudine dimenſiua & corporea capitur, ſed ſecundo modo. Neq; capitur ibi numerus pro multitudine illa cauſata & compoſita ex dextro & ſiniſtro &c. ſed pro ſuƀa cauſante huiuſmodi numerum. eſt ergo aīa numerus. Iterū cum dicit ſeipſum mouens, non intelligit, ꝙ agat motum, & eum recipiat, ſed qa ipſa ſeipſam emittit cōtinue in corpore vitā & operationes motus. eſt igitur anima numerus ſeipſum mouens. i. anima eſt principium omnium motuum, ſm̄ oēm differentiam pōnis per ſe & primo. & ſic patet intellectus diffinitionis Platonis. *Intellectus defi. Timæi.* Pro intellectu diffinitionis Timæi, debes ſcire, ꝙ quemadmodum ſphæricum dimenſiuum accidens eſt dimenſiuæ magnitudinis, ita ꝙ ſicut corpus diuiditur, qm̄ quoddam ſphæricum, quoddam rectum, ſic & magnitudo vigoris duplex, quædam recta, quædam ſphærica. Vult igitur Timæus aīam ſuƀam eſſe ſphæricam propter tria. Primo propter modum operandi: operatio. n. eius incipit ab eius eſſentia: & per extrinſecū corpus diuoluens: tandem in eius eſſentia finitur. Secundo: qm̄ aīa Dei eſt ſimulachrum: eſt aūt Deus id, in quō principium non diuerſum à fine nec finem diuerſum à principio, & medio reperies. ergo & anima hoc modo ſphæricum eſt quoddā. Tertio ſicut nobiliſsimo corpori aſcribēda eſt figura nobiliſſima qualis ſphærica ſm̄ peripateticos, ſic & nobiliſsimæ ſuƀæ aſcribēdus nobiliſsimus modus operādi. Nobiliſsimus aūt modus operandi ſphæricus: aīa igiť ſubſtantia eſt ſphærica. cur aūt ſeipſam moueat & corpus, manifeſtū in cōmentatione diffinitionis Platonis. Et in hoc non mihi ſatisfacit Them. qui Timæum condemnat in hmōi lib. 1. in eo ꝙ Timæus inqt aīam ſphæricū eſſe corpus, vide ipſum ibidem. *Cap. 19.* Qūo quidem igitur Platonis Timæique diffinitiones in vnum redeāt, ex his quæ modo dixi perſpicuum tibi. *Intellectus defi. Calcidij.* Pro intellectu diffinitionis Calcidij debes ſcire, animam intellectiuam tres habere ſtatus: vnum eſſentialem, & nunquā ab ea ſeparabilem, & hunc dat intelligere cum dixit, naturalis ſuƀa ſemper in motu cōſiſtés: anima enim ſemper naturalis ſuƀa in motu conſiſtit, vt expoſitum eſt. Alium quo in corpore exiſtit: qn̄ enim anima in corpore exiſtit tunc ipſum viuificat omni genere vitæ, & hunc ſta-

tum

tum dedit intelligere, cum dixit suscepti corporis viuificatrix. Vltimum statū habet, dum in corpus redijt, in quo iterum ipsum viuificat, & perficit, & hūc innuit cum dixit, derelicto iterum socianda. Et hac diffinitione designauit tres animæ spēs. s. cœlorum, cum dixit, substantia naturalis intelligibilis in motu semper cōsistens. Caducorū: cum inquit, corporis suscepti viuificatrix. Hominū: cum ait, derelicto iterum socianda, & hoc est: φ hmōi antiqui solam animam humanam intenderunt: qm̄ ex eius diffinitione omnium spērū aīarum definitio assignatur. Pro intellectu diffinitionis Alex. & Senecæ, debes scire, φ anima duplicem habet comparationem. s. ad optimum in ea, & ad corpus: quo & cum alijs brutorum animabus conuenit, & qa anima in comparatione ad optimū est sine corpore se habens: ideo ambæ illæ sine corpore sunt. Ad dictum Boet. patet sol. est. n. beatitudo: de qua loquitur Boet. in optimo statu & vltimo: & in illa corpus non cōmunicat. Ad secundam relatio est duplex, vna ipsius Dei in sensibilibus: altera ipsius in se, & in hūc modum dixit secunda relatione: ad differentiā primæ, quæ est ex sensibilibus habita. Argumentum vero Arist. contra Platonem repellit Theophrastus primo: quia non eodem anima mouetur motu, quo corpus mouet: indicia, comprehensiones, assensiones sunt animæ motus: locales vero sunt corporis. Adhuc trahitur lignum ab hoīe: non tñ econtra videtur homo trahi à ligno. Amplius, vapores vi solis in sublime rapti, rectis angulis subuolant, sol ipse versa vice non rapitur: nec in lineam mouetur: sed in orbem & circulum. Ad huiusmodi Them. in primo huius vult illa motus non esse: cū eis motus diffinitio non conueniat. Ad alia oīa vna est sol. s. φ intelligit in genere motus, non in specie: ita φ si mouens in mouēdo moueat: debet moueri eo genere motus quo mouet: licet non ea specie, vel eo indiuiduo, vt dicit: sed quōcūque, Arist. argumentum nihil cōtra Platonem, quoniam Plato animam moueri non dicit, sicut subiectum, sed sicut agens, vt visum est.

Intellectus defi. Alex. & Senecæ.

Cap. 17. responsione ad primum.

COMMENTARIVM.

QVID velit hic Arist. facere, clarum est, & fere oēs asserunt eum velle ex dictis ostēdere quid nam per assignatam definitionem manifesti, quidúe obscuri, relinquat. Sed quid per aīam intelligat, quidúe per aīæ partes, non oēs conueniunt: atque consensim asserunt. Simpl. Them. & Alexander per aīam: dicunt Arist. intelligere dianoeticā, quæ rōnalis, & syllogistica dicitur: & ab ea parte, quę principalis est, dicitur etiam intellectiua, siue noetica, vt dictum est. Per partes vero, asserunt Arist. intelligere virtutes, siue potentias aīæ rōnalis, cum. n. dianoetica aīa quædam constitutio sit ex parte æterna, quæ est intellectus: & ex parte seminaria, quæ est sensitiua, siue imaginaria: habet aliquas virtutes, vel potentias rōne partis æternæ, vt intellectum & voluntatem, aliquas etiam rōne seminariæ partis, vt sensum & appetitum, ita vt dupl'r sit quoddam totū essentiale quidem, rōne partium essentialium, quarū altera intellectus, altera imaginaria est: potestatiuum vero, rōne vtriusque partis, quatenus rōne imaginariæ habet appetitum & sensum, & rōne intel'is habet volūtatem & intellectum. Considerando ergo dianoeticā aīam, vt est totum quoddam potestatiuum, dicit Arist. ex definitione aīæ non esse immanifestum aīam separari non posse à corpore, aut totam secundum oēs potestates, quæ sibi competūt rōne vtriusque partis essentialis, aut saltem ſm aliquas virtutes, quæ sibi competunt rōne eius essentialis partis, quæ est intellectus. Et intelligūt per partes virtutes, qa Arist. loquitur in numero plurali. non enim potest aīa esse separata secundum aliquas partes essentiales pluraliter, quia vna sola est, intellectus. s. propterea per partes intelligunt virtutes, ergo ſm eas virtutes, quæ animæ cōpetunt rōne intellectus: anima dicitur separata à corpore. Secundum vero eas virtutes: quæ sibi cōpetunt rōne sensitiuæ, & vegetatiuæ. i. ratione seminariæ partis, non est separata, sed actus quarundam particularum corporis. Sed hæc expositio vr̄ ambigua: primo quia Arist. in toto hoc processu, q̄ est de definitione animæ, locutus est de anima cōmuni ad oēm animam: quare non vr̄ rationi consentaneum, vt nullo de rōnali anima sermone præmisso, nunc de ipsa exponat quid manifesti, quidúe immanifesti sit. Secundo, quia dubitationes, quæ per perfectam definitionem remouentur: sunt dubitationes circa definitum emergentes: est. n. perfecta definitio: qua habita, remouentur oēs dubitationes, quæ rei definitæ accidunt. cum igitur aīa rōnalis non sit hic definita, sed anima in cōmuni, ideo rōni cōsentaneū est, vt de anima in cōmuni hæc dicat. Auerroes vero per aīam hic intelligit aīam in cōmuni, per partes aīæ, intelligit virtutes seu potentias, non aūt spēs, vt in collectaneis diximus, vt patet legenti cōmentum. De hac. n. anima in cōmuni Arist. vt Auer. inquit, ait ipsam ſm nonnullas eius virtutes esse actum corporis, ſm nonnullas vero esse separatam, Itemq; de hac dicit Arist. vt Auer. exponit, esse dubium vtrum sit actus vniuoce, an equiuoce, de hac etiam definitionem esse in figura traditam intelligit Auer. Sed hæc expositio videtur difficilis, nam si loquitur de anima in cōmuni, tunc loquitur de ea, vt est quoddam vl'e totum. modo potentiæ seu virtutes non dicuntur partes aīæ, cum aīa consideratur vt totum vl'e: potius enim deberent dici spēs. virtutes enim dicūtur partes aīæ, vt ipsa est quoddam totum potestatiuum, & non, vt ipsa est quoddam totū vniuersale. In iuuenta propter hæc exponebamus per ipsam animam, aīam in cōmuni, quia hæc cōmuniter est definita: & per partes animæ, spēs, quæ sunt rōnalis siue intellectiua, sensitiua, & vegetatiua, nam aīæ aliquæ spēs sunt separatæ, vt cœlestis, & humana anima hæ enim nullius, quod in corpore est, actus sunt, aliquæ vero non separatæ, vt vegetatiua, & sensitiua, & iuxta hāc expōnem addit, si suapte natura partibilis est, propter Pythagoricos, qui dixerunt omnes animas esse vnius & eiusdem speciei. Et licet hęc expositio possit stare, & verbis conuenire, tñ difficile est nunc extendere sermonem ad aīam cœlestem. Et propterea redeo ad expositionem græcorum: vbi dico primo φ Arist. per animam, intelligit intellectiuam. nam solum de hac erat apud priscos qō, vtrum esset secundum oēm potestates separata, an non. Præterea. Intellectiua enim cōtinet omnes alias, vt postea dicet Arist. ideo quicquid de ipsa dicitur, erit dictū etiam de omni anima, ea enim quæ dicuntur de ipsa quo ad sensitiuam & vegetatiuum gradum, erit dictum etiam de sensitiua & vegetatiua aīabus. Quæ erunt dicta de intellectu, erunt dicta similiter de intellectiua in homine. ergo Arist. dicens de intellectiua, & humana anima, de omnibus pariter vr̄ dicere. quare licet definitio sit de aīa communi, ex his, quæ dicit de humana anima, patebit in omni anima quid manifesti: quidúe immanifesti relinquitur ex definitione. Bene ergo Them. Simplicius, & Alex. per animam intellexerunt humanam, per partes etiam bene intellexerunt virtutes, siue potentias, nam humana anima est quoddam totum potestatiuū, continens potestates cuiuslibet aīæ, vt dictum est. Tunc lege verba. Q. quidem igitur non sit anima separabilis à corpore. s. anima intellectiua tota secundum oēs potestates, aut partes quædam ipsius saltē, si partibilis suapte natura est, non immanifestū est, dixit, §Si suapte natura partibilis est§ propter Platonē, qui intellectiuam aīam non posuit esse quoddam totum virtuale, imo tres illas animas posuit loco, atque subiecto diuersas, propterea dicit si secundum virtutes, & non secundū subām suapte natura partibilis sit. & nō actu diuisa, vel hoc inquit propter Democriticos, qui nullam facientes differētiam inter sensum & intellectum: ipsam animam non ponebant partibilē, nec esse quoddam totum potestatiuum, vel hoc dixit propter cām Simplicij, in collectaneis expositam, quia. s. nondū cognouit ipsam partibilem, quia modo quodā cognouit impartibilem, quia incorporea est, modo quodam partibilē, quia habet plures virtutes. Sic igitur ex definitione patet, aut animam ſm omnes potestates esse concretam subiecto, & materiæ aut secundum quasdam sic, ſm quasdam non. Et exponit secundum quas partes non separetur, & secundum quas separetur. & inquit, quia ipsa secundū aliquas suas potestates est quarūdam ipsarum partium corporis actus, vt secundum potentias sensitiuas, & vegetatiuas. At vero secūdum quasdam eius partes prohibet nihil ipsam

Expositio græcorum.

Dubitationes contra expositionem.

Expositio Auer.

Refutatio.

In iuuenta expositio.

Qualis expō.

Approbatio expōnis græcorum.

ipsam separari,propter id quod nullius particulæ corporis tales partes actus sunt,vt intellectus ipse possibilis,& agens,& voluntas,ergo anima humana quibusdā suis partibus erit separata.s.illis, quæ nō sunt actus particularum corporis,quibusdam nō separata.s.illis,quæ sunt actus par ticularū corporis. Pōt etiam legi textus aliter,nā ille genitiuus{quarūdam partium ipsarum}pōt legi in ablatiuo, græci.n.vtuntur genitiuis absolutis pro ablatiuis, q̄a non habent ablatiuum. Similiter verbū illud{quasdam}in ablatiuo absoluto legi pōt, vtuntur.n.nōnunquā accusatiuo absoluto pro ablatiuo,& tunc lege sic. Est aīa quibusdam partibus separata,quibusdam nō separata,quia quibusdam ipsis suis partibus est actus particularum corporis,at vero quibusdam nihil prohibet eam nō esse actum , propter id quod partes illæ nullius particulæ corporis actus sunt.ergo humana aīa est partim separata , partim non separata. hoc est id,quod ex definitione est manifestum.Deinde exponit quid relinquitur immanifestum,& inquit . Amplius immanifestum est,si sic sit actus corporis aīa vt nauta nauis.hoc enim est,quod ex definitione non patet . Demum epilogat,& inquit. In figura quidē igitur hæc determinata & descripta sint de anima.Et per figuram intelligit descriptionē.nō.n.dedit animæ definitionē propriam, sed figuralem , quia descriptionem. Mouet hic Simpl. q̄onem pulchram.cum enim dixit animam secūdum quasdam partes separari,ſm quasdā non, statim patet eā non esse actū corporis eo modo,quo nauta est actus nauis. nā nauta est penitus separatus actus . Propterea quærit Simpl. cur dixit esse immanifestum si sit actus sicut nauta nauis. Rn̄det Simpl.ꝙ omnis anima vtitur corpore,quod ꝑficit,propterea non dubitat,an sit vtens, sed de modo quo vtitur corpore . Clarius dici pōt,ꝙ dubitatio debet sic intelligi. Ex definitione patet aīam humanam ſm quasdam partes esse actum corporis perficientem ipsum:vtrum vero cum hoc possit eē forma corporis,vt nauta nauis.s.vtēs,ita vt stent simul ipsam esse actum secūdum quasdam partes , & vtentem.modo quo nauta vtitur naui . Hoc.n.immanifestū est ex definitione.licet.n.pateat eam esse actum ſm quasdam partes,dubium est vtrū cū hoc quod est actus perficiens, possit esse actus vtens. Hoc enim ex definitione nō patet. Sed circa hæc quæritur primo, quia nō vr̄ verum ꝙ aīa secundum aliquas partes sit separata,q̄a ſm omnes est actus corporis physici,& ſm oēm opinionem. Secūda,si anima secundum eas virtutes,quæ spectant ad partem intellectiuam,est separata à corpore, tunc in morte non acquireret aliq̄ separationem quo ad eam partem,plus q̄ in vita. Tertia si aīa est actus corporis.ergo aīa post mortem non est aīa,quia post mortem nullius corporis actus est , & ita nō erit anima.Quarta,vtrum ſm Auerroē intellectus copuletur nobis secundum esse,an solum dicatur actus,q̄a vniť nobis secundum operationem . vt Gandauensis autumat. Ad has q̄ones,licet difficiles respondemus. Ad primā dicamus ꝙ aīa intellectiua dupliciter dici pōt separata corpore ſm aliquas partes, & dupl'r secundum aliquas nō separata.ſm virtutes quidem,quæ sunt illius, vt intellectiua est,est separata à subiecto,& ab organo: à subiecto quidē, vt diximus,separatione dependentię.ab organo vero:quia virtutes,quæ sunt ipsius,vt intellectiua est , nullius particulæ corporis sunt actus.Secūdum vero partes , quæ sunt illius,vt sensitiua,& vegetatiua, ipsa dupl'r non est separata,primo,quia illæ partes dependent à subiecto,quia(vt dicemus)consequuntur aīam,vt vnitur particulis corporis, & ita vnione cessante,cessabunt potentiæ illæ, quæ fluunt ab vnione,vt dicemus secundo,quia secundum illas , non separatur à particulis,vt ab organis , sed est actus particularum organicarum. Ad secundā rn̄det Arist.lib.2.de generatione aīalium,quod dum est in corpore , ꝑficit ipsum & coagulat,vt opos lac.i.vt coagulum siue succus lac,dissoluto corpore,non amplius perficit, & sic dū erat in corpore,erat terminus actualis vnionis,post mortem nō erit amplius terminus actualis vnionis, sed aptitudinalis. Ex quo sequitur,ꝙ intellectiua anima post mortem non dicitur separata,quia prius dependebat à corpore,& post non dependet,sed potius econtra , q̄a corpus in vita dependebat ab anima,& postea non dependet,vt Arist. dicit. Præterea.In vita corpus perficiebatur ab aīa,postea nō perficitur.ergo sicut dicitur vnita & perficiens relatione , qua corpus ab ipsa dependet,& perficitur:sic post mortem dicitur separata,quia corpus nec perficit,nec dependet amplius ab ipsa.ergo in morte nō separatur plus q̄ in vita separatione dependentiæ à subiecto,quia nec in morte, nec in vita à corpore dependet,vt à subiecto, nec separatur in morte separatione ab organo , quo ad gradū intellectiuū, quia nec in vita dicebatur organica,sed separatur. vt Aris. dicit,quia amplius corpus , quod coagulabat, & in vnum conseruabat,non conseruat:nec in vnitate specificat . rursus corpus quod ab ipsa dependebat, non amplius dependet . Præterea. Virtutes : quæ erant ei connexæ in operationibus:quæque ipsi deseruiebāt, nō amplius deseruiunt. insuper corpus quod in omnibus operationibus viuificabat,non amplius viuificat. Ex hoc sequitur ꝙ aīa separatur à corpore,quia corpus separatur ab ipsa,nunquā enim anima desiniret informare corpus,nisi corpus in disponeretur, reddereturque subm ineptū animæ , eo.n.ipso quod subm in quāto & quali indisponitur , aut ad maius, aut ad minus : mox anima desinit corpus coagulare,perficere, in vnum cōseruare:& tandem desinit ipsum informare . quare anima deserit corpus:potius cā desitionis facta in corpore,q̄ in aīa,& hæc Thomas egregie in q̄onibus disputatis asserit. Ex his patet aīam in separatione nihil subē deperdere,sed quo modo corruptio hominis sit subalis, quo autem modo sit gn̄o,in lib.3.dicemus.animæ vero cęterorum,vt animalium,& plantarum desinūt, & informare, & esse,quia erant formæ dependentes à subiectis, & ab organis,& per ꝯn̄s aīal & planta desinunt per corruptionē formæ subalis,quia desinunt desinente forma . hoc pacto homo,nec generatur,nec corrumpitur : nō enim eius forma incipit per generationem:nec desinit per corruptionem: sed q̄uo potest esse gn̄o: & q̄uo corruptio subalis , si nihil animæ nec tota aīa desinit? Disputabitur,vt dixi, nō enim res leuis est. Ad tertiam , Thomas in q̄onibus disputatis asserit aīam humanam post mortem non esse aīam, q̄a amplius non est actus perficiens corpus, nec amplius ab ipsa dependet corpus.Est bene tn̄ intellectus , vel intelligētia quædam.Sed durum est hoc dicere,quia si aīa mutaret definitionem videretur mutare essentiam. Tutius dicere possumus vt etiam ipse dicit:ꝙ aīa post mortem,nec actu,nec potentia est corporis entelechia : sed aptitudine , quia est suba,à qua natum esset perfici corpus suum , si esset, & dependere,& sic post mortem est aīa,quia ad rōnem aīæ sufficit,vt sit actus corporis,aut perficiēs , aut aptus perficere: non enim oportet vt definitio dicat actū , sed sat est si etiā dicat aptitudinem. Sed oppones adhuc per rōnem Alex. in lib.de aīa,quia quod per se subsistit,nullius pars esse potest,nec actu,nec aptitudine,sed aīa post mortē ꝑ se subsistit,igitur nec actu, nec aptitudine pōt esse alicuius essentialis pars , ergo post mortem nulla rōne dici pōt anima. Dici potest ꝙ aīa post mortem,non per se subsistit , q̄a sit indiuiduum completum in sua spē : quia tunc frustra fuisset vnita.sed per se subsistit,quia non est actu pars alicuius cōpositi,& sic potest esse aīa , quia licet per se actu subsistat,aptitudine est pars alicuius cōpositi. Ad vltimam respondet Gandauensis ꝙ intellectus solum ſm operationē est actus corporis humani,nō quidem ꝑficiens , sed solum assistens. Imaginatur.n.humanum corpus esse perfectum per aīam cogitatiuam,& per illam reponi in specie,ab intellectu vero vult hoīem habere operationē quæ est quasi ei super naturalis, quia non secundum propriam formam. Et licet pro parte de hac opinione diximus , tn̄ iterum dicamus,ꝙ Auer. vbique 3.de aīa asserit intellectum nobis dupl'r copulari,& per nām:& per operationem,ad quā vtitur corpore humano. modo quid ipse pōt intelligere ꝑ naturalem copulationem, nisi vnionem ſm esse : præsertim cum dicat eum per naturam nobis vniri eo ipso,ꝙ sumus? Præterea.Si intellectus ꝑ operationē solum vniretur , tūc homo antequā intelligeret,esset mere brutum, q̄a gradus cogitatiuus non excedit gradum sensitiuum , vt dicemus. Propterea dicamus : ꝙ ſm Auer. dupl'r nobis copulatur intellectus,

Marginalia (left column): *Alia constructio.* — *Quæstio Simplicij pulchra.* — *Solutio Simplicij.* — *Quæstiones.* — *Solutio 1.q.* — *Q̄uo intellectiua anima dicatur separata.* — *Solutio 2. Cap.3. Ὑπ' ὀπὸς γάλα.* — *Qualiter aīa post mortē dicitur separata.*

Marginalia (right column): *Exceptū pulchrum.* — *Solutio 3. An aīa post mortem sit anima.* — *Cap.6.* — *Solutio. Vltimæ an intellectus sit vnitus solū per operationem secundum Auer.* — *Cōm.5.et 20.* — *Solutio pro Auer.*

intellectus, vno modo naturali vnione, quatenus ex ipso & cogitaria fit vna anima intellectiua, quæ perficit humanum corpus, & sic licet non sit tota forma vel tota aīa humani corporis, est semiforma, siue semianima perficiens humanum corpus. Alio modo habituali vnione, quatenus naturaliter parti cogitatiuæ vnitus corpore humano vtitur ad suam operationem perficiendam. Primam vnionem Auer. vbique naturalem appellat, q̄a nobis vnitur medianre cogitaria parte, quæ nobis inest à natura ex semine. secundam vero appellat habitualē, quia ex frequentatis actibus, quę sunt ipsæ intellectiones, nobis vnitur. Ex his patet ꝙ intellectus est actus humani corporis, nō vt forma, vel anima, sed vt semiactus: vel semiforma, vel semianima.

Error Auer.

Verum quouis modo positio Auer. intelligatur, est falsa. Si enim vt Gandauensis dicit: intelligitur, homo nō esset nisi mere brutum formaliter, & non intelligens, nisi vt nauis est animal, vel intelligens. Secundo modo est peius. non enim video qūo ex parte æterna, & parte corruptibili fieri possit vna forma, vel vna aīa vera vnitate, qua dicatur forma vna, vel aīa vna. Hæc pauca nūc, q̄a postea multa.


ARGYR.

At enim cum ex obscuris quidem, magis autem manifestis fiat id notum, quòd est dilucidum ac notius ratione, enitendum est rursus hoc pacto de ipsa anima pertractare. Rationem enim diffinitiuam non solum esse significare, vt complures dicere diffinitiones videntur, sed etiam in ipsa causa inesse ac apparere oportet. Nunc autem diffinitionum complures vt conclusiones esse videntur. veluti quid est quadratio? confectio figuræ laterum æqualium, angulorumque rectorum æqualis, altera ex parte longiori figuræ. atque diffinitio talis, conclusionis occupat locum. At ea quæ quadrationem inuentionem esse mediæ dicit, ipsius rei profecto causam, vt patet, aßignat.

Tex.cōm.12. σαφὲς certum, manifestum.

Quoniam autem ex incertis quidem, manifestioribus autem, certius fit, quod & secundum rationem notius est, tentandum est iterum sic aggredi de ipsa, non enim solum hoc est quod oportet definitiuam rationē ostendere (sicut plures terminorum dicunt) sed & cām inesse etiam demonstrare, nunc autem, vt conclusiones rationes terminorum sunt, vt quid est tetragonismus, equale altera parte longiori orthogonium esse equilaterale. Talis autem terminus rō cōclonis est, dicēs aūt, ꝙ tetragonismus est mediæ inuentio, rei cām dedit.

λέγεται αἴτιον, dicit causam.



quadratum.

Definitio vt conclusio.

Quid est tetragonismus?

rectangulum.

Orthogonium equilaterale equale altera parte longiori.

ex linea quæ inuenitur media.

Definitio vt principium.

Quid est tetragonismus est mediæ lineæ inuentio.

COLLEC. Tex.com.18.

Hunc locum (si Themistium sequi volumus) sic continuabimus, quod cum Arist. proposuit communem animæ diffinitionem, vult hoc in loco propriam tradere. Et tu debes scire, quòd animæ diffinitio potest duobus modis tradi. Vno modo omnibus speciebus animæ cōmunis, & sic tradita est. Alio modo singulæ accōmodata. & sic mox tradetur. Ratio autem ordinis est, quoniam cum Aristot. tractauerit iam cōmunem animæ diffinitionem: opus est, vt modo de facultatibus animæ pertractet. & quia nō potest tractare de facultatibus, nisi tractet de tota anima, est enim anima totum quoddam potestatiuum, & facultate partes potentiales: ideo opus est prius de anima tota aggredi. & quia non sufficit dicere diffinitiones cōmunes in distinctione facultatum animæ: ideo opus est aggredi proprias diffinitiones. Inquit ergo Arist. quoniam autē ex ignotis, sup. natura quidem, certioribus autem sup. quo ad nos: fit quod & s̄m rationem. i. naturam notius, tentādum est iterum sic aggredi de ipsa. & per hoc vult habere, secūdum Them. quare de ipsa tota vult dicere prius, quàm de potentijs. reddit aūt causam, quare diffinitio pręposita nō sufficit ad facultates inuestigandas. d. non enim solū oportet definitiuam rationem ostendere: sicut plures terminorum. i. de numero diffinitionum dicunt, sed cām in esse & demonstrare, dixit autem. {Tentandum sic aggredi. }vt innueret diffinitionem dandam esse altiorem & perfectiorē prædicta, tentamus. n. ardua, aggredimur etiam perfectiora. Nunc autem. }exponit per exempla diffinitionem esse duobus modis. s. sicut cōclusionem, & sicut præmissam, & sermo eius manifestus est p se. Ex his apparet, s̄m Them. Arist. in hoc loco dare causam, cur à diffinitione propria, vult incipere in tradendo de potentijs, & nō cur vult post cōmunem tradere, propriam, vt latini aiunt, & Auer. Amplius s̄m Them. reddit cām cur diffinitio data, in tradēdo potentias animæ, non sufficit: & non cur dāda est completior prima. & vide paraphrasim eius ī hac parte, & tibi aperietur hic locus.

QVIA cognitio. In hoc commen. 12. Auer. aliter literam cōtinuare vr̄. Et primo dat cām, quare prædicta diffinitio non sufficit ad cognitionem specierum animæ: & syllogizat sic. nulla diffinitio vniuersalis & multiplex sufficit in cognitione propria spērum alicuius diffinibilis, sed diffinitio data est vniuersalis & multipl̄r. ergo diffinitio data non sufficit. huius primo proponit conclusionem. d. quia cognitio acquisita ex hac diffinitione data nō sufficit in cognitione sub̄æ cuiuslibet partis animæ. Hæc est conclusio. Deinde accepit minorem. d. quoniam hæc diffinitio est vniuersalis omnibus partibus aīæ, & dicta de eis multipliciter, hæc minor est. Accepit & maiorem. d. & tales diffinitiones non sufficiunt in cognitione rei perfectæ: cum fuerint vl̄es vniuoce, ne dum, cum sint vl̄es multiplices. & tunc apponit intentum capituli. d. quærendum est. n. post ad sciendum vnamquāque partium quæ collocatur sub illa diffinitione, cognitione propria: cum diffinitio data nō dicatur de eis vniuoce. & sic patet intentio in generali, & cā intentionis. & in hoc apparet defectus expōnis Themistij, Them. n. videtur velle ꝙ Arist. pręponat dicere de diffinitione propria, gr̄a potentiarum inuestigandarū. Auer. præordinata gr̄a notitiarum specierum, & hoc vr̄ melius, q̄m (vt Philoponus inquit in 2. Poster. in principio) cognitio accidentium imperfectior est cognōne sub̄æ. si ergo præordinasset cognōnem diffinitiuam propriam gr̄a accidentium: tunc præordinasset nobile ad ignobile, ideo intentio principalis erit circa spēs aīæ cognoscendas, p accidens circa accidentia. Et hanc expōnem sequit̄ Simpl̄. hoc in loco. Incipit igitur} cum dedit intentionem in vl̄i, & cām intentionis, apponit hic intentionem in spāli, & causam intentionis, secunda ibi. {Et cā propter quam. } inq̄t. Incipit hic dare viam ad cognitionē. i. per quā poterimus inuestigare diffinitiones, quæ appropriantur cuilibet partium in rebus ignoratis, id est diffinitiones proprias speciebus, & causam propter quam non sufficiunt tales diffinitiones in talibus rebus. ecce qūo duo proponit. dicturus inq̄t in primo, & quia via naturalis in cognitione causarum propinquarum rebus est ire de latentibus apud naturam ad apparentia apud nos, & est ire de posterioribus in esse, ad priora in posterioribus dixit hoc oportet nos ire, in cognitione diffinitionum propriarum vnicuique partium animæ, per istam viam, & reddit causam.

.d.& nulla est via in cognitione talium diffinitionũ.s.quæ componuntur ex propinquis causis proprijs rei, cum fuerint ignoratæ,nisi à posterioribus apud naturam, est ergo methodus inuestigandarum diffinitionũ,accipere confessa nobis,& ex illis procedere ad quidditatem rerum, vt in primo huius dictum est,& hoc modo faciet:& hic ex motu,& sensu,& alijs inuestigabit propriam vnicuiq; animæ diffinitionem. Et causa.§ quia posuit diffinitionem animæ cõmunem,& quis posset dicere illam sufficere, reddit cãm,cur illa non sufficit & inquit, & causa propter quam nõ sufficiunt in cognitione rei tales diffinitiones vl'es est, quia oportet vt sermo diffiniens perfecte, nõ demonstret genus rei tm̃,sicut faciunt plures diffinitiones: sed sermo diffiniens debet demõstrare causam rei propriam, propinquam,existentem in actu.s.formam,non genus. Et cum.§ nunc primo proponit intentionem,& inquit. & cum noti ficauit hoc, narrauit cuiusmodi diffinitio, quã quærit in vnaquaque partium animæ.i.spẽs aïæ. & cuiusmodi est diffinitio prędicta inquit,ista diffinitio,quã modo quærimus, est similis diffinitionibus,quæ sunt quasi præmissæ demonstrationis,vl'is aũt diffinitio prædicta est similis diffinitionibus,quæ sunt quasi conclusio. Et cum.§proponit intẽtum partis sequentis,& simul declarat naturã vtriusque, & inquit,& cum declarauit hoc,dedit exemplum de diffinitionibus,quæ sunt quasi conclusio,dico quasi conclusio, si fuerint ignoratæ esse in diffinito, aut ꝓ & fuerit cã quæsita in eis.duo igitur requiruntur ad diffinitionem, ad hoc vt sit conclusio.s.vt sit ignorata inesse diffinitio:& vt habeat cãm per quam posset concludi de illo. Et dedit exẽplum§ de diffinitionibus quæ non sunt quasi conclusio demonstrationis,sed sunt(si fuerint manifesta per se)principia demonstrationis,vnam dedit cõditionẽ diffinitionis, ad hoc vt sit quasi principium.s.vt sit per se nota, & adde secundam,& vt dicat cãm. Et si.§posset quis dicere,istæ diffinitiones quæ sunt quasi principium, quando sunt ignoratæ, quõ scientur inquit.& si fuerint ignoratæ,tunc impossibile est vt declarentur esse in diffinito,nisi per argumentum quia. Et dixit.§& sermo eius patet hic. Et cum dixit.§Hic duas remouet dubitationes literæ.secũda ibi. §Neque intendebat.§ Inquit ergo in prima, & cum dixit, modo aũt intentiones diffinitionum sunt quasi cõclusiones.est ergo dubitatio cur apponit ly§quasi§ respondet non intẽdebat ꝙ ista diffinitio inducta in anima est conclusio demr̃onis, sed intendebat ꝙ est ex genere istarũ diffinitionũ,ſm ꝙ tales diffõnes sunt vl'es, & ideo dixit sunt.q.ꝯclones. istæ.n. diffõnes,aut sunt ꝯclones, aut sunt similes diffinitionib', q̃ sunt ꝯclones. Neque intẽdebat.§remouet secunda,posset.n.quis quærere,an diffinitio danda sit vere principium, soluit.d.neq; intendebat ꝙ diffinitio querenda hic, in vnaquaque partium specierum aïæ, est ex diffinitionibus,quæ sunt quasi principium demonstrationis: ita ꝙ sint manifestæ per se,q̃a sunt ignoratæ apud nos,& via ad cognoscendum illas est ex posterioribus, sicut dixit, sed intẽdebat ꝙ est ex genere illarum diffinitionũ,tales.n.diffinitiones,aut sunt principiũ demr̃ationis, aut sunt similes diffinitionibus,quæ sunt quasi principiũ demr̃ationis, & tunc præordinat textum,& sermo eius patet. Hic duæ sunt dubõnes:

Dubitationes.

quarum prima est,quænam diffinitio dicitur, & demr̃onis ꝯclo,quæ vero propter quid, & demr̃ationis principium, vel medium. Secunda qõ esse põt, quonam modo diffinitio data, & danda, se habeant inuicem. Ad primam Egidius de Roma insistit,cur diffinitio dicit̃ quia. & ait ꝙ propter duo,vel q̃a imperfectior,vel quia dicit medium in demonstratione q̃a,sicut diffinitio per causam remotam, diffinitio autem dicitur propter quid, quia perfectior, & q̃a est medium in demonstratione propter quid. Amplius secũdum eum diffinitio dicitur demonstrationis ꝯclo, vel quia dicit causam remotam diffiniti, quæ concluditur affirmatiue de diffinitio, vel quia datur per aliquod posterius.Dicitur quoque principium ecõtra, quia medium in demonstratione affirmatiua, & quia conclũdit causam ꝓximam. vide ipsum hic,quia prolixe. Sed huiusmodi solu. nulla videtur,prima non,quoniam diffinitio data per materiam solam dicitur diffinitio propter quid, & tñ omnibus diffinitionibus imperfectior est. Secunda causa nihil est,qm̃ potius medium specificat demonstrationem, q̃ à demonstratione specificetur,vt Arist. inquit in suis posterioribus.Secunda pars sol.peccat, quoniam affirmatio & negatio sunt duæ species ex æquo oppositæ, ergo sicut dicitur conclusio,quia concluditur in affirmatiua, ita debet dici principium, quia concludit in negatiua. Amplius secunda causa est insufficiens vt constat. Ideo dicendũ aliter,ꝙ diffinitio dicitur quia, eo quo dicitur conclusio, & similiter dicitur propter quid,eo quo dicitur principium. dicitur quidem propter quid,& principium quia, vt Philoponus,& Auer.& Alex.inquit in 2.Poster. ꝙ diffinitio potest cõparari ad diffinitum, & ad accidentia quæ sequuntur ipsum essentialiter.si quidem ad diffinitũ, sic terminat qõnem quid est,& dicitur quid,si comparatur ad accidẽtia adhuc dupliciter.Vno modo ad accidentia tm̃ & sic dicitur principium accidentium,si vero ad accidẽtia, vt inhærent subiecto,sic dicitur propter quid &.medium, qũo ergo diffinitio dicitur propter quid,& quid: & principium demonstrationis constat.Qũo vero dicatur quia, & conclusio expono, dicitur.n.diffinitio quia eo q̃a cũ diffinito nihil aliud facit,nisi veram propositionem, nec dicit cãm accidentium neque inhærentiæ accidentium,& ideo dicitur quia,& dicitur,eo quia potius computanda est vt syllogismalis,q̃ vt syllogismus,& hoc est ꝙ Auer.inquit, ꝙ diffinitio quæ est ꝯclo,est illa quæ ignota est de diffinito. & cum hoc habet cãm quæsitã.Diffinitio propter quid, quæ medium est,est illa quæ est per se nota,& inde dicit̃ principium,& dicens cãm accidentium, & inde dicit̃ & propter quid.& sic patet expositio nominum. Ad secundã Auer. rñdet in cõmento,ꝙ data diffinitio est quasi cõclo, danda aũt est quasi principiũ. Sed objicit̃ primo, qm̃ si est quasi ꝯclusio, ergo erit ignotior dãda,& quærens cãm à danda, per conditiones dictas,hoc falsum est, qm̃ si ignotior danda,tunc Arist.prius debuit incipere à danda, q̃ à data. Secundo videtur ꝙ danda potius quærat causam à prædicta, q̃ econtra,qm̃ cã formalis,& cã agens sic se hñt ꝙ formalis potior cã est q̃ agens,qm̃ finis: & forma idem, non sic agens,modo diffinitio data est per cãm formalem (actus enim & perfectio & forma idem) danda per agens cum dicitur principale intelligitur.& hoc argumentũ est Alpharabij. Sed dicendum ſm Auer.ꝙ data est tanq̃ conclusio, dãda tanquã medium,& hmõi causa est,qm̃ diffinitio danda dicitur per genus causę finalis, quę potẽtissima est causarum. Quod vero objiciebatur nihil est, qm̃ actus nõ est forma diffiniti,sed subiecti illius, sed bene diffinitio danda est finis diffiniti.Et debes scire ꝙ data est quasi conclusio,pro tanto,quia non dicit cãm secundæ,sed potius quærit causam à secunda,non tamen est vere conclusio, quoniam est notior danda, ergo aliquid habet de conclusione.s.quærere causam, & aliquid de medio.s.esse notiorem. Danda habet aliquid de medio.s.esse causam, cur inest prima definitio, & aliquid de conclusione prout ignotior est illa, vt scis.

Egidij respõsio.

Reprobatio.

Responsio propria.

Ad primã dubitationem.

COMMENTARIVM.

HACTENVS de cõmuni animæ definitione, at nũc de aïæ specifica definitione aggreditur:vt oẽs expositores tradunt.Sed qũo textus inducendus sit, non facile cõstat.

Expõ Them.

Themistius(vt in collectaneis diximus)specificam animę definitionem denuo Arist.aggressurum tradit,propter duas causas.Prima quidem est, vt animæ potentias declaret, cum enim è notioribus sit ꝓficiscendum ad ignotiora,& aïa ſm specificam rõnẽ sumpta, sit notior suis potentijs, iure gratia potentiarum inuestigandarum: rursus definitionem animæ propriam aggreditur. Quod vero anima notior sit suis potẽtijs,eo patet,ꝙ totum partibus nobis notius est, est autem anima totum potestatiuum, potentiæ vero, partes. Hæc est prima causa. Secunda vero causa est, quia dicta definitio non sufficit pro potentiarum, atque accidentium aïæ vestigatione, est.n.illa cõmunis,dicens ipsarum passionum quia tm̃. At ꝓpria definitio,quã denuo aggressurus est, oĩum aïæ passionum ꝑp quid dicit.Vult igit̃ Them̃.ꝑp has cãs Arist. velle tradere definitiones spẽbus aïæ proprias grã potentiarũ vestigandarum.

ſtigandarum. Sed dices aduerſus Them. (vt Philoponi auctoritate in collectaneis dicebamus,) quod nobile nõ ordinat ad ignobile. Põt dici nobile ad ignobile ordinari poſſe ſecundũ doctrinã, nõ aũt ſm eſſe. Sed adhuc dices cõtra Them. proceſſum nãlem, qa à nobis notioribus pficiſcitur, eſſe ſm Ariſt. ab obiectis ad actus, & ab actibus ad potentias, & à potentijs ad eſſentiã. Non ergo vr naturale procedere ab eſſentia aïæ ad eius potentias. Dici põt pro Them. quod aïæ eſſentia, quæ eſt definitio: põt ipſis potentijs comparari vt ſubm, & cã, & principiũ. & hoc pacto potentiæ ſunt notiores eſſentia aïæ. atq; eius definitione. & põt etiam comparari vt totum poteſtatiuum, & ſic aię eſſentia eſt ſuis potentijs notior. Hæc pro Them. Auer. aũt & cõplures alij volũt Ariſt. hic venari ſpecificã definitionẽ vnicuique parti aïæ, quia definitio aſsignata, cum ſit cõis, non multum prodeſſe vr ad cognõnẽ propriam cuique ſpeciei aïæ. Et licet expõnes hæ pulchræ ſint, nũc mihi nõ placẽt, non enim cõſonant verbis Ariſt. vt cõſideranti verba patet. Aliter ergo nunc dicamus non recedẽdo ab his, quæ Auer. dicit, quod Ariſt. intendit venari nouã aïæ definitionẽ, & quidem cuique propriam & qtum ad hoc bene dixerũt. Them. Auer. & Simpl. Procul. n. dubio hæc eſt intentio Ariſt. Verum in exequendo hanc intentionem. In hoc tex, primo proponit viam, qua illam venaturus eſt. Secundo oñdit differentiam inter definitionem aſsignatam & aſsignandam. Proponit quidem viam, vt oñdat, quod non eodem modo hanc definitionẽ venatur, quo venatus eſt cõem definitionem. Illam. n. venatus eſt diuiſione ac põne, hanc venabitur demrõne, nempe ab accidẽtibus, ſiue operationibus procedendo ad ipſam. Oñdit vero dñam inter has definitiones, vt oſtendat nec primã eſſe fruſtra, nec ſufficere pro cognitione generis, & ſpẽrum aïæ. Circa viam qdem, qua illã venaturus eſt, dicit ex aïæ operationibus eius definitionem ſe manifeſtaturũ eſſe, & cãm affert ex eo, quod quæ ſunt incertiora naturæ, notiora tñ ad nos, ducũt nos ad notiora, & certiora naturæ. Operationes aũt aïæ nobis ſunt notiores, naturæ aũt incertiores: aïæ definitio aſsignanda eſt naturæ notior, & nobis incertior. ergo ad illã ex animæ operationibus eſt proficiſcendum, hæ de via inquit. Qm aũt ex incertis quidem ſupple naturæ, manifeſtioribus aũt ſup. nobis, certius fit, quod & ſm rõnẽ, & nãm notius eſt. hoc enim modo nobis via innata eſt procedẽdi in doctrina, & ſup. operationes animæ nobis notiores ſunt, naturæ vero incertiores, aïæ vero definitio cõtra eſt naturæ notior, nobis aũt incertior, ex his quaſi aſſumptis, vt inquit, tẽtãdum eſt iterum ſic hoc eſt ab operationibus de ipſa aïa aggredi, aſsignando, ſ. ex operationibus aliam aïæ definitionem. Ex his apparent dñæ viæ, quã ad aſsignandam definitionẽ eſt venaturus, à via, qua priorem venatus eſt: illa enim fuit diuiſio atque compoſitio, hæc eſt ſylls, ſiue demrãtio quia. Hæc de via, quo vero modo aſsignata definitio, & aſsignanda differat, declarat, & vult quod aſsignanda definitio ſit cauſalis, & dicat propter qd ſiue cãm eius, quæ aſsignata eſt. At aſsignata, cum non ſit cãlis, non dicitur propter quid, ſed qm, vel qa. Philoponus tñ 2. Poſter. dicit duplicem eſſe rei definitionem, formalẽ, & cauſalem, Ariſt. formalem definitionem appellat aliqñ, definitionem quia res eſt, vel qm res eſt, aliqñ definitionem, quid res eſt. Cauſalem vero aliqñ cauſalem, aliqñ propter qd. Verũ aſsignando hanc differentiam, duo ſimul cõplexus eſt, dñam. ſ. harum definitionum, & cãm cur denuo cãlem hãc definitionem aggreſſurus ſit, & inquit. Non. n. ſolum qm eſt: oportet definitiuam rõnem oſtendere, ſicut plures terminorũ. i. definitionum dicunt, vtpote oẽs illæ quæ ſunt formales, & dicentes quid tm. Sed (vt inquit) oportet etiam ineſſe, & in re demõſtrare, vt faciunt cãles definitiones: ſupplenda eſt ratio, ſed hoc pacto eſt definitio: quæ aſsignãda eſt; ſiquidem prior tñ quia eſt, ſiue quid eſt dicit, vt quaſi concluſio, definitio vero aſsignanda eſt cãlis, quia pp quid, & vt principium demonſtrandi prior eſt de animabus. Ecce qũo ſimul inter has definitiones dedit differentiam. & declarauit neceſsitatem aſsignandæ definitionis. Ex his patet differentiam definitionum harum non eſſe reſpectu affectionum animæ, vt Them. innuit, quia vtraque reſpectu affectionum animæ eſt cauſalis: ſed hæc differentia eſt earum definitionum, vt comparantur inuicem. nam prima, cum non ſit cauſalis. dicitur eſſe vt concluſio, & quoniam eſt, & quid eſt, & formalis eius: quod definitur. Secũda vero quia eſt dicens cãm primæ cur prima ineſt animæ, vt videbitur, dicitur cauſalis, propter quid, & vt demonſtrationis principium. Quia Ariſt. accepit hanc definitionũ differentiam, & non eſt clarum quid nam definitio cauſalis ſit, quidúe formalis, ideo exemplis differentiam hanc explanat, & inquit. Nunc aũt rões, quæ ſunt de numero terminorum ac definitionũ. ſ. quæ ſunt, vt concluſiones, hæ ſunt vt quid eſt tetragoniſmus, hoc eſt quid eſt quadratum, reſpondet, & inquit, eſt orthogoniũ. i. figura rectangula æqlateralis æqualis ei figuræ, quæ græce dicitur heteromece, latine altera parte longior, totus enim tetragoniſmus, A, B, C, D, æqualis eſt ei figuræ, quæ eſt altera parte lõgior, E, F, G, H, quorũ enim dimidia ſunt æqualia, & tota ſunt ęqualia. Hæc eſt prima tetragoniſmi definitio, quæ eſt formalis. vt concluſio, & dicens quia tetragoniſmus eſt talis. eſt enim talis tetragoniſmi terminus ſiue definitio rõ concluſionis, ſiue vt ſimilitudo concluſionis. Dicens aũt, qm tetragoniſmus eſt mediæ inuentio, rei cãm. i. prioris definitionis cãm dedit. Secundam definitionem ſic intelligẽs, tetragoniſmus in magnitudine eſt figura cõſtituta ex media linea proportionali inuenta inter maius latus altera parte longius & latus minus. Hac. n. inuenta mox tetragoniſmus altera parte longiori æqualis erit. Harum definitio prima perſimilis eſt primæ aïæ definitioni, vtraque. n. eſt formalis dicens quid, & qm eſt talis figura & veluti cõclo. Secunda vero eſt ſimilis ſecũdæ, quia vtraque eſt cãlis, dicens pp quid, veluti dcõnis principium. Qualis igitur ſit diffinitio aſsignanda, & qũo differt ab aſsignata, ex hiſce patet. Sed occurres quod aſsignanda definitio nõ eſt vna, ſed tres, & quidem diuerſæ, quarũ nulla cõuertitur cũ cõmuni definitione: ergo nõ poteſt altera alterius eſſe vt cã. Dicẽdum quod definitio aſsignãda eſt tres, & eſt vna. Tres quidẽ ſimplr, qa alia eſt intellectiua aïæ, vt principium intelligendi, ſenſitiuæ alia, vt principium ſentiendi, vegetariæ alia, vt principium vegetandi, vna vero oẽs ſunt, ſub diſiunctione, eſt. n. anima principium intelligendi, vel ſentiendi, vel vegetandi, quæ vt ſic conuertitur cum priori. Hæc igitur eſt illa, quæ eſt pp quid, cãlis, & vt principium, definitio vero aſsignata eſt illa, quæ eſt dicens quid, dicens qm anima eſt talis, formalis, & vt concluſio. Quæ vero dicuntur in collectaneis, ad mentem Auer. bene dicta ſunt. Pro veritate vero hæc diximus.

Dubitatio contra Them. *Obiectio.* *Defenſio.* *Auer expõ.* *Expoſitio diluſida.* *Qua Philoponus.* *Quæſtio.* *Solutio.*

ARGYR. *Dicamus igitur hinc, conſiderationis initio ſumpto animatum ab inanimato vita ſeiungi. Atque cum multifariam viuere dicatur, etiam ſi vnum tantum iſtorum inſit, viuere illud dicimus cui ineſt, vt intellectus, & ſenſus motus loco ac ſtatus, & inſuper motio nutrimento accommodata, & accretio decretione.*

Tex. cõm. 13. Dicamus igitur principium conſiderationis rei accipientes, determinari animatum ab inanimato ipſo viuere. Multipliciter autem ipſo viuere dicto, ſi vnum aliquid horum inſit ſolum: viuere ipſum dicimus: vt intellectus, ſenſus, motus & ſtatus ſecũdum locum. Adhuc motus qui eſt ſecundum alimentum, & decrementum, & etiam augmentum.

COLLEC. *Tex. cõm. 13.* Expoſitores inquiunt quòd cum Ariſt. regulam diffinitionis aſsignandæ tradidiſſet: nunc exequitur, & primo genus venatur cuiuſlibet ſpeciei dandæ, & probat quod anima eſt principium viuendi hoc modo. Id quo differt aïatũ viuum ab inanimato, principium eſt viuendi. Sed aïa differt animatum ab inanimato. Ergo anima eſt principium viuendi. & ſic habetur genus commune omnibus ſpeciebus, vt declarabitur. inquit Ariſtot. igitur dicamus nos accipientes principium intentionis noſtræ propoſitæ, aïatũ. i. viuũ determinari. i. differre ab inaïato in viuẽdo. i. pp aïam qua animatum viuit: & hic eſt minor, & dixit accipientes principiũ qm genus rei eſt pricipiũ elemẽtale eius, vt dictum

ctum est in meta,erant aūt in maiori viuum, & nō viuum, similiter & in minori,ideo ꝑ declaratione maioris, & minoris exponit quid sit viuum. & inquit ipso viuere dicto multipliciter vel æquiuoce,vel analogice,vt dicā,& si vnū aliquod horum insit solum, viuere ipsum dicimus, est ergo viuum id cui inest aliquod quatuor dicendorum.& exponit illa quatuor exēplo,d.vt intellectus,sensus, motus, & status ſm locum,adhuc aūt motus ſm alimen,&c. quid igitur sit viuum palam, & quid non viuum patet ex hoc, & sic maior & minor manifeste sunt ex his.

Commen 13. CVM notificauit Auerro.proponit recapitulationem oīum dictorum & sermo, videlicet, secunda ibi { Dicamus igitur } exponit literam. Vbi debes scire ꝙ Auer. aliter velle videtur Arist.intelligere q̄ prædicti, ſm enim Auer.Syllogismus Arist.debet sic componi, oē aīatum viuit,hoc.n.ponit cum.d.aīatum determinari ab inanimato in viuendo, sed omne corpus cui aliqđ quatuor dicendorum inest: est aīatum, ergo oē corpus cui inest aliqđ dicēdorum viuit.Et iste.} Enumerat genera actionū quibus viuens dr̄,& sermo patet,quę sit differētia expōnum patet.

Qōnes. Sed occurrunt qōnes,prima cum intendat concludere aīam esse principium,cur non apposuit differentiam inter aīam & non animam, magis, q̄ inter aīatum, & non animatum? Secunda positio est,qm̄ Pla. viuere & moueri ꝓ eodem habet, vtrum ergo anima sit seipsa mobilis,& corpus per animam,sicut seipsa viuens & corpus per animā. Tertia an viuere dicatur multipliciter,& qua multiplicitate.s.an æquiuoca, an analoga. Quarta & vltima cum appetere sit opus aīæ, cur sicut enumerat ītelligere & mouere, non enumarat appetere? dicitur ergo Arist.diminutus. Ad primam dico ꝙ quemadmodum Arist.declarat naturam', primo oportet declarare ens naturæ,vt inde trāseat ad naturam, sic & hic.notius.n.animatum est anima, & ideo ab animato vt visum est. Ad secundam dicendum ꝙ mobile per se potest capi dupliciter sicut & viuens,vno modo quod ſm suam essentiam efficit vitam,& sic anima dicitur mobilis per se & viuere. alio modo quod recipit, & sic corpus dicitur mobile & viuens. Ad tertiam inquit Simp.ꝙ viuere dicitur multipliciter.i.analogum,& non satis exponit quomodo, ideo arguo contra eum:analogum est causę & canto,sed nullum viuere causa est alterius:ergo ibi non est analogia. Ideo dicendum ꝙ viuum quoddam est analogum. verū debes scire quod analogata sunt duobus modis, secundum suas naturas, & ſm naturas cōtentiuorum, modo in proposito,& si opera vitæ non sint analoga ſm se, sunt tñ per naturas contentiuorū,qm̄ animæ sunt analogatæ, quia vna continet potestate alteram modo quo declarabitur loco eius. Ad quartam S. Tho. ait ꝙ licet.v.sint opera: tamē gradus vitales quatuor.sunt enim quinque opera & per consequens.v.potentiæ: quatuor gradus,& tres animæ, vt loco eis dicam. Sed hoc stare non potest,primo, qm̄ Aristo.& Auerro.enumerant opera in summa vt oēs etiam expositores monstrāt.Secūdo qm̄ regula venādi diffinitionē est ab opibus,quare &c. Ideo aliter dicendum ꝙ quatuor sunt opera mutuo nō se inferentia. & modo appetere mutuo se infert cum sensu & intellectu,vt Auer.ait.12.meta.

Commen.39.

COMMENTARIVM.

1.Expō. OMNES expositores conueniunt,ꝙ proposita intentione,& declarata methodo seruanda pro inuentione nouæ definitionis,nūc exequatur.Verum de expositione huius tex.non oēs concordant. In collectaneis auctoritate græcorum expositorum diximus ꝙ Arist.nunc per dictam methodum,quæ erat demonstratio quia, probat genus,ex quo definitio assignanda componitur.s.ꝙ aīa est principiū viuendi.

Secunda. Secundo potest exponi ꝙ Arist. premittat hāc suppositionem:oē corpus, cui aliqua vitæ operatio inest, vtpote aut intelligere,aut sentire,aut moueri,aut nutrire, est viuens.Quam suppōnem probat hoc pacto, oē aiatum viuit, oē corpus cui aliquod vitæ opus.s.eorum,quæ diximus,inest,est animatum.ergo oē corpus, cui aliquod vitæ opus eorum,quæ diximus, inest, viuit,quæ conclusio fuit suppositio.De syllogismo videtur tangere maiorem, cum inquit.Dicamus igitur accipientes pro principio considerationis rei propositæ,hāc maiorem.s.determinari animatum ab inanimato ipso viuere, per quā propositionē vult habere,oē animatū viuit,quia si ipso viuere differt ab inanimato,ergo oē aīatum viuit. Hæc est maior, Cōmiscens vero minorem cum cōclusione.s.ꝙ oē corpus,cui aliquod quatuor dicendorum inest,sit animatum,concludit, & inquit.Multipliciter autem ipso viuere dicto,quo inexistente corpori, corpus est animatum,vt fuit minor,concludetur,quod si vnum horum inest solū,ipsum viuere dicimus. Hæc est cōclusio & suppositio. Exponit aūt illa quatuor, per exemplum,& inquit, vt intellectus, sensus, motus & quies ſm locum,& quartum est motus,qui est ſm alimentum & decrementum,& etiam augmentum. Hęc.n.sunt, quorum quouis corpori alicui inexistente, dicimus illud viuere,& per intellectum & sensum intelligere, & sentire intelligit.

3.Expositio. Fortasse facilius legi potest: ꝙ Arist præmittat duas suppositiones,prima quidem, ꝙ animatū differat ab inanimato ipso viuere;quatenus animatum viuit,inanimatum vero non viuit. Secunda suppositio est,ꝙ cum ipsum viuere dicatur multipliciter: cuicunq; illorum modorum inest,illud corpus dicimus viuere.Has suppositiones non probat,sed accepit,vt principium cōsiderationis rei proposite, nec ab ratione, quia ab antiquis nihil accepit nisi hæc duo.Ad quid vero seruiat prima suppositio,est res dubia.Qūo vero secunda seruiat proximo tex.videbitur. Et licet prima non seruiret ad syllogismum: seruit tamen ad expōnem terminorum, quibus vtetur.per eam.n.scimus, quid animatū sit,quidúe inanimatum, possumus etiā scire nomen animæ,vnde proficiscitur, quia scimus eā sic dici, quia est principium,quo differt viuēs,& animatum ab inanimato,& alia plura,vt dicemus, ex illa suppōne poterimus habere.

Quæstio. Magna quæstio est,quia operationes animæ sunt quinque,gradus animatorum quatuor.potentię quinque,& animæ tres. Sunt quinque operationes,quia intelligere;sentire,appetere,moueri localiter,& nutrire,quinque sunt & potētiæ pro numero operum.s.intellectiuum, sensitiuum,appetitiuum: motiuum,nutritiuum, quatuor gradus vegetatiuum, sensitiuum, motiuum: nutritiuum, tres vero animæ,vegetatiua:sensitiua,& intellectiua.hinc quæstio nō parua est primo, cur dixit opera vitæ esse quatuor.secundo cur opera quinque, & gradus quatuor, & animæ tres. Verum quia de his dicemus postea, nunc satis sit indicasse locum. Ea.n,quæ diximus in collectaneis ad has dubōnes,vera sunt,sed nō euacuant oēm dubōnem.

ARGYR. *Quapropter & vniuersæ plantæ videntur viuere.quippe cum videantur in seipsis vim habere talem atque principium, quo,ad contraria loca tam incrementa quam decrementa suscipiūt.non.n.sursum quidem accrescunt,deorsum autem non accrescunt, sed ad vtranque similiter differentiam & omni ex parte semperque nutriuntur, & eo vsque viuunt quousque possunt alimentum accipere.*

Tex.comē.14. Vnde & vegetabilia omnia videntur viuere. Vñr.n. in seipsis habentia potentiā,& principiū hm̄oi, per qđ & augmentū,& decrementū suscipiunt ſm cōtraria loca. Non.n.sursum quidē augent̄,de orsum aūt non,sed similiter in vtroq;,& penitus alūtur: & viuunt in fine, quousq; vtique possunt accipere nutrimentum.

COLLEC. Tex.cōm.14. Secundum expositores conclusio posita fuit, omne viuum est. id quod includit principiū alicuius quatuor operum. Tunc Aristo.addit minorem: & infert conclusionem, & primo conclōnem.d. { Vnde & vegetabilia oīa vñr viuere. } Hæc est conclō Deinde accepit minorem.d. { Vñr autē in seipsis habentia potentiā & principium huiusmodi per qđ augmentū & decrementū suscipiūt ſm cōtrarios locos. } Tunc suppleas maiorem,oē includēs principium augmenti,& decrementi secundum contrarios locos viuit,& sic patet ꝯclusio præposita. Non enim } Quia posset quis dicere motum nutritionis non esse motū animæ.& per ꝯñs potest negari maior. erat.n.omne includēs principium augmenti & decrementi secundum contrarios locos viuum hoc inquam negari pōt:fingendo (sicut Emped.ait)augmentationem fieri ab elītis,& non ab aīa, vt posterius

vt posterius dicet. ideo hoc remouens syllogizat, nutritionem esse motum aīæ,& non naturalem sic, omnis motus p se ẽm omnem differentiam positionis est motus aīę. Tunc apponit aliquid ex quo accipere potes minorem, & inquit. Non.n.quęcũq; aluntur & viuunt in fine.i.vsq; quo accipiunt vel accipere pñt alimentum, sursum quidem augentur: deorsum aũt non: sed similiter in vtroque, est ergo minor sed motus nutritionis,& aliméti, & augméti,& decrementi, est ẽm omnem drīam positionis. Tunc repetas maiorem pro ꝯclusione.i.ergo motus augmenti, & nutritionis est motus aīæ. Debes scire (vt Them.inquit) ꝙ ab ea vi: quã vegetatricem appellamus.i.augmentatiuam vel diminutiuam, rõ vitalis absoluiť, huiusq; potissimum parte ea quæ nutrit. pleraque.n.& aīaliã & plantæ viuunt, quæ tñ neq; augentur amplius, neq; sobolẽ vltra pariunt. ideo Aristo. addidit in litera quousque possunt accipere nutrimentum, aluntur,& viuunt in fine: non tamen oportet ea semper augeri aut diminui, cum quandoque animalia cõsistant: vt tertio elucebit de anima: neque semper ꝓcreant: vt in tempore senij: vt Aristo. inquit.

Commen.14. QVIA vita. Primo proponit causam cuiusdam quæsiti apud expositores. erat.n.quæsitum apud eos, cum aīalia viuant. Amplius & hoĩes & plantæ, cur potius syllogizet vegetabilia viuere per hoc ꝙ principium continẽt aliméti, q̃ animalia & hoĩes, hoc inq̃ Auer.absoluit & inq̃t. § Quia vita magis latet § in motu nutriméti & augméti,& diminutionis q̃ in alijs actionibus: incepit declarare: ꝙ ista actio, .s. vegetari, attribuitur aīæ. Et ꝙ magis lateat, patet, plebs .n.nõ credit fructices viuere: cum ea viua credant, q̃ sensu constituta sunt tñ, vt opinantur. est ergo sol. quæsiti: magis de plantis q̃ de aliis viuere ꝓbauit: qm̃ magis in eis latet. Expositores græci aliam huius quæsiti reddunt cãm: plantatiuum.n.oĩbus inest,& iõ si plantatiuum vitam ꝯstituit: vr̃ de oĩbus alijs viuere ꝓbatum erit. solum ergo de plantis id ꝓbat, qm̃ & de alijs ex hoc relinqueť. Et tu eligas q̃d tibi melius. Quia impoĩe. § Accepit nutritionem esse motum aīæ, quod & nunc ꝓbat: qm̃ vel motus aīæ: vel nãę, non nãæ: qm̃ impossibile est attribui virtutibus.i.formis elementorum: ex quibus cõponuntur corpora: que agunt actiones nutrimenti & augmenti. Et q̃a motus § syllogizat plantas viuere, & primo præaccepit conclusionem.d. § Et quia motus nutriméti,& diminutionis numeratus est apud nos in accidentibus animati, opinamur ꝙ omnia vegetabilia sint viua. § Est ergo conclusio oĩa vegetabilia viuunt. Deinde accepit maiorem & inquit. § In quibus videmus existere principium quo agunt motũ diminutionis,& augmenti in duobus locis ꝯtrarijs.s.superius & inferius. § Est ergo maior, quæcũque principium cõtinent augmenti &c.secundũ oẽm positionis differentiam viuũt. Et probat hoc per inductionẽ & inquit. § Corpus.n.simplex, aut compositum ad vnam partem mouetur, qm̃ si simplex fuerit, mouebitur aut superius, aut inferius, si cõpositum.i.mistum mouebitur secundum elementum dominãs. § & hoc motu naturali: ergo neque simplex mistum mouetur secundum omnem differentiam positionis motu naturali, relinquitur ꝙ solum viuum continet principium motus ẽm omnem differentiam positionis. Et quia. § Accipit nunc minorem.d. § Et quia corpus augmentabile videtur moueri ad vtranque partem ab eodem principio.s.ramos & radices, necesse est vt hoc principium sit neutrũ neque graue neque leue,& tale dicitur anima. § Et sic patet syl̃s. Et quia. § Posset quis ambigere ꝙ sit nutrimentum ab anima, augmentum non: qm̃ vnum inq̃tum vnum non nisi vnum facit. Hoc remouet.d. § Et quia augmentum est perfectio .i.finis actionis nutritiuæ, fuit necessarium vt principium quod agit nutrimentũ esset ex genere eius quod egit augmentum. Syllogizat ergo in hunc modum, finis: & ordinatum in finem ab eodem aguntur principio, vt pro nunc supponitur tanquam concessum ab Arist. in lib.de animalibus & à priori in lib.de intellectu ostensum est. Tũc accepit minorem, sed augmentũ finis est nutrimenti. nutrimentum.n.augméti gratia. vt in secundo accipitur Meta. ergo principium nutrimenti & augmenti erit necessario anima,& ideo non dicitur animal viuere dum augetur: sed dum nutritur tm̃: qm̃ nõ semper nutritio est cum suo fine. cum dicetur ꝙ impoĩe est duas actiones ab vna prouenire virtute: sol. constat: id nãque intelligi habet de operationibus inuicem non ordinatis: sicut id quod tendit in finem,& finis. Sed replices contra: qm̃ saltem nutritio non ordinatur in diminutionem. ergo saltem diminutio & nutritio à diuersis fient principijs. Dicẽdum diminutionem non esse actionem, sed priuationem actionis: ideo ab eodẽ agente per accidens prouenire possunt, quẽadmodum salus,& nauis submersio, præsentia enim salus, absentia casus. sic & per diuersas dispositiones diminutio, & nutritio fiunt vt in libris medicorum explicatur.

Ambiget quis an nutritio sit motus naturæ, seu naturalis, an animæ, seu animalis quemadmodum hic determinatum est. Q̃ naturæ medici arguunt primo: motus, ante quem nulla præuenit cognitio motus est naturæ. Secundo omnis motus animæ in circulo fit tm̃: sicut Auer.2.cœli. & in lib.d.d.& in 2.cap.de substantia orbis. Et hoc rationibus Plotinus in lib.de motu circuli satis syllogizat: vide, sed motus nutritionis non in circulo fit tm̃, vt Aristot. ait. Amplius quod fit in nobis: etiã nolentibus: naturale: ꝙ.n. natura fit: aliter non assuescit: sed hmõi motus fit: etiã nobis nõ volentibus vt cõstat sensu: ergo & hic motus à nã quidẽ: nõ ab aīa fiet. Peripatetici hoc destruũt, oĩs motus nãlis, qui fit à natura: est motus in sursum vel deorsum, vt etiam Auic. probat in 9.naturaliũ. & in 9.Meta.& Auer.in cõmẽ. probauit: tã de motu corpori simplicis: q̃ misti. Sed motus hic nõ in vnũ tm̃ terminũ, ergo & hic motus nõ naturæ erit tm̃. Potest ergo dici cũ Peripateticis,& melius: pro quibus debes scire: ꝙ motus aīæ duobus modis fieri põt: vno modo sine instrõ absolute, quẽadmodum motus cœli, neq;.n.musculis, neq; tibijs vtitur cœlũ, vt moueať, vt ꝯstat. Alio modo ꝑ aliquod instrumentum: & hoc amplius dupl̃r, vno modo ꝑ id instrm̃ obediens imaginationi & appetitui, quẽadmodũ motus aīalis: mouet.n.prout musculi & alia imaginationi obediunt. Secundo modo prout .i.penitus irrõnale, nec obediens imaginationi: vel appetitui,& sic motus nutritionis fit. non.n.nutrimur vt imaginamur, sed vt calor: & alia agũt. Tũc ad argumenta medicorũ sol. constat. Maior.n.primi debet sic intelligi, motus ante quẽ nulla p̃cedit cognitio: neque est ẽm oẽm drīam põnis. Minor modo subaddẽda falsa. Ad scd̃am dicendum ꝙ maior intelligi debet de motu aīæ primo modo, cuiusmodi minor peccat. Ad tertiã etiã maior addi debet, q̃d fit in nobis etiã volentibus, & cũ hoc nõ ad oẽm differẽtiam põnis fit à natura, vt ꝯstat.& sic minor nulla, possunt perfecte, & medici,& Philosophi concordari, ex distinctione præposita. Et tu hoc facias si placet.

Quæstio an nutritio sit motus naturæ vel ab anima.

Commen. 3. Disputatione 14.& 13.

Cap. 3.

COMMENTARIVM.

NON leuis fuit mihi pñtis textus inductio, primo quia Arist. videtur probare vegetabilia oĩa, quæ græce dicũtur Phyomena, viuere, cui rei cãm Auer. assignat, ꝙ illa viuere non sit oĩbus manifestũ, ex alio vr̃ probare aĩam vegetabilem esse viuẽdi principium, quo plãtæ viuunt. vt diuus Expositor exponit, quæ expõ ad rẽ vr̃. Sed oĩbus hincinde consideratis, nõ recedẽdo ab his: quæ in collectaneis dixi, arbitror Arist. probare, hãc ꝯclusionem, oĩa vegetabilia viuunt, partim quidẽ ex secunda suppositione, quæ proximo textu posita est: partim noua rõne, quã in hoc textu subscribit. nec ab rõne cõclusionẽ illã probare debebat, primo q̃a nõ oĩbus apparet vegetabilia viuere vt Auer. dicit. Secundo q̃a probata hac ꝯclone ꝓbatũ relinqueť cætera viuere. vt aīalia,& hoĩes. Tertio q̃a suo loco,& tp̃e ex hac ꝯclone ꝓficisceť ad probãdam definitionẽ: quã proposuit. Est ergo textus ꝯclo, oĩa vegetabilia viuũt, hæc ꝯclo ex secũda suppõne deduciť, suppositum.n.erat, id oẽ viuere, cui aliq̃d illorũ quatuor inest, at cũ vegetabilibus aliquod illorũ, quatuor insit: vt nutritio, sicut oĩbus patet, in re seq̃ť ea viuere. Non ꝯtentus hac probatione ex suppositis iterũ secundo ꝓbat, q̃a oẽ includens in seipso principiũ quo crescit,& nutriť ꝑ oẽm drīam põnis, viuit, oĩa vegetabilia in seipsis includũt hmõi principiũ, ergo viuũt. Quo vero ad verba attinet, dixit § oĩa vegetabilia § quia vt Simpl̃.inquit. Propter vitæ im pfectionẽ, quę illorũ est, fuit opus ꝑsuadere

Phyomena vegetabilia.

Expõ vera.

suadere ea viuere,& quidem de omnibus hoc dixit, qa de omnibus vita ignota est,dixit.§Insuper potētiam & principium§qm nonnulla vegetandi potentiam habent, vt semina,quæ tamen non habent vegetandi principium,nō.n. hñt animam, qua vt principio vegetentur. Præterea dixit § per contraria loca.§nam aliter natura, aliter aīa est motus principium.Natura quidem motus principium est ∫m vnam loci differentiam,anima vero ∫m omnem, quo argumento, fit, vt nutritio ipsa non naturalis, sed aīalis motus sit.Præterea dixit§Et penitus aluntur & viuunt,quousque vtique pñt accipere nutrimentum. & non dixit crescūt & generant,quousque vtique pñt accipere nutrimentū, quia (vt Them.asserit)vegetabilia vsque ad finem vitæ enutriri & viuere pñt,non tamen crescere,aut generare. Ex his patet nutritionem ipsam esse motum animalem & non naturalem.Medici vero ɔtra asserunt nutritionem ipsam esse motum naturalem,insuper & virtutes etiam, quibus enutritio perficitur vt attractiuam, expulsiuam, digestiuā, retentiuam,& id genus naturales esse affirmant. Probant autem hæc,Tum quia nutritio fit nulla præcedēte cognitione,Tum etiam quia fit nullo præcedente appetitu animæ: imo aliquando nobis nolentibus,nec cognoscentibus.At peripatetici vt Arist.hic,& Auer. & Auic.6.naturalium,& 9.Meta.probant eum motum non esse naturalem, quia est secundum oēm differentiam positionis. Præterea Auer. argumētatur quia si erit nutritio motus naturalis, erit aut ab elento,aut à misto:nec sic,nec sic, quia erit aut sursum, aut deorsum tm̄.Quidam diceret, ꝙ motus nutritionis est aīæ:non tamen animalis,quia non sequitur, hic motus est animæ. ergo est motus animalis.Sed hec responsio friuola esset,quia omni abstracto correspondet concretum, ergo si est motus animæ,erit motus aut aīalis: aut animasticus:& idem est.Pñt ergo physici,& medici cōcordari: qm̄ motum aliquem esse animalem, siue animasticum, pōt intelligi aut de re,vtpote:quia illius principium ∫m rem est anima proprium & per se:& hoc pacto physici loquuntur. Aut potest intelligi de modo vtpote, quia anima agit illū modo:quo motus animales fiunt,mediante.s.deliberatione,& preconceptione,& appetitu sensitiuo, & sic medici dicerent eum non esse motum animalem,aīa.n.nutrit nulla præconceptione aut deliberatione, aut sensitiua appetitione præmissa,quare erit naturalis de modo. Rursus dici potest medicos voluisse eum motū,& eas virtutes esse naturales,comparatione cæterarum virtutum,& motuum,q̄ fiunt ab alijs virtutibus.Nam oēs motus: qui ab aīa proficiscuntur mediantibus quibuscūque instrumētis,sunt animales:animastici,& animæ,vt motus systoles & diastoles, quos Galenus appellat vitales:& motus nutritionis,quos appellat naturales:& motum localem & sensum,quos appellat animales,oēs enim hi, & virtutes deseruientes his, cum sint aīæ,sunt animastici,animales,& aīæ. Verum comparatione inter eos facta:virtutes & motus, qui spectant ad animam nutritiuā,Galenus asserit esse naturales, quia fiunt ab aīa sine præcognitione sine appetitu sequēte precognitionem,& sine deliberatione sequēte appetitum: & sic quia magis cæteris assimilantur naturalibus,naturales appellat.Motus vero:& virtutes,quæ spectāt ad aīam,quæ mouet cor,& arterias:appellat vitales, quia per ipsos magis q̄ per cæteros iudicamus animalia,quorum sunt: viuere. Motum vero de loco ad locum & sensum, & virtutes quibus hæc perficiuntur,Galenus appellat animales:ꝙ illis depræhensis magis quàm per cæteros iudicamus animalia,quorum sunt:animalia esse, tamen absolute hec oīa dicuntur motus & virtutes animæ,animales, & animasticæ,& sic Phī & medici non aduersantur.Sed dices per vitales motus non modo viuere iudicamus ea:quorum sunt, sed esse animalia.

An nutritio sit motus aīalis.

Cap.3.

Dicendum hoc esse per accidēs,& gratia materiæ,quatenus idem est id,cuius illi motus sunt,& aīal.Formaliter tñ & per eos iudicamus ea,quorum sunt,viuere potius.

ARGYR. *Atque hæc quidem vis à cæteris seiungi separarique potest, cæteræ autem in ipsis mortalibus, ab ista nequeunt separari. Quod quidem, in ipsis perspicitur plantis.nulla enim prorsus in ipsis, vt patet, alia præter hanc, animæ potentia atque officium inest.*

Separari aūt hoc quidem ab alijs, possibile est. Alia autem ab hoc, impossibile in ipsis mortalibus, Manifestum est aūt in his, quæ vegetantur, nulla enim ipsis inest potentia alia animæ.

Tex. cōm.35.

COLLEC. *Tex.cōm.15.*

Quatuor enumerauit opera,quorum quodlibet viuum constituere demonstratum est: nunc ordinem illorū quatuor præponit,& syllogizat vegetatiuū esse prius alijs sic, ꝙ potest esse sine alijs:& alia non sine ipso, prius est illis: hæc enim diffinitio prioris. Tunc minorem accepit & inquit§ autem § pro sed §hoc§.i.vegetatiuū separari ab alijs possibile est§autem§pro sed alia tria ab hoc impoſe,in rebus mortalibus.tunc addas ɔclōné, ergo vegetatiuum est alijs prius. Minorē exēplo oñdit.d.Manifestum est aūt in his quæ vegetantur:neque.n.vna.i.neq; est aliqua alia potētia aīæ in his sup.nisi vegetatiuum,vt sensu constat.

CVM narrauit. Hoc commentum patet præter hoc, §& dixit hoc.§vbi Auer.ponderat verbum Arist.§in rebus mortalibus.§Inquit enim & dixit hoc, quia corpora cœlestia manifeste videntur intelligere,& moueri,sed non nutriri,neque augeri:neque sentire. ideo dixit in rebus mortalibus cum declaratum est hæc nō esse mortalia.Hic moueт quæstionem: primo an corpus cœleste viuum sit. Secundo an possit dici intelligens, sunt.n.qōnes istæ ambæ arduæ & difficiles. & hic eas non scribo, qm̄ de verbo ad verbum scripsi in libro destructio destructionum disputatione tertia solutione dubij decimitertij. Et tu vide, qm̄ nolo ponere caput in capite,vt ne superfluus videar.

Commen.15.

COMMENTARIVM.

DEDVXIT ex suppositionibus,& probauit noua ratione omnia vegetabilia viuere.At nunc ostendit id, quo vegetabilia viuunt esse prius cæteris, quibus cætera viuentia viuūt.Argumēto,videlicet,ꝙ esse potest sine alijs, quibus cætera viuunt, cætera aūt per quæ alia omnia viuunt, non sine ipso.hoc autem ostendit exemplo scriptum: quibus nulla alia vis inest,nisi vegetaria,& tamen viuunt. Ex his apparet ordo in ipsis animabus, quæ sunt tres, in ipsis gradibus,qui sunt quatuor, & in ipsis potentijs, quæ sunt quinque: est enim prima animarum vegetaria: est primus graduum vegetatiuus, est prima potentiarum vegetaria. Et huius ordinis in his omnibus causa est, ꝙ opus ipsum: quod est vegetare,cæteris operibus prius est.

Ordo aīarū graduum potentiarum operum.

Sed quæres an Arist.ordinem posuit in potentijs, an in animabus. Them̄.& Auer.intelligunt hunc ordinem esse in virtutibus, siue potentijs. Thomas & Simpł. inter formas,siue aīas.Ego vero dico Arist. non determinare quid intelligat,p id,quo plantæ viuūt,cū ait illud esse prius cæteris.Solū.n.asserit id, quo plantæ viuunt in rebus mortalibus esse cæteris prius,quibus alia viuūt, quicq̄d illud sit, siue virtus,siue aīa,siue quodcūque, postea vero text.illo. §Sēsus aūt primus§quid intelligat:exponit. Quo vero ad verba attinet,Arist.addit.§In ipsis mortalibus§hoc,quo viuit viuēs esse prius,qa de immortalibus,id, quo immortalia viuūt,est id,quo intelligāt,vbi est id,quo intelligūt sine alijs,vt Them̄.Simpł.& Auer.dixerunt. Ex his:quæ Arist. & expositores dixerunt, satis colligiṫ corpora cœlestia viuere.Quod in cōpluribus alijs locis satis notauimus,presertim libro destruct.destructionū.Colligiṫ dico cœlestia corpora viuere,vna aīa,& duobus gradibus vitæ,& tribus operibus vitæ,tribusque potētijs, viuūt.n.aīa intellectuali,quę intelligētia diciṫ,& ita vna aīa, duobus vero gradibus vitæ,qa intellectiuo,& motiuo, non aūt viuunt gradibus sensitiuo:& vegetatiuo,viuūt tribus vitę opibus, quia ipso intelligere,appetere, & moueri, tribus denique potentijs,quia viuunt potentia quæ est intellectus, potentia quæ est voluntas,potentia,quæ mouet.Qua rōne fit,vt nō viuant vitam oppositam morti, quā vitam viuunt plantæ, & mortalia animalia,nec viuunt vitam,quæ est permansio aīæ nutritiuæ in calido naturali,de qua vita,& morte Aris. loquitur in libro de morte & vita, viuunt ergo vnica anima: duobus vitæ gradibus ac vitæ operibus tribus, tribus etiam potentijs aīę,vt Auer.exponit.12.Meta. Vtrum vero

Quæstio quem ordinem Arist. posuit.

Quod corpora cœlestis viuant & intelligant. Disputatione tertia in solutione dubij.13.

Commen.39.

vero viuant anima perficiente cœlum, an cœlo assistenti, quæstio est spectans ad librum de cœlo.

ARGYR. *Viuere igitur ob hoc principium viuentibus competit. Animal autem est, ob sensum primo. nam & ea quæ nō cientur motu, nec mutant locum, sensum aūt habent, non solum viuere dicimus, sed etiam animalia nuncupare solemus.*

Tex. cōmē. 16. Viuere quidem igitur propter hoc principium inest omnibus viuentibus, animal aūt propter sensum primo. Etenim quæ non mouentur, neque mutāt locum, habentia aūt sensum aīalia dicimus, & nō viuere solū.

COLLEC. Tex. cōm. 19. Cum enumerat ordinem horum, ponit differentiam, & inquit. Viuere quidem igitur propter hoc principium. s. vegetatiuum est in omnibus viuentibus. est ergo viuum tantum propter vegetatiuum, aīal autem propter sensum primum. i. tactum. est ergo differentia, qm vegetatiuum, constituit viuum, sensitiuum constituit aīal, hæc ergo est differentia. Etenim § Quia quis posset dicere, animal non tantum p sensitiuum constitui, sed etiā per vegetatiuū, & motiuum in loco, apponit quasi sol. per exemplum, & inquit. Et nanque animata que nō mouentur sup. s'm locum, neque mutantia locum, habentia aūt sensum, aīalia dicimus, & non viuere solum. est ergo animal quātumcūque secundum locum non moueatur: relinquit aūt hoc tibi tanquā notum. d. videntur autem & huiusmodi multa esse animalium, manentia autē quum sint natura. i. cum eorum natura in quiete potius sit quàm motu habēt solum sensum. & sic differentia constat præaccepta. Et cōmentum huius partis manifestum est per se.

COMMENTARIVM.

Expō Auer. Cvm declarauit id, quo vegetabilia viuunt, esse prius illis quibus cætera viuunt in hoc textu vult Auer. vt Arist. faciat differentiam inter hanc virtutem, & virtute sensus, quo viuit animal, per differentiam nominū. quæ imposita sunt à græcis ipsis viuentibus. Sed hæc expō friuola est, Refutatio. non. n. differentiam nominalem Arist. cōsiderat, sed realē. Simpl. aūt vult Arist. ponere differentiam vitarū, per quā viuit planta, & per quā viuit aīal. Them. aūt asserit Arist. ponere differentiam inter aīas quā viuunt vegetabilia, & Expō aliorum. quā viuunt animalia. Ego vero arbitror Arist. ponere differentiam inter animal, & viuentia, vt viuentia, & dicit ex dictis concludendo q omnia viuentia, quo viuentia, viuūt propter hoc principium, quod est alijs prius. Aīal vero viuit propter sensum primo, & sicut non expressit, quid est illud principium, quo viuunt viuentia, vt viuentia. nō enim expressit an anima sit, an potentia, sic per sensum intelligere possumus indistincte aīam, & potentiam sensitiuam, postea vero quid per hæc intelligēdum sit explicabit. Primam partem differentiæ vult esse deducendam ex dictis, quia si id, quo viuunt vegetabilia & viuentia, est cæteris prius. relinquit omnia viuentia, vt viuētia viuere illo principio primo. Secundam partem differētiæ declarat, qa animalia immobilia: quæque locum non mutant, vt conchę & id genus, inqtum habent sensum & non motum, aīalia dicimus, & non tm viuere, ergo animal est aīal propter sensum. Et sic patet secunda pars differentiæ.

Quæstio quibus viuētia & aīalia sint. Sed quæres vtrum vegetabilia dicantur viuere, & aīalia esse aīalia, illa quidem propter potentiam vegetariam, animalia propter sensum. Dici pōt, q animalia dicūtur, & Solutio. propter animam sensitiuam, & propter sensum. Similiter & vegetabilia dicūtur viuere & propter aīam vegetalē, & propter potentiam, per potentias quidem, via signi, p animas vero via causæ. Et hoc pacto possunt græci expositores concordari. Quo vero ad verba attinet, debes scire in Nota hæc de verbis. codicibus latinis legi hæc verba. § Videntur aūt, & huiusmodi multa esse aīaliū, manentia aūt cum sint natura, hāt solum sensum. § quæ nō reperi in codicibus græcis, fortasse quod nō sunt de textu, verū vtcūque sit, res clara est.

ARGYR. *At vero ex sensibus, tactus primo cunctis aīalibus inest. Atque vt vegetatiuum à tactu sensuque omni, sic à cæteris tactus separari sensibus potest. Eam aūt partem animæ vegetatiuam dicimus esse, cuius & plantæ participes sunt. Animalia vero cuncta, ipsam vim habere sentiendi tactu videntur.*

Sensus autem primus inest omnibus tactus. Et sicut vegetatiuū potest separari à tactu, & ab omni sensu, sic & tactus ab alijs sensibus. Vegetatiuum autē dicimus huiusmodi partem aīæ: qua & plantæ participant, animalia aūt omnia videntur tangendi sensum hñtia.

Tex. cōm. 17. Sensus. Sensuum. vegetatiuum Threpticon Plantæ. Phyta, Tactus,

COLLEC. Tex. cōm 7. Quia dixit aīal esse propter sensum. primum exponit qs nam primus sit sensus, & inqt q tactus est hmōi. Ait enim § Sensus aūt tactus primo est in omnibus, § & hoc probat per locum à simili. d. sicut enim vegetatiuum pōt separari à tactu, & ab omnibus sensibus, sic & tactus ab alijs sensibus sed, sup. propter hoc vegetatiuum principium: sic & tactus: exponit quid per vegetatiuum intelligat. d. vegetatiuum autem dicimus partem. i. potentiam vel gradū huiusmodi animæ, qua & vegetatiua participant, vt dixi. Aīalia autem, § Secundo probat tactum esse primum, quia necessarium aīali. nullus. n. aliorum necessarius est, nisi hic: ergo hic primus. Ostendit autem hunc necessarium. d. animalia autem omnia videntur tangendi sensum habentia, non autem alios sensus. hic ergo solus necessarius. Cōmentum etiam patet.

COMMENTARIVM.

Ponit ordinem inter sensus, & videtur hoc facere quasi obiter, non enim sequitur ex dictis, nec est necessarium pro inuentione definitionis propositæ. Vel forte nō obiter dicit, quia sequitur ad dicta per viam similitudinis, dicit ergo q tactus inter sensus est primus: quia sicut vegetatiuum potest separari à tactu, & ab omni alio sensu, sic & tactus ab alijs sensibus. qa vero indistincte locutus est de vegetatiuo, & de sensu, non enim patuit quid vellet an potentiam, an aīam, nunc quasi se exponens inquit. Vegetatiuum aūt dicimus hmōi partem animæ: qua & plantæ participant, & sic intelligimus potentiam. aīalia aūt oīa videntur tangendi sensum habentia. i. tangendi vero sensum dicimus: quem cuncta animalia habere videntur: legenda enim sunt verba hæc conuersiue. Quo vero ad verba attinet. verbum plantæ græce est phyta, quod antiquus interpres vegetabilia interpraetatus est, nos aūt magis ad verbū plantas, ad rem tamen non refert. Simpl. probat tactū esse primum, quia est maxime corporalis: signum aūt, quia non percipit nisi propinqua. Vnde qa est maxime corporalis, vr mistioni proximus, & ita cæteris prior.

Quare tactus primus.

ARGYR. *Atque quam ob causam istorum vtrūque fit, postea dicemus ac explanabimus. nunc eousque tantum dicatur, animam inquam principium esse eorum quæ dicta sunt, & his esse diffinitā vegetatiuo: sensitiuo, intellectiuo, etiam motu.*

Tex. cōm. 18. Propter quam autem causam vtrūque horum accidat, posterius dicemus. Nunc aūt intantū dictum sit solum, q anima horum sit principium, quæ dicta sunt, & his determinata est, vegetatiuo, sensitiuo, intellectiuo, & motu.

COLLEC. Tex. cōm. 18. Cum accepit vegetatiuum prius esse sensitiuo, & motiuo, & intellectiuo. Amplius tactiuum prius dici sensitiuis, ab vlteriori perscrutatione se excusans, inqt. Propter quā autem causam vtrūque horum accidat posterius. s. in fine huius libri dicemus. Nunc autem, § Sectatores Alex. inquiunt analogum duabus diffinitionibus consueuisse diffiniri. s. per proportionale gñi, & proportionale differētiæ. & sic anima prius descripta est. s. anima est actus corporis physici &c. Secūdo p species eius, vel propria speciebus, queādmodum Arist. in prioribus propositionem, & in lib. Perihermenias enunciationem descripsit, & hoc mō hoc in loco diffinit aīam. d. nūc aūt intantum dictum sit solum. i. ex omnibus his hoc tm pclusum relinquet, q aīa est principium horum quæ dicta sunt, & sic dat intelligere genus, & his determinata. i. diffinita est vegetatiuo: sensitiuo, intellectiuo, & motiuo. ergo secundum Alex. animæ secunda, & propria diffinitio, anima est principiū vegetandi, vel

ſentiendi,vel mouendi ſm locum,& intelligendi,dixerunt hanc propriam eſſe diffinitionem, non ꝙ in minus ſit definito.ambæ.n.compoſite & adæquate conuertũtur. Verum prima quidem cõmunis dicitur: qm̃ non per proprias datur ſpecies,hæc vero propria, qm̃ per proprias datur ſpecies,vel propria ſpeciebus.

Commen. 18.

CAVSA autem propter quam. Si Auer. commentum ſequi velis oportet dicere Ariſt.primo excuſationem iam dictam. ſecundo recapitulationem diuiſionis in quatuor opera feciſſe.ſecunda ibi.{In hoc aũt.{Circa primã partẽ Ariſt.ſm Auer.ſe excuſauit cur cauſam finalem illius dicti hic non appoſuit,transtulit aũt eam ad tempus,ſcilicet vſque ad tertium ibi nãque declarabitur,dicetur enim ibi finem vegetatiui eſſe,vt eo viuãt viua,tactiui quoque vt bene viuãt. In hoc autem.{Nunc recapitulat dictã, dictum nanque ſit intantum ꝙ aĩa diuiditur per hæc quatuor gña, hæc ergo eſt recapitulatio ſm Auer. non dictorum ,ppria concluſa diffinitio animæ, Videtur autẽ expoſitio Auer. plus ad dicenda idonea, cum enim Ariſt. diuiſionẽ recapitulauit,ſtatim nouam qõnem aggrediens quęrit vtrũ vnũquodque horum ſit aĩa,vel pars animæ. Modo iſta qõ animæ diffinitionẽ nõ ſupponit propriam.Debes ſcire quoſdam græcos expoſitores hoc in loco exponere Ariſtot. ꝙ quum propoſuit duas aĩæ diffinitiones dicturus.ſ.cõem & propriam.Cõmunẽ intelligit aĩæ ambitu ſuo oẽs ſpecies ambientem.Propriam intelligit primæ,& principaliſsimę ſpeciei deſcriptionem.ſ.intellectiuæ.cum igitur Ariſt.primam dediſſet diffinitionem, nunc propriam.ſ.intellectiuæ animæ agit.eſt ergo intellectiua aĩa principium vegetandi,ſentiendi,ſm locum mouendi,& intelligẽdi. & ſi dicas, cur reliquarum ſpecierũ tacuit diffinitiones proprias, eligẽs tñ intellectiuæ, Inquiunt,qm̃ humana aĩa videt̃ quodammodo omnes continere. ideo intendentes de humana,quodammodo oẽs alias amplectuntur. Et hæc expoſitio vr̃ multum conſona literæ ſequenti,quia.n.humana videtur quodammodo continere oẽs,ſtatim quærit an vnũquodque horum pars,an aĩa ſit,i.an contineat ea quatuor, vel vt totum poteſtatiuum,an vel vt cõgregatiuum ex his. Ecce quam idonea apta ſit huic,ſed an ſit Ariſt. mens hęc poſterius dicetur.

COMMENTARIVM.

ACCEPIT Ariſt.duo,& ꝙ virtus vegetatiua cæteras vitales virtutes precedat,& ꝙ virtus tactiua ſimiliter cęteras ſenſitiuas.Quæ non ſatis diligenter declarauit, propterea remittens nos ad finem tertij libri, ſe excuſat, & inqt. Propter quã autem cãm vtrunque horũ accidat, poſterius dicemus.In fine enim totius libri vt Auer. inquit cauſam finalem aſsignabit, cur vegetatiuum præcedit cæteras viuendi virtutes,& tactiuum ſimiliter cæteras ſenſitiuas, illic enim dicemus,ꝙ vegetatiui finis eſt vt viuentia viuant: tactiui vero,vt bene viuant,& hac rõne vegetatiuum præcedit ſenſitiuum:& tactiuum cætera. Præmiſſa aũt excuſatione,non bene patet,quid Ariſt.velit in toto reſiduo textus. Simpľ.velle videtur:ꝙ Ariſt. ex dictis concludat propriam definitionem,& quidem de principaliſsima ſpecie, ſcilicet de anima rationali, aſſerens, rationalem animam eſſe principium horũ. Quam definitionẽ exponẽs Simpľ. dicit,ꝙ Ariſt.{per principium{ formalem cauſam intelligit:quia anima rationalis non eſt vitalibus operibus participans,ſed eorum formalis cauſa,per {horum} intelligit eorum animæ operum,quæ dicta ſunt.Addit,vt Simpľ. animaduertit,{& his determinata eſt vegetatiuo, ſenſitiuo, intellectiuo,& motu,ſiue motiuo.{quia rationalis anima, cuius definitionem deduxit,extrema intra ſe cõmittit,ſiue coniungit.extrema ſunt intellectiuum,& vegetatiuum, ex his enim quaſi extremis ſit rationalis anima, qa vero coniungit extrema,& media etiam coniungat neceſſe eſt, ſcilicet ſenſitiuum, & motiuum,quare dixit his determinari .i.his definiri,quia his conſtat. Ex his patet de mente Simplicij in hoc commentario Ariſt. per propriam definitionem intelligere ſpecificam definitionem, quæ ideo ſpecifica eſt,quia datur ſolum de vna animę ſpecie,ſcilicet rationali, patet ſecundo, ꝙ cum demonſtratur definitio communis per propriam, hæc demonſtratio eſt particularis, quia ſolum demonſtrat de rationali anima primam definitionem,& non de anima in communi. Et ſi dices cur reliquarum ſpecierum tacuit definitiones? Solutio in prõptu eſt,quia humana anima videtur cæteras aĩas continere, & definitio humanæ animæ definitiones cæterarum animarum,vnde paucis mutatis,fieri poſſunt tres animæ definitiones ſeorſum. Conſonat autem hæc expoſitio multum textui ſequenti,nam cũ humana anima videatur quodammodo cõtinere omnes,ſtatim quærit, vtrum vnũquodque horum humanam aĩam conſtituentium ſit aĩa,vel pars, vt videbitur. Ego vero dico Ariſt. hic, ex his ſuppoſitionibus, quas dixerat quaſque deinceps deduxit, propriã definitionem animæ conducere,& quidem non ab rõne,nam ſi hoc loco Ariſt.animæ propriam definitionem, quã aſsignare promiſerat,non aſsignaſſet,non video,vbi in ſequẽtibus illam aſsignabit, & q̃tum ad hoc ſum cum Simplicio,Verum aſſero hanc definitionem non eſſe propriam, qa ſit data de ſpecie,& ſit ſpecifica,imo eſt hæc priori ambitu æqualis,quia ſi legatur diſiunctiuę, erit omnibus animabus competens.Dicitur vero propria ab Ariſt.licet ſit cõmunis,quia datur per propria ſpeciebus, vt in collectaneis dictum eſt. Eſt ergo definitio hæc, anima eſt principium intelligendi,ſentiendi,mouendi ſecundum locũ,vegetandi: quæ ſi copulatiue legatur, erit propria humanæ animæ. Sin autem legatur diſiunctiue erit communis & propria,communis quidem, quia omnibus ſpeciebus cõpetens propria vero,quia collecta eſt per propria ſpeciebus. Colligitur autem hæc definitio ex his quæ dicta ſunt, accepit.n. Ariſt.omne corpus viuere, cui aliqđ eorũ quatuor ineſt.Ex hac cõcluſit vegetabilia viuere:aliquo principio,quòd põt eſſe ſine alijs:& alia non ſine ipſo. Declarauit hic principium eſſe virtutem,quæ multiplicatur pro numero operum,ex his patet aĩam eſſe principium illorũ quatuor,nam virtutes ſupponunt eſſentiam.Vnde videtur mihi ꝙ Ariſt.ſic deducat,viuere eſt propter virtutem vegetatiuam: ſentire propter virtutem ſenſitiuam, hoc fuit acceptum, quando fuit poſita differentia inter principia viuendi,& ſentiendi. Sed virtutes præſupponũt animam: ergo anima eſt formale principium & cauſa viuendi, ſentiendi,mouendi ſm locum,intelligẽdi. Ex quo ſequitur ꝙ licet multa Ariſt.accepit,& alterum per alterum deduxit. potiſsimum hanc definitionẽ deducit ex quinto coaſſumpto, quod eo textu aſſumebatur.{Viuere quidẽ igiť propter hoc principium} & reliqua. ex illa.n.differentia virtutum,quam quinto loco explicauit, & ex dictis quæ per manus collegit,potiſsimum hæc definitio deducitur.Cætera vero non ſunt ſuperflua,quia ſunt accepta ſubordinate, quia alterum infert alterum, & tandem ex differentia principiorum,quæ quinto loco accipitur, definitio deducitur. Sed dices definitioni plura adduntur, q̃ ex dictis colligatur,additur enim aĩam eſſe principium intelligendi,& mouendi,de quibus nihil in ſuppoſitionibus dixit.Dicendum hæc eſſe addita,non tanquã ex prius aſſumptis deducta,ſed ex poſterius aſſumendis,põt etiam colligi, qa primo textu in ſecunda ſuppoſitione accepit intelligere, & motum,eſſe vitæ atque aĩæ opera.Vnde inquit. Nunc aũt in tñ dictũ ſit ſolum, ꝙ aĩa horum quatuor quæ dicta ſunt eſt principium.ſ.formale.Et qa dixit aĩam eſſe principium illorũ quatuor poſſet dici ꝑ illa non definiri.non.n.definitur aliquid niſi per priora, cũ ergo illa opera ſint poſteriora,vr̃ ꝙ per illa non debeat definiri,ad hoc tollendum, inquit,Ex his determinata eſt, hoc eſt definita.i.vegetatiuo, ſenſitiuo,intellectiuo,& motu,ſiue motiuo.nam licet opera ſint poſteriora aĩa,tamen principium illorũ nõn eſt poſterius aĩa.Et ſi dicitur cõtra hanc expõnẽ quod Ariſt. ſtatim textu ſequenti quęrit vtrũ vnumquodque horũ ſit aĩa vel aĩæ pars,quæ qõ ſupponit diuiſionẽ, & non definitionẽ.Dicendũ ꝙ Ariſt.ſupponit aĩam definitã eſſe illis quatuor principijs quatuor operũ.Ideo quærit vtrum vnumquodq; illorũ ſit aĩa,an pars aĩæ,& ſic qõ eſt ad propoſitũ. Auer.vero & diuus expoſitor aliter exponunt, dicunt.n.ꝙ Ariſt. non definitionem aĩæ propriam ex dictis deducit, ſed quod id recapitulat,qđ dixit.ſ.aĩam diuidi vegetatiuo, ſenſitiuo,intellectiuo,& motiuo. Mouet aũt fortaſſe hos, verbum

T.c. penul. & vltimi.

Expõ Simplicy.

Expõ propria.

Vnde colligitur hæc definitio.

Dubitatio. Pulchra. Solutio.

verbū illud §& his determinata,§nā determinari, & distin gui idem est. Quo vero ad verba attinet, verbum intelle-ctiuo græce est διανοητικῷ, dianoitico. Modo Simpl. dianoeticum hic Arist. accepisse pro noetico hoc est intelle-ctiuo asserit nam rationalis anima est noetica, & dianoetica, ratione partis, quæ est intellectus, noetica est, ratione vtriusque.s. partis, quæ est intellectus & partis, quæ est ex semine, dianoetica est, hoc est confectio quædam constituta ex intellectu. Verum hic non pro tota dianoetica accepit Aris. sed pro parte.s. pro intellectiuo, anima.n. quę hic definitur, non dianoetico toto, hoc est toto composito definitur, sed intellectiuo, quod est pars.

ARGYR. *Quærendum autem est vtrum horum vnumquodque sit anima, an animæ pars, & si pars vtrum hoc pacto vt sit separabile ratione solum, an etiam loco. atq; de nonnullis quidem istorum videre discernereq; facile possumus, nonnulla autem dubitationem habent.*

Tex.cōm.19. Sint separabiles. Sit separabilis. Vtrum autem horum vnumquodque est anima, vel pars animæ. Et vtrum partes, sic vt sint separabiles solum rōne, an & loco, de quibusdam quidē horum non est difficile videre: quædam aūt dubitationem habent.

COLLEC. Tex.cōm.19. Duas mouet.q. inquit § aūt § pro sed vtrum vnumquodq; horum sit anima, aut pars.i. potētia animæ. relinquens primam attingit secundum.d. & si pars vtrū quidem sic sit separabilis ratione solum, aut loco, quemadmodum Them. ponit.s. nutritiuam in hepate, irascibilem in corde, & intellectiuam in cerebro. De quibusdam autem. § Ostendit quæstionum difficultatem, & facilitatem, & inquit. De quibusdam autem horum non est difficile videre, quęnam dubitationem habent.

Cōm.19. Cvm declarauit. In hoc commēto noto tātum quæstionis primæ sensum. Inquit.n. & intendit per hoc, quod dixit vtrum est anima, aut pars animæ, vtrum est possibile vt vnum istorum sit in animali absque anima, aut impossibile est, vt sit in animali absq; anima cuius est pars, est ergo sensus vtrum vnumquodq; horum essentialiter sequitur animam: ita vbi ponitur anima & vnumquodque horum ponitur, & econtra, an non. Hæc est expositio Auer. & forte ꝙ incidit in primam: sed tu persiste.

COMMENTARIVM.

Simplicivs asserit, quia in rationali anima, quæ nunc definita est, continentur illa quatuor, vegetatiuum, sensitiuum, motiuum, & intellectiuum, cūm illis sit definita, ideo vult Aris. mouere duas quęstiones, quarum prima est vtrum vnumquodq; horum, quibus anima definita est, sit perfecta anima, an particula aīæ. Ego vero dico Arist. mouere has quæstiones de anima, q̃ definita est illis quatuor. modo si anima, quæ definitur illis quatuor est rationalis, vt Simpl. autumat, tunc hę quęstiones sunt motæ de partibus animæ rationalis, sin aīa, quæ definitur, est cōmunis, tūc intellige sic, cūm definitio animæ determinata est illis quatuor, quęritur primo, an illę quatuor sint quatuor animæ, an partes, siue virtutes animæ. Si.n. illæ quatuor sunt animę, tūc assignata definitio per species erit, vt Alexandræi dixerūt, sinautem illa quatuor sunt partes vel virtutes animæ, tunc definitio illa assignata erit per ea, quæ sunt propria speciebus animæ, quod etiā Alexandri sectatores asserunt. Ad hanc quæstionem nihil respōdet, quia, vt Simpl. inquit, satis responsum est primo lib. ideo supponens, ꝙ sint virtutes quatuor illa, quibus anima est definita, quærit vlterius vtrum illæ virtutes solum ratione sint separabiles, vt est opinio peripateticorum, vel ratione, & loco abiunctę, vt Timæus arbitratur, qui capiti quidem rationem, cordi vero iraeundiam, hepati concupiscentiam collocat, Arist. etiā vt Simpl. inquit partem intellectiuam posuit à corpore separatam, ceteras partes corporales posuit. Auer. vero primam, q. sic intelligit, vtrum vnumqđq; horum, quibus diuiditur anima sit pars animæ, aut anima .i. vtrum vnumquodq; illorum sit in animali absq; anima, an sit in animali cum anima. Et secundam intelligit, & si vnumquodque horum sit in animali cum anima, quæritur vtrum vnumquodq; eorum sit anima, ita vt in homine sint tres animæ, an pars animæ, ita vt sit vna anima, & tres virtutes animæ. Et si virtutes vtrum ratione tantum, an loco & ratione differant. Hæc Auer. quæ expositio est deliramentum, sunt.n. plures quæstiones hæ, q̃ illæ. quas mouit Arist. Secundo: quia nullus quęsiuit an vnumquodq; horum sit in animali absq; anima, an cum anima: & ideo hæc expositio non placet. Deinde exponit, vt Simpl. inquit. Qualis nam est secunda quæstio, quæ erat dato ꝙ sint partes, vtrum sint separabiles ratione, vel loco, & inqt. De quibusdam quidem horum nō est difficile videre an ratione, an loco, & ratione differant, quędam autem dubitationem habent, dixit quædam dubitationem habere, secūdum Alex. propter intellectum, de quo dubium est vtrum separetur à corpore vel ne. Sed Simpl. repræhendit Alexandrum, quia de ītellectu, ꝙ sit separatus à corpore: nulla est dubitatio apud Aristotelem, quia superius clare enunciauit illum non contineri ab aliquo corpore, postea ēt idem dicet. Sed nunc mihi videtur: ꝙ Arist. secundam quęstionem soluat, vt Them. placet: ideo dicit, de quibusdā quidem soluere non est difficile videre, quædam autem dubitationem habent, & non facile solui potest de eis an differant. vel ne, hoc accepto: soluit: textu sequenti. Et sic Aris. ea: quæ dicturus est textu sequenti non dicit vt ostendat difficultatem, vel leuitatem, quæstionis, sed proposita.q. ꝙ in aliquibus facile, in aliquibus difficile soluatur: statim eam soluit. Ideo arbitror textum esse male diuisum; debent.n. hæc verba legi cum sequentibus copulata.

ARGYR. *Nam vt plantæ nonnullæ diuisæ seiunctæq; videntur viuere, propterea quod anima quæ est in istis, actu quidem in vnaquaque planta est vna, potentia vero plures, sic et circa alias videmus animæ differentias fieri, cum inciduntur animātium ea quæ insecta vocamus. vtraq; nanq; partium, & sensum habet, & motu locali cietur. Quod si sensum habet, & imaginationem & appetitum etiam habet. vbi nāq; est sensus, ibi dolor etiam existit atq; voluptas. at vbi sunt hæc, ibi necessario cupiditas etiam inest.*

Tex.cōm 120. Sicut, n. in plantis quædam diuisæ videntur viuentes, separatæ autem adinuicem, tanquam existente in his anima; in actu quidem vna in vnaquaq; planta, potentia autē in pluribus, sic & circa alias differentias animæ videmus accidere in entomis decisis, etenim sensum vtraq; partium habet, & motū secundum locum. Sinautem sensum, & phantasiam, & appetitum, vbi quidem enim sensus est, & tristitia, & lætitia est, vbi autem hæc sunt, ex necessitate & desiderium est.

COLLEC. Tex.cōm.20. Quia dixit quæstionis esse partem difficilem, partemq; facilem, hoc in loco partem facilem ostendit. tribus.n. entibus vegetabilis potētijs.s. nutritiua, prolifica, & augmentatiua, inquit. Sicut.n. in plantis quædam diuisa videntur, & viuentia: tanq̃ inexistente in his anima & illa particula § tanq̃ § tenetur quasi confirmatiue: ita ꝙ est sensus, & viuentia tanq̃.i. ac si in eis insit anima, quantuncunq; sint separata ab inuicem, ostendit quomodo anima est ibi vna, & inquit. Actu quidem in vnaquaq; planta.i. parte plātæ. potentia aūt plures, est in pluribus. § Sic & circa. § Ostendit quasi per simile in sensitiuo, motiuo, appetitiuo, & phantastico, inquit, quemadmodum sup. augmentatiuum, generatiuum, & alimonium in vnaquaq; parte plantę, & non altera in altera, sic videmus & circa alias differentias animæ accidere: vt in entomis decisis. etenim vtraq; partium sensum habet, & motum secundum locum: si autem sensum, & phantasiam, & appetitum: cuius rationē ait, vbi quidem .n. sensus est, & tristitia & lætitia est, vbi autem hæc sunt, ex necessitate etiam desiderium est. ergo patet quomodo loci motiuum, sensitiuum, appetitiuum, & phantasticum, non loco & subiecto partita: sed eodem sunt in loco & subiecto diuisa: quemadmodum pomum est dulce, album, humidum, odoriferum: nō ꝙ in alia particula odor, in alia sapor, in alia humor. sed his in quibus alter & alter necessario inerit: Vt Simpl. inquit. In quibus ergo facilis quęstio his patet exemplis.

Com. 20.

CVM narrauit. Proponit literæ intentionem. secunda ibi § Et quemadmodum. § ostendit hoc in potentijs vegetabilis. tertia ibi, § Et cum narrauit. § ondit in alijs. quarta ibi § Sed tamen debes scire § digressionem facit ex qua remouet duas. q. bonas, & primæ tres patet. Pro intellu quartæ, debes scire ꝙ duæ fiunt qõnes cõtra Ari. quarũ prima est, qm̃ Aris. in fine huius secundi & tertij phantasiã ait cõphendere sensibilia in absentia eorũ, & hoc ait eã differre à sensu. h aũt phantasiam tm̃ sensibilia cõphendere in eorum præsentia ait. Secunda qõ est qm̃ in lib. de sensu dictum est phantasiam in decreta esse parte corporis. s. corde, vel cerebro, hic autem per totũ eam disseminat. ergo & sibi ipsi contradicere videtur. Has ergo ambiguitates amouens inquit. Sed tamen debes scire ꝙ in quibusdã animalibus virtus imaginatiua. i. phantasia semper est cõiuncta cum sensu, nõ qñ sensatum est absens, & animal est diminutum, in eis autem, quæ sunt perfecta inuenit in absentia sensatorum. est ergo distinctio ꝙ phãtasia est duobus modis quædam perfecta & distincta: qualis est in animali perfecto, & h dicitur perfecta & distincta. qm̃ principium suum obiectum: quod est intentio insensata, videlicet, nociuum & vtile, compræhẽdit seorsum absq; compræhensione aliorum sensibilium sensuum exteriorum, & propterea fuit oportunum vt distincto; & certo loco seruaretur animalis, vt Auer. ait. Quædã est confusa & impfecta; q ideo sic dicitur, qm̃ inuolute compræhendit suum obiectum cũ sensibilibus sensuum exteriorũ: nõ. n. cauda lacertæ phãtasiatur nociuum, seu vtile absq; duro, aut molli doloroso, aut suaui: q sensus tactus sunt obiecta, & inde fuit per totum corpus disseminata: vt Auer. ait. Et tũc patet solutio ad obiecta. Aris. n. in fine huius loquit de phantasia perfecta & distincta, hic autem de imperfecta & confusa. Iterũ in lib. de sensu loquitur de phãtasia distincta & perfecta, hic vero de phantasia confusa & imperfecta. Et hæc duo colliguntur ex verbis Auerrois.

An in parte animalis annulosi decisi remaneat anima eiusdem speciei.

Tertio dubitabis, an in parte animalis annulosi decisi, remaneat anima eiusdem speciei cum anima specifica & propria. Et videtur tribus rationibus ꝙ sic, primo qm̃ plãta, & hmõi animalia sunt propinqua in natura. ergo in modo se habendi illius naturæ, sed in plantis remanet anima talis: vt Arist. signo monstrauit in textu, igitur & in aiali hmõi. Secundo vbi præsens est operatio propria alicuius animæ: ibi præsens est & anima illa, cũ operatio fundetur in composito mediante essentia animæ. sed illi animali pſens est sensatio, motus de loco ad locũ, appetitus, & phãtasiæ, ergo & essentia animæ. Tertio vbicunq; fuerint vires animæ, ibi & anima, sed in hmõi parte sunt, animæ vires, ergo & aiæ partes. Maior patet, sunt. n. accñtia essẽtialia animæ. Ad hoc potest dari solutio collecta ex verbis

Opinio Alber.

Alber. in lib. de homine, & hic, ꝙ formę sunt multi gradus, quædam. n. sunt formæ quæ penitus materiam cõsequũtur quantum ad esse, & opus, & hmõi formæ sunt omnino materiales, & per mãm extensæ, & diuisæ: cuiusmodi sunt formæ elementorum, & mistorum imperfectorum, vt lapidũ, & metallorum, & alia talia. Quædam sunt formæ quæ sequuntur materiã attamen aliquid eleuationis participãt, & diuinitatis: & hmõi sunt formæ fruticum, & herbarum, & plantarum, & quia hmõi sunt aliqualiter supra materiã, ideo aliqualiter sunt ad indiuisibile, & vnum tendentes. & sic non inueniuntur ita per materiam diuisæ, quin in tempore principaliori materiæ habeat esse principalius. Tertio sunt formæ, quæ sequuntur mãm quantum ad esse, attamen sunt plures prolongatæ à materia, & modo materiæ, cuiusmodi sunt animæ animalium insectorum, & hmõi omnes essentia, & quantitate non sunt extensæ per subiectũ, sed sunt tm̃ in principali parte corporis tanq̃ in propria & conuenienti sede, vt Alber. ait. Est aũt principalis pars cor in animali perfecto, spina in animali annuloso: & sic anima habet esse tm̃ in corde, vel spina, immo in principali particula cordis, vel spine, & per consequẽs non in tota spina vel corde, hoc autem Alber. approbauit alibi verbo Arist. in lib. de causa motuum aialium, vbi ait. Estimandum animal cõstare quemadmodum ciuitas bene legibus recta, vide. vult. n. Arist. ꝙ quemadmodum Monarcha non est in tota ciuitate, nisi potẽtia, & virtute, sic anima nõ est in toto corpore nisi potẽtia, & virtute, & quemadmodum Monarcha est in principalissima parte ciuitatis. s. in arce, sic & anima, est autem cor vel spina, vt Aristo. ait in lib. de partibus. 3. Amplius quemadmodum prim⁹ motor totius est in supremo & principali loco mundi. s. cœlo, vt Aristo. ait in. 8. physic. & in principali parte cœli. s. dextro vt in. 2. cœli ait Auer. sic & anima, q corporis primus est motor, esse debet in principali parte corporis, & in principali illius. Inquit ergo Alber. ꝙ quemadmodum corpus est di-

Com. 15.

stensum ẽm organa, vnum tamen, prout omnia illa reducuntur ad vnum principale mẽbrum, sic & anima est multa ẽm virtutes, quę disseminatę sunt per organa: quia tamẽ oẽs continuantur ad essentiã animæ, quæ est in corde, ideo vr̃ quodammodo vna. vide, & iuxta hoc teneri potest, ꝙ licet in plantæ partibus omnibus aĩa plantæ sit, non tamen in omnibus partibus animalis annulosi. Amplius teneri põt, ꝙ cũ animal deciditur, non in qualibet parte remanet anima, sed in ea tantum vbi principalissima sedes ponitur eius. s. in parte iuxta caput, vt patet in lacerta. Tunc posset dici ad argumẽta, ꝙ licet tale animal est propinquum plantæ, quãtum ad esse, non tñ quantum ad oẽs modos essendi, sed aliqualiter, & sic conuenit secum quantũ ad hoc, ꝙ sicut forma plantæ sequitur mãm, & ab illa cõseruatur, sic & ibi, aliter non. Amplius quemadmodum pars decisa plantæ est operans vegetabili operatione, sic & pars animalis hmõi videtur operari vt dicam. Ad secundum inqt Alber. in lib. de homine, ꝙ in hora diuisionis ab anima relicta in parte principali generatur quædam virtus animæ alteri parti minus principali, quæ esse videtur principium consimilium operum in specie, quemadmodum aqua calefacta calefacit per virtutem relictam sibi ab igne tandiu q̃diu non euaporat illa, sic illi cõicatur quædam qualitas similis qualitati animæ: quæ est principiũ consilium operationum tandiu q̃diu non expirat illa virtus. Tunc cum ait, vbi præsens est oparatio, ibi & essentia. Dicendum ꝙ verum est de operatione quæ est eiusdem speciei cum operatione prima, sed hmõi non est omnino eiusdem speciei. Ad tertium dicendum ꝙ virtus illa fundatur in cauda lacertæ mediate forma cadaueris, sicut caliditas aquæ in ipsa mediante forma aquæ, & ratio, quoniam illa virtus non est totaliter eiusdem speciei cum virtute animę. Posset tamen dici ꝙ licet anima sit indiuisibilis, tamẽ in hora diuisionis generatur in illa parte anima eiusdẽ speciei cũ anima relicta in parte principali cum cõsimilibus virtutibus, & operationibus, & generaliter dico ab ipso diuidente; tamen hoc est difficile, qm̃ tunc fieret corruptio illius partis, & generatio per solam diuisionem localem: & tu persiste. Et nota ꝙ licet hmõi opinio sit probabilis, tamen est contra intentionem Auer. declaratum est. n. in lib. de substantia orbis, ꝙ omnis forma materialis recepta in subiecto quanto, & extenso, est forma diuisibilis per totum. & hoc probaui alias in lib. de intellectu in. 11. propositione. vide difficiles probationes contra Alber. sed pro nunc sit tibi dictum intantum.

COMMENTARIVM.

CVM proposuit quæstionis secundæ difficultatem & leuitatem, nunc exequitur solutionẽ, & sic non probat ea, quæ proposuit, sed solutionem exequitur: hæc. n. est vera huius loci expositio. Soluens ergo secundam. q. hunc ordinem seruat, quia primo differit an huiusmodi partes animæ loco, & subiecto diuisæ sint: secundo vero an ratione. Quantum ad primum duo declarat. primum est, ꝙ nutritiua virtus, & augmentatiua, & gñatiua in vniuersã planta sunt, & in qualibet eius particula, quoniam aĩa est in vniuersa planta vna subiecto, & plures potestate, & in quauis parte similiter. Secũdum vero est quasi deductum via similitudinis ex hoc primo. s. ꝙ sensus & motiua virtus & appetitiua, & imaginatiua oẽs sunt simul in aliquibus aialibus subiecto, & loco: & sic patet de quibusdam facilis solutio. s. ꝙ non differunt loco, & subiecto, inquit. Sicut. n. in plantis quędam partes videntur diuisæ viuentes: separatæ autem adinuicem. i. cum separãtur adinuicem: quæ tamen sup. ante diuisionem nõ videbantur diuisæ viuentes, cuius

causam

causam assignat,tanq̃ existente in his anima,in actu q̃dem vna in vnaquaque planta: potentia autem plures in pluribus partibus plantæ,hoc est dico ante diuisionem non esse diuersas partes,quia anima vegetabilis in vna planta est actu vna,potestate plures.ergo oẽs virtutes animæ vegetatiuæ sunt simul subiecto & loco in vna parte, & in tota planta: sicut anima est vna. Sed dices, q̃ñ anima est vna in vna planta,& potestate plures, vtrum sicut est vna forma in similaribus qua totum dicitur & quælibet pars eodem nomine ac ratione. Innuit Simpł.ꝙ nõ, quia in planta est aliqua dissimilaritas: quia licet sit vna anima actu, non dicitur tñ quælibet particula plantæ planta, non.n.ramus populi est populus,sicut pars ignis est ignis.Propterea dicit Simpł.ꝙ in ramo abscisso à toto non est actu aĩa, sed dicitur in illo esse aĩa,quatenus est aptus ac idoneus, cum plantatus fuerit,ad receptionem propriæ animæ. Ex his patet de mente Simplic. ꝙ ramus sepatus non est aiatus actu ea aĩa,qua tota planta animabatur,sed est summe dispositus cũ plantatur,ad recipiendum aĩam,similem speciei animæ,q̃ erat in toto,vtrum vero ita sit, postea dicemus. Hactenus de primo. Secundo declarat quasi ex hoc primo via similitudinis,ꝙ sensitiuum,motiuum,& appetitiuum subiecto nõ separantur in animalibus:immo in quibusdam nec imaginatiuum,vt in aĩalibus insectis, & inq̃t. Sic & circa alias differentias aĩæ.i.ita & circa alias partes animæ videmus accidere maxime in his animalibus, quæ entoma,siue insecta dicuntur, quæq; & annulosa etiam,in decisis.i.in partibus cum deciduntur: etenim partes cum decidũtur,& vtraq; partiũ sensum habet,& motum ꝭm locum,& ita motiuũ & sensitiuum non differunt. Q. etiam nec in talibus differat imaginatiuum & appetitiuum, oñdit,& inquit. Sinautem sensum habent partes decisæ taliũ animalium,tunc & phantasiam & appetitum habebunt,ꝙ probat,quia vbi est sensus tactus,ibi ẽ & tristitia,& lætitia .s.obiectorũ, quæ ei occurrunt,nunc vt tristitia, nũc vt iocunda.Vbi autem hæc sunt læta,& tristia,ibi & desiderium necessario est fugiendi tristia,& sequendi delectabilia: ergo in talibus partibus hec oĩa sunt.Quo vero ad verba attinet,cum Arist. dixit. §Sic & circa alias dr̃ias animæ§ nõ intelligit eodem mõ penitus,ita esse de parte plantę,& de parte animalis decisa: quia illa pars plantæ est idonea ad receptionem aĩæ.s.quæ erat in toto: sed pars aĩalis, nunq̃. Ex his patet solutio,& in quibus est solutio facilis:Simpł. vero addit,in quibusdam virtutibus dr̃iam subiecti manifestam esse,vt de visu,auditu,& cæteris id genus: hæ n.virtutes sensorijs differũt,vt Simpł.inquit. Quo vero ad verba attinet.§In entomis in decisis§græce est.ἐπὶ τῶν ἐντόμων,ἐν τοῖς τεμνομένοις,hoc est insectis cũ deciduntur,siue in partibus decisis. insecta sunt animalia, quæ vulgariter annulosa dicuntur, quia ad modum annulorum flectũtur: vt lacerta, serpentes,vermes & id genus: in horum.n.aĩalium partibus cum inciduntur,depræhenduntur simul,sensitiuum: motiuum: phantasticum,& appetitiuum, quæ simul post diuisionem esse nõ possent: nisi ante diuisionem fuissent simul subiecto.

De parte animalis ãnulosi.

Quæritur: vtrum in parte animalis insecti:cum deciditur à toto remaneat anima. Simpł.in cõmentario huius partis,asserit in illa parte non remanere animam: nec partem animæ,quæ erat totius.Et hoc asserit vir tam in plantis: q̃ in talibus animalibus: immo oportet dicere ꝭm ipsum: ꝙ diuidens corrumpit animam ab illa parte,& generatur,vt ita dixerim,forma cadaueris: vel aliqua forma talis: quæ quia est propinqua priori formæ,conseruat dispositiones quasdam similes:& tales, mediantibus quibus virtutes cum noua forma genitæ vidẽtur exercere operationes similes,quas exercebant virtutes animæ ante diuisionem. Dicit tñ esse dr̃iam inter partes plãtę decisas,& animalis, quia illæ partes plantæ detinent similes dispositiones,quibus,cum illæ partes plantantur, facile iterum poterunt recipere animam similem ei,quam habebat totum: partes vero aĩalis nunq̃ hoc patientur,saltem illæ,in quib⁹ non manet basis animæ,vt cauda lacertæ. Gandauẽsis vero asserit oppositum:vult.n.& plantę,& animalis partes cũ deciduntur, esse aĩatas formatas formaliter: non quidem anima: aut parte animæ remanente,sed de nouo genita ꝑ solam diuisionem: nec videtur absurdum per solam diuisionem illud fieri posse,cum in eis sit summa dispositio faciens per inductionem talis animæ.Mouetur Gandauẽsis ab experientia,quia ibi remanẽt opera,& virtutes, modo cui horum aliquid inest,illud viuere dicimus. Hanc opinionem Auer.in commento approbat, dicens in partibus illis remanere animã, & virtutes. Ego vero arbitror esse problema,quia vt Alber.dicit in talibus partibus nec virtutes,nec anima remanet: immo diuidens necat partem, & generat formam cadaueris,verum remanent,cũ tali forma nõnullæ dispositiones cõsimiles dispositionibus, quibus anima residebat in illis partibus,quibus illa forma cadaueris non similes specie operationes exercet: sed videntur similes quadam placita similitudine, & sic non est necessitas hincinde. Tutius tamen dicerem in talibus partibus remanere animam,esseq; animatas. Tum quia exercent aliquod opus vitæ,vt sensu deprehenditur.Tum quia Alex. in lib.suo de anima,& Auer. hic expresse asserũt eas viuere. Sed tunc maxima erat difficultas, quia tunc planta,& animal ante diuisionem erat plura animalia: nõ.n.videtur sola diuisione nouam animam esse genitam: quare tot essent animæ,quot partes decisæ exercere possent vitę operationes. Gandauen.asserit talem aĩam.quæ nũc actu in parte est potestate præfuisse: non tñ esse simpliciter de nouo genitam,vnde diuidens,non animam facit,simpliciter: sed animam actualiter separatam: nec sequitur, diuidens facit hanc aĩam actualiter separatam, ergo facit hãc aĩam,veluti non videlicet Pythagoras fecit Niphum musicum,igitur fecit Niphum,non.n.fecit Niphum simpliciter,sed Niphum musicum.Oportet ergo imaginari caudã lacertæ esse formaliter animatam,illamet anima quæ erat in toto,non tñ eodẽ modo,quia in toto erat vna actu,potestate plures,veluti continuum est actu vnum, potestate plura. quare sicut qui diuidit continuum,non facit continuum simpliciter,sed continuum actualiter separatum,sic qui diuidit lacertam,non facit animam,vel animal,sed facit animal,vel animam actu separatam. Sed dices, motus localis est passio, vel vbi, sed hæc non sunt de principijs actiuis. Præterea.Omnem generationem præcedit alteratio.ergo nõ potest generari hic anima,nisi præcedat alteratio. Dicẽdum ꝙ nihil simpliciter generatur hic, quia nec aĩa,nec animal,bene tñ fit & anima,& animal actu separatum. Hoc autem facere potest, & relatio, & motus. nam diuisione fit diuisum, non tamen diuisione aliquid fit simpliciter. Similiter dico ꝙ nihil simpliciter generatur, ideo non oportet,vt præcedat alteratio. Bene tñ cõcedo animal vel animã fieri actu diuisam, quæ ante diuisionem erat actu vna,potestate plures. Hanc positionem assero magis esse ad mentem Ari. primo quia sensu videmus caudam exercere opera vitæ,& cum sensus illic non decipiatur,oportet dicere illã viuere, & in ea esse animam, & vitales siue animasticas potentias.Secundo quia Arist.in ea parte ponit sensum, motiuum, appetitiuum, & phantasticum,ergo cogitur ponere animam quam hæ virtutes consequũtur. Ex his patet dr̃ia expositionum,nos.n.diximus Arist. soluisse secundam, quia ostẽdendo eius facilitatem soluit.Auer.autem vult ꝙ non soluat,sed quod argumentetur ad partem,ostendens eius facilitatem esse in aliquibus. Solutionem vero transmisit ad tempus. Circa præsentem textum solet quæri primo, vtrum omnis aĩa sit diuisibilis.Videtur ꝙ non,quia si esset diuisibilis, tũc anima esset quoddam totum: siquidem omne diuisibile habeat partes,& sic est totum. Consequens est falsum, quia anima est altera pars totius: ergo non est totum, sed pars. In contrarium sunt expositores, qui dicunt totã animam esse in toto,& totam in qualibet parte,& sic est totũ, quare erit diuisibilis. Pro titulo accipiamus vnũquodq; esse diuisibile,sicut est totum: omnis.n.diuisio est totius in partes:& econtra vnumquodq; esse totum,sicut est diuisibile, hæc suppositio clara est,& ab omnibus probata. Secundo accipiamus ꝙ diuisibile multifariã intelligi potest. Aut ꝭm partes graduales,quę ratione calidum intẽsum, est forma gradualiter diuisibile. Aut ꝭm partes quidditatiuas, siue

Cõm.10.

De diuisione animæ.

1.Suppositio.

2.Suppositio.

Quot modis diuisibile.

siue rationis,quo mō omne definibile est diuisibile in genus,& drīam. Aut ẽm partes essentiales, quo modo nāle compositum est diuisibile in mām,& formam. Aut in partes potentiales,quo mō omne corpus, vel oīs substātia habens plures potentias dici pōt diuisibilis in plures potentias. Aut ẽm partes integrales,siue quātitatiuas,sicut animal in caput & reliqua,& omne continuū,& quātum,siue sit per se,siue per accidens quātum:omne.n.tale est diuisibile in partes quātitatiuas:verum est tñ,ꝙ non eodem mō est diuisibile,siquidem aliquod est diuisibile in partes similares,aliquod in partes dissimilares: vt in primo de historia animalium distinguit Aris.Et licet alijs modis,aliquid dici possit diuisibile, hi tamē sufficiant.satis ergo est accipere,ꝙ quia tot modis aliquid diuisibile est,etiam tot modis aliquid esse potest totū. Tertio accipiamus ꝙ aliqua harum diuisionum est nota de anima: aliqua vero quęsita.

3. Suppositio. Quo ad tituli intellectum.

Q, quidem anima sit diuisibilis in partes potestatiuas, est concessum,& ab omnibus probatum. Q, etiam anima sit quid diuisibile in partes rationis, etiam concessum est ab oībus,licet illæ partes rationis,non sint vere genus, & differentia,verum quia eo modo definiunt animam, quo illa definiri pōt,dicuntur partes rōnis pro modo, quo aīæ ratio definitiua cōpetit:hoc ergo pacto aīam esse quid diuisibile,est ab oībus concessum. Quæri vero solent cætera de aīa.vt si est gradualiter diuisibilis, & si est essentialiter diuisibilis.& si est integraliter, siue quātitatiue diuisibilis. Et prima duo quæsita quæruntur solum in humana aīa, de ea.n.quæri solet an sit gradualiter ẽm partes graduales diuisibilis,quæ qō mouetur,quia,vt Plutarchus inqt,auctoritate stoicorum in lib.de placitis phorum,non videtur rationi cōsonum animas virorum illustrium esse æquales in graduali mensura substantiæ animabus deiectorum atque vilium hominum. Sed qm̃ hæc qō potius attinet ad Catholicos,ideo nunc illam ad theologica nostra transmittimus: nam cum physice incedamus,& nobis cum physicis res sit,iure illam ad illud tempus distrahamus. Solet præterea de anima queri:non quidē in genere,sed de humana tm̃,vtrum sit diuisibilis in partes essentiales,vt posuit Simplic. qui asserit dianoeticam aīam confectam esse ex duabus partibus quasi duabus semianimis.s.ea,quæ ex semine deducitur,& ea,quæ extrinsecus accedit. Sed quia hęc qō postea disputabitur,de ea nunc dictum sit hactenus. Restat ergo,vt quæramus vtrum aīa sit diuisibilis ẽm diuisionem dimēsiuam in partes quātitatiuas, siue integrales, ea .s.diuisione, qua totū ipsum diuiditur, cuius ipsa est pars.

Intellectus.q.

Opinio Ganda. & Hierardi.

Gandauensis maximus Auer.fautor,asserit oēm formam mām perficientem,& oēm animam corpus formaliter animantem,siue informantem esse extensam,& diuisibilē extensione,& diuisione subiecti, in qua recipitur, vel extensione, atque diuisione eius compositi, cuius ipsa est pars. Hæc opinio Gandauensis adeo inualuit,vt Hierardus vir ingenio,& doctrina excellentissimus non modo oēm formam,oēmq; animam diuisibilem,ac extensam esse sui, vel subiecti,vel compositi extēsione, sed etiam intellectiuam asseruerit. Nam, vt dixit,vel dimensio ꝓcedit receptionē animæ in materia,vel dimēsio sequitur animam receptam prius in mā. Si dimensio præcedit receptionem animæ in ipsa materia,tūc intellectiua anima diuidetur,quia omnis forma recepta in subiecto quanto,& extēso, diuiditur diuisione illius subiecti vt Auer. asserit lib.de Substātia orbis. Sin autem dimensio sequatur receptionem aīæ prius in mā receptæ,cum anima sit pars compositi quāti,vel immediata ratio recipiendi quātitatem, aīa extendetur, alioqui quantum in non quanto,diuisibile in indiuisibili reciperetur.Vnde vīr asserit & omnē formam,& oēm animam etiam intellectiuam,quæ mām perficit, aīat, ac informat, diuisibilem ac extensam esse,aut quantitate quæ ꝓcedit in subiecto,aut quantitate,q̃ eam sequitur. Pro hac positione fieri solent fortissima argumenta quæ ex decretis peripateticorum accipiuntur: nam oīs forma formaliter recepta in subiecto quāto,& extenso est diuisibilis,saltem per accñs diuisione illius subiecti,vt in lib. de Substātia orbis Auer. laborat probare,& Arist.de albedine testatur,dicēs tantam esse albedinē,quanta est superficies,quæ illi subijcitur.

Breue argumētum Hierardi.

Argm̃ pro pōne.

Prima ratio.

Præterea.Omnis res per se mobilis,est per se diuisibilis,& oīs per accñs mobilis,est per accidēs diuisibilis. cum ergo oīs forma & omnis aīa formaliter corpus informans,sit per accidens mobilis: ergo per accidens est diuisibilis. Præterea.Omne quod recipitur, per modum recipientis recipitur. ergo omnis forma recepta in subiecto diuisibili cum diuisibiliter recipiatur erit saltem per accidens diuisibilis. Præterea. Auer.plane in lib. de Substantia orbis pro cōi animi conceptione accepit,ꝙ omnis forma recepta in materia mediāte dimēsione interminata,est diuisibilis. Præterea,Totus homo est formaliter quātus. Aut igitur quātitas hominis recipitur immediate in mā, qua totus homo sit quantus.& hoc non, quia tūc materiæ prius competeret esse alterius gñis,q̃ esse de genere substantiæ. Aut recipitur in mā mediante forma substantiali, veluti color in pariete mediante superficie,& tunc sequitur formam substantialem hominis quātumcunq; intellectiuam extendi per accidens, siquidē immediata ratio recipiendi quātitatem videẗ quanta, veluti immediata ratio recipiendi colorem,est colorata.Aut totum compositum quatenus totum, est immediatum receptiuum quātitatis, & non ratione alicuius suę partis,& hoc minime,quia tūc totum non esset extensum:non.n.potest cōpetere aliquid toti,quod vtriq; parti repugnat. Preterea. Corpus de genere substantiæ est proximum subiectum,& immediatum corporis de gñe quantitatis,sed corpus de gñe substantiæ est magis corpus de genere substantiæ propter formam q̃ propter mām. ergo propter formam recipit illud corpus.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta fortissima.

Sexta.

Præterea.Anima intellectiua & corporeitas, in homine est vna forma,sed corporeitas,quę est forma substantialis in homine extenditur per accidens saltem.ergo & intellectiua etiā. Præterea. Pono ꝙ aliquis sine manu sit natus, & ei saltem ad imaginationē de nouo manus brachio continetur,sicut nos de facto aliquando fuisse credimus. patet tunc manum de nouo additam viuificari,& non ꝑ animam in tali manu de nouo creatam.ergo viuificabitur per eam animam,quæ præcessit in brachio: sed hoc fieri non potest nisi per motum,& nō per motū localem, quia talis motus, nonnisi suo corpori conuenit. igitur per motum extensionis. Præterea.Totus homo extenditur receptione corporis de genere quanti,totum est suæ partes collectiue sumptę.ergo suę partes collectiue sumptę extēdunẗ. ergo extendiẗ ista: & sic anima & mā. Tenet ergo Hier. & pro veritate,& pro opinione peripateticorum omnem formam,quę corpus informat,omnemq; aīam,quę corpus animat:& perficit esse diuisibilem,saltem per accñs diuisione sui vel subiecti,vel sui compositi cuius ipsa est pars.

Septima.

Octaua.

Nona.

Opinio Hier.

Sed contra hanc pōnem sunt dubōnes, prima quia si intellectiua anima esset quanta & extensa: quouis modo sit: siue per se: siue per accñs,tunc non intelligeret vniuersalia: nec vīr, illud.n.quod in quanto recipiẗ,situaliter recipiẗ: & secundum condōnes indiuiduales quæ sunt hic: & nūc: quare species rerum in ipsa aīa intellectiua situaliter reciperenẗ:& sic solum per ipsas singularia,& quidem singulariter cognosceremus.Præterea.Si intellectiua aīa esset diuisibilis: tunc esset corruptibilis: est.n.diuisio via in corruptionem,vt in lib. de Genera. dictum est. Præterea. Omnis diuisio terminaẗ ad plura: igiẗ si anima diuidereẗ: ex diuisione,intellectiuæ animæ fierent plures. Præterea. Quæriẗ cum separatur à corpore: vel remaneret cū ea extensione: quam habebat in toto: vel desinit informare, & extendi.Si post mortem manet sub ea extensione sub qua erat: tunc post separationem erit quanta: & sic cum non ratione corporis esset quanta:ergo per se, ꝙ non cōcederem.Si nō remanet quanta,ergo nec in corpore fuit quanta,alioquin ex quāto:& diuisibili non quātum fieret,& indiuisibile:quod non est intelligibile. Præterea. Læsa aliqua corporis particula: mox læsionem intelligimus. ergo intellectus est præsens cuilibet parti corpori totus: & sic erit in qualibet parte corpis indiuisibiliter. Defensores hui⁹ opionis enituntẽ defendere illā totis viribus. Delent ergo primā dubitationem,nā dato ꝙ ipsa anima sit quāta, non oportet id oē,quod in ea recipiẗ, situaliter recipi:nisi quantitas esset rō recipiēdi illud. modo licet anima rōnalis

Dubitationes cōtra pōnem.

Defensio.

lis quāta sit, intellectus qui est ratio recipiendi, modo est quantus. nam licet intelľs sit animæ virtus, non à corpore cōphenditur, & ita quia recipiuntur notiones in aīa, ratione intellectus, qui per eius essentiā est indiuisibilis, iure sunt non quātæ. Quia igitur quātitas, qua anima quāta est, non est ratio recipiēdi, ideo species, siue notiones sunt indiuisibiles. Caliditas.n. recipitur in albo lacte: nō tamen efficitur alba; non.n. albedo erat ratio recipiēdi caliditatem. Præterea dicunt, ꝙ dato ꝙ ille species in ipsa anima reciperentur situaliter, & singulariter, non propter hoc tñ repreſentarēt singulariter, quia licet essent species illæ singulares essent repreſentatiuæ vľr, & vniuersalium, vt Aui. inquit. 5. suæ metaph. Confirmatur respōsio: quia ratio singularitatis non impedit cognitionem vľium ꝭm Auic. est .n. aīa ipsa singularis, quæ vľr intelligit, species etiā & notiones sunt singulares, & tñ repreſentant vľr. Si ergo singularitas nō impedit ipsam virtutem cognoscitiuam, nec rationem repñtatiuam, à fortiori nec quantitas impediet ratione qua quantitas. erit ergo impediens rōne qua materialis, vt omnes dicunt. Secundum delent, quia licet aīa esset diuisibilis, eo quia si scinderetur brachiū non totum, sed adhuc esset continuum ꝭm aliquid sui: non tñ est simpliciter diuisibilis: vnde dixerunt duplicem esse diuisionem, alteram totalem, qua pars est extra alteram partem penitus separata, & hoc pacto anima non est diuisibilis, alterā vero ꝭm quid; qua. s. pars à parte diuiditur, neutra tñ à toto diuisa; & hoc pacto anima est diuisibilis; verum hoc modo diuisio non præparat ad corruptionem. Tertiam diluunt, q̄a si anima esset diuisibilis diuisione simpľr, ex eius diuisione fierent plures aīæ, sed quia ipsa non est, nisi ꝭm quid diuisibilis, ideo nunq̄ diuidetur adeo, vt fiant plures animæ. Quartam delent, quia sicut aīa deserit corpus, ita deserit conditiones corporeas, & sic cum desinit informare, desinit esse corporea, desinit esse quanta, & desinit esse extensa, & cum dices: ergo ex quanto fiet non quātum, & ex diuisibili indiuisibile, non habeo pro impossibili ex eo, quod est per accñs quantum & per accñs diuisibile, fieri postea indiuisibile, & non quantum, quia sicut desinit informare, ita desinit esse quanta, cum erat per accidens talis: & sic nihil prohibet non esse. Vltima ratio deletur, q̄a intellectus æque cito percipit in pede, & capite, non ꝙ totus vel tota anima sit in toto, & tota in qualibet parte: sed quia ꝭm essentiam, est & anima & intellectus indiuisibilis, solum aūt per accñs anima est extensa. Percipit ergo quia ꝭm essentiam est in toto, & in qualibet parte: non autem ꝭm omnes partes quantitatiuas est in toto, & in qualibet parte. Huius exēplum est de caliditate, quæ est æqualiter gradualiter extensa per totum. Hæc.n. æque cito calefaceret infinita, si ei calido, in quæ est applicarentur: & tñ est extēsa. Et licet hæc disputatiue ab acutis doctoribus posset defendi, tñ eam nō arbitror peripateticam: vnde Alex. in lib. suo de aīa ita inquit, anima vero in partes neq; magnitudine, nec numeri diuisione diuisibilis est: non.n. separatam animā facimus ab his, quæ diuiduntur, sed potestatum, quas habet enumeratione, & dñarum inuēta diuisionem constituemus, ecce quō Alex. plane vult aīam solum potestatibus, & differentijs posse diuidi: non autē numero: aut dimensione. Præterea. Them. & Simpľ. primo huius aīam indiuisibilē esse probarūt, quia est per se immobilis. Contra etiam hanc opinionē sunt expositores Thomas, & Egid. qui non mō intellectiuam posuerunt impartibilem ac indiuisibilem, sed etiam oēm animam sensitiuā eorum animaliū, quæ percipiunt in absentia sensibilium, quæ Auer. appellat perfecta. Simpľ. vero habentia phantasiam distinctam. Pro declaratione ergo dicamus trifariam esse animas, aliæ quidem sunt, quæ ꝭm esse, & virtutes materiæ sunt immersæ, quæ dicunt̄ simpľr materiales, ac à mā cōphensæ, quales sunt aīæ stirpium, & zoophyticorū aīalium, quæ quasi media sunt inter stirpes, & aīalia, veluti spongiæ. Aliæ vero, & ꝭm esse & virtutes, saltem principaliores sunt è mā eleuatæ, vt aīa humana, & cœlestis, quæ licet quo ad aliquas virtutes: sint à corpore cōphensæ, dicunt simpliciter eleuatæ; quia ꝭm esse, & principales virtutes sunt eleuatæ. Sunt. 3. aīæ mediæ, quæ quidē ꝭm virtutes sunt à mā appræhensæ, ꝭm autem esse sunt eleuatæ, suntq; hæ aīæ perfectorum aīalium, vt equi, bouis, & id genus, q̄ perfecta dicuntur, quia habent oēs sensus, & percipiunt sensibilia in absentia eorum, vt dictum est. Aīæ plantarum & zoophyticorum aīalium dicuntur ꝭm esse, & virtutes cōphensæ à corpore. Secundum esse quidem, quia quicquid agūt, aut patiunt̄ corporaliter, agunt & patiunt̄, & non aliter, q̄ formæ elementorum. Secundum potētias vero, quia potentiæ, quæ ab huiusmodi aīalibus effluūt, organicæ sunt, à particulis corporis apphensæ. Humana vero & cœlestis sunt simpliciter eleuatæ. Secundū esse quidem, quia non quicquid agunt, aut patiuntur corporaliter agere, aut pati videnť. Agunt.n. & patiunt̄ intētionaliter, quia non res, sed rerum intētiones agunt, aut patiunt̄. Secundū principales virtutes vero, quia intellectus & volūtas, quæ sunt principales, virtutes organicæ non sunt. Brutales vero animæ, esse quidem eleuatæ videntur, quia non quicquid agunt aut patiunt̄ corporaliter agūt, aut patiuntur, videmus.n. eas, non res, sed rerum intentiones recipere, quod non esset, nisi ꝭm esse ipsæ essent eleuatæ, potentijs vero organicæ sunt, particulisq; connexæ. Hac distinctione stanti, cōis opinio est, ꝙ animæ q̄ esse & virtutibus sunt corporales, vt animæ stirpium & zoophyticorum, hæ non aliter diuisibiles sunt, q̄ elementariæ formę, & albedo diuisione superficiei, nā nec ꝭm esse, nec ꝭm virtutes sunt eleuatæ. Secunda eorum conclusio est, ꝙ cæterorum animalium perfectorum, vt brutorum, & hominum sunt indiuisibiles ꝭm esse, & ꝭm aliquas virtutes saltem diuisibiles per organa, quatenus ꝭm vnam virtutem est in vno organo, ꝭm aliam in alio. probāt, quia tales sunt ꝭm esse eleuatæ, ergo sunt ꝭm esse indiuisibiles, & incorporeæ. Sed ꝯ hanc pōnem fiunt argumēta fortissima, primo quidē quia tunc aīa brutalis esset æterna, quia oīs forma, quæ ꝭm esse eleuat à mā, potest cum sua mā incipere, non oportet aūt vt cum sua mā desinat, ergo possunt remanere. Præterea. Forma quæ ꝭm omnem gradū, oēm operationem, & oēm potentiā est in mā, est penitus à mā cōphensa, & nullatenus eleuata, sed aīa cuiusq; bruti ꝭm omnem gradum, oēm operationem, atq; oēm potētiam est in mā, ergo nulla bruti aīa esse pōt aliqua ratione eleuata. Minor patet, quia ꝭm vegetatiuum, & sensitiuum est in mā, & ꝭm omnem operationem, cum oīs operatio illorū sit mālis, ergo oīs anima bruti erit totaliter à mā cōphensa. Propter has rōnes Ganda. fortasse credidit oēm animā corpus perficientem esse diuisibilem, potissimum brutales aīas, quæ sunt constitutæ in esse per subiectum. Sed cōtra argumētator, quia aīæ brutorum recipiunt intentiones rerum sine materia, & sine presentia materię. vel igiť secundū, ꝙ sunt corporales, vel ꝭm ꝙ sunt incorporales, nō ꝭm ꝙ sunt corporales, quia sic non intentionaliter, sed corporaliter agerēt & paterenť, & quidem nec sine mā, nec sine præsentia materiæ. Igiť vt incorporales, sed nō sunt īcorporales ꝭm virtutes, ergo ꝭm esse, quare cum ꝭm esse erunt eleuatæ à corpore, non poterunt ꝭm esse diuisione corporis diuidi, sed solum ꝭm virtutes. Præterea. Aīa cuiusq; perfecti aīalis reflectit se supra se, cognoscit.n. se sentire, & in recipiēdo species rerum sensibilium à sensu cōi, quandoq; in recordatione illas reuocāt ad eūdem sensum cōem, quæ oīa significant tales aīas reflectere se supra se. Vel igiť reflectūt se supra se corporaliter, vel intētionaliter, ac spiritualiter, non corporaliter, quia tunc earum reflexio esset sicut reflexio virgæ, vel ceræ, & id genus, quod est ridiculum. si intentionaliter, ergo oportet, vt ꝭm esse sint intentionales atq; spirituales, non.n. ꝭm virtutes esse possunt intentionales, cum ꝭm virtutes sint affixę, ac cōphensæ à particulis corporis. Secundum.n. illudmet esse quo est præsens organo virtutis memoratiuæ, esse potest pñs organo virtutis sensus cōis, alioqui non reflecteť anima ad id vnde cepit operatio, non.n. ꝭm eam virtutem, qua est pñs organo memoratiuæ, pōt in reflexione esse pñs organo sensus cōis. quare ꝭm idem esse est præsens oībus organis. Hoc argumentū pondero. Dubōnes vero contra hanc opinionem non cogunt, quia eleuatū à mā intelligi pōt, aut eleuatione dependentię, & hoc pacto brutales formæ non sunt eleuatæ à

Marginalia: Cap. 8. — Quod nō sit peripatetica. — Cap. 10. — Diuisio aīarū. — Cōis pō, prima conclusio. — Secunda. — Dubitatio. — Argm̄ Scoti in quolibeto. — Pō Gand. replicatur. — Rationes ꝓ positione cōi. — Dilucidatio dubionum contra pōnem cōem.

uatæ à mã,nec à corpore,dependent.n.à subiecto, sola vero intellectiua aïa hoc pacto est eleuata,alio mõ forma dr̃ eleuata à mã,quia ſm eius esse non limitat sibi vnam, aut plures particulas corporis,sed ſm eius esse est indifferés: & illimitata à certa parte corporis. & hoc pacto oés animæ brutorum & hoïum,& cœlorum sunt ſm esse eleuatę, quia ſm earum esse, non magis limitant,A,corporis partẽ q̃ B,sed sunt æque indifferentes A,& B,partibus,& toti.Verum brutales aïæ sunt ſm potentias limitatę ad particulas corporis,quia ſm visum sunt limitatæ ad oculos, ſm gustum ad linguã: & sic de cæteris id genus. Patet ergo consequentiam non valere,quia non sunt eleuatæ eleuatione dependentiæ,sed eleuatæ eleuatione organi,atq; particularum corporis. Secunda etiam tollitur,quia tales animę sunt in materia ſm esse,& potentias,& operationes, & quidem dependentes à mã. sunt tamen eleuatæ ſm esse, quia non magis ſm esse sunt perficientes A,q̃ B,partem:& sic in perficiendo sunt illimitatæ. Secundũ potentias vero non sic,nam ſm vnam potẽtiam sunt limitatæ magis ad vnam partem q̃ ad aliam.Argm̃ ergo concludit eas non esse eleuatas eleuatione depẽdentiæ,tñ stat eas eleuatas esse eleuatione essentiæ,quatenus sunt formæ partium, & totius. Quare sunt ſm esse,& essentiam, quibus sunt formæ corporum eleuatæ à certis corporis particulis: nõ autem ſm virtutes:cum ſm eas limitent sibi determinatas corporis particulas. Ad formam ergo argumẽti concedo maiorẽ, si loquimur de cõphensione dependẽtiæ, at si loquimur de cõphensione perficiendi determinatas partes, nego illam,quia in perficiẽdo ſm esse dr̃ eleuata eleuatione indifferentiæ perficiendi,quia ſm illud idẽ esse, illamq; eandem essentiã,quibus forma est, & perfectio vnius partis, est perfectio oium & totius: & sic est eleuata ſm indr̃iam perficiendi. Minor ẽt potest distingui,quia aïa licet ſm omnem operationem,oẽm potẽtiam,& oẽm gradum sit in materia ſm vnionem perfectiuã: nõ tamen est ſm esse cõprehensa à corporis partibus,sed ſm virtutes:quarum vnã habet in vna parte,& aliam in alia. Sed adhuc occurres, quia eodem mõ anima plantæ erit ſm essentiam eleuata, & indiuisibilis,quia ſm illam eãdem essentiã, qua perficit radices,perficit ramos. Concedo ſm essentiã:non tamen ſm esse:quia non reflectit se supra se ſm esse: non.n.ſm illud idem esse,quo perficit radices, perficit ramos, sed per accidens ſm aliud perficit radices:& ſm aliud perficit ramos.Q. vero ſm idem esse aïa mei canis perficiat organũ memorię,& organum sensus cõis,docet reflexio,quę cum non sit corporalis, sicut reflexio virgæ, erit intentionalis. Aut ergo quia potentia,quæ est in organo memoriæ, coniungit potẽtiæ,quæ est in organo sensus cõis,aut quia aïa ipsa ſm illud met esse,quo perficit organum vnius,perficit organum alterius,non quia altera potentia cõiungitur alteri,ergo q̃a ſm illud esse, quo perficit alterum organum perficit alterũ.quare erit ſm esse,indiuisibilis. Secundum potentias vero sibi limitans certas corporis particulas.recte ergo dictũ est ipsam esse ſm esse eleuatã, quia ſm indr̃iam perficiendi non magis ſm esse perficit alteram partem q̃ alteram:& sic dicit̃ eleuata eleuatione indifferẽtiæ perficiendi ſm esse,non aũt eleuatione dependentiæ. Dr̃ vero cõphensa ſm potẽtias, quatenus ſm alteram est in vna parte,ſm alteram vero in altera. His habitis,superest r̃ndere ad argumẽta facta pro opinione Hierardi & Gandauensis.Verũ anteq̃ ad argumenta respondeat̃,percurramus q̃ alij non mediocres viri dixerunt. Alij igitur imaginant̃,nec brutales aïas,nec humanã,esse formaliter extensas extẽsione,aut subiecti,aut totius, cui⁹ sunt partes. Attributiue vero per accñs extendi eas concedunt.Extendit̃ quidem ipsa albedo per accñs formaliter in pariete extensione supficiei. Attributiue vero per accñs omnis illa forma extendit̃,quia est in aliquo subiecto, qd̃ formaliter extendit̃,veluti.5.meta,asserit Arist.musicũ esse albũ, per accidens,quia musica in eo est,quod est albũ. Hoc ergo pacto concedunt non solum brutales aïas per accñs extẽdi, sed intellectiuã,q; ei attribuat̃,quod extendit̃ formaliter. Hęc tñ expositio licet pro parte satisfaciat quærenti:oïbus qõnibus non satisfacit; non.n.per hanc opinionẽ scimus,qũo homo põt esse formaliter extensus,cuius forma non est extensa. Præterea. Nec ex hac opinione scimus quid est extensionis subiectum, nec per hanc opinionem possumus facile r̃ndere ad obiectiones. Bacco. vir doctissimus asseruit in hoïe esse duas formas,alterã,quã ipse corporeitatẽ humanã appellat qua hõ est corpus in gñe substantiæ,alterã vult esse intellectiuã. Quam opinionẽ defendit Henricus Ganda.vir eminentissimus,dicẽs, q; non obstante,q; in hoïe sint duæ formæ substantiales.s.corporeitas,& anima,hõ est per se vnus.Cuius rõnem asserit,q̃a nec corporeitas aduenit materię prius q̃ illi adueniat aïa, nec aïa prius corporeitate,sed simul in eodem instãti mã, quæ erat in potentia recipit aïam,& corporeitatem ab aïa ſm rem diuersam.Sed quid sit hęc forma corporis,& vtrũ ponat̃ solum in hoïe,alias disputabit̃.Tunc imaginat̃ Bacconi. id,quod in hoïe recipit extensionẽ,esse ipsum hominẽ: corporeitatem vero esse proximã & immediatam rõnem recipiendi illã, quia mediãte illa hõ extensionem recipit: aïam vero esse principalem recipiendi rõnem:mãm aũt remotam extendendi rõnem.Est.n.(vt inquit) non parua differentia inter proximã rationem,qua hõ extendit̃, & principalem rõnem:quia proxima rõ,qua homo extendit̃, ipsa extendit̃:vñ quia proxima illa rõ extendit̃,hõ extenditur. Rõ vero principalis,nõ extenditur,sed est cãlis rõ extensionis.Materia vero,quæ est remota rõ,extendit̃.Ex his patet hoïem posse esse formaliter quantũ, licet principalis rõ,qua est quantus: nõ extendat̃.satis ergo est,vt remota rõ.s.mã,& proxima ratio.s.corporeitas extendant̃. His .n.formaliter extensis,hõ est formaliter extensus: per animã.n.est cãliter,atq; principaliter extensus,quia tanta extensione hõ extenditur, quãtam requirit eius aïa pro suis operationibus perficiendis. Per hanc expõnem potest respõderi ad omnes rationes. Ego vero nollem pro solõne vnius dubij adducere aliud magis,vel non minus dubium: est.n.inter viros doctos non leuis qõ de illa forma corporeitatis,& forte maior q̃ sit principale quæsitum. propterea prætermissa nunc illa forma corporeitatis: accipiendum est,aliquã formam posse esse extensam dupl̃r:aut per formalem sui esse extensionem: aut per æquipollentem. Albedo in pariete est extensa per formalem sui esse extensionem,quia ſm illud esse, quo informat dextram parietis partẽ,non informat sinistrã:& sic est extẽsa per formalem sui esse extensionem. Per æquipollentẽ vero,qñ repugnat suo esse diuidi in corpore, non tñ repugnat ipsam ſm sui esse: esse in qualibet parte corporis. nam licet non sit extensa cum partiũ corporis extensione,ipsa tota ſm sui esse est in qualibet parte corporis,quia nulla est materiæ, aut corporis pars: in qua non sit aïa. Ex hac distinctione sequitur aliquas esse formas:quę nec per formalem,nec per æquiualentem sui esse extensionem sunt extensæ. vt si darent̃ puncta. Punctum.n.ſm formalem sui esse extensionem non est extensum: nec per æquiualentem:qm̃ non est secundũ sui esse in qualibet parte continui idem numero. Simili rõne aïa separata ab hoïe fortasse,nec per formalẽ, nec per æquiualentẽ sui extensionem est extensa.Per formalem quidem patet.quia est simpl̃r,extra corpus,indiuisibilis. Per æquipollentem etiam patet.quia non est æqualiter in vna & altera parte alicuius,cum extra corpus nullius sit actus. Aliquæ vero sunt formæ,quę per formalem, & per æquiualentẽ suæ essentiæ extensionem sunt extensæ,vt albedo:& caliditas,& id genus. Hæ.n ſm formalem extensionem sui esse sunt extensæ,& ſm æquiualentem saltem ſm earũ essentiã,quæ est in qualibet parte eius,quare sunt & formæ,quæ non per formalem extẽsionem sui esse sunt extensæ,sed per æquiualẽtem,quia sicut forma extensa est ſm esse in oï parte,sic tales formæ sunt ſm esse in oï parte. Verum dr̃ia est,quia illæ per formalem sui esse extensionem sunt in oï parte,hæ vero per æquiualentem, q̃a ſm totum sui esse sunt ĩ qualibet subiecti parte:hoc pacto aïa humana,& brutalis sunt æquiualenter extensæ. & hoc intellexerũt veteres de Deo, cum dixerunt ipsum esse extensum per totum,est.n.extensus per æquiualentiam,quia ſm sui esse est hic,& vbiq; totus. Secundo accipiendum est,q; in aïalibus quantis,eorum; aïæ,sunt principales,siue causales

2. Positio. *Tex.cõ.35.14.* *Refutatio.* *Bacconitani p. 3. lib. sñiarum dis.19. q. vnica quol.3.q.45.* *Dilucidatio* *Dupliciter forma extensa.* *Excerptum pulchrũ de formis*

cāles rōnes extēdendi,& proximę. Principales quidē,siue causales,quia vnūquodq; illorum aīalium est tātum,& tanta extensione quantū,quantam limitat sibi eius anima pro eius propria operatione perficienda. Proximæ vero sunt, q̄a tanta extensione vnumquodq; eorum aīalium est,quanta est eius aīa æquiualenter,mediante qua vnūquodq; eorum recipit sibi debitā extensionem. In proposito, homo cāliter est tricubitus sua aīa,q̄a eius anima est æquiualenter tricubita & non maior,est tricubitus mediāte sua aīa, quia licet aīa non sit tanta formalr̃,est tanta ęquiualēter. Ex quib⁹ sequitur ꝙ aīa est rō principalis,seu causalis qua homo sit quantus,& proxima, proxima quidem quatenus mediante ipsa tanta æquiualenter recipit tantam extēsionē, causalis vero,quatenus anima est formale principium oīum operationum, quæ non possunt perfici ab homine, nisi quia aīa requirit tantam extensionē. Tertio accipiendū ꝙ sunt duæ pōnes de vnione animę ad mām,altera quidem est expositorū Thomæ & Egidij, quæ asserit animas, & omnes substantiales formas vniri ipsi materię immediate,quatenus dispositiones,quæ præcesserunt,non fuerunt inductæ pro vnione, sed pro fieri. & sic in instanti vnionis priores desinunt,& aliæ oēs cum forma inducta generanť saltem consecutiue. Altera est Ganda.quā asserit esse pro opinione Auer.s.ꝙ oēs formæ substantiales recipiunť in mā qualitatiue & quantitatiue disposita,quia dispōnes inductę non tantū erant pro fieri,sed pro vnione:& sic iuxta hanc positionē oportet dicere illas in instanti vnionis remanere. Harum vtra verior sit,non oportet nunc disputare:exposcit.n.proprium locum talis disputatio. Tenendo tñ primam pōnem nō est valde facile soluere rōnes factas pro Hierardo,sed tenendo opinionem Ganda. non est leue:tñ respondeť.

Solutiones.

Ad primam quidem iuxta positionem dicendum omnem sub̃alem formam receptam in subiecto quanto & extenso,quæ ab illo est ſm esse comprehensam, esse diuisibilem,mō tales non sunt animæ perfectorū animalium: quæ licet ſm potentias sint comphensę à corpore : non tñ secundum esse. Secunda vero positio diceret minorem esse falsam,quia in instāti vnionis omnes dispōnes desinunt cum priori forma, & nouæ cum noua forma subito fiunt:& sic aīæ non sunt receptę in quāto subiecto.

Per accñs mobile duplex.

Ad secundam dicerem aliquid dici per accñs moueri,vel quia per accñs mutat locum circūscriptiue,quo pacto albedo moueť motu corporis,& tale,quod sic per accñs mouetur,est per accidens diuisibile,vel quia per accidēs mutat locum definitiue, veluti punctum moueret ad motum corporis:& sic non oportet vt sit diuisibile:sed satis est,vt sit in re diuisibili. Hoc secūdo mō dicimus aīas tales moueri. Ad tertiam dici pōt vno mō, omne quod recipiť in aliquo subiecto diuisibili,& ſm esse,& potentias ab illo subiecto comphenditur,oē tale recipi per modū recipiētis, & esse pro diuisione recipientis diuisibile. Secunda vero pō negaret minorem: non.n.animæ recipiunť in subiecto diuisibili : sed prioribus dispōnibus corruptis recipiuntur in nuda materiæ essentia. Ad quartam Auer.intelligit de omni forma,quæ ſm esse comphenditur à materia. Secunda vero pō expresse negat Auer. Ad quintam tenēdo corporeitatem Baccon. facile respondet,quia formalr̃ quantus est hō:verum rōne materiæ est quantus,veluti rōne remota,ratione corporeitatis,veluti rōne proxima:per animam vero tanq̃ per rōnem principalem,quæ licet non sit formalr̃ extensa,est æquiualenter extensa,cum sit in qualibet corporis parte. Non tenendo vero corporeitatem difficile est,tñ dicerem hoīem esse formaliter extēsum, & propter mām,& propter aīam:propter materiam quidem tanq̃ propter rōnem remotam,propter animam vero propter rationem principalem,cālem,& proximā. Nec oportet rōnem principalem,& cālem, & proximam : qua aliqd extenditur,extendi formaliter per formalem sui esse extēsionem, sufficit.n.ꝙ extendať per æquiualētem sui esse extēsionem.patet hoc in cœlesti corpore,quod ſm Auer.est quantū quantitate sequente motorē,& tamen motor non est quantus formaliter, sed solum æquiualenter. ergo pōt esse aliquod cōpositum formalr̃ quantum, cuius forma, q̃ est proxima & principalis ratio extensionis,nō est formaliter quanta, sufficit tñ,vt sit æquiualenter extēsa.s.in qualibet parte tota. Ad sextam respondet Baccon. ꝙ subiectum corporis de gn̄e quātitatis est homo.Verum rō principalis recipiendi est anima,quæ non est extensa formaliter,sed æquiualenter : rō vero proxima est corporeitas, q̃ est extensa: remota vero rō est mā quæ etiam est extensa.

Vel dici pōt subiectum corporis de gn̄e quantitatis esse hoīem,verum per mām formaliter quantam tanq̃ per rōnem remotam,& per aīam,quæ est æquipollenter extensa tanq̃ per proximam & principalem rōnem est formaliter extensus: non.n,oportet principalē rōnem extensionis esse extensam formaliter:satis.n.est,vt sit extensa æquiualenter: remota vero rō,cum sit subiectiua rō,debet esse extensa.

Replicatio fortissima.

Sed replicabis,accipio hoīem in illo priori in quo p̄cedit extensionem,atq; quantitatem sibi propriam,& dico ꝙ aut est diuisibilis,vel indiuisibilis: si est indiuisibilis, ergo quantitas recipieť in subiecto indiuisibili: si diuisibilis, igiť ante receptionem propriæ dimēsionis p̄cessit dimensio interminata,qua homo est quantus in illo priori, quo ad aīam & materiam interminata quantitate.

Defensio pulchra.

Dicēdum ꝙ in illo priori non est hō extensus, nec quantus per formalem animæ extensionem,& cum infers:ergo quantitas recipiť in subiecto actu indiuisibili,non habeo hoc pro impossibili si eius aīa est æq̄pollenter diuisibilis:& ꝙ ita sit, probo ad mentem Auer.quia accipio cœlum in illo priori,quo p̄cedit dimensiones sibi proprias.Secundū.n.Auer. in lib.de Substantia orbis,intelligētia nā prior est dimensionibus cœlestibus,vel igitur cœlum in illo priori est diuisibile,vel indiuisibile: non diuisibile: quia in cœlo esset dimensio interminata p̄ Auer. ibidem.igiť indiuisibile:ergo subiectum indiuisibile est subiectum quantitatis : iam patet rn̄sio. diceret.n.Auer.illud non esse absurdum : quia p̄cedit natura illā quantitatem aīa cœlestis,quæ licet non sit per formalem extensionē sui esse diuisibilis,est per æqualentem diuisibilis,& sic dicendū est in casu nostro. Ad septimam respondet Baccon. in homine intellectiuam,& corporeitatem esse vnam sub̃am ſm rem,tamen concedit corporeitatem extendi,intellectiuā vero non: cuius exemplum ponit,ex eo quia panis per nutritionem conuenitur in corporeitatem nutriti, nō autem in animam intellectiuam nutriti,& tñ intellectiua nutriti & corporeitas idem est:quare non est absurdum corporeitatē & intellectiuam esse idem,corporeitatem tñ extendi, & nō intellectiuam, sufficit.n.(vt inquit)vt sint diuersæ ſm gradus.

Dubōnes cōtra responsionem Solutio.

Sed hæc rn̄sio mihi difficilis vr̃,quia argumētarer,hoc demrãta corporeitate,extendiť,hoc demrãta corporeitate,est intellectiua aīa. ergo intellectiua anima extendiť. Fortasse diceret Baccon. syllogismum hunc non esse expositorium, q̄a licet corporeitas sit intellectiua aīa : non tñ quicquid est corporeitas est intellectiua aīa.

Replicatio.

Sed contra accipio corporeitatem humanam,& argumentor,hoc demrãta humana corporeitate,extendiť: hoc demrãta eadē humana corporeitate,est aīa intellectiua. ergo intellectiua aīa extenditur. Præterea. Hoc demrãta humana corporeitate,realiter extendiť,hoc demrãta eadem est realiter intellectiua aīa. ergo intellectiua anima realiter extenditur.

Defensio.

Fortasse Baccon. adhuc se defenderet : diceret.n.hos non esse syllogismos expositorios,quia licet medium sit hoc aliquid: non tñ discrete est hoc aliquid: non.n.quicquid est humana corporeitas est intellectiua aīa,quia sensitiua anima,in homine est humana corporeitas,quæ non est intellectiua anima : similiter & vegetatiua, similiter licet corporeitas humana sit realiter intellectiua. non tamen quicquid realiter est humana corporeitas ob id est intellectiua in homine. Hoc pacto nos in prioribus his diebus declarauimus expositorium syllm̃. Et licet Baccon. posset se defendere tamen possumus dicere corporeitatem humanā esse intellectiuam animā:& ita sicut intellectiua anima est per formalem sui esse extensionem indiuisibilis : sic & corporeitas.verum dr̃ anima intellectiua corporeitas,quatenus est rō proxima recipiendi dimēsionem: quatenus vero est rō principalis est intellectiua : intellectiua.n.ſm diuersos gradus considerata est oīs anima. Semper tñ est indiuisibilis formaliter,& solum ęquiualenter diuisibilis. Ad octauam

De manu creata. nam rñdet Baccon. manum de nouo creatam, vel ad imaginationem de nouo consubstantiatã cum brachio, viuificari aïa, quæ pfuit in toto, & tñ nec per motũ, quo anima migret ad illam manum, nec per extensionem, qua anima ad illam manum se extendat, sed per occultum modum, qa nobis est inexplicabilis: potest tñ dici cõicatio. nam creata de nouo manu: præcedens anima cõicatur illi. Miror Baccon. virum meo iudicio acutissimũ in huius argumenti refutatione tantopere elaborasse. *Quare Bacconitani. Solutio.* Cũ de nutritione similis qõ accidat, qua homo augeť. Gñatur.n. noua pars, ĩ qua fit eius quod augeť anima: & quidem nec per motum, nec per extensionem, sed oẽs dicunt illud fieri: per hoc quod anima fit in pluri materia, erat.n. anima in toto & in qualibet parte. cum ergo mã nutrimenti sufficienter est disposita, mox anima, quæ erat in toto, & in qualibet parte per æquiualentiam, fit in hac noua mã: & hoc fieri nec est motus, nec extensio, nec saltus, sed aggeneratio ẽm Arist. nã forma quæ præfuit in toto, huic nouæ materiæ aggeneratur. Non ergo oportet modum occultum naturę fingere.

Nouum est mihi & difficile: non autem Bacconi. ẽm.n. ipsum hõ non est anima & mã: sed aïa, materia, & corporeitas. modo licet aïa non sit formaliter extẽsa, materia & corporeitas sunt extensæ: verum cum ipse non ponat corporeitatem in brutis, eadem quæstio stat in brutis. Dicamus ergo, concedẽdo ꝙ totus homo extendať, & ꝙ totus homo, q extendiť est anima, & materia collectiue sumptę: & concedo ꝙ suæ partes collectiue sumptæ extenduntur: non tñ eodem modo, quia mã extẽditur formaliter: anima vero æquiualenter, Formaliter tamen homo extẽditur, & homo est mã. & anima collectiue sumptæ: & tñ non oportet illas extendi seorsum formalr: sicut non videlicet: isti .x. trahunt nauim. isti.x. sunt iste, & iste vsq; ad.x. ergo collectiue iste, & iste vsque ad.x. trahunt nauim: & tñ nec iste nec iste trahit nauim. Sic licet homo sit ista duo collectiue mã.s.& anima: non oportet vt mã sit extensa, & anima similiter. *Qõ magna. Tex.cõ.78.86.* Sed cõtra determinata magna emergit qõ. nam Aris. 8. physicę auscultationis volens probare primam intelligentiã non esse in magnitudine, fecit hanc cõsequentiam, si prima intelligentia esset in magnitudine, tũc ipsa esset diuisibilis diuisione eius magnitudinis, ĩ qua reciperetur. Cuius rõnis vis est, vt Auer. inquit, quia esset in maiori maior, & in minori minor. Modo hæc probatio vel ꝯñtia nulla esset, nisi vr hæc vera esset, omnis forma recepta in subiecto diuisibili, est diuisibilis. Q. si hæc est vera, sequiť & animam saltem intellectiuã esse diuisibilem, non .n. video causam cur de prima intelligentia, & nõ de intellectiua aïa Arist. ratio valeret: alioqui quicquid diceres in fugiẽdo de intellectiua anima, ego dicerem de prima intelligentia: & sic possem defendere primã intelligentiam esse in mã, vel corpore, vt est intellectiua aïa, quia sicut nõ sequiť de intellectiua anima dicere, est in mã. ergo est diuisibilis, ita nec sequeť de prima intelligentia. Baccon. eligit hunc modum post reprobationem multorũ, ꝙ de quauis conclusione possumus, aut loqui per cões propositiones, aut ꝑ proprias. verbi causa. de prima intelligentia possumus loqui per cões propositiones in nãli scientia, quæ cõiter conceduntť in naturali scientia, & possumus loqui ꝑ propõnes proprias, quæ sunt de intelligentia prima, quæ solum illi conueniunt. Simili ratione de intellectiua anima loqui possumus, aut per cõmunia ĩ naturali phĩa, aut ꝑ propria ipsi animæ. Tunc dicit, ꝙ loquendo ꝑ cõia in physica, ratio Aris. est demrãtiua, quia in physica cõiter conceditur, oĩs virtus in magnitudine est diuisibilis: & sic etiam loquẽdo per cõia, intellectiua si est virtus in magnitudine, est diuisibilis. at loquẽdo per propria ipsi primæ intelligẽtiæ, & per propria ipsi animę, ratio Arist. nõ est demrãtiua: siquidem Deus est in magnitudine, & intellectiua in corpore: & tñ nec Deus, nec intellectiua ẽ diuisibilis. Secundum.n. propria loquendo, hæc consequẽtia non, videlicet, Deus est in magnitudine, ergo est diuisibilis. Hæc Bacco. *Refutatio.* Ego vero nõ bene percepi q̃ vir intelligat. nam si rõ Aris. est per cõia in physica, tũc esset dialectica: syllogismus.n. dialecticus est ex cõibus: & non demrãtiuus. Modo nec Auer. nec Diuus Tho. rõnem Arist. diceret dialecticam. Præterea. Tunc Arist. nihil de Deo demrãtiue tradidisset, quia omnia q̃ de Deo tradidit, vt Expositor inquit, fuerunt per cõia. *Solutio ꝓpria.* Propterea rectius dicerem, Arist. in. 8. lib. solum probasse Deum nõ esse in magnitudine eo modo, quo sunt in illa formæ mãles constitutæ in esse per mãm. nam si hoc pacto esset in magnitudine, esset diuisibilis, aut ẽm esse & virtutes, modo quo elementariæ formæ, aut saltem esset organicus, & diuisibilis ẽm virtutes, & sic nõ esset æternus, & esset in maiori maior: & in minori minor, vtrum vero esset in magnitudine mõ, quo intellectiua aïa est in magnitudine, ex rõne Aristo. nihil habetur, nec ipse enixus est illud probare, propterea ad probãdum ꝙ Deus nõ est in magnitudine, nec vt mãles formæ, nec vt intellectiua aïa, oportet refugere ad alias rõnes, quibus ipse probat Deum nec esse mobilem per se, nec per accñs, nec per attributionem. nam sic habetur eum esse penitus separatum. Hæc satis. Ad rõnem factam in principio patet solo.

Vtrum aïa sit tota in toto, & tota in qualibet parte. Secũdo quæritur, vtrum anima sit tota ĩ toto, & tota in qualibet parte. Et licet solutio hui⁹ qõnis quasi pateat ex solutione huius, tñ quæritur propter Ganda. qui non est contentus his, quæ diximus. Et primo argumentamur ꝙ non, quia tunc q̃libet animalis pars esset animal. Secundo non quælibet animalis pars est organica. ergo anima non est in qualibet animalis parte, non.n. esse potest nisi in corpore organico. Tertio, tunc q̃libet animalis pars oĩa vitæ opera, & omnium sensuum exerceret, cũ virtutes sint ab anima inseparabiles. Pro parte opposita sunt, quæ diximus in proxima.q. *Põ Gandauensis.* In.q. respondet Ganda. per tres conclusiones. Prima est, ꝙ anima ẽm totalitatem essentialem non est tota in toto, & tota in qualibet parte, probat, quiã anima nõ est totum essentiale, ergo secũdum totalitatem essentialem nullibi põt esse. Secunda conclusio eius est, ꝙ anima secũdum totalitatem, potestatiuam, hoc est secũdum omnes suas potentias, est tota in toto, & tota in qualibet parte. probatur per Auer. qui in commẽto proximo dicebat aĩam esse ĩseparabilẽ à suis potẽtijs. ergo in quacũq; parte est anima, in ea inseparabiliter erũt omnes potentię. Tertia conclusio est, omnis aïa diuisibilis est tota in toto, & pars in parte, & in maiori subiecto maior, & in minori minor. Sunt aũt secũdum ipsum omnes animę tales, q̃ perficiunt subiectum, atq; corpus. *Refutatio.* Sed hæc, q̃ Gandauensis inquit, sunt penitus falsa, prima quidem cõclusio falsa est, quia licet anima non sit essentia compositum ex re, & re, vt voluit Simpl. tñ est totum essentiale compositum ex realitate, & realitate essentialibus, atq; gñe, & drĩa, vt volunt alij, & sic hac totalitate essentiali, quæ sibi competit, erit tota in toto, & tota in qualibet parte. Secunda vero conclusio est oĩno falsa, quia si aĩam confitebor esse secundum oẽs potentias in toto, & in qualibet parte, tunc anima nõ erit forma organica, siquidem esse potest secundum omnes eius virtutes in quauis parte corporis similari, & quantũcunq; minima. Præterea. Illa conclusione concessa virtutes aïæ non essent proprijs organis accommodatæ. Cuius oppositũ patet in proxima.q. Tertia vero conclusio est reprobata proxima.q. vbi probauimus nõ oẽm aĩam esse indiuisibilem. *Solutio q. ꝓpria.* Pro veritate ergo dicamus, ꝙ anima trifariam esse põt totum. primo essentiale, cõpositũ quidẽ ex re, & re, vt Simpl. quidẽ autumat, sed ex realitate gñis, & realitate drĩæ secundum aliquos. Secundo potest esse totum potestatiuum secũdum aggregationem virtutum. Tertio secũdum partes integrales similares, vt de animabus plantarum, & zoophyticorum animalium dictum est. Tunc dico ꝙ quælibet anima mundi secundum totalitatem essẽtialem est tota in toto, & tota in qualibet parte: immo quælibet forma mundi, quia quelibet forma secundum essentiam est indiuisibilis dimensiue. Secundo dico, ꝙ quælibet anima, cuius nec esse, nec potẽtia est eleuata à mã, est diuisibilis per formalem diuisionem sui esse, & suæ potentiæ, vt in textu patet. & hęc forma non est tota in toto, & tota secũdum esse in singulis partibus, sed est tota in tota, & pars in parte, & maior in maiori, & minor in minori corpore. Huius gñis sunt anima plantæ, & animalis zoophytici. Tertio dico, ꝙ quælibet anima cuius esse, & principales virtutes sunt eleuatæ, hæc secundũ totalitatem

19

talitatem essentialem,& ꝟm eas potentias, quibus est eleuata,est tota in toto,& tota in qualibet parte, ꝟm eas potentias,quibus est eleuata,quia non omnibus potētijs est eleuata.Propterea dico.4.ꝙ anima cuius esse est eleuatū, & virtutes, nō omnis talis anima tota totalitate essentiæ, est in toto,& qualibet parte. Secundum vero totalitatem potestatiuam est tota in toto,& pars in parte. Sed queres vtrum aliqua anima tota ꝟm esse possit dici esse in toto,& in qualibet parte. Dicendum ꝙ in sensu categorico non potest dici.Si.n.ꝟm esse non est tota,non pōt dici tota esse in aliquo.Bene tñ dici potest,ipsam esse in toto, & in singulis partibus,ꝟm idem esse simpliciter, quia secundū idē esse quo aīa intellectiua est entelechia totius, est entelechia singularum partium. Concedo bene secundum essentiam ipsam esse totam in toto, & totam in singulis partibus,quia quo ad essentiam sibi cōpetit totalitas quædam essentialis saltem ex realitate & realitate secūdū aliquos. Ad sensum tamen hypotheticū pōt concedi ꝟm esse ipsam esse in toto,& in singulis partibus. dico ad sensum hypotheticum, si ipsa quo ad esse esset aliquod totum.nam hæc hypothetica est formalis, si anima intellectiua quo ad esse est aliquod totum,ipsa esset tota in toto, & tota in singulis partibus,hæc de q̄ōnis dilucidatione.Rationes vero diluuntur. prima quidem quia dato ꝙ quælibet aīalis pars esset animata,& ꝙ in ea sit aīa ꝟm totam essentiam,nō propterea quælibet pars esset aīal.Primo quidē,q͡a aīa in nulla parte est per se rōne partis, sed quatenus est entelechia totius. Secundo vero quia non est in parte, quatenus est à toto diuisa, & à cæteris partibus, sed quatenus pars est aliquid totius. Tertio, quia & si aīa tota secundum totalitatem essentialem sit in qualibet parte:nōn tñ est in singulis partibus ꝟm potestatiuam totalitatem. Secunda vero diluitur,quia aīa non est in qualibet parte secundum potestatiuam totalitatem (quia sic oporteret oēm partem esse multorū organorum:)sed ꝟm totalitatem essentialē. Per idem deletur tertia:exerceret.n.anima in qualibet parte omnia vitæ opera,si in qualibet esset secundum totalitatē potestatiuam.Hæc mihi videntur de q̄ōne dicenda.

Dubitatio. *Solutio.*

ARGYR. *De intellectu vero contemplatiuaque potentia, nondum quicquam est manifestum, sed videtur hoc animæ genus esse diuersum, idque solum perinde atque perpetuum ab eo quod occidit, seiungi separarique potest.*

Tex.cōm.21. Theoretica, Perspectiua. Cōtemplatiua.

De intellectu aūt, & perspectiua potentia nihil adhuc manifestum est. Sed videtur animæ alterum genus esse & hoc solū contingit separari sicut perpetuum à corruptibili.

COLLEC. *Tex.cōm.21.*

Alex.aphrodisiæus,Thomas, & Egidius hūc textū exposuere eodem modo. Inquit enim Alex. ꝙ cum Arist. monstrasset in quibus potentijs palā sit ipsas non separari loco & subiecto, (demonstrauit aūt id de cogitatiua, sensitiua,& motiua)nunc & in quibus dubium est ōndit, & inquit,de intellectu aūt,& perspectiua potētia,vbi ly§&§nō diuersum ꝟm rem,sed ꝟm nomen notat. quasi dicat. de intellectu,& siue alio modo dicta,perspectiua potentia, nihil adhuc manifestum est sup.ipsum separari re ab alijs animæ partibus.apponit tamen id quod de ipso apparet.d.sed vř genus alterum animæ esse. & hoc solum contingere separari sicut perpetuū à corruptibili.vbi illa particula §videtur§non existentiam, sed apparentiam ad totum sequēs notat,vt Alex.inquit,ita ꝙ solus intellectus vř alterū genus animæ & solus vř separari, tanquam separatur perpetuum à caduco,tñ in rei veritate,neque est alterum genus aīæ,neque est separatus à caduco.& sic exposuit Alex. hūc locum. vbi palam est ex verbis Arist. non esse acceptum, intellectum incorruptibilem esse secundum Alex.

Commen 21.

CVM dixit. Simpř,& Auer. videntur quodammodo textum eodem modo cōmentari, licet aliqua sit differentia,vt dicam,inquit ergo Auer. Cum dixit ꝙ quærendum est in vnoquoque istorum principiorum,vtrum sit aīa, aut non,incepit declarare virtutem,quæ nō vř esse aīa.sed manifestius est de ea,vt sit non aīa.velle ergo vř Auer. ꝙ cum Aristot.absoluit secundam q̄ōnem, nunc redit ad primam. Duas enim præordinauit q̄ōnes,an.s.vnumquodque horū aīa,aut pars: Secunda & si pars,an loco, an rōne tm̄ separabilis,cum igitur secūdam absoluisset,q.nunc & primam videtur absoluere.s.quæ nam illorū quatuor vř aīa, & quæ non.& huiusmodi expositio vř satis ad propositū primo, qm̄ Arist.mouisset q̄ōnem quam nō absoluisset, vtique igitur esset diminutus.Amplius & litera huic concordat,qm̄ ait,vř alterum genus aīæ. vbi patet ipsum respondere ad propositum.Intellectus aūt.{ Cum introduxit textum, } hoc loco literā exponit.Et primo ostendit cur est dubium de intellectu an sit anima,an non,secunda ibi.§Et cum declarauit§ ostēdit quod magis vř duorum. Inquit, in prima intellectus aūt in actu.i.agens,& virtus quę perficitur per intellectum in actu.i.intellectus materialis,adhuc non est declaratum vtrū sit aīa,aut nō, sicut est declaratū de alijs principijs, in quibus verbis patet Auerroim intelligere ꝑ intellectum,intellectum agentē:per perspectiuam potentiam intellectum materialem,qua aīa intelligit & sapit: vt in principio tertij dictum est. Simpř. aūt per intellectum, & perspectiuam potentiam vř intelligere idē sub diuersis rōnibus. vbi enim nos habemus & perspectiua potentia ipsa habet,& expectatiua potētia. inquit modo ꝙ vnamet virtus est intellectus,& expectatiua, est quidē intellectus pro quāto principium est intelligendi,estque expectatiua pro quāto expectat ad perfectiora ascendere, & in semet redire.melior tñ vř Auer.expositio,cum ambos tangat intellectus de quibus ambobus est locus q̄ōnis.Cum ista virtus.§reddit rōnem cur non pateat de his an sint aīa an nō. Ait cum ista virtus non videtur vti in sua actione instrumento corporali,sicut aliæ virtutes aīæ vtuntur. ergo vř ꝙ non sit actus corporis organici, & ideo nō fuit manifestum ex prædicto sermone.i.aīæ diffinitione vtrum sit perfectio corporis, aut non. In quo.s.sermone dicto patet ꝙ id quod constituitur, ꝟm ꝙ formæ constituuntur ꝑ materiam,est aīa,quia igit vř intellectui non conuenire animæ diffinitionem: ideo & ei videtur nec diffinitū & sic nō videtur anima intellectus ipse. hoc ergo est quod facit dubium.Et cum declarauit§ hmōi q̄ōnem absoluit secūdum famam cōem.Et primo proponit intentionē. secunda ibi. §Sed tñ melius.§absoluit.q.prima pars patet ꝑ se.ait ergo in secunda,sed tñ melius est dicere, & magis vř esse verum post perscrutationē,vt istud sit aliud genus aīæ. & si dicat aīa,erit ꝟm equiuocationem.Est ergo sol.intellš nō est anima,sed alterū genus animæ.& æquiuoce aīa. Et si dispō.§ apponit id quod sequitur ad hanc solonem q̄ōnis.d.& si dispō intellš sit talis.s.ꝙ sit alterum genus aīæ,& ꝙ aīa dicatur æquiuoce,necesse est, vt ille solus inter oēs virtutes aīæ sit possibilis,vt abstrahitur à corpore. Secūdum est & necesse est,vt non corrumpat per suam.i.corporis corruptionē,queadmodū sempiternū abstrahit. Et exponit qūo separat.d.& hoc.s.separari erit sup.hoc mō, qn̄ qn̄q; copulatur cū illo,& qn̄q; nō copulat cū illo. est ergo abstractio ꝟm opus,& nō ꝟm esse,cū nō sit vnitū ꝟm esse,vt patet.

Hic pōt dubitari. primo ꝑꝑ quid aīa rōnalis vř alterum genus aīæ. Secundo qūo separat,perpetuū à corruptibili, & ꝑōns intellš à corpore corruptibili. Ad primā Alex. aphrodisiæus,q sequit Epicuræos,dixit aīam rōnalē extingui corpore extincto,cuius signū dedit, q͡a cum corpore incipit esse,& oēm cū corpore incipiens & cū eo desinet, vt Arist.ait in lib.de cœlo & mūdo,ideo aīam rōnalē non dixit esse alterū genus aīæ ꝟm veritatem. Vř autem alterū genus, qm̄ plus eleuata inuenitur à mistura elementorū. eo ergo q͡a plus eleuat,alterū vř genus aīæ hæc est Alex. & Epicuræorū expositio. Alber.aūt hic, & in libro de homine vř dicere rōnalem esse alterum genus aīæ, qm̄, & si accipiat esse simul cum corpore,tñ non accipit esse à corpore,vel à cōmistione corporis,qm̄ est incorruptibilis, ꝙ pro nunc hac rōne probat, nulla operatio essentialis, & propria alicuius principij est abstractior suo principio, vt Aristot.in 2.primi huius dixit, si aliquod operum est proprium &c. Sed aliqua operatio animæ rationalis videtur nulli virtuti agentis naturalis corrumpentis subesse,ergo anima rationalis,quæ est eius principium,non suberit potentiæ naturali agenti corrumpenti, & per cōsequens non

Quæstio.1. secunda. Alex.opinio. Alber.

accipiet esse à corpore,vel à corporis mistione. Minor apparet experientia, qm̃ factis demonstrationibus ad quædã libere iudicamus,& eligimus,qui actus,nec cœlo,nec soli,nec alteri virtuti corrũpenti subest. cõcessum.n.est electionem nostram liberam esse, & nulli virtuti corrumpenti substare,neque regi debet ab aliquo corpore , cũ in potestate nostra sit eligere,& iudicare, alias non esset pœna, nec præmium, & sic tota politia corrũperetur.ergo oportet vt principium talium operationum sit tale,ꝙ neq; corpori,neq; alicui parti corporis subsit. & hic est primus modus,qũo anima rõnalis alterum genus dicatur aïæ.Secundo Alber.inquit rõnalem videri alterum genus aïæ, eo q̃a habet quasdam potestates vitæ in corpore , & quasdam sine corpore,& inde dicitur esse in orizonte æternitatis , & temporis,vt Plato ait . ꝙ ergo aïa rõnalis alterũ sit genus aïæ palam his duobus est modis.Simpl.aũt,& forte Auer. volunt aïam comparari ad corpus duobus modis,vt perficiens,& vt eo vtens.oẽs aũt animæ corpus perficiunt, sola aũt rõnalis eo vtitur,ideo alterum genus vr̃ animæ.& hoc ait Auer.in commẽto ibi. §Cum ista virtus.§ Ad secũdam Alber.vr̃ velle istas tres aïas.s.vegetabilem,sensibilem , & rõnalem sic se habere , vt Isaac Israelita ait.ꝙ vegetabilis in vmbra sit sensibilis, sensibilis in vmbra rõnalis , rõnalis in vmbra intelligentiæ , & quid intelligat ꝓ formam fieri in vmbra alterius formæ,vide ipsum, ergo videtur hoc genus aïæ rõnalis separari à sensibili,& vegetabili, sicut perpetuum.s.intellectiua, separatur à corruptibili.s.aïa rõnali,quæ dicitur corruptibilis ẜm quid . vt patet in eo . & tu cõsidera verba Alber.circa hoc,& sunt optima. Aliter dicendum est ẜm Simpl.& Auer.vbi debes scire,ꝙ aïa potest intelligi separari à corpore ẜm duos modos. vno modo secũdum esse,eo quia in sui essentia nõ cõmista est corpori. alio modo secundum operationem , qm̃ in sui operatione aïa non indiget corpore , vel determinata parte corporis. rõnalis ergo,quia impartibilis,non partitur ꝓ corpus, neque vt cõposita dissoluitur,eo q̃a simplex,neque vt coniuncta dissipatur,eo ꝙ separabilis & sic rõnalis separari vr̃ his duob⁹ modis,ac caduco corpore.& sic patet sensus literæ,

Simplic. & Auer.

Solutio secũdæ q. Alber.

Simplic. & Auer.

COMMENTARIVM.

MOVIT Aristoteles duas qõnes . Prima fuit , vtrum vnumquodque eorũ,quæ virtutes aïæ dixit,sit aïa. Secũda vtrũ sint loco separabiles,an rõne tm̃. Primam qõnem secundum Simpl.non soluit, sed eã solutam supponit primo huius.Cepit ergo soluere secundam, & declarauit in quibus aïalibus virtutes ille clarissime , nec loco , nec subiecto differunt.At nũc declarat an differant in aïalibus perfectis.Et primo proponit qũo illa differre in aïalibus perfectis sit res non certa,& inquit.De intellectu aũt & perspectiua potentia nihil adhuc manifestum est.s.an differat loco & subiecto à cæteris animæ virtutibus:vt Timæus dixit,qui capiti rõnem,cordi vero iracundiam, epati aũt cõcupiscentiam collocauit . ergo licet in aliquibus animalibus.s.imperfectis sensitiuum,appetitiuum,motiuũ,& phãtasticum loco & sub̃to non differant,tñ de intellectu , qui aïalibus perfectis cõpetit, dubium est : an differat loco & subiecto à sensitiuo,motiuo, & vegetatiuo , an rõne tm̃.& cum tetigit rei difficultatem,assignat illud , ꝙ vr̃ quasi ab omnibus çõcessum,& inquit , sed vr̃ animæ alterum genus esse,& hoc solum cõtingit separari à cæteris , sicut perpetuum à corruptibili. Quo vero ad verba attinet , quid per intellectum,& theoretica, hoc est cõtẽplatiuam potẽtiam Arist.intelligit,Simpl. eandem rem vult esse intelligẽdam scilicet intellectum,qui quatenus est intelligendi principium,intellectus dicitur,quatenus spectat altiora, dicitur theoretica potentia , & per alterum genus animæ , innuit intellectum,qui est theoretica potentia,esse animam , &c. quæ enumerauit.s.sensitiuum & vegetatiuum esse etiam animas, verum asserit intellectum esse alterum genus animæ ab illis duobus quia separatur ab eis , sicut perpetuum à corruptibili , ergo cum intellectus sit perpetuum quidpiam videtur alterum genus animæ , quasi alterius rationis à cæteris,quæ sunt animæ mortales. Quæ ratio docet ꝙ intellectus,& si non loco,& subiecto in homine separatur ab illis , tamen natura separari videtur, ea.s.differentia naturæ,qua perpetuum separatur à mortali,cum perpetuo ac mortali vniuoci nihil commune sit.

Verborũ cõsideratio.

Ex hoc loco plane accipitur,ꝙ intellectus sit aïa ; licet alterius generis:& ꝙ sensitiuum , & vegetatiuum sint aïæ. Q. intelligendum est in diuersis . nam in hoïe sunt virtutes, in plantis vero vegetatiuum anima est,in brutis sensitiuum similiter aïa est.Alex.verbũ § videtur § vult esse positum ad denotandum Arist.hæc solum dixisse (vt videtur) non ꝙ ita esse velit.Simpl.vero vult esse positum § videt̃ § pro decet,& ita est. Auer.vero aliter exponit textum,vult enim ꝙ cum Arist.soluisset secundam qõnem,nunc soluat primam.s.an vnumquodque illorum sit anima,an pars aïæ. Quæ expositio,vt in collectaneis diximus vr̃ satis textui consona.Præterea nisi hic illam qõnem absoluisset, nõ videtur vbi soluat, ergo ẜm Auer.primo Arist. declarat primæ.q.difficultatem , asserens nõ esse adhuc manifestum de intellectu,& perspectiua potentia supple,an sit anima,vel pars aïæ . Secundo vult vt soluat.s.ꝙ licet non sit manifestum rõne vtrum sit aïa intellectus ipse, tñ reuera vr̃ alterũ genus animæ,& sic videtur aïa , videtur dico alterũ genus aïæ : quia separat̃ à cæteris vt perpetuum à mortali. Hæc expositio in iuuenta fuit approbata in collectaneis.Sed illud,quod nunc mihi facit difficultatẽ: est quia si hic solueret primam qõnem , sermo Arist.non esset cõtinuus , quia Arist.cepit soluere secundam qõnem , quã soluens primo exposuit in quibus animalibus illa nec loco nec subiecto separabilia sunt,textu ꝓximo ibi.§Reliquæ aũt partes aïę§ qũo in omnibus animalibus differũt rõne.Si ergo hic solueret primam,tunc Arist.sermo non esset cõtinuus, q̃a nõ completa solutione secundæ interposuisset solu. primæ. Quod si hoc absurdum non putaueris , Auer. expositio non erit absurda.

Excerptum intellectus esse animã.

Expõ Auer. Commen.

Qualis expõ

In collectaneis non facientes differentiam inter aïam rõnalem,& aïam intellectiuam , & intellectus disputauimus quo modo intell̃s videatur alterũ genus animæ. Vbi primo diximus ẜm Alex. ꝙ intell̃s videtur alterum genus animæ:quia valde sensitiuo & vegetatiuo,& materia, atq; mistura sit eleuatior, est enim Alex. inquit maximum , ad quod põt pertingere natura,& sic licet videatur alterũ genus aïæ,ẜm ipsum non est alterũ quia sequens Epicurum posuit eum mortalem. Alber. voluit intell̃m esse alterũ genus aïæ.quia,vt dicit Arist.ipse solus est perpetuus, cætera sunt mortalia.Preterea.Dicit intellectiuam aïam esse alterum genus aïæ, quia ẜm quasdam potestates est in corpore,ẜm quasdam eleuatus à corpore. Simpl.& Auer.dixerunt intellectum esse alterũ genus aïę quatenus vr̃ actus vtens corpore:cæteræ partes sunt actus perficientes.Verũ nõ intelligas hæc sic nude,sed vt superius diximus . Nã intellectus non solum est vtens,sed perficiens humanũ corpus,dicitur tamẽ separatus,& quasi equiuoce entelechia, quia perficiens corpus,& à corpore nõ dependens , cæterę partes & perficiunt,& à corpore habentur atq; dependent,ergo intellectus est aïæ genus alterũ,quatenus entelechia non est,nisi ẜm alteram partem . De rõne.n.entelechiæ est perficere, & haberi ab eo,quod perficit , vt Alex. dixit,intellectus ergo quia est entelechia ẜm alterã partẽ .s.quia perficit,& non secundum alteram,scilicet quia non habetur siue dependet,ideo dicitur æquiuoce anima,sicut æquiuoce entelechia,& hoc Auer.intelligit in suis verbis: si recte verba considerabis.

Si intellectus sit alterum genus animæ. 1. positio Alex.

Positio Alber.

Positio Simpl. & Auer. Expositio opinionis.

Cæteras autem animæ partes separabiles quidem non esse,vt quidam asseruerunt,ex ijs quæ diximus patet,Ratione vero differre,non obscurum esse videtur.sensitiui nãque rõ, diuersa à ratione principij opinandi.siquidem, diuersa sunt sentire ac opinari,& vnumquodque dictorum similiter.

ARGYR.

Relinquæ autẽ partes animæ manifestum ex his est quòd non separabiles sunt, sicut quidam dicunt.Rõne aũt quòd alteræ sint manifestum est, Sẽsitiuo.n.& opinatiuo alterũ est.Siquidẽ & sentire ab ipso opinari.similiter aũt & aliorũ vnumquodque,quæ dicta sunt.

Tex.cõm.22.

Transit ad cæteras particulas,& inquit. Relinque autẽ partes animæ manifestum ex his,ꝙ non separabiles sunt.s. à corpore,

COLLEC. Tex.cõm.22.

à corpore,& inter se,sicut quidam (.s.Timæus) dicunt. dixit. §Reliquæ aũt cæteræ.§ac si intelľs speculatiuus vna particularũ esset,qđ pro tanto verũ est pro q̃to inclinationẽ dicit ad corpus,& ad ea q̃ forinsecus. §Rõne aũt.§Ostẽdit qũo separabiles.d.Ratione aũt ꝙ alteræ : manifestum. Cuius rõnem reddit.d.cũ pro qm̃ esse sensitiuo,id est diffinitio conueniens sensitiuo, & opinatiuo alterum. Cuius rationẽ reddit.d.§Siquidem pro quia sentire ab ipso opinari alterum. similiter autem & aliorum vnumquodque quæ dicta sunt§supple subiecto non differunt. sed ratione tantum,quoniam opere.

Commen.22. CVM declarauit. Propoponit intentionem, & simul ad præcedens continuationem. secunda ibi. §Manifestum est.§declarat illam. Prima pars constat. Circa secundam adhuc duo facit. Primo ostendit quomodo aliæ particulæ differunt ab intellectu. secunda ibi.§Et cum declarauit.§ ostendit cõmune quoddam omnibus virtutibus. Ait ergo in prima,manifestum est ex sermonibus prædictis in diffinitione animæ, quòd aliæ partes animæ non sunt abstractæ,neque à corpore,neque inter se.vt Timæus: Xenocrates,& Plato aiunt. Declaratum est.§Assignat cãm.& cõponatur in hunc modum,nulla perfectio corporis physici organici proprie:& vniuoce dicta, est à corpore separabilis. Et hãc maiorem relinquit,& apponit minorem.d.Declaratum est enim in vnaquaq; earum, ꝙ est perfectio corporis,naturalis, organici.s.proprie : & vniuoce.Maiorem prosyllogizat,nullum cõplementum, & finis separatur à finito,& completo,vt manifestum relinquit, sed omnis perfectio vniuoce,& proprie corporis physici organici est finis : & complementum illius.Præaccipit minorem.d.Perfectio enim est finis, & complementum perfecti. Deinde maiorem.d.Finis aũt non separatur à finito. Tũc apponit conclusionem principalem.d.Vnde necesse est vt illæ partes animæ sint non abstractæ. Et cum.§Proponit nunc id in quo conueniunt huiusmodi virtutes. Et primo intẽtionem. secunda ibi, §Sed tamen manifestum.§ intentionẽ. Et ꝙ dicit inprima patet. Proponit ergo duo & ait primo. Sed tamen manifestum est per se ꝙ oẽs istæ virtutes sunt diuersæ secundum intentionem.i.rõnem, & sensum.i. sensibilem operationem.Secũdo ait:& ꝙ esse virtutis,quę cõstituitur ꝑ sensum.i.sensitiuæ, aliud est ab esse.i.rõne virtutis quæ cõstituitur per cogitationẽ.i.intellectiuæ. Cum actio.Reddit cãm & potest sic componi, virtutes quarum operationes sunt alteræ, ipsæ sunt & alteræ. Apponit minorem.d.Cum actio cuiuslibet istarum sit altera ab actione sui comparis,id est suæ æqualis, videlicet, actio sensus altera ab actione intellectus,& hoc ait. Sẽtire enim quod est actio virtutis sensus,aliud est ab intelligere ꝙ est actio virtutis intelľs.Et addit ꝙ eodem modo dicendum in alijs .s.ipsas differre ratione,quia actione sunt alteræ.Ecce qũo accipitur potentias secari actione, de quo infra dicam.

An aĩa sit sua potentia. Nunc vero : an aĩa sit sua potentia ambiguum erit. Thomas in 12.q.de aĩa,& Ioan. voluerunt aĩam non agere per eius essentiam,sed ꝑ potentiam secundũ rem diuersam ab essentia,& sic aĩa non est sua potẽtia,vel suæ potẽtiæ, imo secundum esse differt ab eis.Et pro his arguitur tribus motiuis Thomæ,quæ in diuersis locis colliguntur:quorũ primum est, potentia,& actus sunt vnius generis,sicut Auer. ait in 5.Physi.sed actus animæ est accidens, ergo & potentia,ergo non est aĩæ substantia. Secundum est, qm̃ omne agens per essentiam eãdem potentiæ agendi semper agit, quod enim ꝑ essentiam agit semper agit,& hoc Auer.in 2. cœli.asseuerare habet,vt patet. Sed anima non semꝑ agit vt patet.non ergo eius essentia est sua potentia. Tertium, in omni ente nouo esse & posse distinguuntur, econtra in ente ęterno,vbi posse non differt ab esse. Cum igitur anima sit quoddam nouum ens, posse.i.potentia differt ab essentia. Ioannes in quæstionibus suis alijs arguit rationibus,& fortissimæ hæ sunt,quæ sunt in diuersis prædicamẽtis, diuersa sunt re. Amplius, ea quorum vnum multiplicatur altero existente vno,differunt re. Rursum ea quorũ vnum est nobile, alterum ignobile, differunt re. Et vide alias rationes quæ nullius sunt valoris.Altera positio forte non minoris probabilitatis esse põt. vbi debes scire, ꝙ

Commen.9. [margin]

Commen.38. [margin]

potentiæ aĩæ possunt dupliciter capi.Vno modo pro aptitudinibus animę,quibus ipsa est apta nata esse principium diuersarum operationum:& sic sunt propria & essentialia & conuertibilia cum anima, cõsequũtur.n.essentiam eius, tanquam propria passio subiectum. Secundo possunt accipi pro compl̃one membrorum.v.g.visus potest capi dupliciter, vno modo pro aptitudine aĩæ, qua est principiũ videndi in corpore visiuo.& potest capi pro qualitate secunda organi visus, qua visionis id redditur susceptiuum, & similiter potest capi potentia auditiua, & sic de alijs . Tunc dicendum ꝙ si tenemus propriam & essentialẽ passionem distingui realiter à subiecto, vt Thomas & alij latini. Dicendum ꝙ vtroque modo accipiendo illas potentias ab essentia animæ distinguunẽ, qm̃ secundo modo palam,cum sint qualitates secundæ ex mistura primarum resultantes & primo modo patet, cum sint accidentia propria:& potentiæ naturales ẽm hos de secunda specie qualitatis. Si vero tenemus propriam passionem non distingui ẽm rem à subiecto:sed tm̃ secundum diffinitionẽ & rationem,vt alijs placet,tunc potentiæ primo modo nõ differunt ab essentia aĩæ,nisi rõne & diffinitione extra opus intellectus.Secundo modo bene differunt ẽm rem, vt cõstat. Et tunc argumenta Thomæ facile soluentur.Ad primum dicendum ꝙ id est verum de potẽtia & actu existendi,& non de potentia & actu receptiuis,ꝙ Auer.sit cõtrarium,hoc est,quia est illius opinionis. Ad secũdum dicendum ꝙ id verum est de agẽte totali,& ꝑ se,& seorsum,modo aĩa est agens tanquã pars : qm̃ compositum agit per se, & totaliter,& id distinguitur à suis potentijs. Ad tertium dicendum vt prius,ꝙ.i.verum de potentia existẽdi:& actu, nõ de potẽtia subiectiua,& actu,vt in 3.Physi.docui alias. Ad primum,Ioannis minor falsa est,non enim sunt in diuersis pdicamẽtis si accipiantur pro illis aptitudinibus. passio.n.non est in alio prædicamenti à subiecto,sed bene si capitur secundo modo.Ad secundum, minor petit, non enim adhuc palam est an potentiæ inter se differunt re, an modo. Ad tertium iterum dicendum,ꝙ stat vnum secundum rem esse nobile & ignobile modis diuersis.v.g.forma,vt forma ignobilior se diuersimode, vt forma.n.nobilis,vt finis ignobilis,vt in 2.Physi.dictum est.

COMMENTARIVM.

CEPIT soluere secundam.q.& declarauit quæ illorum,& in quibus animalibus nec loco nec subiecto differant.Quia in aĩalibus insectis sensitiuũ, appetitiuũ, motiuũ,phantasticũ,& vegetatiuũ,nec loco:nec subiecto differunt.Postea declarauit:quæ illorũ differãt, nã & in quibus aĩalibus:qa in hoĩe intellectiuũ natura differt à sensitiuo, & vegetatiuo, nũc vero ꝙ alię partes aĩæ q̃ nõ sunt intelľs: differãt rõne,declarat,& cõpleẽ solutio ad scđam.q.& primo proponit cõcl̃onẽ.d.Reliquæ aũt partes aĩæ.s.quæ nõ sunt intelľs manifestũ ex his est ꝙ inter se nõ sunt separabiles loco aut sub̃to,nõ.n.vegetatiuũ à sensitiuo,nec sensitiuũ à motiuo sub̃to separant his in aĩalibus,in q̃bus sunt. Hæc est vna pars ꝯcl̃onis,dat alterã & inq̃t. Rõne autẽ ꝙ alteræ sint inter se:manifestũ est,hæc est tota ꝯcl̃o, videlicet,aliæ aĩæ partes quæ nõ sunt intelľs. in his aĩalibus : in quibus sunt:nõ sub̃to,sed rõne differũt. Probat secundam partẽ istius ꝯclusionis,& inq̃t,sensitiuo.n.esse, & opinatiuo alterũ est,hoc est sensitiui & opinatiui rõ altera est.Siquidẽ & sentire ab ipso opinari alterũ est, similiter aũt & aliorũ vnũquodque,q̃ dicta sunt, alterũ est ab vnoquoque, vt motiuũ ab appetitiuo, & à cæteris id genus, eadẽ.s.rõne,qa operatio differt ab oꝑatione, differũt.n.potẽtiæ per actus : Sic igiẽ patet hæc quatuor non loco siue sub̃to sed rõne differre in his aĩalibus in quibus sunt. Debes scire ꝙ hæc quatuor vegetatiuum,sensitiuum, motiuum, & intellectiuum tribus modis possunt intelligi separari. Vno mõ loco siue sub̃to:& sic in nullis viuẽtibus, in q̃bus ipsa oĩa aut illorũ aliqua sunt loco siue sub̃to differunt, quod Arist.in zoophyticis aĩalib⁹,& plãtis ꝓbauit, in q̃bus sunt quædam horum.Alio modo natura,& hoc pacto intellectiuum separatum esse ꝓbauit à vegetatiuo,sensitiuo,& motiuo in hoĩe:eo mõ,quo perpetuũ natura separaẽ à mortali.Tertio mõ rõne,& sic in omnibus,in q̃bus sunt hęc oĩa,

vel plura eorum differunt ratione, argumento ꝙ differant ipsi esse, quæque esse differunt: quia operatione differũt. Auer. autem exponit quòd cum Aristo. declarauit intellectum esse separatum à corpore, nunc declarat cæteras animæ partes nõ separari à corpore, quæ expositio est deliramentum. primo quia Arist. solutionem, quam cepit ad secundam, q. non perfecisset. Secundo quia Arist. quærit de separatione earum virtutum inter se, vt dixit Timæus, & non de separatione earum à corpore.

Expõ Auer.

In collectaneis quærimus vtrũ anima differat à suis potentijs quibus est principium diuersarum operationũ. Diuus Thomas & Egidius asseruerunt, ꝙ anima differt ẽm rem à suis potentijs, primo quia solus Deus agit per potentiam, quæ est sua essentia, ergo omne aliud citra Deum agit per potentiam aliam ab eius essentia. Secundo quia actus & potentia sunt eiusdem generis, sed actus potẽtiæ est accidens, ergo potẽtia illi correspondens erit accidẽs. Tertio in omni ente creato esse & posse differũt, secus in ente æterno. Hanc positionem Gadauensis sectatur, primo ꝙ anima & potentię sunt in diuersis pñtis. Secundo q̃a anima vna existente, potentię sunt plures. Tertio, q̃a anima videtur res nobilis: potentiæ sunt relationes ignobiles. In collectaneis diximus ꝙ potentiæ possunt accipi, aut pro aptitudinibus, quibus anima est apta in corpore exercere diuersas operationes, aut pro potentijs, quæ resultant in diuersis partibus corporis per hoc ꝙ anima vnitur illis mediantibus diuersis cõplonibus, & sic potẽtiæ sunt aut ipsæ cõplones, mediantibus, quibus anima exercet diuersas operationes, aut sunt qualitates pñtes vnionẽ animæ ad diuersas partes diuersimode cõmistas, & hoc pacto enitebar concordare auctores. Nũc vero considerans melius, q̃onem iterum reuoco in dubium, q̃a sunt nõnullæ potentiæ aïæ, quæ non resultant in corpore ex vnione animæ ad diuersas partes corporis, quales sunt intellectus & voluntas, hæ. n. cum insint aïæ, & non resultent in diuersis partibus corporis ex vnione aïæ ad illas, magna q̃o est an differant ab aïa, an anima sit hæ suæ potentiæ. Et sic in collectaneis non videmur satisfecisse in omnibus. Diuus ergo Thomas, & Egidius, dixerunt aïam ab eius potentijs differre realiter. Tum quia nulla res creata agit per suam essentiam, sed per potentiam realiter distinctam ab essentia. Tum secundo quia actus harum potentiarum est accidens, ergo & potentiæ, actus enim & potẽtia sunt eiusdem generis 5. Physi. Auer. ait.

Quæstio in collectaneis de potentijs animæ.

Solutio in collectaneis.

Recognitio eorum quæ dicta sunt in collect.

Opinio Tho. Egidij.

Commen. 9.

Gandauensis argumentum etiam valet, quia anima est in prædicamento sub̃æ, & potẽtiæ sunt in pñto relationis. Alij vero dixerunt potentias tales esse proprias animę affectiones, mõ nulla passio differt realiter à subiecto. Præterea. Aptitudo non differt à re apta. ergo potẽtiæ quibus aïa est diuersimode apta, non differunt ab aïa. De re hac disputabimus postea diligenter. Nunc vr̃ mihi totam differentiam põnum nasci ex diuersis opinionibus, quæ fuerunt in illa q̃one vtrũ propria vniuscuiusque affectio realiter differat ab eius subiecto, in qua q̃one quidam dixerunt propriam passionem non differre re à subiecto, alij vero contra ꝙ differat re. Et licet hic q̃o diffuse sit disputata in dilucidario metaphysicarum disputationum, tñ videt̃ mihi omnem differentiam oriri ex diuersa acceptione huius nominis: res. Qui. n. huiusmodi passiones dixerunt, à subiectis proprijs re non distingui, rem acceperunt pro re existentiæ, nam ea re existentiæ distinguunt̃ quæ proprijs existentijs seorsum existere possunt: vel alterũ ab altero, vel vtrũq; ab vtroque. Qui vero huiusmodi proprias passiones à proprijs subiectis re distingui affirmant, rem acceperunt pro re essentiæ, vel re pñti, quippe ea re essentiæ vel pñti distingui dicuntur, quæ aut sunt in diuersis pñtis, aut non in eodem pñto formaliter collocantur. Arbitror ergo intellectum & voluntatem, cum sint virtutes, seu potentiæ animæ, quæ in prædicamento sunt qualitatis, vel relationis, ab ipsa anima re prædicamenti distingui, quę est in prædicamento substantiæ. Et hoc probant rõnes Thomæ, Egidij, & Gandauensis. Re vero existentiæ non, q̃ppe cum ipsarum, & animæ vnum sit esse existẽtiæ, nec anima à potentijs, nec potentiæ ab anima separari põt, verũ de his postea. Sed in dictis Auer. nota, quæ in collectaneis prætermisimus, ꝙ Auer. operationes intellectus, & sensuum appellat actiones, cum vbique Arist. & ipsemet vbique appellat passiones, quasi videatur sibi non constans. Tu vero si non est ex errore trãslationis, intellige operationes harum virtutum esse actiones, & passiones, idem. n. motus naturalis est formaliter actio & formaliter passio, non enim absurdum est vnam rem absolutam, esse eãdem cuilibet diuersarum rerum relatiuarũ, vt excantauimus in prioribus. Quare illa operatio: quæ est sensus, aut intellectus ratione habita ad obiectum, actio est. ratione habita ad virtutẽ quę illã recipit, est passio, ergo opationes hm̃oi pñt dici actiones, & passiones sine controuersia.

Alia positio.

Consilium opinionum.

At vero quibusdam animantium cunctæ partes, vt patet: insunt, quibusdam nonnullæ. sunt & quibus vna tãtum inesse videtur, atque idipsum, differentiam animantium facit. quam autem ob causam ita fit postea perscrutabimur: Eadem, & circa sensus fieri sane videmus. quædam enim omnes, quædam aliquos, quædam vnum duntaxat habere videntur, tactum inquam ipsum, qui quidem est omnium maxime necessarius.

ARGYR

Adhuc autem quibusdam quidẽ animalium omnia insunt, quibusdam vero quædam, his aũt vnum solum. Hoc autẽ facit differentiam animantium, propter quã autem causam sit, posterius intendendum est. Similiter autem & circa sensus accidit: nam alia quidem habent omnes. alia vero quosdam, quædam vero vnũ maxime necessarium, tactum.

Tex. cõm. 31

ζώων. Animantium animalium

Cum enumerauit vitas, fecit nunc vitarum discrimen, & ait. Adhuc autem per eandem rationem palam erit: ꝙ quibusdam animantium hæc omnia insunt: vt in hominibus, quibusdam vero quædam horum, vt pigmæis. Alteris autem vnum solum vt plantis, vegetatiuum. ſ Tunc apponit. hoc autem facit differentiam animantium, id est habendo omnia, vel plura, vel vnum tantum, constituũtur animantia in generibus, & speciebus diuersis. Excusat se & inquit: propter quam autem causam, in posterioribus intelligendum est. Similiter. ʒ Ostendit quomodo etiam est simile in sensibilibus, & inquit, similiter & circa sensus accidit, alia quidem habent omnes, vt homines: alia vero quosdam, vt talpa, quædam vero vnum maxime necessarium, videlicet tactum.

COLLEC. *Tex. cõm. 31*

QVONIAM autem. Auer. literam non exponit, quia patet, sed sumit tantum duo. primo q̃ñ viuentia graduantur. secunda ibi ʒ hoc enim ʒ quomodo animalis per sensus. & totum commentum perspicuum est.

Commen. 31

Sed ambiges primo, an gradualis sensuum varietas sit omnino similis graduali differentiæ vitarũ. Secunda quomodo verificatur id de talpa, quod & posterius melius dicam. Ad primum dicendum quòd gradualis differẽtia vitarum facit differentiam specificã & genericam, sed sensitiuum specificam tantum. Et ratio est, quoniam nullus sensus est necessarius animali nisi tactus, reliqui sunt propter melius: ideo penes reliquos nulla differentia ostenditur essentialis. Ad secundum Arist. in posterioribus dicet, tamen in primo historiarum ait, quippe cum omnino quidem, nec videat nec perspicuos habeat oculos, verum siquis prætentam membranam detrahit, locus oculorum apparet, & pars nigra eorundem. situs denique & descriptio eadem quam legitimam conspicui oculi obtinent, vtpote cum abducta cute oculi pressi, cõfusi, oblęsique essent dum crearentur. videtur ergo dicere Aristot. ꝙ cum inciditur pellis in loco oculorum ꝙ inuenitur humor niger, & non oculus tanquã acciderit oculo eius occasio aliqua, per quam destructus sit in principio partus sui, quando defixa fuit pellis supra oculos, ex cuius defixione destructi sunt oculi eius. Sed hoc remouet Alber. ibidem dicens. Quoniam occasio non fit in tota vna specie, quia aliter natura semper peccaret, ideo aliter ait & vide, quoniam posterius in hoc secũdo dum de organo oculorum loquar, dicam, & de hoc amplius.

Dubitationes

Tract. 2. cap. 1.

COM-

COMMENTARIVM.

GRAECI omnes & Auer. arbitrantur Arist. hic animãtia velle graduare,& hoc per vitæ gradus. Insup etiam & per sensuum differentiam graduare animalia,animantia igitur hoc pacto graduanda esse asserunt, ꝙ ea animantia, quibus omnes vitæ partes,siue gradus insunt,in primo, & nobilissimo gradu collocentur. In secundo vero gradu ea animantia cõstituunt quibus non omnes sed aliqui vitæ gradus insunt.In tertio vltimoque ea,quibus vnus duntaxat vitæ gradus inest. Simili ratione & differẽtia sensuũ animalia graduãda esse arbitrantur,nam ea animalia, quibus omnes sensus insunt,in primo gradu collocant ea, q. bus aliqui,in secũdo,in tertio,vltimoque zoophytica, quibus solus tactus inest.Hæc græci & Auer. quibus Simpl. assentit putans Arist.qõ.primam hic non soluere, sed satis in 1.lib.solutam esse supponit. Sed si volumus Arist. soluere hic vtrasque,vr̃ mihi,ꝙ cum Arist. soluit secũdã quæstionem,nunc primam absoluat,quę fuit vtrum vnũquodque horum sit anima,an pars animæ, & vult vnumquodq; horum esse animam & esse virtutem aĩæ. Animam quidẽ, cum vnusquisque horum graduum animanti solus inest,vt qm̃ plantis vegetatiuum solum inest, in plantis hic gradus anima est,virtutem vero,cũ non solus inest, sed alius præstantior,cui.n.omnes,vel plures horum graduum inest, nobilissimus eorum est illis aĩa,cæteri vero gradus sunt virtutes,siue potẽtiæ,vel partes aĩæ,vt qm̃ ipsi homini insunt omnes vitæ gradus,intellectiuum, quod est illis nobilior gradus,homini anima est,sensitiuum,vegetatiuum,& motiuum virtutes.Patet ergo solutio ꝙ vnumquodque horũ est anima,& pars animæ aliter atque aliter. Inquit, adhuc autem quibusdã quidem animalium omnia insunt, hoc est illa quatuor, quibusdam vero quædam, his autem vnum illorum solum,hoc autem,scilicet ꝙ aliquibus omnia, aliquibus plura, & aliquibus vnum inest, facit differentiam animantium,dico facit differentiam animantium, quia facit ꝙ aliquibus habeantur, vt animæ, aliquibus vt partes aĩæ.Hæc pro solutione qõnis primæ.Deinde non ad solutionis necessitatem. sed obiter & ad bene esse ex differentia sensuum graduat animalia,& quãtũ ad hoc recte Auer. autumat. Si quis aũt vellet,dicere posset ꝙ Arist. primam quæstionem formaliter non soluit, sed ponit quædam, vt animalium, & animantium graduationem, ex quibus potest studiosus primæ.q.solutionem perpendere.

a. Expositio.

Dubitatio. Sed occurres,quia quod vere est,nulli accidit: igitur si vegetatiuum est substantia plantæ, non potest esse virtus siue accidens intellectui, quæ est aĩa in hõie. *Solutio.* Dici põt ꝙ non est idem specie sensitiuũ vt est virtus: & vt est substantia,imo genere differt in animalibus,& hominibus.

ARGYR. *Quoniam autẽ id quo viuimus quoue sentimus bifariam dicitur, perinde atque id quo scimus,& id etiam quo sani sumus atque valemus (quoddam enim scientiam,quoddã animam dicimus, quippe cum vtroque scire dicamus. & aliud sanitatem,aliud partem corporis aliquam, vel totũ dicimus corpus.atque horũ vtrũque tam scientia quam sanitas, forma quædã & species est & ratio & tanquã actus suscipientis, scientia quidem scientis, sanitas autem sani. actus enim agentium: in eo quod patitur, atque disponitur inesse videtur.anima autem id est, vt patet, quo viuimus,& quo sentimus,ac intelligimus primo) ipsa profecto ratio quædã erit & forma, sed non vt materies atque subiectum.*

Tex.cõm.24. Quoniam quo viuimus, & sentimus dupliciter dicitur, sicut quo scimus. (Horum autem hoc quidem scientiam dicimus, illud autem animam.vtroque enim horũ dicimus scire.Similiter aũt & quo sanamur, aliud quidem sanitas est, aliud autem parte quadam corporis, aut toto. Horum autem scientia quidem & sanitas forma, & species quædam est,& ratio,& vt actus susceptiuorum: hæc quidem scientifici, illa vero sanabilis, videtur enim in patiente & disposito actiuorum inesse actus. Anima autẽ est hoc, quo viuimus, & sentimus, & ratiocinamur primo.) Quare ratio vtique quædam erit,& species,sed non vt materia, & subiectum.

COLLEC. *Tex. cõmẽ.24.* Expositores hunc locum aliter non commentati sunt quàm Auer. ideo videtur mihi Aristot. syllogizare quòd anima sit forma corporis &c. Et arguit primo sic, omnis actio, quæ attribuitur alicui enti propter aliqua duo, necesse est vt vnum eorum tantum sit materia & aliud forma, sed actiones animati attribuuntur corpori, & animæ insimul, ergo alterum istorum duorum, scilicet animæ & corporis omnino erit materia,& alterũ forma. hic primus est syllogismus secundus est syllogismus, omne id duorũ, quo primo attribuitur actio enti est forma, sed anima est vnum duorum, quo primo actio attribuitur enti, ergo anima est forma. hos duos syllogismos Arist. in hoc loco intendit. hos ergo duos syllogismos Arist. intendit. ponit ergo primo duas propositiones pro declaratione maioris primi syllogismi, & per primam vult habere terminorum expositionem,& ait, qm̃ autem quo viuimus, & sentimus dupliciter dicitur, sicut quo scimus, & tota litera sequẽs suspensiue legatur vsque in partẽ illam. {Quare ideo vtique.} Dicimus autem hoc quidem scientiam, id autẽ animam, vtroque enim horum dicimus scire.similiter & quo sanamur,aliud quidem sanitas est, aliud aũt pars quædam corporis, aut & totum. est ergo prima propositio qualiter dupliciter,& secundum duo põt fieri actio cuiuscũq;: & tunc apponit secundam propositionem ostendẽs quomodo illa concurrunt an eodem genere causæ,an alio, & altero: & inquit. Horum aũt scientia quidẽ & sanitas forma, & species quædam,& ideo dico formã,vt actus susceptiuorum. Hæc quidem scientifici.s.scientia, illa vero sanabilis.s.sanitas,cuius rationem reddit,videtur enim in patiente & disposito.i.specificato, esse actus actiuorum. Ex his vult habere hanc conclusionem: quæ maior est primi syllogismi.s.omnis actio,quæ attribuitur alicui enti propter aliqua duo,necesse est vt vnum eorum sit materia, & alterum forma. hanc enim voluit habere,quæ non probata est,nisi inductione in illis. Anima autẽ.{ Nunc facit secundum syllogismum, & maiorem relinquit & accepit minorẽ.d.aũt pro sed aĩa est hoc,quo viuimus sentimus, mouemur,& intelligimus primo. Tunc apponit conclusionẽ .d.Quare supple anima erit rõ vtique quędam, sed non vt materia,& subm, horum duorum syllogismorum accepit minorem secũdi syllogismi, & cõclonem, & inductionem primi.tacuit aũt maiorẽ,& minorẽ, & conclusionẽ primi, & accepit duo ex quibus voluit oĩa illa sicut cõstat.secundi aũt tacuit maiorem,& accepit minorem, & cõclonem. Hæc est supportabilis literæ expositio.

Commen.24. MODO reuersus. Proponit intentionem capituli, & sermo patet. {Et quia manifestum est.} Nunc accipere vult duas propositiones, quibus vult inductione concludere maiorem primi syllogismi. secunda ibi. {Et cum posuit} tertiam ibi.{Vnde necesse.} Prima ergo propositio consistit in hoc ꝙ actiones omnes nobis propter duo attribuuntur, vt nutritio,sensatio,scire, & vl̃r vnumquodq; opus,& hoc exemplo ostendit per omnia discurrens. Secunda propositio consistit in hoc, ꝙ si per duo attribuuntur nobis: oportet vt alterum forma, & alterum materia sit,vel tanquã materia: & huius probationem tm̃ per exẽplum ponit. potuit autem & hoc probare rõne,qm̃ declaratum est in metaphysica,nullum entium depẽdere ab eisdem causis eiusdẽ rõnis & generis, altera enim superfluit, ideo si concurrunt oportet vt vna sit vnius generis, altera alterius, & hoc palam est. {Vnde necesse est.} Hic ponit conclusionem, quæ non syllogismo, sed inductione probata est & excusat eum, & sermo patet. Et diximus.} Hoc in loco per exemplum ostendit, quod eorum duorum est forma, & quod materia, & sermo patet. Et cum declarauit.} Nunc ponit recapitulationem dictorum: & intentionem residui & inquit. Et cum declarauit: ꝙ omnis actio attributa alicui enti propter aliqua duo,necesse est vt alterum eorum sit materia,& alterum forma,& hoc fuit inductione probatũ,tunc ponendo syllm̃ secundum, accepit vltra textum maiorem.d.Et

fuerit manifestum ꝙ propter formā attribuitur actio enti primitus,hæc est maior,& ꝙ actiones istæ aīæ nr̃ attribui corpori,& aīæ.sed primo aīæ:& secūdo corpori.Et hec est minor secundi,tunc cōcludit ↄclonē,& inquit. Concluditur ex hoc ꝙ aīa est forma,& corpus materia. Hæc est tota intentio residui,& tūc applicat hic verbis, & reliq̃t tuæ industriæ applicationem.addit tñ: sed non propalauit nisi quasdam istarum,s.minorem,& cōclonem secundi , & vim maioris primi,& dimisit quasdam,quia erant manifestę.Et sylis.§Nunc quodāmodo recapitulat: & ponit primo primū sylm , & patet . deinde docet formare secundum ibi, §Et cum.§ Debes scire ꝙ Auer. multotiens cōuersionem pro euersione accipit,vt dicit in sua paraphrasi primi prio rum,cuiusmodi facit;hæc enim propositio,pp formā attri buitur actio primo enti resoluitur in hanc, oē pp formam attributum primo enti,est actio,quæ si cōuerteret , in parte tñ fieret in hunc modum,quædam actio est primo attri buta pp formam , & sic non pōt esse maior syllogismi in prima figura, ideo Auer.per cōuersionem,hic euersionem intelligit, quæ fit quodammodo sub cōtrario sensu sic , pp formam attribuitur actio primo enti , ergo oē id quo primo actio enti attribuitur forma est, & sic maior est , ideo ait Auer.& cum coniunxerimus, ꝙ propter formam attribuitur primo actio enti,& quod ista conuertitur.i.euertit, & coniunxerimus suæ conuersæ.i.suæ euersioni, videlicet, huic,omne id quo,primo actio enti attribuit, est forma,ꝙ actio attribuitur propter aīam aīato. primo.i.cū illic coniungatur.hæc minor,aīa est id , quo primo actio aīato attribuitur: tunc concluditur ex hoc,ꝙ aīa est forma,& corpus materia : Et sic patent duo syllogismi in proposito. Sed Egidius recolligit hic,ꝙ materia coagit, qm̃ Aristot. ait ꝙ scire est p animam & per sciam. Amplius sanitas per corpus,& per sanitatem,ergo materia sanamur,& per pn̄s principium est actionis aliquo mō,& sic sumit Egidius id.

An in naturali actione materia coagat, Egid. opinio.

Ideo queritur,an in actione naturali materia coagat simul,videlicet,cum forma . Egidius hic, & in 2.quol.q.12. sustinuit materiam coagere, & hoc vr̃ probare ipse tribus rōnibus.prima ex materia , & forma fit vnum , ergo sicut vnio formæ ad mām reddit eam susceptiuam,ita vnio materiæ ad formam eā debet reddere,actiuam. Secundo arguit hic,omne id,sine quo forma non agit,nec agere potest:est coagens simul cum forma.s.n.for.sine Plato. trahere non potest nauim,Pla.vr̃ coagens ad id . Sed forma sine materia agere non pōt,qm̃ forma conseruat in mā,ergo sine ea necesse,nec agere pōt.Tertio arguit,qm̃ Aris.in 12.Meta. reprobat eos q. ex necessitate materiæ oīa dicunt. ait.n. etiam esse sicut dicunt theologi, qui ex non ente generāt, aut vt physici creant simul res oēs dicunt idem impossibile,qūo.n.mouebunt si non fuerunt actu aliqua cā?nō enim materia ipsa seipsam mouebit, sed thectonica , nec menstrua,nec terra: sed semina,& genitura.Amplius reprehendit ibidem Plato.& Leucippum: qui oīa fieri ex actu ente, & nullo modo mā aiunt, pp quod Arist 2.Perihermenias. ait.n.neutri bene dicunt,& ideo se ponit in medio, vult.n. ꝙ materia non sit totaliter principium actionis vt theologi,nec agens separatum,vt Socra.in Phedro , & Plato , & Leucippus,sed vtrūque . ergo tam mā , q̃ forma agūt. principaliter forma,& ex pn̄ti materia, vt Egidius ait . his tribus signis Egidius mām coagere ait. Sed vr̃ Egidius aberrare,qm̃ si materia coagit, vel hoc habet p eius essentiam, vel per accidentia vnita suę essentiæ,si pp suam essentiam, ergo sua essentia est in actu , qm̃ sicut actus est agere.i.& coagere est actus,si pp accidentia cōmunicata sibi à forma,tunc hoc sibi accidentale esset cōtra ipsum. Secundo sicut in ordine rerum datur vnū agens,quod tñ agit,& nō patitur,nec cōpatitur,sic & vnū debet dari patiens, ꝙ tantum patitur,nec agit,nec coagit.pro intellectu horū.Ergo debes scire,ꝙ mām coagere pōt intelligi , vno modo pro quāto secundum eius essentiam agit ad operationem , licet minus principaliter , quemadmodum medici fingunt, ꝙ mater , & pater agunt, licet mater secundario , & pater primo.Alio modo potest intelligi ꝙ materia coagat, quia est tanquam limitatiuum agentis,declarauit.n.Arist.ꝙ forma pura non pōt transmutare materiam,nisi cōcurrat materia,qm̃ forma pura est vl̃is per essentiam,& ab vl̃i p essentiam non prouenit effectus , nisi vl̃is secundū Peripateticos.ideo si à forma debet prouenire effectus particularis, & nouus,debet coniungi materiæ p quam reddit particularis,& limitata,& sic materia coagit pro quāto concurrit , vt limitans agens ad certum genus actionis. Tertio modo pōt intelligi ipsum agere pro quāto est pars cōpositi,quod primo & per se agit,quēadmodum dicimus,ꝙ pes saltat,q̃a corpus,cuius pars est,saltat . Si primo modo intelligat Egid.peccauit.Secūdo modo & tertio sol. est manifesta,attamen ad argumenta suā. Ad primum dicendū, ꝙ ex litera non colligitur hoc, vbi debes scire (vt Simpl. ait,)ꝙ Aris.diuidit sic quo viuimus,& sentimus dupliciter, scientia.s.& aīa,& non intelligit per aīam purā potentiam ad scire,sed aīam actu sciētem,& tunc distō sic intelligitur sm̃ Simpl.ꝙ nos possumus scire duobus.s.scia tanquā forma,& aīa sciente tanquā toto , & p se principio . Ex textu ergo nō colligitur,mām agere,sed cōpositum, vt quod,& formam,vt quo.& hoc Auer.ait. §Et aliud p hn̄s illam virtutem.§& Paulo post ait.§ Et qn̄que per aīam, quæ est virtus hn̄s scientiam.§Amplius post ait . §Et qn̄que per corpus sanum, aūt p membrum sanum.§ Ecce qūo Auer. per mām non intendit ipsam in pura potentia,vt Egidius, sed compositum, quod rōne & cōparatione formæ dicit tanquam materia.Propter quod ait Simpl.ꝙ Arist.addit , videtur enim in patiente & disposito.i.specificato actiuorū esse actus.Ad primum argumentum dicendum ꝙ vnio materiæ ad formam facit ipsam p accidens coagere, & nō secundum essentiam,vt forte Egidius sensit. Ad secundū dicendum,quòd id Arist. ait, non quod materia coagat secundum essentiam , suam sed concurrit , vt limitans agēs, ideo tenet medium. Ad tertium concedo materiam esse concurrens tanquam causam sine qua non , eo quia forma pura transmutare non potest materiam.

Refutatio.

COMMENTARIVM.

HIS quæstionibus solutis, nunc Arist. syllogizat primam animæ definitionem per secūdā , vt innuat definitionem hanc esse causalem , definitionē vero cōem esse formalē,vt sumpsit in principio, & syls sic cōponitur, oē id, quo viuimus,sentimus,rōcinamur primo est actus corporis viuentis,aīa aūt est,quo viuimus, sentimus rōcinamur, primo.igit aīa est actus corporis viuentis. Maiorem duobus exēplis probat,& exēplo à scia,& exemplo à sanitate. A scia quidē,q̃a nos scimus,& aīa,& scia,aīa quidē scimus veluti p mām,scia vero,veluti p formam. A sanitate vero, quia & sanitate valemus,& parte corporis , vt oculis , vel auribus, & valemus etiā toto corpore. Sanitate q̃dē tanq̃ per formam,q̃a ea primo valemus, corpore vero tanq̃ per mām. Igitur ex his duobus exēplis maior hęc colligitur, oē illud:quo viuimus , sentimus & rōcinamur primo , est actus siue forma corporis viuentis . Minor aūt fuit superius deducta p quatuor suppōnes: & sic totus syls patet. Ex syllo:ergo nō maiorem,sed duo exempla posuit , q̃bus maior illa patet.Minorē vero posuit ibi.§Anima aūt hoc, quo§& ↄclonē,ibi §quare rō.§Sed dices probatio p exempla est rhetorica,vel dialectica,igit nō conuenit demr̃atiuis.Dicimus plura exēpla valere pro vna inductione . Inductio aūt in propōnibus p se habet vim demr̃ationis vt in 2.Physicæ auscultationis inquit Auer. & in 2.Prior. & quia hæc exēpla sunt in propōnibus p se,ↄueniunt demonstratiuis. Auer.autē textum Arist.ad duos syllos resoluit sed applicare illos verbis Arist. non leue est . Præterea vt illos syllogismos cōficiat,vtitur ↄuersione quadā,quę non est scripta in prioristicis. Quo vero ad verba attinet,dixit §aīa est quo viuimus,& sentimus , & rōcinamur primo. § q̃a & si corpore vel mā viuamus,& sentiamus , & rōcinemur,nō primo sed quatenus aīatū est,aīa vero primo,quia eius essentia,non.n.viuimus corpore.vt Simpl.inq̃t,exclusa aīa. sed viuimus corpore perfecto p aīam: sicut non scimus aīa,exclusa scia,sed pfecta p sciam, & hoc significat p illa verba.Videt.n.in patiente & disposito actiuorū inesse actus,quasi velit nos viuere corpore affecto aīa tanquam per materiam , & non primo , quia eo viuimus : quatenus participat anima, anima vero tanquā per formam , ac primo,

Commen. 10.

Expō Auer.

mo,quia ea non viuimus,quatenus participat aliqd. Quo vero ad trãslationes attinet, verbum græcum διανοούμεθα. latine rõcinamur dicitur, nõ enim per aĩam intelligimus. sed per intellectum,per aĩam.n.dianoeticam rõcinamur, p intellectum vero intelligimus.propterea vetus translatio, quæ habet intelligimus,non conuenit.Animaduerte tñ ꝙ si minor intelligitur copulatiue,tunc cõem aĩæ definitionem non nisi de rõnali anima Arist.probat.Sin aũt intelligatur disiunctiue,tũc de aĩa in cõmuni illam probat. Quo vero ad constructionem attinet,litera legenda est suspẽsiue vsque ibi { quare ratio vtique. } Hactenus de expõne. Animaduerte ꝙ Auer.circa præsentem textum multipliciter errauit.primo errauit quia notat in textu duos syllogismos,& non est nisi vnus,quia in prima parte Arist. accepit duo exempla,& non syllm,ex quibus voluit esse colligendam maiorem,vt fecimus.Secundo errauit, quia dato ꝙ in textu sint duo sylli,isti essent abiuncti, & non subaccepti. Primus enim probaret, horum duorum .s. animæ & corporis alterum esse formam: alterum materiam hoc pacto,quibuscũque duobus actiones nobis attribuuntur, necesse est,vt alterum sit forma,alterũ materia, aĩa & corpore,vt duobus actiones nobis attribuuntur, ergo alterũ eorum erit forma: alterum vero materia,Secũdus probaret ꝙ anima est forma: hoc modo, omne illud quo primo actiones nobis attribuuntur: est forma, aĩa est quo primo actiones nobis attribuuntur, ergo aĩa est forma. Patet ꝙ iste non est subacceptus priori, secũdo.n.priorũ sylls subaccipitur aut subaccipiendo sub subiecto pclonis sine cõuersione,aut sub pdicato in secũda figura, sine ꝯuersione, vel in prima per conuersionem. Constat aũt non sic posse accipi in casu,quia cõclusio prioris sylli non põt conuerti modo,quo maior secundi possit subaccipi: vt patet. Tertio errat,quia non bene conuertit,& licet in collectaneis excusauimus eum,dicentes eum accepisse cõuersionẽ pro quacũque propõnis permutatione: tamen ad hoc vt syllogismus vere per conuersionem sub syllogismo accipiatur,oportet vt conclusio vera,& propria conuersione cõuertatur vt patet secũdo priorum.Tertio errauit,quia voluit Arist. probare ꝙ anima non sit corpus quod nõ est ad propositum.nam nullibi Arist.demonstrasset primam definitionẽ per secundã vt proposuit,nisi in hoc loco demrat.

ARGYR. *Nam cũ substantia tripliciter dicatur vt diximus(quædam enim est forma, quædam materies,quædam id quod ex vtrisque componitur. & materia quidem est,vt patet, potentia,forma autem,actus) cum igitur vt diximus substantia dicatur trifariam, animansq; id sit quòd ex vtrisque,corpore inquam & anima, constat, corpus profecto non est actus animæ, sed ipsa corporis alicuius est actus.*

Tex.cõm.25. Tripliciter enim dicta substantia: vt diximus, quarum hæc quidem species, illa autẽ materia, alia autem ex vtrisque est, aurum autem,materia quidem potentia est, species autem actus. Quoniam autem quod ex vtrisque est, animatum est: non corpus est actus animæ, sed ipsa corporis cuiusdam.

COLLEC. Tex.cõm.25. Syllogizat secunda demonstratione animam esse formam,sic,omnis actus est entelechia eius, quod est in potentia,& nõ econuerso,sed aĩa est actus aĩati. ergo anima est forma: & entelechia eius,& non econuerso. Primo ergo distinguit subam.d.Tripliciter.n.dicta substãtia.i.cum dicatur tripliciter suba, sicut diximus, quarum hæc quidẽ species,id aũt materia: aliud aũt ex vtrisque, horum autẽ materia quidem potẽtia,species aũt actus, postea ex vtrisque animatum.Hæc est distinctio. Tunc accipit minorẽ, & inquit.Corpus non est actus aĩæ, sed ipsa est actus corporis cuiusdam,scilicet animati. Ecce quomodo syllogismi tantum minorem in forma accepit.

Commen.25. ISTA est alia.Primo proponit intentionem.d.Ista est alia declaratio à prædicta,ꝙ anima est suba ſm formã, nõ secundum materiam. Reddit post cãm cur Arist. {enim} apposuit vel{quoniam}vt translatio eius habet,huiusmodi enim particula nota est causæ,ideo ait, sed quia ista declaratio dat causam & esse. Prima aũt dat tñ esse, induxit eam quasi causam sermonis prædicti.s.apponẽs lv {enim} vel qm.} Dubitatur:qm conclusio huius est,aĩa est forma, medium est: aĩa est actus, non vr enim modo ꝙ esse actũ, sit causa animæ esse formã,qm hæc prædicatio,aĩa est forma:est primi modi dicendi per se, quẽadmodũ & hæc, aĩa est actus,nulla aũt prędicatio,primi modi,est cã propõnis primi modi. Debes ergo scire,expositionem quorundam esse: ꝙ prima demonstratio probabat, aĩam esse formam: propter esse primo principium operationis vitalis, quæ erat minor. Illa aũt minor non probata fuit,& ergo probatur per hoc:quia aĩa est actus corporis & forma corporis,quia igit pclo pñtis syllogismi est tanquã causa minoris præcedentis,ideo appellat hanc, dicẽtem cãm.s.primæ & esse, prout medium huius est notius minori illius. põt ergo syllogizare,sic omnis forma corporis est actu primo principium vitæ,sed anima est forma corporis. ergo anima est primo principium vitæ.Ecce qũo demratio hęc dicit cãm illius. Sed hoc stare non põt,qm in illo sylło probatur ista conclusio,aĩa est forma. ergo hæc cõclusio non põt dicere signum,seu esse illius.hic.n.committitur circulus. Ideo aliter dicendũ ꝙ hmõi demonstratio dicit cãm & esse, altera aũt supra posita in tex.8.cõmen.& 9. fuit signum tñ.Hæc enim demonstratio dicit cãm & esse, quẽadmodũ & immediate dicta illius positæ in 8.& 9. tex. Ad formam qõnis dico,ꝙ hæc prædicatio,aĩa est forma,est secundi modi: qm forma dicitur esse relatiua ad corpus: vt Auer.ait 2. Physi. & nullum relatiuum prædicat in primo modo de absoluto,actus aũt, vt hic sumitur, est quoddam absolutum,ideo est quodammodo prædicãs in primo modo.Et sic soluitur qõ. Inquit ergo.{ Est ista alia declaratio à prædicta.s.olim tex.cõmen.8.& 9. Sed quia ista declaratio dat cãm,& esse.i.est cãm in essendo: & in inferendo, prima aũt.s.olim posita per simile de oculo,& visu: & securi,& figura,dat tantum esse.i.infert tñ: induxit eam quasi cãm sermonis prædicti.s.olim. Et dixit.{Nunc exequitur, & primo distinguit subam,& sermo patet.secũda ibi.{Est enim}componit syllm.componit ergo primum accipiens minorem.d.Est.n.aĩatum in actu per aĩam. deinde maiorẽ .d.Et quod est in actu,debet esse entelechia eius,quod est in potentia:& non econuerso, & applicat sententiam verbis,& accepit pclonem.d.Necesse est vt corpus nõ sit entelechia animæ,sed anima corporis.

Dubitatio.

Solutio quorundam.

Refutatio.

Solutio ꝓpria.

Commen. 28.

COMMENTARIVM.

AVERROES voluit Arist. in pñti textu probare eãdem cõclusionẽ secunda demrone. erat.n.conclusio secũdum Auer.aĩa est forma corporis,& non corpus. Quã probauit vna demonstratione.At vult nunc,ꝙ eam probet secunda demrone.s.quia aĩa est actus.ergo est forma corporis,& non corpus.Assignat aũt differentiam demronũ, dicens demronem hanc dicere cãm & esse,priorem vero dicere esse tñ.Cuius rei signum affert, quia hæc est inducta: vt cã sermonis prædicti vtputa p notã causæ,q̃ est{enim.} Pro refutatione huius expõnis debes scire ꝙ proxima demonstratio fuit,oẽ id, quo alicui primo attribuunt actiones vitales, est forma.Anima est id quo aĩatis attribuũtur actiones vitales,ergo aĩa est forma corporis aĩati, quæ demonstratio proximo cõmento fuit exposita. Presens vero demratio est, oĩs actus est forma eius: cuius est actus. aĩa est actus corporis aĩati, ergo est forma aĩati corporis. Si ergo hæc secũda dicit cãm & esse, vel dicit cãm & esse respectu eius demronis, quę longe superius data est, quæ signo sumpto ab artificialibus:aut à partibus ꝓcessit,vt in collectaneis diximus. Aut dicit cãm & esse respectu proximæ,nõ respectu remotæ, qa verbum{enim}nunc reddit cãm nisi eius,quod proxime dictũ est, quod nostri grãmatici obseruant.Igitur nõ est rõni cõsentaneũ verbum illud reddere cãm eius,quod tãto interuallo dictum est.Sin aũt dicit cãm & esse respectu proximæ demõstrationis, nõ video qũo hæc dicat cãm & esse, & prima esse tñ.demratio enim quæ dicit esse tñ est inuentio causæ,& sic prima fuisset inuẽtio medij in secunda, vt interpositio inuenitur per eclipsim, & postea eclipsis demonstratur pp quid p interpositionẽ.Si ergo prima diceret esse tñ,esset inuẽtio me-

Tex cõmen 8. & 9.

dij in secunda, & tunc secunda nō posset dicere causam & esse, sed cām tm, & propter quid. Præterea nec dici potest hanc dicere cām & esse primæ, quia probat minorem primæ, aut maiorem, quia tunc nō esset demonstratio secunda, sed pro sylls probans alteram propositionē prioris demonstrationis, vnde ex prima, & hac fieret vna demratio, & non duæ: vt dicit. Præterea nec dici pōt, ꝙ hęc dicat causam, & esse conclusionis primæ. Prima vero illius conclusionis dicat esse, quia esse actum alicuius non est causa ꝙ aliquid sit forma illius, & si est causa, nō est esse. non. n. valet dicere formam esse relatiuum & actū absolutum, quia actus & potentia sunt relatiue opposita 9. Meta. Quare non video qūo hæc expō possit consonare verbis Aristot. Expositor autē velle vr Arist. in dicta demrone non plus syllogizasse, nisi ꝙ necesse est duorum, alterū esse formā, alterum mām. Erat. n. demonstratio, omnis operatio alicui attributa propter duo, necesse est alterum formam, alterū materiam esse. viuere & sentire: & rōcinari actiones sunt attributæ animato propter aīam, & pp corpus. ergo alterum eorum forma est: alterum materia. Et hac ratione Expositor ait, ꝙ ex hac rōne non magis vr de anima sequi ꝙ sit forma q̄ de corpore, cū vtroque viuere dicamur. Vult igitur ꝙ Arist. perficiat dictam demonstrationem, probando ꝙ de anima sequitur quòd sit forma; & non de corpore. Hæc expositor.

Commen. 1. Expositio diui Tho.

Qualis hæc expositio.

Sed quāquam hæc expositio stare posset: mihi tn̄ est difficilis: Arist. n. in proximo textu expresit minorē: & conclusionem. Maiorem vero, licet non expresit, posuit duo exempla, in quibus clarissima ratione maior spectari pōt, quare sylls ille vr completus. Et cum ait non magis de aīa sequi ipsam esse formam, q̄ de corpore: non vr consonum; quia licet aīa, & corpore viuamus, Arist. adijcit nos anima viuere primo, corpore aūt quatenus aīa participat. ergo videtur sequi potius aīam esse corporis formā, q̄ corpus animæ. erat. n. hæc demōstratio: omne quo viuimus, sentimus, & rōcinamur primo est forma viuentis corporis. Hæc fuit duobus exemplis probata. Aīa est quo primo viuimus: sentimus: rōcinamur, vt fuit definitio aīæ secunda. Igitur anima est forma viuentis corporis. Ecce qūo perfecta est demonstratio, nec video quid illi desit. Dicamus ergo aliter, ꝙ. s. Arist. refert hoc ad proximam demrōnem, & non ad remotam, vt diximus in collectaneis. Nec retulit hoc, quod hic ait, ad totam proximam rōnem, sed ad cōclusionem, nec ad totam cōclusionem, sed ad illud, quod in conclusione post assumpsit, quod quidē non erat de essentia: aut pars cōclusionis. Ex illa. n. demonstratione, solum sequebatur ꝙ aīa est forma viuentis corporis, addit tn̄ ipse § & non vt materia & subm. § Modo licet istud postassumptum sequatur ex conclusione, sequitur. n. aīa est forma viuentis corporis, ergo non est materia vel subm illius, tn̄ non vi sylli sequitur, sed post assumendo. Arist. ergo nō cōtentus illa postassumptione, quam quis pōt in dicto syllo facere, probat illam postassumptionem noua rōne. Est. n. mos Arist. syllogisticas postassumptiones non tm̄ probare ex dictis, sed ad illas addere nouas rōnes, vt compluribus suorum librorum locis obseruauimus. postassumptionem ergo illam sic probat, actus magis eius est forma, qđ est in potentia quàm econtra. sed per diuisionem nūc factam, anima est actus viuentis corporis, viuens aūt corpus est in potentia, igitur magis anima corporis, q̄ corpus animæ est actus, & forma. Illa ergo postassumptio non modo ex dicto syllogismo patet, sed per diuisionem substantiæ de nouo commemoratam. Hæc sine dubio est Aristotelis mens.

Propria expō.

ARGYR.

Idcirco recte admodum putant ij quibus anima neq; esse sine corpore, neque corpus aliquod esse videtur. & enim ipsa, corpus quidem non est, est aūt corporis aliquid. Et inest ob hoc in corpore atque in corpore tali, nō in quouis sine discrimine vllo, quemadmodum veteres ad corpus ipsam accōmodabant, nihil prorsus determinantes quodnam illud et quale sit corpus. atque non recte, vt patet. quippe cum non videatur quoduis sine vllo discrimine quodcūque suscipere. Hoc autem pacto, cū rōne etiam fit sane, actus enim vniuscuiusque: in eo quod est potētia & in propria materia, suapte natura fieri esseque solet. Animam igitur perfectionem quādam eius et actum ac rōnem esse quod potentiam habet vt huiusmodi sit, ex hisce quæ diximus innotescit.

Tex. cōm. 26.

Et propter hoc bene opinantur, quibus videtur neque sine corpore esse, neque corpus aliquod aīa. Corpus quidem non est, corporis autē aliquid est. Et propter hoc in corpore est, Et in corpore huiusmodi (& nō sicut priores in corpore aptabant ipsam, nihil prorsus definientes in quo & quali) & quidem cum non videatur accipere quodlibet contingens. Sic autem fit secundum rationem, vniuscuiusque enim actus in potentia existenti & in propria materia aptus est fieri. Quod quidem igitur actus est quidā & ratio eius quod habet potentiam, vt hmōi sit, manifestum est ex dictis.

COLLEC. Tex. cōm. 26.

Cum tot de anima & tanta dicta sint, reliquū erat concludere quid antiqui bene, quidúe male dixerunt. fuerunt aūt veterum sectæ duæ pro nunc, vna Epicuræorum & medicorum. s. animam esse cum corpore in hunc modum ꝙ à corpore accipit esse, & simul cum corpore extinguitur, quam opinionem, & medici videntur sequi, vt Hippocrates. d. animam harmoniam, seu complexionem esse: quēadmodum & Galenus velle videtur, & Emped. Homerus, & multi alij & hi sunt qui aīam non esse corpus dicunt: tamen eam esse sine corpore impoīe. Sunt & alij quēadmodum Pythagorici, qui animam corpus dicunt esse: eamq; exire corpus, & intrare ipsum: & hi sunt qui animā in corpus quodlibet posse intrare confitentur: & non determinate in determinatū. Arist. ergo primo tāgit primos, & inquit, & propter hoc. s. quia aīa est actus corporis cuiusdā. & forma talis corporis: bene opinantur, quibus vr neque sine corpore esse, neque corpus aliquod anima, & hoc asseuerat: & inquit, Corpus quidem enim non est, vt olim vidimus, corporis autem aliquid, scilicet perfectio est, & propter hoc corpori inest, & in corpore huiusmodi, scilicet viuente in potentia, vt supra diximus, quia ipsa neq; corpus, neq; sine corpore esse potest. sunt ergo primi collaudandi quātum ad duo, in eo, scilicet quòd animam corpus esse negant, & esse sine corpore impossibile, & inde sequitur quòd anima corpori inest, & determinato corpori, quali dicam. Et non sicut. } Nunc tangit secundos secundæ, & inquit, & non sicut priores ad corpus aptabant ipsam nihil diffinientes, id est determinantes in quo, quātum ad substantiam, & quali, quātum ad dispositiones supple esse debet anima, sed temerario, & fortuito vsu corpus intrare: ipsumque exire dicunt. & vere supple errant. cum non videatur accipere quodlibet contingens, id est quodlibet corpus indifferenter, quando neque lapides ingenij vocalis, neque frutices disciplinæ sunt capaces. sic autē, scilicet quòd anima sit in corpore, & huiusmodi fit. & secūdum rationem enim pro quia actus vniuscuiusque in potentia existētis, & in propria materia aptus natus est fieri, quasi velit dicere ꝙ non quælibet anima cuilibet corpori consentanea esse potest, sed instructo atq; ita dispositο, vt potestates animæ in id receptæ, vsus suos quam commodissime possunt præstare. Q. quidē igitur. § Quodammodo recapitulans recolligit per modum cōclusionis primam animæ diffinitionem, & inquit. Q. quidem igitur actus est quidam, scilicet primus, & ratio, scilicet forma habentis esse huiusmodi, id est corporis phīci organici in potentia viui manifestum ex his est.

Commen. 26.

ET propter hoc primo absque cōtinuatione, quoniam textus concludit illam, proponit collaudationem primæ sectæ. secunda ibi. § Et ex hoc modo. § reprobat secundam sectam. tertia ibi. § Et dixit hoc. } Ostendit quæ nam sint naturæ bonarum diffinitionum, & quales datæ diffinitiones sint huiusmodi. Inquit ergo in prima, & pp hoc ꝙ apparuit de anima, quod est entelechia corporis naturalis, recte dixerunt opinantes, ꝙ aīa nō est extra corpus, neque corpus.

corpus.& reddit rationem.d. Entelechia.n.talis est.s.vt sit in corpore,& ꝙ non sit corpus, corpus.n.non pficitur per corpus,cum corpus non sit innatum,vt sit in subiecto,potius.n.natura sua est esse subiectum.Ex hoc sequit̃ collaudatio primorum veterum. & applicat sentẽtiam verbis,& sermo patet. Sed ambigũt & rationabiliter,dictum.n.est, rationalem aĩam alterum genus esse animæ, & ipsam solũ separari: quemadmodum sempiternum à caduco, hoc aũt in loco collaudans antiquos primæ sectæ ait,bene esse dictum nullam aĩam esse corpus,& ipsam omnẽ aliquid esse corporis, quæ apponere vñr multum. Simpl. absoluit ꝙ anima comparatur ad corpus dupliciter, vno mõ vt vtẽs, & sic inseparabilis est, cum opus suum habere non possit sine vsu corporis. Secundo modo vt perficiẽs:& configurans corpus vt ipsum specificans,& sic non tantum corpore vtitur,immo & ipsum specificat. Vult ergo vtroq; mõ animam neq; esse corpus,neq; esse sine corpore:verum diuersimode,hæc quidem.n.non sine corpore est,quia ab eo esse & cõseruari habet,vt vegetatiua.sensitiua &c.Illa vero nõ sine corpore,qm̃ sine vsu corporis opus nullum sibi aptatur.& ideo ponderate Arist. ait. corpus quidem.n.nõ est.corporis aũt aliquid est,vsus est.n.§aliquid§ tanq̃ diminuens,qm̃ aĩa non est corpus simplr, sed aliquid.s.vel motor,vel perfectio configuratiua,Q̃ꝰ quidem anima rõnalis alterum sit genus animæ,vt prius dictum est,& separabilis sicut sempiternum à caduco.& q̃ꝰ sit aliquid corporis,& inseparabilis ab eo,vt hic,hoc palã ex his est. Et ex hoc mõ§Nunc secũdam reprobat põnem, sunt quidem.n. duo propria animæ incorporabilitas:& inseparabilitas, pfecta ergo diffinitio debet dare cãm priorum accidentiũ. Ostendit ergo qualiter antiqui secundę sectę horum duorum ex suis dictis assignare non possunt cãm,& inquit, & ex hoc mõ quẽ dedimus in substantia.i.in diffinitione aĩæ, possibile est dare causam propter quam anima existit in corpore.ĩ.huius proprij.s.inseparabilitatis.& corpus recipiens eam est tale.i.& huius secũdi,vt recipitur in corpore naturali.& hmõi ꝙ dictum est, & sub tertij proprij.s.incorporabilitatis.&c. hic.n.tria.s.inseparabilitas, incorporabilitas,& cõsimilitudo ad tale corpus,ex diffinitione data possunt assignari,non ex illo modo quem dederunt antiqui in substantia animæ, cum dixerunt ꝙ aĩa est corpus exiens,& intrans corpus. Hæc autem fuit Pythagoreorũ diffinitio animæ ex motu assignata.& subdit quæ sunt accidentia, quæ non pñt saluari ex hac diffinitione.d.& non determinarunt sup.ex hac diffinitione non patet determinatio naturæ . q̃ est natura illius corporis:& quare habuit proprium,vt tale corpus esset animatum, absque alijs corporibus.i.& alia corpora non:& ex quo modo fuit consimilitudo in hæc duo corpora.s.vt vnum recipiat alterum: cum non quodcunq; recipit.sunt ergo tria quę saluari non possunt ex diffinitione eorum.s.natura determinata corporis recipientis,proprietas vitæ,& proportio,debet.n.esse corpus animæ determinatæ naturæ,viuum in potentia, & proportionatum,& organicum:hæc tria non patent ex diffinitione eorum,ideo defecerunt,necesse.n.est his hoĩbus dare causam propter quam hoc corpus recipit id corpus,quod est anima,& non econtra,& necesse est eis dicere, quare hæc,corpus,quod est anima, existit ,pprie in hoc corpore,& non in alijs,& applicat sñiam verbis. Et dixit hoc.§Nunc ostendens naturam bonarum diffinitionum ; relinquit hos errãtes.d.& dixit hoc quia diffinitiones demonstratiuæ.i.quæ simul sunt medium, & causa,& diffinitio,innatæ sunt dare causas omnium,quæ vñr. s. inhærere essentialiter diffinito. & si diffinitio non erit talis, nõ erit diffinitio nisi sup.æquiuoce,& sic apparet de hac . cũ.n.dicunt,anima est corpus exiens & intrans corpus,ex hac nõ possunt reddere cãm illorum accidentium propriorũ enumeratorum,ideo hæc diffinitio est quasi æquiuoca,& quia diffinitio data reddit causas eorũ,ideo bene assignata est, quæ ergo secta bene,quæ vero male dixerit ex his palam.

Debes scire ꝙ si bene aduertisti in hoc toto Cap. patet definitio propria animæ,& demonstratio prioris per propriam.põt.n.propria diffinitio dari de anima cõissime,sub disiunctione accipiendo omnes species operum, vt Alex. vel tres possumus diffinitiones dare accommodando eas singulam singulæ: vt placet expositoribus. Vel assignare diffinitionem animæ rationalis tm̃ . vbi apparet diffinitio omnium aliarum:vt placet Calcidio, & alijs, & q̃ꝰcunq; sit propria diffinitio est,& dicitur medium ad concludendum priorem de anima.& sic patet totum hoc. Nec curauit Arist. explicare satis: cum ea tradidit:ex quibus ħ apertissime colligantur,quæ igit̃ sit communissima animæ diffinitio,& quæ propria,& q̃ꝰ vna tanq̃ præmissa.s.propria, & altera tanq̃ demonstrationis.s.conclusio vt communissima,ex his manifestum quidem.

COMMENTARIVM.

QVONIAM Arist. consuetudo est post assignatam alicuius rei definitionem refellere errores ĩ illa emergentes,& approbare,quę bene de re illa tradita sunt,& totum hoc ex assignata de illa re definitione, hæc siquidẽ est bonarum definitionũ natura, vt lib. physic. auscultationum 4.dictum est,propterea postq̃ de aĩa assignauit definitionem,ad significandum si illa bene data sit,ex illa ostendit, quæ bene,& quæ male de anima dicta sunt. Fuerunt itaq; de anima (vt in collectaneis diximus)duæ opiniones Epicuræorũ atq; Democriti,qui aĩam corrumpi,& gñari cum corpore fatentur. Pythagoricorum altera,quia animas omnes eiusdem speciei esse in hominibus, & brutis asserue runt,illasq; exire,atq; intrare corpora temere atq; fortuito,vt Them. inquit. Ideo ex dictis primo laudat primorũ opiniones,quo ad duo : primo quatenus dixerũt eam non esse sine corpore. Secundo vero quo. dixerunt eam non esse corpus. Laudat autem hanc opinionem, quo ad hæc duo, ex eo ꝙ in definitione dictum est ipsam esse aliquid, hoc est entelechiam,corporis.nã si aĩa est entelechia corporis,sequitur ipsam non esse corpus.Sequitur etiã ipsam esse in corpore, & non sine corpore : vnde dicit. Et propter hoc quia anima est entelechia corporis,bene opinantur Democritici,quibus vr̃ anima neq; esse sine corpore, neq; esse aliquod corpus. Verificat secundum.s.ꝙ non sit corpus,corpus quidem nõ est,sed est aliquid corporis , est .n.entelechia corporis. Verificat primum.s.ꝙ non sit sine corpore, & inquit, Et propter hoc,s.quia est aliquid corporis,in corpore est, & non sine corpore. Hæc ergo duo sequunt̃, quia anima est entelechia corporis.Cũ approbauit primam opinionem,reprobat Pythagoricorũ positionem,dixerunt.n.animam esse cuiuslibet corporis actũ indifferenter, quia tam humani q̃ ferini corporis rationalis anima actus est:& primo proponit errorem horum, & inquit,& in corpore hmõi, hoc est. & propter dictam cãm, videlicet,quia est aliquid corporis,non modo patet ipsam non esse sine corpore, sed etiam patet eam esse actum talis corporis,vtpote humani,& non ferini : & non est,vt veteres putabant,qui ipsam ad corpus indifferenter accommodabant,non determinantes, quod nam esset humanum ne an ferinum,nec qualem esset,vtrum organicum vel nõ. Dico§& in corpore hmõi§& quidem cũ non videatur aĩa ipsa accipere corpus quodlibet contingens,& indifferenter.ergo bene dictum est animã esse in corpore, & in corpore tali, & male dictũ est eam vagari per corpora temere ac fortuito nunc in vnum,nũc in aliud. Q. vero ita sit, probat,& primo proponit illud,quod vult probare, & inquit. Sic autem.s.dicere ꝙ non vagatur fortuito per corpora,fit ẽm rationẽ,deinde probat,ꝙ illud sit rationi consonum,& inqt.Vniuscuiusq;.n.actus in eo quod est in potẽtia ad ipsum,& in propria materia disposita ad ipsum recipiendum est aptus fieri. Cui adde minorẽ, sed anima est actus alicuius. ergo anima est apta fieri in proprio susceptiuo,& in propria materia,non ergo indifferenter vagat̃ per corpora anima : vt Pythagorici dixerũt. Them.si recte,quę dicit,perpendi,animam non temere vagari p corpora,sed certum corpus perficere,ex duobus probat. primo quia est naturalis forma , omnis.n.nãlis forma pro sui esse,vel saltem pro sui operatione, certo vel corpore,vel parte corporis eget. Secundo quia est quoddam totũ potestatiuũ, quod mediãtibus suis virtutibus est principium diuersarum operationum.ergo eget corpore organico,in quo sint dissimilares partes. quibus potentiæ insint. ergo anima

Marginalia: Dubitatio. — Solutio. — Dilucidatio Them.

anima est certi corporis actus, & nõ cuiuslibet indifferenter. Demum epilogat, & inquit. Q. quidẽ igitur actus est quidam, & ratio eius, quòd habet potentiam, vt sit tale, scilicet in actu per animam, manifestum est ex dictis.

Qõ magna. Sed occurres, quia ex his quæ hic Arist. ait, clare colligitur nullam animam nec esse, nec posse esse sine corpore proprio, cuius ipsa est proprius actus: quia in hoc cõmendat Epicuræos, & Democriticos, & reprobat Pythagoricos: at superius dixit intellectũ esse alterũ genus animæ, separariq; à corpore, & à cæteris gradibus aiatorum vt ꝑpetuũ separatur à mortali. ergo sibiipsi non constat Arist.

Solutio Alex. Alex. potest ſm suam opinionem facile ꝯdictionem tollere. quia superius dixit Arist. locutũ esse per verbum ꝙ vr̃ & non per verbum est. & sic non assertiue loquebatur. hic autẽ assertiue. Vñ h̃ est potissimus locus, è quo error eorum defluxit, qui dixerunt pro opinione Ari. oẽm animam esse mortalem: ẽt humanam, quia plane Aris. omnem aĩam ponit in proprio corpore, & nullam sine corpore constituit.

Solutio Simpl. Simpl. hic facile tollit ꝯtradictionem, asserit.n. nullam aĩam posse esse sine proprio corpore, q̃a nec vegetabilis, nec sensitiua, vt oẽs concedunt: nec dianoetica, hoc est rõnalis, quæ constat intellectu, & parte mortali, quę ex semine venit. Hæc.n. his duabus partibus cõstans in corpore est, & in tali corpore, & non põt ſm ipsum esse sine corpore, & de hac vult Ari. hic loqui. Superius vero vult eum esse locutum de intellectu, qui nõ est anima, & si est, æquiuoce anima est, potius.n. est pars animæ, q̃ anima. De hoc.n. dixit eum esse separatum, vt perpetuum à mortali, & sic tollit ꝯdictionem.

Solutio Auer. Auer. etiam in sua opinione põt tollere ꝯdictionem, quia duplex ponit̃ eius opinio (vt superius diximus) vna dicit intellm̃ agentem esse Deum, & tunc oportet dicere ad mentem eius aĩam humanam esse compositam ex intellectu possibili æterno quasi altera semianima: & cogitaria deducta ex semine, quasi altera semianima. Quo stante, dicet Auer. talem aĩam non esse sine proprio corpore, & sic loquit̃ hic, Superius vero locutus est de intellectu. Secunda põ dicit. ꝙ intellectiua anima constat vtrisq; partibus ęternis, agente.s. intellectu, & possibili, quod compositum est æternum: & vnum numero hominum oĩum, & separabile. Rõnalis vero anima erit quid compositum ex cogitaria, & isto ęterno composito: & tũc iuxta hanc põnem non est difficile tollere ꝯdictionem, superius.n. Arist. locutus est de intellectiua anima, q̃ ex partibus æternis constat, hic de rõnali, quæ constat illo æterno, & cogitaria, h̃.n. rõnalis anima sine corpore nõ est: sed in proprio corpore. Sic igit̃ patet, ſm has opiniones posse deleri ꝯdictionem in dictis Arist.

Quibus locus hic difficilis. Sed quia hmõi opiniones sunt falsæ, & nos tenemus pro veritate: & pro opinione Arist. & intellectum, & aĩam intellectiuam, quæ est actꝰ proprij, & determinati corporis, posse remanere simpliciter sine corpore, ideo nobis locꝰ iste est difficilis.

Põ D. Thomæ. Diuus Tho. in compluribus locis asserit aĩam post mortem desinere esse animam, non autem desinere esse substantiam, & intellectum, & sic facile potest tollere contradictionem, quia Aristot. superius voluit animam intellectiuam separari, non quo anima est, quia quo anima est: est actus corporis: & non est nisi in corpore, quo vero intellectus est, & substantia intellectualis, optime remanere potest, & sic locutus est superius.

Solutio ꝓpria. Ego vero dicerem aliquid esse sine corpore dupliciter esse, aut quia nec actu nec habitudine est ĩ corpore. & hoc pacto Dij soli sunt sine corpore: manesq; profundi. Alio modo, quia actu nõ sunt in proprio, determinatoq; corpore, tñ habitudine sunt in ꝓprio, ac determinato corpore, veluti pes nudus sine calceo actu est: habitudine vero est in eo calceo, qui est ei cõmensuratus, & proprius. Pythagorici igitur humanam animam in nullo proprio corpore aptatam, nec actu, nec habitudine, sed casu, atq; fortuito per corpora vagari dixerũt. Arist. aũt vult omnẽ animam esse in proprio corpore, aut actu, aut habitudine. Sẽsitiua.n. anima, & vegetabilis sine corpore esse non possunt, immo tandiu sunt, q̃diu sunt in corpore. Intellectiua vero, cum sit alterius generis, ac naturæ ab his: licet habitudine sine corpore esse non possit, actu esse potest. Hoc ergo modo intelligendo nulla anima est sine corpore. Siquis autẽ diceret hanc non esse bonam verborum Arist. expositionem, ego dicerem eum sic dicentem esse malum Arist. interpretem: Arist.n. non vult habere, nisi contra Pythagoricos (qui animã dixerunt esse cuiuslibet corporis, & posse habere ad omne corpus habitudinem) illam respicere determinatum corpus, aut actu, aut habitudine, & hoc sufficit Arist. ad refellendam opinionem Pythagoricorum.

ARGYR. *Animantium autem, quibusdam omnes insunt potentiæ dictæ, quibusdam nonnullæ sunt, & quibusdam vna tantum inesse videtur. Atque potentias animæ diximus has, nutritiuum, sensitiuum, appetitiuum, loco motiuum, atque intellectiuum. Et plantis quidem, nutritiuum est duntaxat, alijs autem & idipsum, & sensitiuum. quòd si sensitiuum inest, & appetitiuum etiam inest. nam appetitus, cupiditas est: & ira, atque voluntas. Animalia vero cuncta, vnum ex sensibus habent, tactum inquàm ipsum. atque cui sensus inest: ei voluptas etiam & dolor inest, & perceptio iocundi atq; molesti. quibus autem hæc insunt, ea cupiditatem etiã habent. hæc est.n. appetitio eius quod afficit voluptate.*

Tex. cõm. 27. Potentiarum autem animæ, q̃ dictæ sunt, alijs quidem insunt omnes (vt diximus.) Alijs autem quædam harum, quibusdam vero vna sola, Potentias vero dicimus vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, motiuum secundum locum, & ratiocinatiuum. Inest autem plantis quidem vegetatiuum. Alijs autem & hoc, & sensitiuum, & appetitiuum. Appetitus quidem enim desiderium, & ira, & voluntas sunt, animalia autem omnia habent vnum sensum tactum. Cui autẽ sensus inest, huic & lætitia, & tristitia, & dulce, & triste insunt. Quibus autem hæc, & concupiscentia inest. Delectabilis enim appetitus hæc est.

Dianoeticum. Intellectiuum. Rõcinatiuum. βούλησις Bulesis. Voluntas. Voluptas.

COLLEC. Tex. cõm. 27. Cum cõmunem assignauit diffinitionem, & propriam, & qũo se habeat visum sit, & ꝑ consequens de tota anima dixit. Nunc & partes eius scrutatur: nec partes scrutatur essentiales. declaratum est.n. aĩam actum esse, & formam, & per consequẽs eam carere compositione. ratio ordinis est, qm̃ quemadmodum Auer. inq̃t in primo physic. quodlibet totum in suo ordine prius est cognitione suis partibus.

Cõm 5. Dubitationes. Solutio. Sed ambigunt cur in tradẽdo de anima rationali. 3. conuertit ordinem, primo.s. de partibus. 2. de ea tota tractans: cum illa ad suas partes comparatur, vt totum. Et dicendum ꝙ partes sunt duobus modis, quædam æqualiter abstractæ cũ essentia sui totius, cuiusmodi sunt partes sensibilis, & vegetabilis, & istæ posterius tractari debent, qm̃ totum notius, quædam sunt minus abstractæ q̃ eius essentia, cuius sunt, quemadmodum intellectus agens, & possibilis. essentia.n. rationalis aiæ omnino abstracta est ſm se, sed istæ potentiæ saltem quantũ ad opus dependent à corpore, vt dictum est, & tunc incipiẽdum ab istis: qm̃ sunt minus abstractæ, & ideo nobis propinquiores, vt palam est.

Primo ergo litera exponi põt ſm expositores antiquos, vt dicamus Arist. syllogizare hanc conclusionem, horum sensitiui, vegetatiui, motiui, appetitiui, & intellectiui, quibusdam insunt omnia, quibusdam plura, quibusdam vnum tm̃ & componitur sic. potentiarum aũt animæ, quæ dictæ sunt: alijs quidem insunt oẽs, alijs vero quædam harũ, quibusdam vero vna sola. hæc est maior. Tunc apponit minorem. d. potentias vero dicimus vegetatiuum, sensitiuũ, appetitiuum, motiuum, ſm locum, & intellectiuum. tũc supplenda est cõclusio. ergo horũ quibusdam oĩa, alijs quædã, alijs vnum solũ. tacuit cõclusionẽ, & apponit expositionẽ conclusionis. d. inest aũt plantis vegetatiuũ solum. alteris aũt hoc.s. vegetatiuum, & sensitiuũ, & etiam appetitiuum: quod ostendit, si aũt sensitiuum: & appetitiuum. appetitus quidem.n. desideriũ, & ira.s. fugæ, & voluntas.i. prosequelę sunt. ergo & appetitiuum. Exponit aũt quæ sunt illa, q̃bus vegetatiuum, sensitiuũ, & appetitiuum insunt. d. aĩalia aũt omnia habẽt vnum sensum tactus, cui autem inest sensus, huic & lętitia, & tristitia.s. dulce & triste. quibus aũt hæc, & con-

& concupiſcentia:ſ.fugæ,vel ſequelæ.n.pro qm̃ hęc eſt delectabilis ſup.appetitus. Quod ergo quibuſdam inſint aliqua horum,& quibuſdam vnum ſolum,hic palam . ꝙ vero quibuſdam omnia,poſterius declarabitur.

Cõm.27.

CVM voluit. Proponit intẽtionem,& cauſam intentionis,ſecunda ibi§ Et hoc quod dixit§ſingulam partem literæ cõmentatur . inquit.n.cum voluit incipere loqui de vnaquaq; virtute animę,incepit numerare eas eſſe.hec intentio eſt in parte.2.apponit,ꝙ quędam aĩalia hñt proprie quaſdam earum.hæc duo intendit facere hic. Debes ſcire ꝙ accñtis eſſe eſt ineſſe,& cum potentiæ ſint accidẽtia: ideo Ariſt. enumerando potentias eſſe,enumerat eas ineſſe aĩantibus,qm̃ eas ineſſe aĩantibus,eſt eas eſſe . ideo primo enumerat illas abſolute . Secũdo eas enumerat ineſſe animantibus,& ſic patet ſenſus textus. Secundum ꝙ§hic reddit cãm intentionis:& inquit,ſm ꝙ artifex ponit ſubiectum ſuę artis,artifex.n.neceſſe eſt vt ponat ſubiectum,de quo loquitur,& diuidit genera eis quaſi manifeſta ineſſe. artifex.n.nõ poteſt demonſtrare ſubiectum ſuæ artis.neq; ſpecies i.partes ſubiectiuas illius ſubiecti. deinde excuſat ſe.ſecunda pars cõmenti patet.

Quæſtiones.

Circa iſtud capitulũ primo ambigunt,quare tres tm̃ ſunt animæ, quinq; potentiæ, & quatuor gradus aĩæ. Secundo an fruticibus & plantis tm̃ vegetatiuus inſit gradus, vel an hic & cum eo ſenſitiuus. Tertio propter quid ſubiectum non poteſt demr̃ari & principia ſubiecti ſic. Amplius ſi principia ſubiecti. ergo & ſubiectum à priori demr̃ari poterit. Rurſus propter quid principia ſubiecti ſic, & partes ſubiectiuæ non.

Quæſtio prima.

Ad primam qõnem videtur,ꝙ illa repugnare vñr, quoniã quilibet gradus aĩatum,& viuum conſtituit , ſed oẽ conſtitutum aĩatum,eſt ex aĩa,& corpore.ergo quilibet gradus eſt aĩa.

Reſponſio D. Tho.

Ad hanc qõnem Tho.pulchre rñdet,ꝙ ſi anima ſumit ab eſſe potẽtia ad actum ordo dr̃, gradus quoq;, ſm ꝙ per ipſum variantur viua.& q̃a eſſe eſt triplex.ſ.ſimpliciter abſtractum & ſimpliciter in m̃a , & medium, ideo aĩa triplex eſt.& quia potentia dr̃ in relatione ad actum,actus eſt ſimplex,ideo & potentia. & quia gradus ſunt quatuor quibus variãtur viua,ideo quatuor gradus,vide.

Refutatio.

Sed hæc ſol̃. videt̃ ambigua : qm̃ vel aĩa ſumitur ab eſſe abſolute, vel ab eſſe relato ad opus. ſi ab eſſe ſimpl̃r,cum etiam formæ elementorum debeat̃ eſſe,ſequitur,ꝙ quęlibet illarum ſit aĩa. ſi ab eſſe ſumpto ad opus, cũ quadruplex ſit opus. ergo & quatuor aĩæ. Ideo aliter dicendũ: ꝙ aĩa & forma differũt. forma.n.principium primũ eſt operis in corpore, ſed anima primum principiũ operis in quadã circulatione conſiſtentis. & quia tres ſunt operationes circulares , inuicem nõ reducibiles.ſ.intelligere,ſentire,& vegetare.moueri.n. ſubordinatur cognitioni,ideo tres aĩæ tãtum, licet formæ poſſint eſſe multæ. Sunt aũt quinq; potentiæ: qm̃ potentia non ſumitur ab opere tm̃ in circulo,ſed ab operę. ſunt aũt quinq; opera,ideo & quinq; potentiæ. Sunt aũt quatuor gradus:qm̃ gradus non eſt potentia : ſed aĩa ſub relatione accepta ad opus varians viuere . & quia quadruplex eſt opus varians (vt bene Tho.) ideo quatuor gradus , & quinq; potentiæ,& tres animæ dñr. Ad obiectum dicendũ ꝙ quilibet gradus conſtituit aĩatum differens : nõ abſolute aĩatum,& viuum,& ideo nõ penes graduũ numerum, & aĩarum ſumitur numerus.

Qõ ſecunda.

Ad ſecundam.q.vr̃, ꝙ plãtis non tm̃ vegetatiuus inſit gradus,immo & ſenſitiuus . probat.n.Ariſt.in primo de plantis,ſenſus aĩali ineſſe propter duo,tum propter neceſſarium,tũ propter melius,ſed neutro mõ plantæ,quod oſtendit,qm̃ propter melius requirit organũ,plantæ vero nullum hñt organũ , nec propter neceſſarium,quoniam debet diſcernere nociuum ab vtili. ſic arguo & in plantis,refutant.n.nociuum, & attrahũt vtile : quare & nociuũ ſeparant ab vtili : quare & ſenſus dñæ eſt in eis. Ad oppoſitũ Ariſt.in lib.de Vegetabilibus & plantis. In hoc quæſito Pythagorici,Parmeñ. Meliſ. Anax.& Democr. plantas etiam ſenſum habere dicũt. Vbi debes ſcire, ꝙ ratio ſenſus conſiſtit in duobus,vnum eſt vt recipiat obiectum in ſe, vel ſecundũ eius aliquid . Secundum eſt vt iudicet receptum: volunt itaq; Pythagorici plantas hr̃e ſenſum:nõ quidem iudicatiuum qualitatis receptę,ſed in ſola poſitum paſſione voluptatis cuiuſdam , atq; doloris. ſenſus ergo plantæ eſt tm̃ receptiuus, nõ iudicatiuus . ideo plantas hr̃e ſenſum concedunt,ipſas tñ ſentire negãt, qm̃ in ſentire concurrit actu iudicium. Sed hãc opi.Ariſ. remouet in primo Cap . de Vegetabilibus & plantis , &

Cap.71.

Them.in.3.ſuæ paraphraſis huius, & vtitur hac rõne , ſunt duo extrema in nã, nobiliſsimum.ſ.corpus diuinum.ſ.cœlum,& plãta: quorum quodlibet viuit,ergo ſicut primum propter nobilitatem elongatur à ſenſu, ita & alterũ propter vilitatem cadit à ſenſu. Alię rõnes ſunt p̃dictæ. Quicquid ſit,teneri poteſt vtraque poſitio,nec rõnes video demonſtratiuas.ſuſtinendus tñ Ariſt.dicendũ ergo ꝙ plantis non ineſt ſenſus.& qñ.d.diſcernit &c.hoc negatur: non.n. retrahitur nec dilatatur planta propter appoſitionem nutrimenti. ratio ergo Ariſt. ſic fortificatur,vbicunq; eſt virtus diſcernens per fugam,vel ſequelam, ſenſus eſt : cuiuſmodi in plantis dari nõ põt.

Quæſtio tertia An ſubiectum poſsit demonſtrari.

Ad tertiam qõnem arguitur, ſubiectum eſſe eſt quæſitum ergo põt demonſtrari.antecedens patet,qõ.n.ſi eſt refertur ad ſubiectũ. Ad hanc Alb. 2.Poſter.& Lincoñ. tenent ſubiectum poſſe,dupl̃r accipi.

Trac.primo,et cap.2.

Vno modo ſm eſſe ſubiectiuum,& quantum ad eſſe, quod habet in ſpeciebus,& ſic poteſt demr̃ari. Alio mõ quãtum ad eſſe ſimpliciter,& ſic nõ. Sed iſtud reprobatum eſt.2. Poſter. & refelletur ſtatim. Dicendum ergo ꝙ ſubiectũ, ideo ſubiectum,quia ſuppoſitum in ſciẽtia.id autem quod ſupponitur in ſcientia,accipitur tanq̃ notum nobis, & inde ſequitur,ꝙ ſubiectum,nec à priori,nec à poſteriori põt demr̃ari: quia.n.primum, ideo non poteſt à priori demonſtrari : quia ſubiectum nobis,ideo nec à poſteriori,in illa. Ad obiectum dicẽdum,ſubiectum eſſe quæſitum ſimpl̃r, & forte in altera ſcientia : præcognitum autem ſm quid, vtpote in ea ſcientia cuius eſt.& tu vide in cõmento meo Poſter.

Qõ quarta.

Amplius videtur ꝙ principia nõ poſsint demonſtrari ꝙ non à priori,patet, ꝙ non à poſteriori probatur : qm̃ tunc ſubiectum eſſe à priori poſſet demonſtrari. Dicendum eſt principia eſſe duobus modis.Vno modo:quorum habitudo ad elementum eſt nota per ſe:& tunc principijs demonſtratis non accidit demõſtrari principiatum: & hmõi ſunt principia ſubiecti. Secundo modo : quorum habitudo eſt ignota:& ſic ex demr̃one principiorum,quia accidit demonſtrare elementũ propter q.d.& ſic patet ſol̃. alias cõſueui dicere. & tu vide me in poſterioribus Ana.

Rurſus vr̃ partes poſſe demonſtrari , vt ſpecies entis pñt demõſtrari: qm̃ ſunt principia. ergo principia ſubiecti poſſunt demonſtrari ſi ſpecies entis ſunt principia entis.ergo & pñt demr̃ari. Dicendum ꝙ ideo ſpecies eſſe, non pñt demonſtrari,qm̃ eſſe ſpecierum,& eſſe gñis eſt vnum ſimpliciter. cum igitur eſſe gñis ſubiecti ſit indemonſtrabile, & eſſe ſpecierum ſubiecti eſt indemonſtrabile. Tunc ad oppoſitum dicendum, ꝙ ſpecies duplices ſunt , q̃dam quæ ſimul ſunt principia,& partes ſubiecti : (& ſic illa principia demonſtrari non pñt) quædam,quæ abſolutæ ſunt partes & nullatenus principia : & talia demr̃ari pñt in ſciẽtia cuius ſunt. & ſic patet commentum,reſiduum.n.patet per ſe,& tu lege ipſum totum.

COMMENTARIVM.

HACTENVS de anima,vt eſt quoddam totum poteſtatiuum, nũc de eius partibus,quæ ſunt eius ſiue virtutes ſiue potentiæ,ſiue poteſtates : hunc.n.ordinem in principio propoſuit: pertractabit aũt de potẽtijs,vt Simpl̃.inq̃t, quid ſint,quales ſint,& quot ſint. Sed qm̃ an res eſt, prius eſt ipſo quid res eſt,non ab rõne,vt Auer.inquit,Ariſt.anteq̃ de his pertractet,quid vnaquæq; ſit,ſumit illas eſſe,ſatisfaciens qõni an eſt. Sed qm̃ in accidentibus idem eſt eſſe, & ineſſe ; (accñtis.n.eſſe eſt ineſſe) & hmõi poteſtates ſunt accidentia : ideo ſumit illas ineſſe,& ſm quẽ modum inſunt : quaſi per hæc velit ſatisfactum eſſe ad qõnem an ſint : & dicit. Potentiarum aũt animæ,quæ dictę ſunt,alijs animatis inſunt omnes,vt diximus : alijs autem inſunt nõ oẽs,ſed q̃dam harum,quibuſdam vero ineſt vna ſola. Ecce quo mõ ſumpſit eas ineſſe,& quo modo inſunt ſatisfaciẽs qõni ſi eſt,quia vero illas appellauit,nunc partes,nunc potentias,nunc virtutes,nũc principia,nę ſit de nomine contentio,exponit quid ipſe per poteſtates velit intelligere, dicens velle ſe intelligere eamet, quæ nunc partes, nunc virtutes,

virtutes,nunc principia appellauit,& inquit.Potétias vero dicimus vegetatiuum,sensitiuum,appetitiuũ,motiuum ẽm locum,& ratiocinatiuum : quę etiam superius & partes,& virtutes,& principia diximus.Vel melius(vt placet Them.)cum satisfecit qõni an sint : statim declarat quot illæ sint,quia proponit dicere de eis,& quot, & quales, & quid. Postq̃ ergo accepit ipsas esse,enumerat eas,& inqt.

Potentias vero dicimus numero quinq;, videlicet,vegetatiuum,sensitiuum,appetitiuum, motiuum ẽm locum, & ratiocinatiuum: quod græce dianoeticum dicitur.Tertio exponit ea,quibus insunt,& quo mõ illis insunt.nam cum illas dixit inesse, nõ exposuit,quæ sunt illa,quibus insunt Exponit ergo ea,quibus insunt,& quo modo insunt,& inquit. Inest autem plantis vegetatiuum:& sic ea,quibus vegetatiuum inest,sunt plantæ. Alijs autem, & hoc, & sensitiuum,& appetitiuum. ergo ea, qbus plura horum insunt, sunt animalia. Exponit autem quid per appetitiuum intelligat,per quem dicimus animal esse appetitiuum, & inqt. Appetitus quidem.n.desiderium, & ira, & voluntas sunt : desiderium quidé in zoophyticis animalibus,ira sup. tu & beneuolentia in animalibus perfectioribus : voluntas aũt in hominibus : nõ.n.vt Them.inquit,hæc oia insunt omni sentienti,quia plurima sunt,quæ sentiunt,quibus iracũdia & voluntas desunt,sed solum desiderii quicq̃ valde parum eis inest:vtpote solum ad cibum:vt zoophyticis animalibus. Q. animalibus insit vegetatiuum non probat, sed supponit. Q. vero omnibus insit sensitiuum, sumit, & inquit,animalia aũt omnia habent vnum sensum tactum.ergo omnibus inest sensitiuum. Q. vero insit appetitiuum, probat,& inquit. Cui aũt sensus inest.s.tactus solus, huic & tristitia,& lætitia, quæ vt Simpl. inquit, sunt passiones sensitiui:& dulce & triste insunt.s.vt illarum passionũ effectiua,vt exponit Simpl. quibus aũt insunt hæc.s.passiones sensitiui, & effectrices causæ passionum, & concupiscentia inest.s.appetitiua potentia.Cuius cãm dicit: delectabilis.n.appetitus hæc concupiscentia est. ergo animalibus insunt vegetatiuum,sensitiuum.& appetitiuum.Vegetatrix quidem qua viuens est,sensitiuum,quo aĩal est:appetitiuum vero,vt Them.inquit,concomitanter. Quę autem sint illa,quibus hæc omnia insunt,posterius dicemus.

Quærit hic D. Tho. cum animæ sint tres gradus animatorum quatuor. potentiæ vero quinq;. Ad quam quæstionem in collectaneis respondebamus. Nunc vero magis pro mente D.Tho. dicerem q̃ aĩata seu viua bifariam considerari possunt,aut vt differunt simpliciter in ratione vitæ,vel animationis, & sic sunt tres animæ : animatum.n. nõ differt simpliciter ab aĩato in ratione animationis, vel vitæ,nisi aut vegetabili anima,aut sensitiua,aut intellectiua, aut vt aliud alio est meliori vel imperfectiori vita viuens.& sic sunt gradus quatuor. Quatuor enim modis aliud alio perfectius viuit, viuens.n.secundum gradum vegetatiuum obtinet infimum gradum totius latitudinis,viuens mere secũdum gradum sensitiuum obtinet adhuc in latitudine perfectiorem gradum, viuens ẽm gradum motiuum, adhuc perfectiorem, supremum totius latitudinis gradum obtinet viuum vt intellectiuum.sunt ergo animæ tres, prout sunt tres differentes simpliciter animationes, gradus quatuor. prout variantur viua penes perfectius & minus perfectum in latitudine,at potentiæ tot, quot operationes,est enim potentia ordo ad actum. Quærebamus in collectaneis vtrum in plãtis sit tactus,& diximus quòd defendi potest in illis esse tactum siue sensum cibi, prout receptiuus est,non autem,vt iudicatiuus.Primam partem probabamus,quia plantæ non omnem cibum trahunt,sed aliquem trahunt, aliquem vero non, hoc autem non videtur,nisi quia ab altero mouentur,ab altero non.quare erit receptio,non tamen iudicium qualitatis receptæ,quã positione Pythagorici cõcedunt. Nunc vero dicimus neutro modo sensum cibi in illis esse,quia omnis sensus recipit speciem sine materia,talem autem receptionem nõ videmus in plantis, sed solum videmus radices trahere realem humorem,qui postea à calore plantarum cõcoquitur, & conuertitur in substantiam nutriti.

ARGYR. *Alimenti præterea sensum habent, tactus enim sensus est alimenti. Nam siccis & humidis,& calidis atque frigidis,aluntur viuentia cuncta. horum autem,vt patet, sensus, est tactus.Cæteris vero sensibilibus,per accidẽs nutriuntur, nihil enim conducit ad alimentum sonus vel color aut odor. Sapor autem,vnum quid est eorum quæ tactu percipiuntur. At vero fames sitisúe,cupiditas est. sicci quidem & calidi, fames, frigidi vero & humidi, sitis. at sapor, horum quasi quoddam est condimentum.*

Tex.cõm.28. Adhuc autem alimenti sensum habet, tactus enim alimenti sensus est. Siccis enim & humidis, & calidis, & frigidis aluntur viuentia omnia. Horum autem sensus tactus est. Sed aliorum sensibilium secundum accidens,nihil enim in alimentum confert sonus, neq; color,neq; odor. Sapor autem vnum quoddam est tangibilium. Esuries autem & sitis concupiscentia est, esuries quidem & calidi & sicci,sitis autem,frigidi & humidi,sapor vero,vt delectamentum horum est.

COLLEC. Tex.cõm.28. Proposuit animalia oia habere sensum primũ.s.tactum, hoc in loco id syllogizat, & accepit maiorem, & inquit. Adhuc autem habent sensum alimẽti.deinde minorem.d. tactus.n.alimẽti sensus. tunc & cõclusio recapituletur prima,ergo animalia habent tactum.est autem minor, tactus est sensus alimenti : quę obscura est,ideo & eã adhuc prosyllogizare videtur in hunc modum,primo accipiens minorem.d.siccis.n.& humidis, & calidis & frigidis aluntur omnia viuentia.est ergo maior, siccum, humidũ,calidum, & frigidum sunt animaliũ alimẽtum.tactus est sensus horum.s.siccorum,humidorũ,& calidorum, atq; frigidorum. ergo tactus est sensus alimenti:quod erat minor primi syllogismi. Sed aliorum.§ sed posset ambigere quispiam:animalia.n.non tm̃ siccum, calidum &c. eligunt in nutrimentum,cum & alijs vtuntur: cuius signum est,quia cibum eligunt odore,colore,sono,& sapore. ergo & alijs vtũtur,& per consequẽs non tm̃ sensus tactus necessarius amplius, sed & alij aliorum sensibilium: queadmodum patet. Huic qõni respondere videtur,& inquit. Sed aliorũ sensibilium ẽm accidens fit nobis nutrimentum . cuius rõnem reddit: nihil.n.in alimentum cõfert sonus,neq; color, neq; odor. Adhuc siquis obijceret de sapore,respondet.humor autẽ .i.sapor est aliquod vnum tangibilium. Ex his ergo relinquitur oia animalia hr̃e sensum tactus. q̃ autem habeat & appetitum horum syllogizare vr̃,in hũc modum,preintelligens maiorem,aĩalia habẽt esuriem & sitim, sed esuries, & sitis sunt illorum quatuor cõcupiscentia, seu appetitus, ergo habent & illorum appetitum,huius intelligit maiorem.accepit vero minorem formaliter.d.Esuries aũt,& sitis cõcupiscentia sup.illorum quatuor,quod exponit esuries.i.fames calidi,& sicci,sitis autem frigidi,& humidi,sapor vero vt delectatiuum horum est. i. vt condimentum quoddam,reddens eo propria sensui delectabilia,& sic patet minor. Quod quidem igitur animalia sensum habeat tactus,amplius & appetitum tãgibilium, ex his palam est quod præaccipiebatur superius.

Cõm.28. CVM posuit. Simul proponit intentionem, & illius causam,& inquit,cũ posuit q̃ omne animal habet sensum tactus,& desiderium ad nutrimentum,& in hoc non sufficit inductio,incepit declarare hoc ratione.ecce ergo,duo Auer. ait Arist. declarare, animal.s.sensum habere tactus, & ipsum habere appetitum . & ratione ait hoc in loco id monstrare,cum inductio non suffecerit. non ergo tm̃ hic intendi declarare q̃ vbi est sensus ibi est & appetitus. Et etiam.§ Nunc syllogizat primum.s.animal hr̃e sensum tactus.& syllogismus componatur:vt in expositione verborum Arist. dictum est,& p accepit maiorem,& ait,& etiam necesse est, vt omne animatum habeat sensum, per quem comprehendat conueniens,& incõueniens ex nutrimentis. inconueniens quidem vt expellat,nocumentum: conueniens vero vt attrahat iuuamentum, hæc est maior. Et hoc fuit.§ reddit rõnem huius, & post absoluit.q.difficilẽ. ait ergo.& hoc fuit,quia nutrimentum eius non existit in potẽtia in pluribus rebus,sicut est in plãtis. vult dicere q̃

forma

forma animalis sita est in gradu maioris nobilitatis q̃ forma plantæ, ideo nutrimentum suum est nobile, & per consequens à pluribus potest lædi animal q̃ planta, propterea indiguit eo, quo tutetur se à nociuo, & prosequatur vtile. id aũt tactus est. & propterea infert corollarium. d. & ideo plantæ nõ indigent sensu, quo distinguant cibum, vult dicere, quia à pluribus cibis possunt nutriri propter formæ earum ignobilitatem. & iste locus indiget magna conside ratione. i. vtrum plantæ habeant sensum, aut non, est. n. locus difficilis, indigẽs magna perscrutatione. Hoc autem ait propter duo primo, quia plantas sensum habere, testantur fere omnes phi: vt Pythagorici, Anax. Emped. Parm. Melis. Democr. & multi de secta Platonica. & quod est famosum, impossibile est vt ex toto sit falsum. Secũdo ait & hoc propterea, quia ratio potest torqueri in cõtrarium. videmus. n. plantam mori, & hoc nõ est nisi propter defectũ nutrimenti. non. n. planta moritur prȩternaturaliter febre . s. suffocatione, & alijs, quæ mortem reddũt p̃ternaturalẽ, defectus aũt cibi potest esse: vel quia nullus ei approximatur cibus: vel quia non sibi conueniens: & si non sibi conueniens, ergo planta habet cõueniens, & inconueniẽs nutrimentum, & per consequẽs cibus eius nõ est nisi potentia in rebus determinatis. ergo queadmodum animali datur sensus discretiuus horum, ita & plantis: cum saluet̃ eadem ratio. & natura nulli sit inuida, nec auara. Amplius videmus ad sensum alio nutrimento nutriri ficum, alio oliuam, alio vnamquãq; plantarum: cuius signum est ꝙ in oĩ parte terrȩ, transplãtari non possunt: queadmodum & agricolæ nobis testificantur: aiunt. n. quasdam plantas bene viuere in oriente q̃ minime in occidente: alias quoq; aiunt in meridie, quæ minime in septentrione: hoc aũt esse non potest, nisi quia non quodcunq; nutrit eas: sed determinatum determinatam, quemadmodum accidit & aĩalibus, licet his plus illis minus. ergo vr̃ per eandem cãm plantam hr̃e sensum alimenti, & si nõ ita perfectum queadmodum animal. Amplius adde, ꝙ hic locus ĩdiget magna perscrutatione propter aliud, quoniam ait Alb. ꝙ magis aĩalibus tactus inest q̃ plantis, propter partium molliciem, propter quem fit multa partium deperditio, quæ nõ fit in plantis, propter partium duritiẽ, & caloris nãlis debilitatem, qui quasi nihil cõsumit in eis, sed diuidit tm̃, & penetrat, vt ingressum accipiat nutrimentum. dico mõ ꝙ & hæc rõ Alb. in ꝯrium reduci potest, qm̃ vel in plantis fit aliqua resolutio partium, vel nulla, siquidem nulla nunq̃ plantæ morerentur, cuius ꝯrium videmus. Præterea omni anno æqualiter fructificarent: cuius ꝯrium agricolæ aiunt. Siquidem aliqua resolutio fit, igitur indigent aliqua, & tanta substantiæ restauratione. ergo quemadmodum animali datur tactus propter restaurationem deperditi, ita & plantis. nec propter minorem restaurationem, vel maiorem debet dari, vel remoueri tactus, cum quoddam animal minus hoc egeat vt spongia, & ostrȩa, quoddam plus, vt homo, & tm̃ propter plus vel minus restaurari non debet tactus ab ostrȩa, & à spõgia remoueri, & in homine solum poni, propter hæc ergo Auer. ait, plantas sensum habere, vel carere sensu, esse locum perscrutabilem. & vtinam possem vobis in hoc quæsito satisfacere. Id autem quod dedit Them. in. 3. suæ paraphrasis, est probabile, & non demonstratum. & ideo, vt dixi, mihi vr̃ esse dicendum, ꝙ in plantis est sensus ſm secundam intentionem. s. receptiuus doloris, & delectationis, non tm̃ iudicatiuus horum, vt Pythagorici bene dixerunt. & propterea plantas sentire non dicerem, & si eas sensum habere non negarem, qm̃ sentire in iudicio, & receptione consistit, vt loco eius dicemus hȩc pro nũc, forte alias aliter dicam si bene occurret.

Cap. 7.

Et cum narrauit § accepta maiore, nunc trãsit ad minorem. Et primo proponit recapitulationem, & cõtinuationem. secunda ibi § Et quia. § prosyllogizat minorẽ, & non ponit eam in forma. prima patet per se.

Ait ergo in secunda, primo materiam pro syllogismi. d. & quia oẽ viuum, non nutritur nisi p siccum, & humidum, calidum, & frigidum, cum nutrimẽtum est loco eius quod dissoluitur ex elementis, ex quibus componitur, id est miscetur viuum, necesse est vt sensus nutrimẽti sit sensitiuus, qui innatus est cõp̃hendere has qualitates: & iste est sensus tactus. hæc ẽ materia pro syllogismi. arguit ergo in forma: & inquit, & quasi sup. velit, oẽ viuum non nutritur, nisi per siccum, & humidum, calidum, & frigidum, quasi est maior, siccum, humidum, calidum, & frigidum sunt nutrimentum, tunc accepit minorem. d. & sensus tactus est id, quod sentit ista. Tunc apponit conclusionem. d. necesse est vt tactus sit sentiens, quod distinguit cibum tunc ponit cõclusionem primi dicens, omne igitur aĩal habet tactum necessario. & sic patet sensus literæ. Sensus autem. § tria hic facit, primo absoluit illas duas obiectiones, quas in textu dixi, & propter hoc non oportet hoc exponi. secũda ibi. § Et propter hoc quod dixit. § infert vnum corollarium. tertia ibi. § Et cum narrauit. § ostendit quomodo in quocunque existit sensus, & ibi appetitus inest. Quia igitur prima patet, ait ergo in secunda, & propter hoc, quod dixit, opinandum est, ꝙ iste sensus existit etiam in oĩ animali, sicut sensus tactus: cum sit quasi species eius, tunc excusat se, & inquit: & post declarabitur qualiter est in rei veritate. Debes scire, ꝙ his verbis Auer. innuit sol. ꝯdictionis: qm̃ capitulo de sapore, Ari. inquit gustum animali inesse perfecto tm̃, hic autem ait & omni aĩali gustum inesse: cum sit quȩdam species tactus, vt Auer. inquit. quã Auer. hoc in loco promittit absoluere, potest tñ dari sol. vt dicamus potentias distingui per obiecta. potest ergo capi obiectum gustus dupliciter. Vno modo pro sapore: qui est quædã qualitas secunda, resultãs ex commistione primarum, ſm rem distincta ab illis. & sic est obiectum tactus perfecti, vt dicam. Secundo potest capi pro modo tangibilis, tangibile . n. est calidum, frigidum &c. Hæc autem non tãguntur inquantum talia, sed sub modo nociui aut vtilis: nociuũ & vtile non sunt calidum, & frigidum, etiam sub ratione talium. licet. n. idem realiter sit calidum, & nociuũ, differunt tñ ratione: quoniam calidum, vt calidum, respicit tactum, sub ratione nociui vel vtilis gustum. ergo obiectũ gustus est modus obiecti tactus, sicut ergo obiectum ad obiectũ, ita potentia ad potentiam, ergo sicut obiectum gustus est modus obiecti tactus, sic gustus ẽ modus, & quasi species tactus: & sic gustus in omni aĩali simplex. & tũc patet sol. ꝯdictionis. Et cum narrauit. § nunc ostendit qũo appetitus inest sentienti. Et debes scire, ꝙ si demonstrabitur ꝙ sapor inest. s. cibo, & qũo insunt qualitates cibo, & qũo sapor, iam demonstratum erit & appetitum inesse sentienti. sapor. n. delectat, & facit appetere, ideo non proponit hic, ꝙ omni sentiẽti inest appetitus: sed ait: cum narrauit: ꝙ frigidum, & calidum, humidum, & siccum existũt in cibo: ſm ꝙ est cibus: & sapor existit in eo ſm ꝙ est cibus, incepit declarare modum, qũo quodlibet istorum existit in cibo: quia sup. habebitur quomodo omne sentiens appetit.

Deinde prosequitur, & inquit, & si sapor existit in cibo in eo quod est cibus, tamen primæ qualitates existũt in eo primo, & essentialiter. est ergo modus essendi sic. ꝙ cibus est saporosus per accñs, calidus frigidus etiam per se primo. Et dat signum. d. & signum eius est, ꝙ cum desiderat cibum aĩal non desiderat nisi calidum, & frigidum, humidum &c. fames. n. est appetitus calidi, & sicci: sitis frigidi, & humidi, & non desiderat dulce. neq; amarum. sup. primo & per se. ait tñ, ꝙ sapor est cõiunctus, sup. necessario, cum istis qualitatibus. Et hoc. § remouet dubium literæ, ait in arabica trãslatione. § Sapor autem est quasi causa istorũ. § qđ falsum vr̃, ideo debes scire, ꝙ in sensatione tactiua duo consideranda sunt. s. sensatio calidi, frigidi absolute, & inquantum conueniens vel nociuũ. Amplius consideramus sensationem ipsam, & vsum illius reiteratum. ideo duas dat expõnes. Prima ꝙ sapor est causa quare sentiens discernit nociuũ ab vtili, & non causa qualitatum, est cã cur illa sentiuntur, vt conuenientia, & dr̃ia, & non essendi: qm̃ per se qualitates sunt causæ veræ saporis. secũda ibi. § Et forte § est, ꝙ sapor est causa reiteratæ sensationis horum: quemadmodum patet in ebrijs, qui quanto plus potant, appetunt & plus, propter delectationem horum. ergo est causa reiteratæ sensationis horum, & non horum absolute. & ideo dixit § Quasi causa. § Cum non sit causa eorum absolute. & sermo eius in vtraq; expositione patet.

Dubium

Dubium est an plantis insit appetitiuus gradus. Alber. in primo physic. velle vr, ꝙ planta appetat appetitu intellectiuo, nõ sicut in quo, sed sicut moti à motore. vnde planta mouetur ad cibum appetitu intelligentię non errantis: qui est subiectiue in intelligentia: vt autem in moto est in planta. potest autem esse ratio, qm̃ vbi inest appetitus formaliter & subiectiue, ibi inest phantasia, vt supra. & hic Arist. demonstrauit. Auer. autem primo physi. velle videtur plantas appetere appetitu naturali: queadmodum materia formam. Et hoc potest demonstrari, qm̃ omnis forma, citra primam, in sui natura nascitur priuata, & diminuta, & ideo omnis forma, præter Deũ, appetit aliquod extra se: solus.n. Deus non appetit nisi se. cum igitur omnis forma sit priuata, omnis forma appetere debet perfectionem, quã potest habere, est.n. priuatio causa appetitus, vt Arist. inquit. ergo omnis forma sua natura appetit, & hic vocatur appetitus naturalis, vt constat. tunc patet sol. loquitur.n. Arist. de appetitu sequente cognitionem, & non de sequente naturã rei imperfectæ, & diminutæ, vt patet.

An plantis isit appetitus. Ca 18. vl. trac.

51. Commen.

COMMENTARIVM.

DIFFICILE: & forte impossibile est in hoc textu dare ordinem: cuius signũ est diuersitas expositionum. Them̃. vt mihi vr̃, velle videtur ꝙ cum Ari. accepisset animalia oĩa sensum tactus habere, ostẽdit propter hæc ea habere sensum cibi, hoc est gustum: cuius causam assignat Arist. vt videtur Them̃. quia tactus est alimenti sensus: q̃a in animalibus imperfectis habet̃ vice gustus. Q̄ vero habeatur vice gustus, vt placet Them̃. Arist. probat duabus rationibus. Prima, quia siccis calidis, & frigidis, & humidis aluntur omnia viuẽtia quorum per se est tactus: aliorum per accidens. Secunda hoc idem probat ex definitionibus famis & sitis: & tunc in illa parte § Esuries autẽ: § verbum § autem § non aduersatiue, sed continuatiue legendũ est: quasi dicat. Præterea. Esuries & sitis concupiscentia est, esuries quidem calidi & sicci, Sitis aũt frigidi & humidi. ergo bene dictum est tactũ haberi vice gustus. Sed dices, non solum famem esse appetitum primarum qualitatum, sed saporis. respondet esse appetitum saporis quatenus sapor est lasciuia cibi, & condimentum. Sic igitur ꝯm Them̃. Arist. ex eo, quia omnia aĩalia habent tactum: declarauit ꝙ hñt gustum, qui est sensus nutrimenti. Quod vero, quia hunc tactum, habent sensum cibi: hoc est gustum, probat Arist. primo definitione nutrimẽti, quod ex calidis & id genus fit. Secundo ex definitione famis & sitis: hæc expositio posset accommodari verbis, tñ est nonnihil violenta, non.n. cum facilitate verbis accõmodatur. Simpl. (si recte eius verba percepi) velle videt̃ Arist. probare idipsum quod dixit, dixit.n. animalibus inesse lætitiã & tristitiam, & triste & delectabile, hoc ergo idem Aristo. nunc probat, & quidẽ ex eo, quia oĩa animalia habent sensum alimenti. nam tactus est alimẽti sensus, quem oĩa animalia habent, & animalibus, quibus inest alimenti sensus, insunt lætitia & tristitia, quod probat Simpl. eo ꝙ nutrimentũ consequitur voluptas: ieiuniũ vero tristitia. Quod vero tactus sit alimenti sensus, Arist. probat: vt Simpl. inquit, quia tangibilibus aluntur oĩa viuentia, cuius rationẽ Simpl. assignat, quia omnia corpora his qualitatibus participant, & secundum has & generationes & corruptiones, & alterationes, & auctiones, & imminutiones sunt.

Expositio The.

Expõ Simpl.

Quam expositionem laudarem, si possem illã verbis accommodare. In collectaneis de mente Auer. dicebamus ꝙ huic Arist. illa duo probat, quæ prius probauit, accepit .n. ꝙ animalibus insit sensitiuum, & ꝙ insit appetitiuum. Ideo iterum hæc duo probat. Primo quidem ꝙ omnibus animalibus insit sensitiuum, quia omnibus inest sensus cibi, qui quidem est tactus. quatenus his enutrimur, quorum tactus est. Secũdo vero probat ꝙ animalibus insit appetitiuum, & hoc per definitionem famis, & sitis. Quæ expositio posset bene stare, & verbis accommodari. Sed mihi occurrit nũc dicere cum expositore, qui melius omnibus hunc textum legit. s. ꝙ Arist. probat secunda ratione ꝙ omnibus aĩalibus insit appetitiuum, quæ expositio cõuenit verbis sequentis textus, vbi recapitulat id qđ in hoc textu dixit, vt videbitur. Ad huius ergo probationem sumit primo ꝙ oĩbus animalibus insit sensus alimẽti, & inquit. Adhuc autem alimenti sensum habent supple omnia aĩalia, quia hñt tactum, qui est sensus alimenti. Q̄ vero tactus sit sensus alimenti probat Arist. & dicit: siccis.n. & humidis, & calidis, & frigidis aluntur viuentia omnia. s. & animalia & plantæ. Modo horum sensus tactus est. ergo tactus est sensus alimẽti, cum sit eorum sensus, quorum est oĩum nutrimentum. § Sed aliorum sensibilium ꝯm accidens, § Quę verba possunt dupliciter legi, vt Simpl. legit. Vno modo sic, ꝙ tactus sit calorum frigidorum, humidorum, & siccorum per se, aliorum sensibilium per accidens. Melius aũt legatur in ablatiuo, sic: siccis.n. & humidis & cæteris id genus aluntur oĩa viuentia, quorum est tactus: sed alijs sensibilibus ꝯm accidens nutriuntur. Cuius rationẽ assignat, quia in alimentum nihil confert sonus: neq; color, neque odor: Et si dices sapor in alimentum confert, Respõdet, ꝙ sapor in alimentum confert, quo est vnum quoddam tangibilium. Patet ergo verum esse, quod assumptũ est. s. ꝙ animalia habẽt sensum alimenti: & tota causa est, quia habẽt tactũ. Ex hoc assumpto vult habere oĩbus aĩalibus inesse esuriem, & sitim: hoc inq̃ quod vult habere, non posuit in textu, quia satis patet. Tunc ex illo assumpto, cũ hoc illato subintellecto procedit ad probandum oĩbus animalibus inesse appetitiuum. Quia quibus inest sensus alimẽti, inest fames, & sitis: sed fames & sitis sunt concupiscentię, & appetitus. ergo omnibus animalibus inest appetitiuum: fames.n. est appetitio calidi, & sicci: sitis aũt frigidi & humidi. Sed dices fames est appetitus saporis, similiter & sitis, Quasi respondet, & inquit: sapor autẽ, vt delectamentum horum est. ergo esuries & sitis sunt appetitus laboris quasi per accñs. Est igitur processus Arist. iste, oĩbus animalibus inest sensus cibi, quibuscũq; inest sensus cibi, inest fames & sitis, quibuscũq; esuries, & sitis insunt, eisdem inest appetitus. ergo omnibus aĩalibus inest appetitus, sic igitur expositor in verbis Aris. pulchrum ordinem posuit. Q̄ hæc sit mens Ari. statim textu proximo patebit. Quo vero ad verba attinet, Them̃. dicit idem esse tactum & gustum in animalibus imperfectis. nam vt est idem tactile, & gustatile, ita idẽ est tactus & gustus. Primæ vero qualitates vel alteratiuæ sunt tactiles, eædẽ vt conuenientes: vel disconuenientes sunt gustatiles. ergo & tactus & gustus idem est, quatenus vterq; illarum sunt, differunt vero ratione, quia tactus illarum est vt sunt alteratiuæ, gustus vero vt sunt conuenientes vel disconuenientes.

dilucida expõ.

Epilogus processus.

Gustus idem tactus.

In collectaneis tribus argumentis plãtas probauimus habere sensum cibi, siue ille sit tactus, siue ille sit gustus, tum primo, quia, videmus eas non nutriri semper, sed aliquando exiccari: quod esse non põt, nisi quia eis non semper nutrimentum conueniens approximatur. Tum secundo quia videmus eas stabilitis locis nasci & educari, quod non est, nisi quia non ex quolibet nutriuntur. Præterea. Alber. ait tactum esse datum animalibus propter instaurationem deperditi, modo in plantis fit instauratio deperditi, ergo eis inest tactus. Auer. in cõmento causam affert: quare plantæ non habent tactum, & ait, quia nutrimẽtum illarum est potẽtia in pluribus, quæ causa friuola est, quia licet nutrimentum illarum sit potẽtia in pluribus q̃ sit nutrimentum animalium, tamen nutrimentum earum nõ fit ex quolibet: & sic oportet dare in eis sensum quo discernant ea, ẽ quibus non fit nutrimentum ab eis, ẽ quibus fit. Q̄ vero nutrimentum earum fiat non ex omnibus, patet primo, quia nõ semper fit. 2. quia oriũtur & educuntur certis locis. 3. quia instauratio non fit ex omnibus attractis: vt dictum est. Melius ergo. vt superius diximus, dicendum est plantas non habere sensum cibi: nec tactum, quia proprium est vnicuiq; sensui recipere speciem sine materia: modo plantę cum per radices attrahũt nutrimentum, potius attrahunt illud realiter ad poros, & non intentionaliter sicut homo, qui attrahit cibum realiter. Discernit vero conueniens à non conuenienti similitudine naturali quæ est inter cibum, & plantam attrahẽtem, refugit etiam cibum disconuenientẽ cõtrarietatę naturali, quæ est inter plantam, & cibũ. Hęc ergo est causa, quare plantæ caruerunt sensibus, vt Them̃. animaduertit. 3. huius, nam cum sint

De sensibus plantarum.

Cur plantæ carent sensu.

Cap. 71.

sint terrestres ac imperfectissimę, recipere non pñt speciẽ sine materia, cœlum etiam caret propter excellẽtiam: est .n. magis dignum q̃ vt recipiat speciem à rebus. Plantæ ergo carent sensu & receptiuo, & dijudicatiuo.

ARGYR. *Verum hæc declaranda posterius sunt: nunc eousq; sit dictum, animantium inquam hisce quæ tactum habent & appetitum inesse. De imaginatione vero non patet: sed de hoc postea consideremus oportet. Nõnullis insuper & loco motiuum etiã inest, & alijs ratiocinatiuum ac intellectus, vt hominibus & siquid sit aliud tale vel etiam præstabilius.*

Tex.cõm.29. Certificandum autem de his posterius est. Nunc autem intantum dictum sit: ꝙ animalibus habentibus tactum, & appetitus inest. De phantasia autem immanifestum est, posterius autem intendendum est. Quibusdam vero adhuc inest, & secundum locum motiuum, alijs autem & ratiocinatiuum, & intellectus, vt hominibus, & siquid tale est alterum vel & honorabilius.

COLLEC. Tex.cõm.29. Quodammodo recapitulans, accipit quid manifestum quidue immanifestum. d. § Certificãdum autem de his posterius est §. s. in lib. de Sensu & sensato. recolligit quid dictum. d. Nunc aũt intantum dictum sit, ꝙ aïalibus hñtibus tactum, insit & appetitus. Recolligit q̃d latet. d. De phantasia autem, immanifestum, an. s. insit omni hñti sensum. qđ dicit, vt Simpľ. inquit, propter phantasiam perfectam: qm̃ de confusa, vt superius dixit, palã est ipsam inesse omni habenti sensum, posterius aũt ait esse intelligendũ. Amplius colligit, & ꝙ palam. d. quibusdam & adhuc inest, & ẽm locum motiuum, alteris aũt & intellectiuum, & intellectus: vt hominibus, & sup. & alteri, si aliquod alterum huiusmodi est. s. homini ęquale, aut & honorabilius. quod dicit propter dæmones, vt Simpľ. vel corpora cœlestia.

Cõm.29. QVIA vult ponere. Proponit intentionem, & inq̃t, quia vult ponere hic numerum istarum virtutum; ẽm ꝙ artifex ponit subiecta suę artis, non vult ponere nisi id quod manifestum est per se, & dimittit alia, quæ non sunt manifesta, quousq; perscrutetur de eis. Hæc est intentio, & causa intentionis. Dubitatio. Sed dices: virtutes animæ sunt accñtia animæ. ergo non sunt subiecta. i. species subiecti. Solutio. Dicẽdum ꝙ possunt dupliciter considerari. vno modo vt fluunt ab anima: & sic sunt accidentia propria & quæsita hic. Alio modo vt per illas constitui possunt species animarum: per intellectum. n. rationalem constituunt, per sensitiuum sensitiuam &c. & sic sunt quasi dñæ & species. ideo dicit ꝙ enumerantur tanq̃ species subiecti; non ꝙ sint veræ species. Et residuum commenti patet hic.

COMMENTARIVM.

CVM Arist. conclusit: ꝙ animalibus habentibus sensum tactus inest & appetitus: nũc partim se excusat: partim epilogat: partim promittit: partim complet id quod cepit declarare. Excusat quidem se: & inquit. Certificandum aũt de his posterius est. Simpľ. exponit § Certificandum autem de his §. s. saporibus: de quibus non solũ in isto volumine: sed etiam in lib. de sensu dicet. Et forte intelligit § de his §. s. oĩbus, de quibus dixit: vt vtrum omne sensitiuum consequatur appetitus: & vtrum gustus & tactus sint idem: & quo modo sapor sit delectamentum nutrimenti, non autem nutrimẽtum: de his. n. in hoc libro: & alibi certificandum est. Epilogat vero conclusionem declaratam: cum inquit: nunc autem intantũ dictum sit, quod aïalibus hñtibus tactum: & appetitus inest. Ecce quo mõ expositio Tho. fuit cæteris præferenda: hic. n. epilogus manifestat expositionem Tho. esse pro mente Aristo. Promittit vero illud: quod cepit declarare: & non compleuit, & inquit. De phãtasia autem: vtrum sup. insit omni animali habenti sensum & appetitum, immanifestũ est: sed posterius, in fine huius secundi intẽdendum est. nam licet de re hac pro parte disputatum sit, tamen, vt Simpľ. dicit: de confusa phantasia est pertractatum: non aũt de perfecta: de qua in fine huius secundi libri dicturus est. Complet vero id quod incepit declarare, nam cũ declarauit ea, quibus vnũ solum inest, & quibus tria illorũ, nunc declarat ea, quibus quatuor, & ea q̃bus oïa illa insunt, quæ enumerauit, & inquit. Quibusdam autem adhuc vltra hæc tria. s. vegetatiuum, sensitiuum, & appetitiuum, inest & ẽm locum motiuum: vt animalibus perfectis. Alijs autẽ vltra hic, insunt & ratiocinatiuum, & intellectus, vt hominibus, & siquid aliud tale præstabilius, & honorabilius est. Verborum cõsideratio. Quo vero ad verba attinet, Aris. dixit ratiocinatiuum, & intellectus, q̃ vltra ratiocinatiuum, quod græce dicitur dianoëticum, qđ est tota rõnalis anima est intellectus, qui extrinsecus accedens, est altera pars rationalis animæ, qui intellectus græce nus dicitur. Ex quibus verbis greci fecerunt dñam inter dianoeticum. i. rõcinatiuũ, & intellectum ẽ quo etiam rõnalis anima dř noetica. nam rationalis aïa cõficitur ex duabus partibus, quarum altera nus, siue ĩtellectus extrinsecus accedit: altra vero ex semine, quæ dicitur phantastica, siue conceptiua ẽm Simpľ. Ex his rationalis aïa dicitur & noetica, & dianoetica. Quod opĩo aliena sit ab Aris. Propterea dicunt Arist. dixisse: § alijs autem ratiocinatiuum & intellectus § denotãs intellectum esse partem illius nobiliorem, sed q̃ hęc opinio sit aliena à mente Aris. posterius dicemus, nunc tñ intantum dictũ sit ꝙ alijs, vt homnibus, inest rõcinatiuum, quod est anima rõnalis, & intellectus, quæ est honorabilior virtus huius animæ, & non pars essentialis, vt græci fingunt. Sed cur addit § Et siquid tale est alterum vel & honorabilius. § Simpľ. dicit illum hoc adiecisse propter cęlestia animalia, vt sit sensus dianoeticum, & intellectũ inesse hominibus; & etiam alijs præstãtioribus homine, si quod aliquod animal tale homine præstantius inuenitur, vt cœlum. Alij dixerunt hæc Arist. adiecisse propter dęmones, quos Platonici animalia rationalia, tẽpore æterna, corpore aerea posuerũt, vt Apuleius, quam expositionem approbat Simpľ. Auer. velle vř Arist. hypothetice esse locutum, quasi nihil ponens inesse. Ego vero aliter dicẽdum esse arbitror. nam, vt author est Calcidius, Platonici tres virtutes arbitrati sunt, rõcinariam, quæ dianoea dicitur, quę est illa, qua homo circa sensibilia ratiocinatur. Intellectũ, qui est vniuersalium, siue idæarum, qui & nus dicitur; & intelligentiam, quam græci noesim dicunt, quæ vis est, qua homo & vnitatem & res diuinas apphendit. Dicit ergo Arist. hominibus inesse ratiocinatiuum, & intellectum, & etiam si aliquid melius est rõcinatiuo & intellectu, vtpote intelligentiam. nam hæc etiam hominibus inest. Dubitatio. Sed dices, Aris. potentias aïę enumerans superius, voluit illas esse quinq;, vt vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, motiuum ẽm locum, & ratiocinatiuum: hic aũt supra hęc duo alia, vt intellectum, & intelligentiam. Solutio. Dici põt hoc eum fecisse, quia intellectus & intelligentia virtutes sunt rõcinatiui: & sic non ponunt in numero. Quæ Auer. Animaduerte hic & priori commento Auer. virtutes hasce appellare species subiecti, videlicet, animæ, vbi defendendo Auer. dicebamus esse species, & virtutes. Species quidem vt constituunt animalia, siue animata: virtutes, vero, vt fluunt ab essentia aïę: modo recognoscẽdo hæc quę diximus, reuocamus rem in dubiũ. nam Arist. loquitur de his, vt potentiæ & virtutes, & accidentia animæ sunt. Cuius rei argumento nobis est, ꝙ eas enumerauit per inesse, quod proprium est accidentis.

Prima. q. vtrũ potẽtiæ aïæ fluant ab essentia animæ. Sed circa hæc queritur vtrum istæ quinq; potẽtiæ enumeratæ ab Arist. ab animæ essentia, siue ab anima defluãt. Et vř primo ꝙ non, quia, vt dicitur in lib. de gñone, nullo vno simplici multitudo aliqua fluere põt. Pręterea. Fluẽs, & id, quod fluit in eodem subiecto esse non possunt. Præterea, Potentiæ defluũt ab agente animam. nam vt Auer. dicit. 8. physicæ auscultationis, agens quantum dat dę forma, tantum dat de formæ accidentibus. Huius rei cõtrarium oẽs iuniores autumant. Pro dilucidatione accipiamus primo ꝙ animæ potentiæ possunt accipi pro qualitatibus, quæ consequuntur vnionem animæ ad diuersas corporis partes, vt superius diximus. Alio modo possunt accipi pro aptitudinibus, q̃bus aïa est multipliciter apta esse principium diuersarum operationum, siue ꝑ diuersas partes corporis, siue nullam corporis partem. Secundo accipiamus ꝙ affectionum aliæ insunt subiecto, vt fluunt à principijs suæ formæ, sunt aũt principia formæ genus & differentia, quæ sumunẽ à forma. Aliæ insunt subiecto, vt fluunt à principijs materiæ: sunt principia materiæ dispositiones,

sitiones, complexiones, & qualitates materiales, quibus materia est subiectum formæ. Tunc dicẽdum ꝙ si potentiæ animæ sumant pro qualitatibus, quæ resultant ex vnione animæ ad diuersas corporis partes, istę fluunt principaliter ex mãlibus principijs rei animatæ: fluũt.n. ex diuersis cõplexionibus organorũ, non tñ sine anima, quia nisi anima illis vniretur, non fluerent: & hoc pacto de his non loquimur: sed superius locuti sumus. Sin autem sumantur pro aptitudinibus, sic fluere non possunt in corpore aĩato, nisi principalr̃ ab ipsa aĩa: & ex principijs diffinitiuis ipsius animæ, q̃ sunt genus & drĩa eius. Tunc ad primã dicendum, ꝙ pñt plura fluere ab vno ordine quodã. Ad secundam dicẽdum, fluens & id qđ fluit posse esse in eodẽ subiecto, mõ quod fluit, non fluat in gñe causę efficiẽtis. Ad tertiam dicendũ, ꝙ potentiæ fluũt ab agente effectiue, & ab aĩa, vt à mã, & vt à causa finali, vt dicemus. Sed quia fluere hic pro depẽdere intelligimus, propterea quærit in quo gñe causæ potentiæ istæ aptitudinaliter sumptæ fluunt ab aĩa.

Secunda q.

Quod sit causa agens. Quidã dixerunt aĩam esse harum potentiarũ causam in quadruplici gñe causæ, imo dicũt quodlibet subiectum esse cãm suorum propriorũ accñtium in quadruplici gñe causę. Speciatim vero ꝙ sit cã effectrix suorum propriorũ accñtium, probant ex Auer. decretis. 8. physic. & 4. de Cęlo apertissima rõne, quia dicit nãle agens tm̃ de accidẽtibus prebere alicui, quantũ de eius forma illi pbet, qua mediante accñtia illa efficit, quibus verbis innuit formam subiecti esse cãm immediate effectiuam accñtium. Agens vero ipsum remotã, cum illa accñtia subiecto non pbeat, nisi mediãte forma. quare aĩa erit suarum potentiarũ propriarum cã effectiua immediata. Præterea. Si subiectum erit causa suorum accñtium mãlis, & nullo pacto effectiua, tũc subiectum esset in potentia mere passiua ad oĩa illa: & sic esset in potentia contradictionis: vt Arist. probat. 9. meta. quare posset illis priuari. Præterea. Si subiectum non esset causa effectiua suorum propriorum accidentiũ saltem mediante eius forma, nihil in subiecto esset, per quod possent illa demr̃ari tanq̃ per genus causæ efficientis: & sic nulla demr̃atio erit per medium, quod est causa effectiua quęsiti, quod de subiecto per demr̃ationem demonstratur. Hoc autẽ est contra peripateticos, qui docuerunt demonstrare per quodlibet genus causæ.

Cõm. 4. & 32. Cõm. 32. et 35.

Quod sit cã vt materia. Q. vero subiectum sit propriorũ accñtium causa, vt mã saltem in qua, nemo dubitat, quia est proprium illorũ subiectum.

Quod sit cã vt forma. Q. etiam sit cã vt forma, etiã perspicuum est, quia licet subiectum non sit forma propriorum accñtium perficiens, est forma declarans: nam cum propria accñtia definiũtur in abstracto, & substantiæ subiectum ponitur in eius definitione, vt drĩa: vt Them. inquit primo Poster. cum definiuntur in cõcreto, subiectum ponitur vt genus, ergo subiectũ aliquo modo est ratio suorũ propriorum accñtium: & sic forma.

Quod sit cã vt finis. Qđ deniq; sit causa vt finis illorum, facile patet, q̃a omne accidens est subiecti gratia. quare cum subiectum sit suorum propriorum accñtium causa in quadruplici gñe causæ, potẽtiæ quæ sunt accñtia animæ propria: fluũt ab ea quadruplici gñe causæ.

Refutatio positionis. Sed hæc positio multiplr̃ errat primo, q̃a nec aĩa nec aliquod subiectũ põt esse forma suorum propriorum accñtium.

Quod aĩa non sit forma suarũ potentiarũ, nec aliquod subiectum suorũ accidentium. Quod quidem nõ sit forma perficiens, & ipsi concedunt, & manifestum est per se: non.n. põt esse forma perficiens, nisi eius, quod est vt subiectum & mã illius, at nullũ accidens, nec propriũ, nec cõe est vt subiectũ vel mã respectu proprij subiecti. Quod vero nõ sit forma declarans, declaratur, quia forma declarans est definitio ſm eos, & ſm Auer. Definitio autẽ sumitur à forma perficiente, est.n. sermo certificatiuus essentiæ definiti, modo essentia & forma secundum Auer. idem est. Cum igitur subiectum vel differentia quæ sumitur à subiecto vel genus quod sumitur à subiecto in definitione non sumatur à forma, nec à parte formæ, nõ põt dici definitio, vel pars definitionis, sed solum in definitione ponitur vt deferens definitionem accidẽtis. ergo subiectum dici potest forma perficiens suorum accñtium, nec declarans. ergo licet subiectum ponatur in definitione sui proprij accidẽtis non tñ aliquo modo est eius forma.

Quod nõ sit cã vt agens. Restat nũc videre vtrum subiectum sit propriorum accidentium effectrix causa.

Disputatione 6. so. dubij. vi. Auerroes libro. d. d. contra Algazelẽ simpliciter ait nullum subiectum esse effectiuam causam suorum accñtium propriorum. Probauit aũt hanc eius opinionem assumẽs pro dignitate, ꝙ quicquid est per se causa alicuius, est per se causa cuiuslibet siue accidentis, siue substantiæ, quæ illum effectũ per se, ac necessario comitatur. Hoc argumento Auer. eo lib. mundum esse Dei effectum, & cœlum suæ animæ mouẽtis deducit. nam Deus est causa motus cœlestis, sine quo (vt putat) mundus esse non põt, ideo Deus erit causa mundi. Similiter cœlestis aĩa est causa cœlestis motus sine quo cœlum esse non põt, ideo cœlestis anima est effectiua causa cœli. Hæc quidem regula de materiali causa nõ valet, non.n. oportet, si aliquid est per materialis cã alicuius vt sit oĩum eorum materialis causa, quæ illud per se atq; necessario comitatur, cum mãlis causa effectum habeat aliunde, & non à se. At causa effectiua effectum quasi à se efficit: quare si effectiua cã erit aliqua alicuius effectus, erit oĩum eorum cã effectiua, quę illum effectum per se comitantur. Ex hac suppositione cõcluditur ꝙ subiectum non põt esse causa effectiua propriorum accidentium, quia tunc esset cã effectrix sui: q̃m quicquid est cã alicuius necessario comitantis, est cã eius quod necessario comitatur. quare subiectum erit cã sui.

Dubitatio contra rõnem. Sed hæc Auer. ratio dubia est, quia ex ea deducerẽ aĩam cœlestem esse suiipsius cãm effectiuam: si.n. quicquid est causa alicuius effectus, est effectrix cã eius, quod necessario illum effectum comitatur. igitur si cęlestis aĩa est causa motus cęlestis & cœli, sine quibus aĩa esse non põt secũdum Auer. ergo aĩa erit suiipsius effectrix cã, quod Auer. non concederet.

Defensio. Põt ergo dici, Auer. intelligere suã suppositionẽ, hoc pacto, oẽ quod est effectrix cã propriorum accidentiũ alicuius subiecti, est cã effectrix illius subiecti: cuius sunt accñtia illa propria. nec curauit probare hanc suppõnem eo lib. quia in auscultatorijs libris probauit eandem effectricem cãm esse subiecti & propriorũ accñtium, & econtra. Agens.n. quãtum dat de forma subiecti, tantum dat de proprijs subiecti accidentibus: & econtra, nõ.n. potest aliquod agens dare aliquid de proprijs accidẽtibus, quin det aliquid ẽt de subiecto, cum subiectũ, & propria accidẽtia eadem gñone generentur & eadem corruptione corrumpantur. Hoc ergo mõ intelligendo suppositionem, ratio Auer. non reducitur ad oppositum, quia mũdus & motus non sunt propria Dei accñtia, sed quia motus est propriũ accñs mundi, & cœlestium corporũ, sequitur ꝙ si Deus sit effectrix causa motus, erit effectrix cã subiecti eius: & ita erit cã mundi. Similiter si cœlestis aĩa est effectrix cã cęlestis motus: & illud est proprium accñs cœlestis corporis, ergo erit effectrix cã cęlestis corporis, q̃a vero motus nõ est propriũ accñs Dei, nec cęlestis motus propriũ accidens aĩæ, ideo non sequit̃ vt Deus sit cã sui, vel aĩa sit cã sui,

Ad propositũ arg. nunc sit. q̃a vero propria accñtia alicuius subiecti, sunt propria accñtia illius, si ipsum subiectũ erit cã illorum, subiectum erit cã sui effectrix: quod est absurdũ. Ex hac rõne patet subiectũ non posse esse cãm effectiuã suorũ propriorũ accidẽtium.

2. Ratio. Præterea, vt ẽt argumentat̃ Auer. subiectũ non est effectrix cã suæ propriæ formæ. ergo nec eorum accñtium, q̃ comitant̃ necessario illã formam. Illa.n. non fiunt nisi mediante forma. Quare si subiectũ non efficit formã propriam, nec accñtia efficere poterit, q̃ fiunt mediãte illa forma.

3. Ratio. An idem in actu & in potentia suppositio. In speciali probo aĩam non posse esse cãm effectricem suarum potentiarũ, & quidem demõstratiue. Vbi debes scire idem non posse esse in actu, & in potentia ſm Auer. nisi fuerit cõpositum ex forma & mã. Cum.n. aliqđ fuerit cõpositum ex mã & forma, rõne formæ potest esse in actu virtuali siue productiuo, rõne materiæ põt esse in potẽtia formali siue receptiua, aut nisi fuerit forma in materia, q̃a si fuerit forma in mã, potest esse in actu & in potentia: rõne.n. qua forma est, erit in actu, rõne autẽ qua in mã, erit in potentia. Sic igit̃ patet nihil posse esse in actu & in potẽtia, nisi sit cõpositum, aut forma, in mã. Si.n. simplex actus põt esse in actu & in potentia, nulla via posset deduci Deum esse immobilem, quia semper dicerẽ eum esse mobilem, q̃a est in actu & in potentia. Ex hac suppositione deduco aĩam non esse effectiuam cãm suarum potentiarum

tentiarum aptitudinaliter acceptarum, quia istæ fluunt ab anima, quo aĩa non est in materia: sed quo aĩa est anima, ergo ad illa non potest esse nisi aut actus aut subiectum: & cum non sit ad illas actus, ergo est subiectũ. Sic igitur patet nullum subiectum esse causam effectiuã suorum propriorum accidentium, nec animam suarum potentiarum.

Quod sit causa vt materia. Erit ergo anima suarum potẽtiarum causa vt materia in qua, q̃a licet potentiæ qualitatiuæ sumptæ insint aĩato mediãte aĩa, ita vt aĩa & corpus simul sint mã illarum, potentię tñ aptitudinaliter sumptę insunt soli aĩę, & animato mediãte anima: & sic aĩa causa illarum erit, vt materia in qua, & subiectum, verum si aliquod compositũ habeat propria accñtia, illud cum forma erit causa.vt materia illorũ, quia vt Aristo. inquit, materia cum forma causa est eorum, quæ fiunt vt mr̃, vt primo physicæ auscultationis inquit. *Quod sit causa vt finis.* Præterea aĩa est suarum potentiarũ, vt finis cuius gratia. nam potẽtię sunt propter operationes animæ, operationes vero sunt propter aĩam quatenus aĩa diuino esse participat. ergo finaliter sunt aĩæ gratia. *Quod idẽ finis & materia.* Simili mõ & propria accñtia cuiusuis subti sunt gratia subiecti, qua rõne fit, vt idem possit esse mã in qua & finis gratia cuius eiusdẽ: aĩa.n.est mã in qua suarum potẽtiarum, & finis cuius gratia illarũ, non aũt idem potest esse materia ex qua, & finis eiusdem rei. Ex his patet in quot generibus cãrum potentię fluãt ab essentia aĩæ, cum.n.non possint fluere in gñe causæ formalis, nec effectiuæ, relinquit̃ eas fluere, in gñe causæ materialis & finalis. Patet ergo potentias fluere ab essentia aĩæ, quia ab ea dependent dupliciter. Patet.2.ꝙ aptitudinales aĩæ potẽtiæ vt ab agente, fluũt ab efficiente animam ẽm Auer. Hæc pro dilucidatione. *Ad argumẽta.* Tunc ad rationes alterius opinionis. Ad primam dicendum ꝙ propria accñtia fluunt ab agente mediante aĩa siue forma, non tanq̃ causa media, sed tanq̃ effectu medio, q̃a agens vnica productione producit formã, & accñtia ordine quodam. Ad secundam dicendum, ꝙ causa mere passiua alicuius effectus est duplex, quædã quæ est simpliciter in actu, & ẽm quid in potentia, & hæc non semper est contradictionis, vt patet de cœlo respectu sui motus. Altero vero, quæ est simpliciter in potentia, & ẽm quid in actu, & hæc est semper contradictionis. Tunc patet solutio, aĩa respectu suarum potentiarum, & subiectum respectu suorum propriorũ accidentiam est potentia mere passiua: quæ est ens simpliciter in actu, & ẽm quid in potentia: ideo non est contradictionis. Ad tertiam superius diximus quid sit medium in demonstratione, nunc dicimus ꝙ dato ꝙ medium esset definitio subiecti, dico ꝙ definitio subiecti est causa formalis non accidentis, quod demõstratur: sed subiecti de quo demonstratur: definitio enim subiecti est, aut forma subiecti, aut ratio sumpta à forma. & sic est causa formalis subiecti nõ quæsiti, siue accidentis. Quomodo vero aliæ causæ ponuntur esse media, primo huius, & secundo Poster. diximus, possunt enim esse media, vt sunt causales definitiones accidentis: quod quæritur.

ARGYR. *Perspicuum igitur est: vnam animæ rationem esse perinde atq; figuræ, neq;.n.ibi figura vlla præter triangulũ est et eas quæ deinceps sunt collocatæ: neq; hic aĩa vlla præter eas quas diximus. At vti in figuris vna cõis ratio fieri põt, quæ cunctis quidem figuris accõmodabitur, nullius aũt erit figuræ propria rõ, sic & in aĩabus dictis fieri põt. Quapropter ridiculũ est, & in his & in cæteris rebus cõem quærere rationem, quæ quidẽ nullius eorum quæ sunt erit propria rõ, nec in propria cuiquàm accõmodabitur & indiuidua specie, rationem eam omittentes diffinitionemúe quæ cuilibet hoc pacto competere accommodariq; potest.*

Tex.cõm.30. Manifestum igitur est, quoniam eodem modo vna vtique erit ratio & aĩæ & figuræ. Neq;.n.ibi figura est præter triangulum, & quæ consequenter sunt: neque hic aĩa præter prædictas est. Fiet aũt vtiq; & in figuris ratio cõis, quæ conuenit quidem oĩbus, propria aũt nullius erit figuræ, similiter & in dictis aĩabus. Vnde ridiculũ est quærere cõem rationẽ, & in his, & in alijs, quæ nullius erit eorũ quæ sunt, propria ratio, neq; ẽm propriam, & indiuiduam speciem, dimittentes huiusmodi.

COLLEC. Tex.cõm.30. Mouit Aris.qõnem difficilem vtrum aĩæ diffinitio sit sicut animalis, an ẽm vnumquodq; altera, vt patet in primo huius. & hoc propter Plat. qui voluit animę diffinitionem esse ideę aĩæ in cõi, nullius tñ esse speciei animę sensibilis, est ergo necessitas capituli mõ amouere pc̃tm̃ Plat. ex dictis proprijs, & magis hoc in loco, quoniã sol.q.dictę eget enumeratione potentiarum, quibus gradus constituuntur animatorum, vt dixi. Debes ergo scire, quemadmodum Platonis sententia est in Parmenide de vno omniũ rerum principio, & quemadmodum Arist. ei imponit primo Ethicorum, *Cap.7.* ꝙ Plato in essentialiter ordinatis idæas nõ posuit, inquit.n.sic Arist. ibi § Ferentes autẽ opinionem hanc non faciebant idæas: in q̃bus prius & posterius dicebant, propter quod neque numerorum idæam cõstituebant. § Quia ergo Plato in essentialiter ordinatis, sicut in figuris & numeris, idæas non posuit, ideo Arist. mirabili arte ex cõcessis ab eo nũc arguit eum, & syllogismus eius componitur sic, sicut rõ & diffinitio figurę ad figuras, sic animæ ad species animæ. Hanc maiorem apponit. d. Manifestum igitur est, quoniam eodem modo vna vtiq; erit ratio animę, & figuræ. i. ꝙ eodem modo est aĩæ ratio ad aĩas, quo figurę ad figuras, hoc autem declarat. neq;.n.ibi figura præter triangulum; & figuras quæ consequenter sunt, neque hic anima præter prædictas est. Tunc accipit minorem. d. fiet autem vtique & in figuris ratio communis, quæ conuenit quidem omnibus, proprie autem nulli erit figurę, idest sed figuræ datur communis diffinitio, quæ non erit specifica alicui. Tunc apponit conclusionem. d. similiter, & in dictis animabus. Vnde ridiculum, § cum ostendit rationem animæ esse communem, absoluit.q. deridẽdo Platonem. d. Vnde nos dimittentes huiusmodi. s. communẽ, ridiculum est quærere communem rationem in his, & in alteris. s. rebus physicis, quæ nullius erit eorũ, quæ sunt sub illo, propria ratio, neque secundum propriam, & indiuiduam speciem. Ecce quomodo in duobus peccauit Plato. Primo quia dat cõem rationem, q̃ nulli istorum accõmodatur. Secundo q̃a hmõi sensibilia dimisit, nõ assignans eorum rõnem, sed ideæ eorum. & hic ridiculum ait, vt Simpl. addit.

Cõm 30. CVM genera. Proponit intentionem. d. cum genera accepta in diffinitionibus, aut sunt vniuoca, vt animal in diffinitione hominis, aut dicta multipliciter, idest analogice, vt ens & potentia, & actus. Incepit declarare cuiusmodi sit genus acceptum in diffinitione. Et hic patet primo qualiter non incusare vult Platonem. Secundo qualiter ens &c. est analogum contra quosdam, de quo alias.

Dicamus § Nunc transit ad syllogismum primo accipiẽs maiorem, & inquit. dicamus ꝙ manifestum est exemplo, ꝙ id quod dat diffinitio animæ vniuersalis ex intentione cõi omnibus partibus aĩæ, est simile illi quod dat diffinitio figuræ vl̃is omnibus figuris. Manifestum est.n. § quasi apponit consimilitudinem. d. manifestũ est.n. per se, ꝙ nulla perfectio est alicuius partis animæ extra perfectionem vl̃em quam accepimus in diffinitione omnium virtutum: & si.i. dato ꝙ istæ virtutes sint diuersæ in intentione propria vnicuiq; earum, ita non est hic figura aliqua extra diffinitionem figuræ vniuersalis licet figuræ differunt adinuicem in terminis. i. rationibus proprijs, quædã.n.est rotunda, q̃dam recta, quædam composita ex vtroque, & sic patet similitudo animæ ad figuram. Et hoc. § Ondit quasi confirmans & amplius similitudinem. d. & hic exemplum est valde simile diffinitioni animæ, nõ.n.est ex diffinitionibus æquiuocorum noĩum: q̃m si ita esset, tunc geometria esset sophistica: quod deducitur, q̃m quod est principium vnius demr̃onis. s. posterioris, est conclusio prioris. ergo si diffinitio geometrica esset æquiuoca, mediũ esset ęquiuocum, & per ɋ̃ns syllogismus omnis geometriæ esset ęquiuocus: Neq; § ostendit quomodo anima, & ea quæ ponuntur in diffinitione animæ non sunt pure vniuoca. d. neque est ex generibus, quę dñr vniuocę, q̃m si ita esset, tunc necesse esset vt alterum duorum foret, aut vt sit hic vna virtus in diffinitione, & in nõie, in qua cõmunicent oẽs virtutes quas

numerauimus, quemadmodum modi aialium, i. species animalium cõueniunt in diffinitione animalis simplicis, vult dicere si essent vniuoca, vel essent vniuoca vniuocatione gñica, quemadmodum anima est, vnde necesse est, vt oẽs virtutes animæ sint eadẽ in diffinitione, & essentia, vel essent vniuoca ꝑm specificam vniuocationem. Est ergo sensus, ꝙ aiæ diffinitio, sic vniuoca foret, vel vniuocatione generica, vel specifica, quorum quodlibet relinquit tanq̃ manifeste falsum. Et cum. § vult accipere modo vim minoris. Et primo proponit intentionẽ suam. secunda ibi. § Et ista § prosequitur. Prima pars patet. In secunda adhuc tria facit. Primo accepit minorem. secunda ibi § Sic possibile est vt iste. § vim conclusionis infert. tertia ibi § Et propter hic quod diximus, § remouet quasi corollarie id: quod posset homo dicere. Duæ primæ partes patent ex commentatione literæ. Circa tertiã debes scire, ꝙ vniuocũ est duplex quoddam genericum, & quoddam specificum. vult igitur in sententia Auer. ꝙ diffinitio animę debet esse cõis & vna, non quidem vniuoca primo, vel secundo mõ: sed modo, quo eam dedimus: qui. n. quærit aliter q̃ dedimus animæ diffinitionem, quærit impossibile, & sermo eius patet.

An definitio aiæ sit analoga

Conclusit ergo Auer. ꝙ aiæ diffinitio est analoga. Ideo dubitant an analoga, an equoca, an vniuoca, & dicunt quidam ꝙ analoga est, videlicet, analogia perfecti ad imperfectum, qualis albi ad nigrum, vt Arist. in. 10. meta. inquit; & Auer. Hoc autẽ & ratione testantur, omne. n. vniuocum est in eis, quorum vnum causa existit reliqui. modo nec vegetatiua causa est sensitiuæ, nec econtra. ergo ibi non est analogia causæ ad causatũ. ergo perfecti ad imperfectum.

Cõm. 7.

Sed hoc falsum est; analogia. n. perfecti ad imperfectum vniuocationem gñicam non tollit, vt Auer. inquit in. 12. meta. Modo declarauit in cõm. Auer. diffinitionem hanc neq; esse vniuocãm specifice, neq; gñice. Ideo sciendum aliquod esse cãm alterius, posse dupliciter intelligi. Vno modo ꝑm esse, quãdo. s. vnum virtute sua cãt alterum, quẽadmodũ sol plantã. Secundo modo ꝑm operationẽ quemadmodũ sensitiuum causa est vegetatiui, non. n. quia id faciat, sed q̃m operationes eius agere põt, est ergo hic analogia causæ ad causatum ꝑm opus. diffinitio ergo aiæ analoga est ꝑm opus, q̃m posterior semper in virtute concludit primam, pro quanto operari põt operatione primæ.

Commen. 2.

COMMENTARIVM.

NEQVE Them. neq; Simpl. neq; Auer. hæc q̃ Arist. hic dicit, in veteres retulerunt, sed q̃m nonnulli dixerunt animæ definitionem cõem sufficere pro ꝑfecta animæ cognitione: asserentes definitionem atq; cognitionem speciei nihil ad generis cognitionem conferre particularem atq; propriam definitionem neglexerunt. Alij ãt, quorum est Alexan. arbitrantes animam esse æquiuocum dixerunt cõem animæ definitionem assignari nõ posse, sed omnem animæ definitionem esse specierum. & cõe tale cognosci nõ posse sine cognitione specierum, imo dixerũt tale commune cognosci nõ posse nisi definitionibus specierum, & sic aĩam definierunt definitionibus suarũ specierum: siquidem æquiuocum nãm habeat nullam præter eius species. Hi ergo negligunt cõem, arbitrantes propriam sufficere. Cõtra ergo vtrosq; hos Ari. obijcit ꝑm expositores, primo ostendẽs definitionem cõem nõ sufficere pro animæ perfecta cognitione. Secundo obijcit contra alios, ostẽdens neq; propriam sufficere: ita (vt ex his deducat) vtrãq; necessariam esse pro perfecta animæ cognitione. Sed hæc expositio nõ potest verbis Aris. aliquo pacto accõmodari, vt legenti verba patet. Præterea Aris. aculeata verba profere nõ consueuit, nisi aduersus antiquorum aliquem, & potissimum cõtra Platonem, nam cũ dixisset esse ridiculum, verbũ hoc aculeatũ non temere protulit. Quare, pace tantorum virorum dixerim, hęc in Platonem, & Pythagoram eũ protulisse arbitror. nam cũ mouisset primo huius quæstionem vtrum animæ definitio sit quærenda de idæa animarum, Platonem respondisse induxit. qui voluit communem animæ definitionem esse assignandam de idæa: quia credidit illi seorsum competere, & nulli alteri specierum. Pythagoras vero dixit vnam esse omnium animam secundum speciem, vt humanam, quæ quatenus diuersa corpora ingreditur, diuersimode dicitur, specie tñ vna est, huius. n. tantum præcedit esse quęrendam definitionem, quia sic omnium quæritur. Obijcit ergo Arist. aduersus eos, & primo quidem contra Platonem, sic syllogizãs, sicut se habet communis figura ad figuras, ita cõis anima ad animas, sed cõmuni figuræ assignatur vna communis definitio, q̃ competit omnibus speciebus figuræ, ergo cõi animæ assignari debet vna cõis ratio, quæ competat oĩbus animabus. Primo ergo sumit maiorem, & inquit. Manifestum igitur est sup. ex dictis, q̃m eodem modo vna vtiq; erit ratio & animæ & figuræ. Hæc maior probata est ex his quę diximus. nã dictum est animas ipsas esse ordinatas, vt sunt ordinatæ figuræ: & quia probata fuit hæc maior. Ideo ponit eam per notam § igitur § denotãs ex dictis patere, non cõtentus tamen ea probatione. q̃ ex dictis patuit; Probat hanc maiorem, & inquit. Neq;. n. ibi in figuris figura est ꝑter triangulum, & eas species figuræ, quę sunt ꝑnter ad triãgulum, neq; hic in aĩabus est anima præter prædictas species: sunt. n. ordinatæ animæ vt figuræ. Hæc est maior, & eius probatio. Tunc assignat minorem, & inquit. Fiet autem vtiq; & in figuris ratio cõis, quæ cõuenit quidem oĩbus speciebus eius, Secũdum Platonem. n. in Parmenide numerorũ & figurarum, & eorum q̃ essentialiter ordinantur, non datur idæa præter species ordinatas. Dat conclusionẽ. q. d. ergo & in dictis animabus erit rõ cõis, quæ conuenit omnibus speciebus eius. Tunc ex his infert rñsionem Plat. quã primo huius assignauit esse ridiculã. Vbi voluit ideæ animarum esse definitionem assignandam, & inquit. Vnde ridiculũ est querere cõem rationem, & in his & alijs. s. rebus nãlibus, quæ sit ideæ, & nullius eorum quę sunt, propria ratio, vt Plato quæsiuit. Hęc in Plat. In Pythagoricos vero, dicit. Neq; ꝑm propriam & indiuiduã speciem alij sup. recte assignauerunt definitionem, dimittẽtes hmõi. s. cõem. vt Pythagorici fecerunt. Quo vero ad verba attinet, in verbis Arist. inter aĩam, & figuram duæ similitudines colliguntur. Prima quidem est figurę ad animã. Secunda definitionis figuræ ad definitionem animæ. Figuræ quidẽ ad animam, quia sicut præter circulum, triangulum, quadrangulum, & cęteras, quę naturali numerorum serie deinceps sequũtur particulares figuras nulla est figura separata (q̃cunq;. n. datur sub aliqua datarum specierum continetur) ita ꝑter animas superius nominatas, nulla penitus est anima separata quasi idæa, quæ non sit aut vegetatiua, aut sensitiua: aut intellectiua. Definitionis vero figuræ ad definitionem animæ, quia sicut datur definitio figuræ, videlicet, quæ termino vel terminis clauditur, omnibus conueniẽs particularibus figuris, vt circulo triãgulo, nulli tamen particulari figuræ, propria: non enim quia conuenit circulo, non conuenit triangulo, neque quia conuenit triangulo, non conuenit quadrangulo, ita data est communis animę definitio conueniens omnibus animæ speciebus, nulli tamen propria solum conueniens. Hæ igitur sunt duæ similitudines, quæ colligi possunt ex verbis Aristot. Fortasse etiam animaduerte hæc omnia solum in Plato. esse prolata, & non in Pythagoricos, & propterea lege aliter finẽ textus. Vnde ridiculũ est nos dimittentes hmõi rationem cõem, competentem omnibus speciebus animę, & ipsi cõi animæ, quærere cõem rationem, & in his animabus, & in alijs rebus naturalibus, quę neq; sit propria ratio alicuius eorum quæ sunt sub ipsa anima, neq; sit secundũ indiuiduã speciem animæ. Plato. n. posuit definitionem animæ propriam ideæ animarum, quæ nec est rõ alicuius speciei animæ, nec est ratio ꝑm indiuiduam speciem animæ, qualis esset humana aĩa. Definitio. n. quã Plato assignauit, de idæa animarum, voluit illam nec esse alicuius speciei, nec esse ꝑm aĩam humanam propriam. Hoc modo legendo, solum in Plat. verba hæc prolata sunt, & hoc pacto in collectaneis legimus. Sed occurres. Arist. hæc voluit esse potentias. nunc dicit esse animas. Præterea animæ sunt tantum tres, sed hæ potentiæ quinq; sunt, vt numerauit. Them. ergo non sunt animæ. Dicendum ꝙ tres sunt potẽtiæ, quæ cum solitarie insunt, animę sunt, vegetatiuum, sensitiuum, & intellectiuũ. Cum vero plures insunt, ꝑfectior est aĩa, vt dictum est. cæteræ vero potentiæ sunt aiæ. Et licet Arist. appel-

Qualis ex põ.

Tex. cõm. 8.

Syllogismus.

Tex. cõm. 8.

Duæ similitudines.

Alia expõ.

Dubitatio.

appellauit illa quinq; potentias,tamen illa tria dixit aliqñ potentias: aliquando animas: non ꝙ idem sit nunc anima, nunc potentia,sed idem nomine aliquando est potentia, aliquando substantia,vt superius dictum est.

ARGYR.

At vero quemadmodum in figuris,et sic et in anima fit. nam tam in figuris quàm in animantibus,in eo quod deinceps est collocatum, id inest potentia quod illo est prius. in quadrato nanque triangulus, & in sensitiuo vegetatiuum inest, vt patet. Quapropter in singulis quærendū est,quænam sit cuiusq; anima. vt quænam sit anima plantæ,quæ bestiæ, quæ denique hominis. Quam autem ob causam deinceps sic sese habent: considerare oportet. Sensitiuum nanq; sine vegetatiuo non est: at à sensitiuo vegetatiuū in plantis seiūgitur. Rursus sine tactu nullius cæterorū sensuum est.at ipse tactus sine cæteris est. complura nanq; sunt animalium, quæ neq; visum,neque auditum,neq; sensum habent odoris.

Tex.cōm.31.

Similiter autem se habent ei: quod de figuris est,et quæ secundum animam sunt. Semper enim in eo quod est consequenter, est in potētia, quod prius est,& in figuris,& in animatis,vt in tetragono quidem trigonum est,in sensitiuo autem vegetatiuum. Quare est secundum vnumquodque quærendum, quæ vniuscuiusque anima sit, vt quæ plantæ, & quæ hominis,aut bestiæ. Propter quam autem causam.quæ consequenter sunt, sic se habent, considerandum est. Sine quidem.n.vegetatiuo sensitiuum non est. A sensitiuo autem separatur vegetatiuum in plantis.Iterum autem sine quidem tactiuo aliorum sensuum nullius est.Tactus autem sine alijs est.Multa.n.animalium neque visum,neque auditum habent,neque omnino odoris sensum.

COLLEC. Tex.cōm.31.

Videtur mihi ꝙ hic Arist. syllogizat actionē diffinitionis proprie in hūc modum,eorū quorum prius est in ꝯnte, ꝭm vnumquodq; quærenda est propria diffinitio, sed animæ sunt eorum,quorum prius est in consequēte. ergo animarum secundum vnamquāq; quærenda est diffinitio. Huius primo accipit minorem,& inquit. Et quæ secundum animatum sunt similiter se habent ei, quod est in figuris, quod exponit, semper.n.in eo quod est consequenter: est in potentia quod prius est in figuris,& animatis.Dixit§in potentia§quoniam(vt Simpl.inquit)non eodem modo est in se,& in altero:vegetatiuum.n.in se actu est:in sensitiuo autem virtute,& potentia,immo(vt Simpl.ait)perfectiori modo. Dixit §in figuris,& aīatis§ quia hoc non est vniuersaliter verum,substantia.n.prior est accidentibus, non tamen substātia in potētia est in accidentibus, sed potius econuerso. Tunc exemplum ait. d. vt in tetragono trigonum est,in sensitiuo aūt vegetatiuū. Tunc accipit conclusionem.d.Quare est ꝭm vnumquodq; q̄rendum,q̄ est vniuscuiusq; animæ definitio,vt quæ plantæ,& quæ hominis,& quæ bestiæ,& accepit tres animæ species,quoniam (vt superius dixit) tres sunt tātum animæ,quatuorq; gradus animatorum,quinq; autem eorum potētiæ. Propter quā autem§Quia minor hæc latet,excusans se ait. Propter quam autem causam consequenter sic se habeant, considerādum est sup.in post. Sine quidem.n.§ Hic non reddit causam cur sic habeant,quia non se remisisset ad tempus,sed explicat quæstionis ambiguitatem.q.d.hoc inquā indiget, post consideratione enim pro quoniam sine quidem vegetatiuo,sensitiuum non est,à sensitiuo autem separatur vegetatiuum in plantis. Iterum autem sine quidem eo,quod potest tangere,quod est de numero aliorum sensuum,neque vnus est,idest nullus alius est sensus. tactus autē sine alijs est. multa enim animalium, neque visum, neque auditum habent,neque odoratus sensum.

Cōm.31.

CVM declarauit.Debes scire,ꝙ secundum expositionem Auer.& Alber. oportet dicere ꝙ hic Arist.non syllogizat,sed complet syllogismum præcedentem.Erat.n.maior primi hæc,sicut ratio figuræ se habet ad figuras, sic aīæ ratio ad animas,& iam non multum maior declarata fuit: ideo egebat maiori declaratione, quam apponit nunc, & inquit,vt dictum est in expositione. Debes autem scire ꝙ tribus similitudinibus similia sunt: quoniam quemadmodum figuræ ordinatæ sunt secundum prius & posterius,sic & animæ. Secundo quemadmodum prima figura est alteri dispositio essendi,sic & prima anima:embryo.n.prius viuit vita plātæ,& quasi dispositio est ad animalis vitam: secundo vitalis anima est,quasi præparatio ad hominis vitā. & tertio vita hominis. Tertio,quemadmodum in figuris prima continetur potestate in secunda, & secunda in tertia,sic & in accidētibus,vt in expositione dictum est.duobus præ acceptis modis similitudinis in primo textu,nunc accipit & tertium. proponit ergo Auer. intentionē & patet. Et dispositio in rebus. Hic explicat illum tertiū modum: & duo facit. Primo hoc. secunda ibi §Et iste locus§ Remouet.q.adhuc in prima.Prima exponit illum tertium modum. secunda ibi. §Cum declaratum est. § Concludit naturam diffinitionis animæ,& quomodo debet dari. tertia ibi §Et oportet perscrutari. § Etiam excusat se à q̄one quadam: & omnes istæ tres partes manifestæ sunt per se ex textus declaratione,nec aliquid dicit noui. Et iste locus.§Mouet.q.Arist.n.ait in arabica trāslatione. Multa.n. viua non habent visum,neque auditum,neque odoratum, neque alium sensum: & tamen habent tactū. Ecce ꝙ vult ꝙ non vbicunque tactus insit, & gustus. Ideo mouet.q.d. Et iste locus indiget cōsideratione. æstimatur.n.ꝙ gustus est vnus modorum tactus, secundum ꝙ dixit superius: & tunc per hoc vult habere contradictionem Aristo. Sed si aliquod.§Arguit ad alteram partem, ostendens ꝙ nō vbi est tactus, inest & gustus.d.sed si aliquod animal nutritur ex rebus sapore carentibus: tunc gustus animalis non erit nisi secundum calidum &c. idest tunc solum tactum habebit,qui æquiuoce dicetur gustus. Aut intēdit.§ Soluit.q. & videtur dare duas solutiones. Prima est,ꝙ tactus capitur dupliciter. vno modo pro potentia perceptiua saporis realiter diuersi à qualitatibus primis, & sic gustus distinguitur realiter à tactu: & hoc modo loquitur in textu isto. Secundo potest capi pro potentia perceptiua modi tangibilis: & sic non distinguitur realiter à tactu,quemadmodum nec gustabile hoc modo à tangibili. Respōdit ergo ad formam.d.Aut intendit cū dixit, neq; alium sensum .i.ꝙ alius sensus non distinguitur in vltimo.i.distinctione .s.reali.i.in fine distinctionis, à sensu tactus: secundum ꝙ inuenitur in aīalibus perfectis.Est ergo r̄nsio, ꝙ caret gustu distincto realiter à tactu,& hoc ait.d.Et vr̄ opinādum est. ꝙ si animal habet sensum tactus,& nutritur à suis radicibus,sicut plantæ nutriuntur,vt dicitur de spōgia maris. Istud animal habet sensum tact⁹ sine gustu sup. perfecto.

Et forte.§ Dat secundam solutionem ꝭm quosdam, sed non est verum,neq; potest satis intelligi.ideo videtur ꝙ dicat Aris. intelligere de aīali perfecto habente os.ait ergo & forte in litera innuit tales modos animaliū.s.perfectorum in litera illa§neq; alium sensum.§Omne.n.aīal habēs os,habet aliquē gustum sup.ꝭm rem diuersum à tactu. est ergo vna sol. ꝙ Ari.loquitur in aīali perfecto,& de tactu, & gustu perfectis. Ambigunt latini propter quid forma posterior potest quicquid prior,& non ecōtra. Soluit Albertus propter tres causas.Prima propter ordinem essentialem. Secūda propter vicinitatē posterioris ad primam cām. Tertia propter Simpl. & abstractius esse quod est in posteriori. Sed nulla istarum vr̄ efficax. Prima non, q̄m inter substantiam & accidens essentialis ordo est:& tñ accidens,quod posterius est,non potest quicquid substantia. Secunda etiam q̄m eo dato: tunc quicquid posset intelligentia solis,posset & illa Saturni,& per consequens quēadmodum sufficit vnica aīa in toto viuo: ita vnica intelligentia in toto cœlo. Tertia minime:q̄m tunc intelľs cœlorum posset & sentire,& vegetare &c. q̄m prima formarum vegetatiua est,secunda sensitiua, tertia rationalis: & quarta separata.Est.n.isto ordo ꝯñter entium,vt Albertus etiam confitetur in lib.de origine animæ,& alibi. Pōt ergo vna tantum assignari causa: q̄m ibi est ordo essentialis qualis inter potentiam & actū:posterior.n.est primi: quod non sic in accidente,& sub̄a.non sic in intelligentijs: non sic in

Dubitatio.

sic in rationali,& motore cœli: quia igit rationalis in homine actus est,& omnes aliæ tanq̃ potentię,ideo & virtus primæ saluatur in secunda,& secundæ in tertia.

COMMENTARIVM.

ISTE textus ab Auerroe est male diuisus. Propterea nos hoc modo reducemus ipsum ad formã,q cum Aristo. accepit illam maiorem,s.q sicut se habet cõis figura ad figuras: ita cõis aïa ad animas,& declarauit figuræ ad aïam duas similitudines,alterã quidem figuræ ad animam: alteram definitionis figuræ ad definitionem animæ; nunc declarat tertiam similitudinem,quæ est specierum figuræ ad species aïæ,& vult q sicut in figuris rectilineis,quę numero denominantur,semper prior in posteriori clauditur, vt trigonus in tetragono,vt ternarius in quaternario, & trigonus & tetragonus in pentagono: vt tria & quatuor in quinq; & trigonus,& tetragonus, & pentagonus in hexagono,vt in sex inueniuntur tria,quatuor,& quinque:ita in animalibus semper prior clauditur in posteriori: vt vegetatiuum in sensitiuo,& vegetatiuum & sensitiuum in intellectiuo.Vnde dicit,& non modo inter animam & figuram sunt illæ duæ similitudines,sed similiter se habent ei,quod de figuris est,& quæ ꝯm animam sunt,cuius cãm explicat, & inquit.Semper.n.in eo quod consequenter est,tã in animatis q̃ in figuris,potẽtia est,quod prius est:vt in tetragono quidem trigonus est: in sensitiuo autem vegetatiuum.

Addit tamen Simpl.q licet trigonus sit in tetragono, & vegetatiuum in sensitiuo; non tamen eodem modo trigonus est in tetragono,& vegetatiuum in sensitiuo,quo illa sunt in se.Quando.n.illa sunt in se,actu sunt,vegetatiuum in sensitiuo,& trigonum in tetragono sunt potẽtia & non actu per se. Sed dubitatur,quia non videtur semper prius esse potẽtia in posteriori,nõ.n.substantia,quę prior est accidẽte,potẽtia est in illo. Respõdet Simpl. prius esse potẽtia in posteriori ordine eorum sumpto ab vno.Modo ordo substãtiæ & accidẽtium non sumitur ab vno. Sed hæc solutio licet esset vera in numeris,& figuris, quæ numero denominãtur: non tñ video quomodo in animatis ipsis ordo incipit ab vno. Melius ergo dicerem regulam Aristo. esse vniuersaliter veram,qñ ordo incipit ab imperfecto,& tẽdit ad perfectum.nam in tali ordine quod prius actu est in se potentia continetur in suo posteriori,sic & in figuris est.Semper.n.posterior ꝯm quid est priori perfectior,cum per additionẽ se habeat. Patet ergo similitudo figuræ ad aïam totam. Deinde sequuntur illa verba.§ Quare est ꝯm vnumquodq; quærendum§ & reliqua.In quibus postq̃ refutauit errorem Platonis Arist. quasi ex dictis (vt Simplicio placet) concludit q necessarium est ꝯm vnamquamq; aïam reddere propriam definitionem,& ita exequetur, ordine sumpto,à nutritiua,vt videbitur,vnde inquit. Quare secũdum vnumquodq; animatũ quærenda est vniuscuiusq; anima quæ sit,vt quæ plantæ,quæ hominis,aut quæ bestiæ.

Sed dices.Arist. dedit animæ definitionem propriam:ergo non bene concludit illam esse quærendam secundum vnumquodq;. Potest dici vno modo q definitio assignata,si legatur disiunctiue,est communis:dicitur tamen propria pro quanto datur per definitiones specierum. Sin autem legatur copulatiue, illa non est assignata nisi de vna anima,s.humana. at nunc est vnaquæq; anima per se definienda. Deinde sequuntur per illa verba § propter quam autem causam, § Vbi (quia Aristoteles superius promisit se dare causam propter quam nonnullæ vitalium facultatum seorsum ab alijs consistunt, aliæ vero non sine illis.) nunc vult causam huius rei assignare, & primo enumerat hos ordines,& assignat tres,animarum, sensuum, & sensitiuorum: & dicit, Propter quam autem causam,quę consequenter sunt,sic se habent, considerandum est, exponit ea quę consequenter sunt esse tria,nam consequenter sunt animæ,consequenter sunt sensus,& consequẽter sunt gradus sensitiuorum. Animas consequenter se habere primo assignat. & dicit. Sine quidẽ enim vegetatiuo sensitiuum non est,à sensitiuo autem in plantis vegetatiuum separatur,hic est primus ordo, qui animarum est: cuius causam postea assignabit. Secundo assignat sensus consequenter se habere,& dicit, Iterum autẽ sine quidem tactiuo aliorum sensuum nullus est:tactus autem sine alijs,quia(vt inquit) multa animalia neq; visum,neq; auditum habẽt, neque penitus odoris sensum,vt spongia & id genus: quæ tamen tactum habent.Hic secũdus est ordo,de quo cãm postea assignabit. Auer. in hoc cõm. disputat supra verbis Aris.vtrum omne aïal habeat gustum: quæ disputatio est frustra,cum illa verba,quæ in arabica translatione,ponuntur, sint male translata,nec in græco codice legantur.

Dubitatio. *Simplic. Solutio.* *Refutatio.* *Dubitatio* *Solutio.*

ARGYR. *Et eorum rursus quæ sentiunt,quædam habent loco motiuum,quædã non habent. extrema aũt atq; minima,rõnem habent & mentẽ.quibus.n.mortaliũ inest rõ,his sunt continuo & cætera cũcta.at quibus vnũquodq; illorum inest:hisce non omnibus inest et rõ.sed quædã imaginatione vacat: quædam hac sola viuunt. De intellectu vero contemplatiuo alia ratio est. Quæ cum ita sint: patet horum cuiusque rationem,animæ maxime propriam rationem esse.*

Tex.cõm.31. Et sensitiuorum alia quidem habent secundum locum motiuum,alia vero non habent, vltimum autem minimũ,logismum,& dianoeam. Quibus quidem.n. inest logismus corruptibilium,his & reliqua oïa, quibus ãt illorum vnumquodq;, non oĩbus logismus. Sed aliqua quidem sunt,quibus neq; imaginatio inest, aliqua aũt hac sola viuunt.De speculatiuo aũt intellectu, alia ratio est. Quod igitur de horum vnoquoq; ratio, hæc sit propriissima,& de anima,manifestum est.

Theoretico Contẽplatiuo

COLLEC. *Tex.cõm.31.* Subdiuidit gradum sensitiuorum,& inqt. Et sensitiuorum autem alia quidem habẽt ꝯm locum motiuum.i.progressum,vt animalia perfecta: alia vero non habent,vt imperfecta,vltimum autẽ & minimum habet rationem & intellectum.Est ergo diuisio in membra sic,sensitiuorum q̃dam habent progressum,quædam non.eorum,quæ habent progressum,quædam habent cum hoc rationem,& hoc est vltimum & minimum, est.n.vltimum ꝯm Them. & Auer. ortu: homo.n.animalium vltimum est, ad quod pertingit natura,quædam sup. carent ratione, sed habent loco eius imaginationem,vt dicetur: tunc ordinem horũ designans ait.Quibus enim de numero corruptibilium: inest ratiocinatio,his & reliqua omnia, quibus autem illorũ vnumquodq;, non omnibus ratio: sed quibusdam quidem neq; imaginatio. Alia autem hac.s.imaginatione sola,viuunt.i. reguntur, tunc quodammodo se excusat & inquit. De speculatiuo autem intellectu altera ratio est,sup. quia nõ est opus naturæ:cum sit immortalis & immistus,& quasi recapitulans inquit. Quod quidem igitur hæc ratio propriissima sit de vnoquoq; horum: & de anima manifestũ. Commentum.32. patet. Debes scire q intellectus secundum græcos potest dupliciter capi. Vno modo pro virtute rationali particulariter, & indiuisibiliter, & sic constituit vltimum gradum animatorum: & propter hoc dixit hominem esse vltimum,& minimum: vltimum quidem ortu: minimum quidem: quoniam omnium animalium homo regula est, & mensura: eo enim aliquod animalium altero perfectius est: quia homini appropinquat: vt pygmęus & simia eo vilius: quia ab homine remouetur; vt ostrea, & spongia maris. & quia regula & mensura vult esse minima, & quasi indiuisibilis: vt. 10. tradetur metaph. Inde homo est animalium minimum & non minimum, quia paucorum indiuiduorum, vt Albertus ait. Fenix autem animal vnius tantum existit indiuidui. Secundo modo potest capi intellectus pro ratione speculatiua vniuersaliter & abstractę qua homo potest coniungi suis principijs æternis: & sic de eo ait esse alteram rationem. Et sic patet textus concordia.

COMMENTARIVM.

TERTIVS ordo est graduũ sensitiuorum, nam sensitiuorum (vt inquit) alia quidem habẽt locum motiuum, vt animalia,quæ gradiunt. Alia vero non habent,vt spongia, & id genus. Ergo sensitiuorum prima sunt quæ sensum habent,motum ꝯm locum nõ hñt,vt imperfecta.Secunda sunt,quæ sensum,& ꝯm locum motiuũ hñt,vt perfectiora. Sed

Prima expõ. Sed sensitiuorum id, quod est vltimum, & minimum vltra sensitiuũ, & motiuum habet logismũ & dianoeam. Quidam per vltimum & minimum intellexerunt intellectum, nam intellectus est vltimũ & minimum, & habet logismũ, & dianoeam. Quod quidem intellect⁹ habeat logismum & dianoeam, patet, quia syllogizat, & ratiocinatur: ꝙ vltimum sit & minimũ, declarant: est.n.vltimum: quia numerus potentiarum aïæ in eum desinit. Præterea natura vltimo ipsum intendit, cũ gratia eius cætera sint. Quod sit minimum, probant: quia inter formas sensibiles est maxime vnus. Præterea monadi, quæ miomerorum minimũ est, maxime est assimilis. Præterea est simplicissimus, non diuisibilis in partes eiusdem rõnis, ac à continui diuisione lõge recedens, & ab omni compositione maxime alienus. *Refutatio.* Sed hæc expositio est extorsio: Aris.n.enumerans gradus sensitiuorum, vltimũ & minimum inter sensitiua illud aïal reponit, quod habet logismum & dianoeam. Vbi patet hoc de intellectu intelligi non posse: Tũ quia intellectus non reponit inter ipsa sensitiua: Tum quia non de aïabus, nec de potentijs loquitur, sed de ordine sensitiuorũ. Quod vero intelligat vltimũ inter sensitiua ipsa animalia, declarat Arist. innuens inter ea ordinẽ, & dicit. Quibus quidem.n. corruptibiliũ inest logismus, his insunt cætera oïa: vt sensitiuũ, & motiuum: quibus vero inest quod vis illorũ, non illis oïbus inest logismus. Sed eorum quibus nõ inest logismus, aliqua quidẽ sunt, quib⁹ neq; imaginatio inest.s.perfecta: vt zoophytica, quibus si confusa imaginatio inest, pfecta imaginatio nõ inest. Alia aũt animalia sunt, quæ hac sola perfecta imaginaria viuunt. Ecce qũo plane per vltimum minimũ intelligit sensitiuum animal, quod est minimũ & vltimum. Quod quidem sit minimũ, non probauit, sed ꝙ sit vltimum, & hoc qa habet logismũ & dianoeam, q̃ inter virtutes sensitiuas est vltima. *Qõ de verbis.* Sed quid per logismum & dianoeam Arist. intelligat, quidúe p animal quod est vltimum minimũ, non satis patet. Them. & Auer. intellexerunt per vltimũ inter sensitiua, illud inter aïalia, quod logismum & dianoeã habet. Intelligit ãt Them. per logismum & dianoeã operationes, eius, quod græci dianoeticũ, hoc est ratiocinatiuũ dicunt. Est autẽ dianoeticum vis sensitiua homini tributa, qua hõ ipse considerat, & rõcinatur. Vltima quidẽ ortu (vt Them. inquit) ptãte vero & dignitate princeps, vltra quã mortalis natura progressa non est. Hæc in belluis imaginaria vis est: ĩ homine (vt Simpl. inquit) intellectus actiuus, qui græce practicus dr̃, est etiã intellectus patibilis, quẽ Alex. mãlem appellat, Aue. cogitariam. Huius dianoetici duę operationes sunt: altera quã græci logismum, hoc est considerationem dicunt, qua dianoetica potentia logistica dr̃. Altera dianoea, hoc est rõcinatio, qua dianoetica, dr̃ dianoetica, & syllogistica. Per aïal vero quod est sensitiuorũ minimum & vltimũ: Them. & Auer. intelligunt hoïem. Est.n. homo oïum animalium vltimum: quatenus mortalis natura vltra hoïem non progreditur, est minimum inter sensitiua non mole, cũ multis sensitiuis homo sit maior: sed dicit minimum aïalium simplicitate eius partis, quæ dianoetica dr̃: est.n. hæc cæteris animę partibus mortalib⁹ eleuatior, ac intellectui cognatissima: ĩmo & talis, vt intellectũ ipsum suscipiat, & susceptum homini accõmodet, siquidem ex ipsa, & intellectu extrinsecus accedente humana aïa constat, vt græci autumant, licet falso, vt dicemus. Simplicitate ergo vltimæ huius partis, homo est sensitiuorum minimum. Sed dubium est: cur Arist. adijcit § Corruptibilium. § Cũ inquit, § Quibus quidem.n. inest logismus corruptibiliũ, his & reliqua oïa. § Nam logismus, & dianoea non vñr inesse nisi mortalibus, nullum.n. animalium immortaliũ habet logismum vel dianoeã: ergo frustra additur verbum illud. *Expõ Simpl.* Simpl.d. verbum illud esse additũ propter celestia corpora: quibus non inest logismus, hoc est consideratio consultiua, q̃ est actio vtilitatis gratia, est tamen in illis consultatio intellectiua: ad excludendum ea, verbum illud adijcit. *Refutatio.* Sed hæc Simplicij expositio friuola est. nam si cœlestibus consultiua consideratio non inest, cum de hac sola hic Arist. loquatur, & non de intellectiua, hæc cũ solis mortalibus insit, non videtur cur verbũ illud addatur. *Alia expõ.* Fortasse verbum Arist. Addidit propter platonicos, qui cœlestia corpora esse dianoetica dixerunt, non aũt sensitiua, nec progressiua. Bene ergo addidit solum de mortalibus esse verum, ꝙ quibus logismus, & dianoea insunt, ijs omnib⁹ cætera alia omnia inesse oportet. De cœlestibus vero non oportet, cum illis insit dianoeticum, & non cętera omnia insunt: carẽt.n. saltem ₰m Platonicos, sensitiuo, & progressiuo. *Alia expositio.* Vel dixit illud, propter nõnullos dæmones, quos Calcidius & Apuleius Platonici corporea animalia posuerunt, quibus dianoeticum tribuerunt: non autem sensitiuum, quia cum immortalia sint alijs, præter dianoeticum, non egent. *Epilogus expõnis græcorum.* Ergo per vltimum minimũ inter sensitiua græci intelligunt hominem, per dianoeam & logismum intelligunt dianoetici operationes, quę sunt ratiocinari & considerare. *Refutatio.* Sed pace tantorum virorũ dixerim ꝙ hic expositio est importuna: quia ea data, homo nõ esset aliquid vltra sensitiuum, sed mere brutũ, quia vltima eius forma esset sensitiua, vtpote dianoetica, quæ ₰m eos est sensitiuarum pręstantissima. Si ergo homo est per illã vltimum & minimum sensitiuorum: tunc homo quo hõ est nihil vltra perfectionem sensitiuam haberet: & sic esset mere brutum: quod est contra Arist. qui in libris de aïalibus vltra sensitiuã perfectionem ei præbet intellectũ. *Dilucida expõ.* Propterea locus iste non eget alia expositione, q̃ ea, quam sibiipsi præbet Arist. in libris de animalibus, vbi loquẽs de pygmæo, magnificet ipsum *De pygmæo.* adeo ꝙ dubitauit an esset homo, an mere sensitiuum aïal. Illi.n. præbuit dianoeam, & logismum, quæ sunt operationes dianoeticæ virtutis. Verum tandem vult eum non esse hominem, qa sibi intellectus deficit, qui solis hominibus datur: licet primo huius tex. cõm.24. eos homines appellet: proprie tamen animalia sunt dianoetica, non autem noetica. Ergo per vltimum & minimũ sensitiuorum intellexit pygmæum, qui est animal vltimum per affirmationẽ: qa natura mortalis potest in ipsum, & in quodlibet illius. Est minimũ participatione dianoetici, quod est quasi intellectus: immo in pygmæo dianoeticum vice intellectiui est. Quare participatione huius, est minimũ. Vltimum vero, quia vltra ipsum mortalis natura non est progressa. *Pulchra dubõ.* Sed dices nũquid per intellectũ siue intellectiuum constituatur quartus sensitiuorum gradus, & si constituitur, q̃ animalia ponuntur in illo? Respondet Arist. ꝙ non: qm̃ de intellectu theorico, quo intelligimus, est alia ratio. s. quia differt à sensu: vt à tactu, & cęteris sensibus, & à motiuo, & à dianoetico, qm̃ intellectus nõ est vltimũ per affirmationem, ad quod natura mortalis progredit̃: accedit.n. nobis extrinsecus, ergo de intellectu speculatiuo est alia rõ: quia non spectat ad hanc sensitiuorum latitudinẽ cum ipse extrinsecus accedat, quare p intellm̃ non fit, neq; constituit̃ gradus sensitiuorũ aliquis. *An homo in latitudine sensitiuorum.* Sed dices, ergo hõ non collocabit̃ inter aïalia sensitiua, & cũ sit aïal, in nullo aïalium sensitiuorum gradu collocabit̃. Dicendum hoïem nõ collocari in aliquo aïalium gradu, quo homo est, Aris.n. enumerauit sensitiuorũ gradus, eorum aïalium ad quæ ₰m quodlibet illius progressa est mortalis natura. Modo ad hominem ₰m quodlibet eius talis natura non progressa est. ergo hõ excluditur à tali latitudine. At si velimus graduare animalia simpliciter. s. quæ ₰m quodlibet sui sunt mortalia, & quæ secundum aliquid sui, inter animalia constituemus hominem in vltimo. Vel dicere possumus Arist. graduasse aïalia penes sensitiuũ tm̃. Modo homo vltra sensitiuum habet intellectiuum: ergo in tali latitudine non reponet̃ homo. Si ergo graduamus aïalia ĩ latitudine penes gradus sensitiuos, & nihil aliud, in tali nõ põt poni homo, cum hõ non sit aïal præcise propter sensitiuũ: sed propter intellectiuum qđ in se continet oẽ sensitiuum. Quia vero res dubia est: (ex vna.n. parte hõ debet collocari in latitudine sensitiuorum, cum sit aïal, ex alia videtur, ꝙ non, cum non sit aïal præcise per sensitiuum:) ideo dixit de speculatiuo intellectu est alia ratio, quatenus dubium est an per eum collocet̃ homo inter sensitiua. Verũ in libris de aïalibus vult ꝙ homo collocet̃ inter sensitiua p hic ꝙ est intellectiuus, in quo cæteri gradus includunt̃. Ex his patet primo veteres translationes quę hñt. § Vltimum aũt minimum, rõcinationem & intellm̃ § esse falsas, nã intellectus sensi-

sensitiuum gradum non facit, cum ipse sensus nō sit: quod .n. sensus non est, aliqd in latitudine sensitiuorum nō constituet. Patet secundo ad intellectum non pertingere mortalem naturā, nec ad ipsum hominē, quo intellectiuus est: non.n. homo ꝭm quodlibet sui mortalis est. Patet tertio expositores nostros inscitia græcarum literarū multa elaborasset in h textu extra propositum. Demum epilogat, & inquit. Quod quidem, igitur ratio que assignat de vnoquoq; horū.s. de vegetatiuo, sensitiuo, & ita de vnoquoque cæterorum graduum: h & de ipsa anima in specie sumpta sit proprijssima, manifestū est. Propterea qui vnūquodq; horum definiet, animam ipsam in specie proprijssima definitione definiet. Quare non frustra iterū de speciali animæ definitione agendum est. Them. legit hunc locū comparatiue.s. ꝙ ex dictis pateat ꝙ definitio, quæ assignabitur de vnaquaq; aīæ potestate, sit accōmodatior animæ, q̄ illa quæ assignat de communi animæ notione. Quo vero ad verba attinet: Arist. dicit § De intellectu aūt speculatiuo alia rō est, § Quidam dicūt de eo esse aliam rōnem.i. aliam scientiā à naturali, quia de illo agit metaphysicus. Alij dicunt esse aliam rōnem.i. alterius rōnis ab imaginaria. Simplic. per intellectum speculatiuū intelligit intellectū, quo vr̄ia speculamur, & vult eum esse alterius rōnis à dianoetica potētia, quæ est intellectus practicus, hoc est actiuus, quia ille est immortalis. hic vero est corruptibilis, Auer. aūt asserit intellectum speculatiuū esse alterius rōnis ab aīa, quatenus, nec est anima, neq; est animæ pars. Quod si dicatur Auer. tertio huius affirmare intellm̄, quo anima intelligit, & speculatur, esse animæ partem: nonnulli dixerunt Auer. hic per speculatiuum intellectū intelligere speculationem ipsam. quæ non est aīæ pars, sed operatio partis aīæ. tertio vero lib. huius speculatiuū intellectum accepit per potētia quo anima speculat, & illa est anime pars. Que expō puerilis est, cū in toto hoc secūdo nec Aris. nec Auer. locuti sint, nisi de potētia intellectiua: vn̄ & ipse reposūit intellectiuum in vltimo, accipiēs intellectiuū pro potentia: vt patet legēti ordinē Arist. Propterea dico ꝙ Auer. per intellectum speculatiuū intelligit intellectum, quo vr̄ia speculamur, ad dr̄iam cogitatiuæ, quia etsi intellectus est, non tn̄ est speculatiuus, cum eo vr̄ia non speculemur: ideo Simpl. appellat eū practicū siue actiuum, quia est quo cognoscimus singularia, quæ sunt operabilia à nobis. Loquit ergo de potētia intellectiua, qua speculamur, non tn̄ sibi contradicit, qa non dicit assertiue non esse partem aīæ, sed dicit propter eius excellentiam atq; nobilitatem existimari eum nec esse aīam hominis, neq; partē animæ humanæ. Modo licet non existimetur propter eius excellētiam, tn̄ est anima, vel eius pars, vt tertio huius videbitur. Sed quicquid sit expositiones istæ mentem Arist. non attingunt. Secūdum.n. has expositiones nō video cur Arist. addit de speculatiuo intellectu esse aliā rōnem: Propterea dicamus (vt diximus) de eo esse alteram rōnem ab his sensitiuis potentijs, quæ constituunt aīalia in latitudine sensitiuorum, quia ea quæ constituunt sensitiua in latitudine sensitiuorum, sunt ꝑcise sensitiua, ad quæ prouenit mortalis natura. At intellectus licet constituat animal in esse sensitiuo, non præcise in tali esse constituit, sed vltra constituat aīal in esse intellectiuo, ad qđ esse natura mortalis non progredit. Quia vero res hec non hic exponitur, sed in libris de aīalibus. Propterea dixit de intellectu esse alteram rōnem ab eis, quæ constituunt aīalia in latitudine sensitiuorum, & non exposuit, qūo sit alia rō, quia in libris de aīalibus exponit. Ergo homo est extra latitudinem eorum sensitiuorum, quæ graduat hic, non tn̄ extra latitudinem eorū sensitiuorum, quæ graduat in libris de aīalibus.

Cōm.1.

Quō homo minimum.

In collectaneis dicebamus hominem esse minimum sensitiuorum, nō mole quidem, quia multis animalusculis est mole maior. Non quia sit paucorum indiuiduorum, quia multa animalia pauciora eo indiuidua habent, vtsi non est fabula id quod dicitur de fœnice, sed quia mensura cæterorum sensitiuorum, nam mensura vult esse minima. Melius autem dicas eum esse minimum participatione mentis quæ est indiuisibilis, & vnitas. Verum Aristoteles cum dixit vltimum & minimum habere logismum, & dianoeā, per vltimum & minimum Pygmæum intelligit, qui vltimus est progressu naturæ. Minimus vero participatione dianoeticæ, quæ est valde propinqua intellectui, quo homo est. Ex his, quæ Arist. dicit hoc in loco, apertissima ratione colligitur in vno eodemque animato, non esse nisi vnam solam animam vtpote eam quæ principalis est, cæteras vero non animas, sed animæ potestates esse dicit. Propterea non de pluralitate formarum quærētes, sed vtrum in homine eadem aīa sit intellectiua, sensitiua, ac vegetatiua. In animali vero eadem sit vegetatiua & sensitiua quęrimus. Quod igitur eadē in homine anima non sit intellectiua, sensitiua, & vegetatiua, argumentamur, quia vt in libris de animalibus tradit Arist. fœtus prius stirpis, deinde animalis, demum hominis vita fungitur, at cum in ipso omnes huiusmodi vitæ relinquantur, omnes animæ, quę illarum principia sunt, relinquuntur. Præterea, secundum veriorum peripateticorum cōsensum, intellectiua anima extrinsecus accedit. cæteræ ex semine proficiscuntur. sed cum vna eademq; substantia non possit extrinsecus, atq; intrinsecus accedere, animæ illæ tres vna substantia in homine esse nō possunt. Præterea. Quod est alicuius substantia, non potest alterius accidēs esse, vt in auscultatorijs libris Arist. inquit. Et in diuinis. At in plantis vegetatiuum, & sensitiuum in animalibus substantiæ sunt. Igitur in homine potentiæ esse non possunt, quæ sunt virtutes, & accidentia. Præterea. Homo est animal equo præstantius, & non nisi ob eius sensitiuam animam. ergo sensitiua anima in homine est substantia, & non virtus. Præterea. Homo & equus in animali per se conueniunt: & non nisi propter sensitiuam animam, sed sensitiua anima in equo nō est intellectiua; igitur nec in homine. Præterea. Si omnes istę in homine erunt, vna vbicunque alia est, & omnes erunt, at in omnibus vegetaria est, cum ossa nutriantur: sensitiua vero non: non.n. (vt medici tradunt) sentiunt. Similiter nec in eis intellectiua est, cum non intelligant: in carne vero vegetaria & sensitiua sunt, intellectiua minime. ergo eiusmodi animæ non modo re, sed subiecto differunt. Sed huius contrarium Arist. asserit, qui in vno animato vnam constituit animam. præter illā vnam, cæteras dicit esse potentias. Tradunt Platonem (vt in Timęo colligi potest) credidisse in homine huiusmodi tres animas, non modo esse tres substantias, sed subiecto distingui. nam rōnalem in cerebro, vegetariam in hepate, sensitiuam i corde eum constituisse ferunt; & quidem non ab ratione: nam Plato (vt Simplic. ꝑ sæpe hic retulit) animam corporis entelechiam non quidem perficientem: sed eo vtentem arbitratus est. Sed cum vegetaria hepate pro sui actione perficiēda fungatur, rationalis cerebro, sensitiua corde: hac ratione rationalem cerebri, cordis sensitiuam, vegetariā hepatis entelechiam dicēdum est. Nicolaus grecus insignis platonicus alia ratione huiusmodi animas distinguit, nam cum Plato idæas crediderit (vt in Parmenide) & Socratē animal esse dicat: quo eius fora animalis idæa participat, hominem vero quo hominis idęa: igitur sicuti ideę quibus participat, diuersæ sunt sic & animæ quibus ille participat diuersæ erunt. Hactenus platonici de animarū pluralitate Pythagoras vero ex aduerso omnium animatorum animā esse spē vnam tradit, diuersas vero rationes, ac nomenclaturas eam sortiri propter differentiam corporum, q̄ ingreditur, arbitratur. nam cum in humano corpore inhabitat, humanam: cum in stirpibus, vegetariam, cum in ferino ferinam esse putauit. Quæ pōnes cum diligenter huius libri primo sint explosæ; his prętermissis ad peripateticas opiniones transigamus. Simpl. igitur vir doctissimus rationalem animam in homine simul esse intellectiuam sensitiuam & vegetariam tradit, hasque vnam esse constitutione, plures vero ratione partium. Arbitratur enim ex parentum semine primo vegetatiuum deduci in ipso fœtu: postea deduci sensitiuum, quo adueniente vegetatiuum corrumpitur: & sensitiuum generatur, quod est substantia sensitiua, virtute vero vegetatiua, demum huic aduenire extrinsecus mentem arbitratur, non quidem sensitiuo corrupto, sed illo per intellectum perfecto. Imaginatur enim ex illo sensitiuo perfectissimo, quod vltimo in fœtu

Quod vna sit anima in vno animato.

De pluralitate animarum.

Prima ratio.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Cōtrariū Arist.

Prima opinio Pla. attributa.

Alia opīo platonica. Nicolai platonici.

Pythagorica positio.

Opinio Simpli.

in fœtu fit, tanq̃ ex altera semiaīa, & ex intellectu extrinsecus accedente constitui rõnalem aīam, vt ex cera & figura figuratū. Hæc aīa cõstitutione vna est in vnoquoq; homine, partibus aūt est plures, nā ea parte, q̃ intellectus est noetica ac intellectiua dr: ea vero parte, q̃ est dianoetica: hæc hois aīa dicit̃ dianoetica siue rõnalis, quia vero eadē est dianoetica, & vegetaria, humana aīa erit vegetaria ẽr.

Quid Simpl. sectatores.

Hac ratione nõnulli Simpl. sectatores intellm̃ ipsum formā esse dn̄t, & hominis & totius sensitiui. Sensitiui quidē per se primo, hominis vero mediāte sensitiuo. Ex quibus Simpl. arbitratus est oīum hominum intellectū vnū numero esse, rõnales vero pro hoīum numero multiplicari. Nõ desunt qui põnem hanc Auerroi attribuunt: vt Rogerius, & Suggerius vterq; Bacconita. Thomæq; coętanei. Hi.n. in eorū libellis, quos aduersus Tho. scripserunt pro defensione Auer. non mō positionem hanc Auer. sed oībus gręcis expositoribus attribuerunt: iuxta quorū decretum parentes asserūt non intellm̃ nobis p̃bere, sed dianoeticum, quod est perfectissimus sensitiuorū gradus. Dicunt tñ parentes nobis intellectum eo p̃bere, quo nobis dianoeticū p̃bent, cui intellectus extrinsecus accedit.

Quod hæc põsit Auer.

Reprobatio positionis.

Sed q̃ falsa & contra peripateticos hic positio sit, ostendamus. Sumo.n. illud dianoeticum, mediāte quo nobis vnitur intellectus, vel cū quo fit humana aīa. Et quæro vel est specifica hominis forma, qua homo reponitur in hoīs specie. vel est gñica, qua nõ in specie, sed in genere aīalis homo tm̃ reponit̃. Non generica, quia tunc homo nonnisi intellectu in hoīs specie reponeretur, quo argumento omnes homines erūt vnus numero homo, q̄ nõ est difficile deducere: nam quorū vltima & specifica forma est vna numero, materia erit oīum eorum vna numero. Quorum vero & forma & materia est vna numero, accñtia erunt vna numero, quare nihil erit in hominibus, quo homines posint numero differre. Sinaūt dicāt dianoeticum illud esse hominis vltimam propriā, atq; specificam formam: qua hõ est simpliciter homo (vt Simpl. velle vr̃) qui dianoeticū in homine alterius speciei esse dicit à sensitiuo in brutis, tūc omnis alia forma, quæ post illam homini accidit, erit homini accidēs, & omnis operatio, quæ proficiscitur ab altera forma ab illa, erit homini extranea, supernaturalis & penitus accñtalis.

Auer. 1. physi. cõm. 66.

Cum.n. aliquid reponitur in specie per aliquam formam, per eam etiā reponetur in vltimo actu. Et si reponitur in vltimo actu, omne sibi adueniens, erit ei accidens. operatio etiā, quæ non erit per formam propriam & vltimā, erit extranea, supernaturalis & penitus accidentalis. Quibus fit, vt intelligere non sit homini propria ac naturalis operatio: intellectus etiam, qui nobis post dianoeticum accidit, erit accidens, quæ physice bene esse dicta nõ arbitror.

Præterea. Cum s̃m Them. processus naturæ, quo homo generatur ex imperfecto ad perfectum, finiatur in sensitiuum: vel igit̃ homo nihil in eo quod homo habet plus, & tunc homo, vt homo erit brutū, & nihil plus. Sinaūt vt homo habet aliqd aliud vltra sensitiuū, illud non est, nisi intellectus. Si ergo intellectus erit vnus numero, vltimum esse oīum hominum erit vnum numero: quo nihil derisibilius. Præterea. Si intellectiuū & dianoeticum hominem reponunt in specie, vel æque primo, vel ordine quodā non æque primo, qm̃ tunc vnius terminati erūt duo vltimi termini, quo concesso, defendi poterit in vna eadēq; materia duas vltimas formas esse, vt leonis, atq; equi, quod Aristo. primo huius refutauit: & quidem diligētissime.

Cõm 9. 92 & 88. & 69.

Sinaūt ordine quodam, cum s̃m Simpl. dianoeticum præcedat: vel igit̃ in illo priori in quo præcedit intellectus vnionē, constituit hoīem vltima, atq; specifica constitutione, & tunc oē homini adueniens post dianoeticū erit accñs: vt Auer. deducit primo auscultationū physicarū, & sic intellectiuum, & intellectio erit accidens: & supernaturalis:

Cõm. 69.

Sinaūt in illo priori, in quo præcedit copulationem intellectus: dianoeticum non reponit hoīem in specie vltima constitutione: vel hoc erit quia dianoeticum erit forma remissa: vt Auer. de elementarijs formis tradit: (quod Simpl. non diceret:) vel erit potentialis forma: & generica ad intellectiuum. Siquidem generica: tunc vltima hominis forma erit intellectus, & cum intellectus vnus numero oium hominum sit, oēs homines erūt (vt deductum est) vnus numero homo. Præterea non possum intelligere qũo intellectus sit altera semiaīa: quæ adueniens sensitiuæ cõstituat totam animam: qm̃ hoc cõcesso, possumus sustinere mām esse formam, qm̃ sensitiua est forma: & põt recipere intellectum formaliter: & quidem maiori vnione q̃ materia recipiat formam: ergo possemus defendere nihil esse in rerum natura simpliciter potentiam: & sic redibit Platonis positio, quę dixit materiam esse corpus, quod peripateticū non arbitror. Multa alia tertio huius dicemus ꝯ hanc positionem.

2. Positio peripatetico.

Post hos ergo legimus alios peripateticos, qui vegetatiuum, sensitiuum, & intellectiuum posuerūt in homine tres aīas substantia, & re distinctas: non autem loco, vel subiecto. In animali vero vegetatiuum & sensitiuū posuerunt duas animas re ac substantia similiter dissectas: nõ tamen loco vel subiecto, vt Plato posuit. Nam secundum istos in eodē corporis hominis puncto omnes fiunt. Hinc tradūt hominem animali addere, quia supra duas animas, quas animal habet, homo habet intellectiuam aīam. Similiter animal stirpibus addit, quia supra animam vegetatiuam quam habent plantæ aīal habet illam, & sensitiuam. Et licet conueniant, tñ valde differunt.

Põ Auicebronis.

Auicebron.n. voluit has tres animas in generatione hominis ordine quodam fieri: quia primo fit vegetatiua: secundo sensitiua: vltimo intellectiua. Verum dicebat oēs materiam ęqualiter informare, ac perficere, nec aliam esse ad aliam dispositionem. Non.n. (vt inquit) vegetatiua disponit materiam embryonicā pro receptione sensitiuæ: licet vegetatiua prius generetur. Nec sensitiua disponit ad receptionem intellectiuæ, licet intellectiua non recipiat, nisi prius fuerit recepta sensitiua.

Argm̃ põnis.

Mouet autem (vt arbitror) credens substantiam non posse disponere ad receptionem substantię, quia substantiæ est perficere, & dare esse simpliciter, Accidētia vero: quæ has comitant̃, disponere ad receptionem intellectiuæ bene assereret.

Põ Ganda.

Ioannes Gandauensis (tametsi non semper sibiipsi constat,) imaginatur p̄cedentes formas in facto esse hominis. s. cū homo completus est, dispõnes esse conseruatiuas intellectiuæ animæ quibus ipsa conseruat̃ in materia. In fieri vero ac in via autumat eas p̄ficere materiam, & disponere, nā cum fœtus vita plantæ fungit̃, vegetatiuum ipsum materiam embryonicam perficit, quatenus embryonem reponit in genere plantarum. Disponit vero quo materia per ipsam præparatur ad sequentem formam, est tamen hæc contingentia, q̄ cum post aduentum vegetatiuæ aduenit in eadem materia anima sensitiua, prima cessat materiam perficere, & cõuertitur in dispositionem conseruatiuam, quas sequens forma per primā in materia eadem conseruabitur. Simili modo & de secūda respectu tertiæ fingit. Sic igitur præcedentes animas prius fieri perficientes demū disponentes, siue conseruantes asserit.

Põ attributa Auicennæ.

Auicenna vero (vt nonnulli autumant) asseruit pręcedentes animas disponere materias ad sequētes, simulq; materiam, in qua & ante & post aduētum vltimæ recipiuntur, p̄ficere, reponereq; illam sub diuersis generibus. nam anima vegetatiua materia est in genere plantæ, anima sensitiua in genere animalis. Intellectiua vero in specie hominis, verbi causa, in hominis generatione vegetatiua anima fœtum perficiens, atque in genere plantarum constituēs ad sensitiuam disponit, quæ rursus fœtum perficiens, & in genere animalis constituens ad intellectiuam dispo nit. Intellectiua deniq; fœtum perficiens, atque in specie hominis eum reponens complet generationem, & nihil vltra disponit. Hæc sunt, quæ nonnulli Auicennæ attribuūt: licet in his libris quos de anima scripsit, & in libris animalium contrarium scripserit. Verum nos non disputamus, quæ sit opinio Auicennæ nunc. Nobis autem satis sit accipere præcedentes animas, quę simul sunt cum vltima in homine, aut perficere tantum: vt Auicebron dixit, aut disponere tantum: vt autumat Gandauensis, vel simul perficere, & disponere, siue sit Auicennæ hæc positio, siue alterius.

Refutatio positionum. Suppõ peripatetica, ex qua habetur differentia inter formā disponentem et perficientem.

Sed contra hæc assurgamus, & supponamus ex consensu omnium peripateticorum omnem substantiam subiectum vel mām perficiētem, illi simpliciter esse dare. nam licet vna substātia sit altera perfectior, q̃libet tamen est

est ens simpliciter, vnde ita ē ens simpl'r forma ignis, sicut forma misti.s.lapidis, & ita forma ignis dat eē simpliciter igni, sicut forma hominis homini: vterq;.n.constituit à sua forma in propria specie: licet alter sit altero pfectior. Vnde & Auer. superius asseruit per hoc drīam inter substantiam & accñs. Præterea si vna suba esset ens simpliciter; altera vero non simpliciter ens, sed ens quia entis, tūc altera suba respectu alterius vere accñs esse posset, & sic inciderem us in erroré superius explosum. Hac ergo suppositione nobis constituta, argumētemur, si quælibet anima eius materiā, s. hoiem perficeret, cum qlibet harum sit substantia, quælibet harum constitueret hominem in esse simpliciter, vt per suppositioné patet. Quare cū prima anima primitus in materia recepta cōstituat illā inesse simpliciter, tunc omnis forma adueniens post illam erit accidens.

Quod priores formæ nō perficiant.

Præterea. Si præcedens anima. s. vegetatiua, quæ embryonicam materiam perficit non constitueret illā in esse simpliciter, nulla via esset, qua scire quispiam poterit ante aduentum vltimæ animæ in eius materia esse receptum aliquod accidens. Dicam.n.nullum præcedere accidens ante aduentum vltimæ animæ, nam si nulla præcedit forma ante aduentum vltimæ quæ det esse simpliciter nullum præcedit accidens, quod nō recipitur nisi post substantiā, quæ dat esse simpliciter. Et si præcedit nulla coniectura præcessisse pōt sciri: non.n.potest sciri accidens præcedere, nisi quia scimus aliquod præcessisse, quod dat materiæ esse simpliciter, modo nullum tale, quod det simpliciter esse materiæ præcessisse scimus, cum illud non sit forma substantialis, de qua maxime videtur. Præterea. Si quælibet forma præcedens est eius, in quo recipitur, perfectiua: tūc cum præcedenti non posset stare sequens, vt cū vegetatiua non posset stare sensitiua, nec cum his intellectiua: si.n.cū vna harum perficientium posset stare alia, cum vegetatiua in planta posset stare sensitiua, & cum sensitiua in aīali posset stare intellectiua, consequentia patet: quia vegetatiua anima in embryone, & in plāta est eiusdem rationis, ergo si cum vegetatiua in embryone pōt stare sensitiua: ergo & in plāta: cum vegetatiua perficiat embryonem ita vt perficit plantā: & in vtroq; est eiusdem rōnis. Præterea. Hac positione stante, tunc homo esset simul plāta, pecus, & homo. Si quidem quælibet anima sit entelechia constituens aīatum sua propria constitutione, vt vegetatiua plantam, sensitiua animal, intellectiua hominem. Præterea. Si per casum positū post aduētum sensitiuæ animæ in fœtu nunq̄ adueniret intellectiua: non.n.fœtus ille esset pecus: sentiret.n. & moueretur. Ergo dato ꝙ nūc adueniat intellectiua, erit etiā pecus, cū per aduentum intellectiuæ nō mutetur de specie in speciē. Hæc contra Auicebronem.

Quod nō disponentes tantum.

Contra vero Ganda. qui voluit præcedentes aīas esse in facto esse disponentes, & non perficiētes. Hoc.n.dixit ad euitandum hic absurda, quia si sunt dispositiones, non oportet, vt reponant embryonem in specie, sed solum vltima forma constituit, argumētemur ergo, quia (vt Simpl. inquit.) Oīs entelechia corporis est aut vtens, aut perficiens, ergo istæ erunt aut vtentes, & sic separatæ à corpore ꝭm esse, quod non concederet Gandauensis. aut perficientes: & sic recidit eius opinio in primā opinionem. Præterea. Sumo vegetatiuam in illo priori in quo fetus viuit per ipsam, & patet tunc esse entelechiam perficientem fœtū, cum sit tunc principium viuendi primo & per se. Sed vegetatiua toto tempore vitæ hominis est eiusdem rōnis, ergo sicut ante aduentum intellectiuę erat entelechia perficiens. & principium quo fetus per se primo viuebat, ita quoq; post aduentum intellectiuæ, alioqui non esset eiusdē rationis, & mutaret nomen & rōnem ipsa exñte, quod est ridiculum. Præterea. Si in facto esse disponunt tm̄: tunc nō essent animæ: q.a vel in facto esse sunt viuendi principia primo & ꝑ se, & sic erunt formæ ꝑficientes contra opinioné. Sin aūt nō sunt per se primo viuēdi principia, tunc non erunt aīę. Cū eis nec cōis, nec propria aīę definitio cōpetat.

Quod nec perficientes & disponentes.

Quod vero non possint esse perficientes, & disponētes: licet statum sequatur ex dictis, argumentor speciatim, q.a tunc nulla esset via ad probandum mām esse ens in pura potentia, quia possem fingere ipsam esse quintū elementū compositum ex prima forma & mā immo possem dicere mām esse corpus, quod est in potentia ad oēs formas gñabiles, quia ꝭm opinioné attributam Auicennæ non repugnat ens in actu perfectū esse in potentia ad vlteriores formas.

Conclusio contra pōnem.

Ex his apparet in hoīe vel aīali plures aīas esse nō posse, cū præcedentes nō possint esse proficientes tm̄, nec disponentes tm̄, nec simul disponētes, & perficientes. ergo in hoīe vna erit aīa, quæ simul est intellectiua, sensitiua, & vegetatiua. In brutis silr vna, q̄ simul ꝭm substantiā est vegetatiua, & sensitiua. In plantis aūt vegetatiua tm̄. Sed de mō ponendi nō parua est drīa.

1. Pō de modo ponendi.

Quidam acutissimi viri arbitrati sunt intellectiuam aīam esse sensitiuam, & vegetatiuā hoc mō, ꝙ materia est potētia aīa vegetatiua, quę precedit. Anima vero vegetatiua fit in actu per agens, quod perficit materiam in esse vegetatiuo, esse vegetatiuū iterum est quid interminatum, & adhuc est perfectibile, aduenīete vero sensitiuo, vegetatiuum quod erat interminatum, vlteriori termino per sensitiuum perficitur, sensitiuum vero adhuc est interminatū, per intellectiuū demum perficitur in esse vltimo. Ergo non est imaginandū secundum recipi in primo, ita vt ibi sit cōpositio & multitudo ex recipiente, & recepto. Sed cū semper primum sit interminatum, terminatur per secundū, & secundum iterum cum sit interminatū: terminatur per tertiū. Ergo intellectiua anima est sensitiua, & vegetatiua terminata. Vnde, vt dimensio interminata apud Auer. terminatur per dimensioné terminatam, non ꝙ terminata dimensio sit cōposita ex re, & re. s. ex re, quæ est dimensio interminata, & re diuersa à prima, quæ est dimensio terminata, sic prima materia, quæ est forma interminata, terminatur per formam. s. per vegetatiuam, & vegetatiua adhuc existens interminata, terminatur per sensitiuam, & sensitiua adhuc interminata vltimo terminatur per intellectiuam, quæ postea relinquet̄ vna anima simplex vltima terminatione terminata, q̄ est simul vegetatiua & sensitiua ꝑfecta & vltimo terminata.

Quol. 3. q. 5. articul. 1. Cōm. 24.

Pro hac positione Ricardus mediauillensis argumentat̄, quia Aris. 7. meta. cum loquit̄ de agente inquit, agens ipsum non præbere multitudinem sed perfectionem: vbi Auer. asserit hæc verba, & non facit aliqđ vnū in aliquo vno, v. g. formā in subiecto, q̄m manifestū est, ꝙ si facit, facit ex alio aliud, & non aliud in alio, facit.n.ex materia formatum, & nō in mā formam. Ex quibus patet mām esse formam interminatā, & formā esse mām terminatam: & sic non differunt re, sicut pars, & pars, sed sicut interminatum, & terminatum: volunt ergo aīam vegetatiuam esse mām terminatam ad gradum vegetatiuum, sensitiuā animam esse vegetatiuum terminatū ad sensitiuū, sensitiuam aīam vero esse ad intellectiuā terminatam: q̄ actu simplex est, potentia plures: vt Simpl. dixit. Hanc opinionem sequunt̄ magni viri de mente Aris. non tñ pro veritate.

Refutatio

Sed hæc positio nō est peripatetica: quia Arist. asserit intellectiuā extrinsecus accedere: & per consequens non esse vegetatiuā & sensitiuā perfectam, ac terminatā, vt isti autumāt ad intellectiuā. Præterea. Tunc hō nihil esset ꝑter intellectiuam aīam, q.a hæc vltimo oīa terminat: & sic cum hō corrumpit̄, nihil corrumperet̄.

2. Pō D. Tho.

Quare aliter est dicendum, ꝙ primo in embryone sit vegetatiua, postea adueniente ipsa sensitiua prima corrumpit̄, & remanet sensitiua, q̄ est simul vegetatiua & sensitiua, demum cū aduenit extrinsecus intellectiua, sensitiua q̄ præfuit, corrumpit̄, & relinquitur intellectiua, quę est omnes, vt dicemus.

Dubō contra positionem.

Sed contra hāc positionem sunt dubitationes non leues, quas non tacebimus, quia earum solutio facit ad dilucidationé positionis peripateticæ, prima quidé, quia, (vt Aris. auctor est:) fœtum in vtero prius viuere videmus vitā vegetatiuam cum nutriat̄, & crescat. Secūdo vitam sensitiuam, cum sentiat & moueatur, ergo erit vtraq; aīa animatus: vel igitur animę quibus in vtero viuit, remanent in aduentu animæ intellectiuæ, aut corrūpuntur: non corrūpunt̄, quia tunc progressus generatiuus hominis esset per plures corruptiones, quod non vr̄, ergo remanent: quare homo non tm̄ intellectiua aīa constituit̄. Secunda dubitatio est, si intellectiua anima virtual'r contineret sensitiuā, & vegetatiuā, illas producere posset: cū virtual'r continet sic posse producere. Tertia dubō, si eadem anima in hoīe sit

sit intellectiua, sensitiua, & vegetatiua, tunc quicquid homini inesset per intellectiuam, inesset p sensitiuã & vegetatiuam & ecõtra, cum sit vna simpl'r, & sic per sensitiuam esset risibile sicut per intellectiuam, & sic per sensitiuã esset risibile, tunc omne sensitiuum esset risibile. Quarta, p nullam vnam & eandem formam duo actus omni ex parte contrarij eidem inesse possunt: & quidẽ respectu eiusdem obiecti. Sed pñtata nobis re summe appetibili, p sensitiuam animam, quam cõsequitur appetitus sensitiuus, illam appetimus. Per intellectiuam verò, quã consequit̃ appetitus rationalis: illam vitamus, igitur non põt esse vna eademque anima, qua illam appetimus, & qua illam vitamus. Quinta, sensationes in sensorijs nostris recipiũtur mediante sensitiua anima: non autem mediante intellectiua, alioqui post mortem possent remanere, cum accidens, cum contrarium non habet, sui subiecti conseruatione in ipso conseruari posit. Ergo intellectiua & sensitiua non sunt eadem anima. Sexta, eadem anima non põt esse extensa per subiectum: & non extensa, sed saltem per Auerroem sensitiua & vegetatiua in quolibet animato est extẽsa: intellectiua vero est indiuisibilis, ergo non est vna eadẽque anima. Septima, si ita esset: tunc homo in generando nihil generaret, vel esset in generando deterioris conditionis quam cætera animalia. Siquidem omne aĩal generat p formam quam generat in materia, sibi simile in specie, homo autem cũ nullam formam efficeret, non generaret sibi simile: & sic esset imperfectissimum animalium: est enim perfectissimum animal, quod põt generare tale, quale ipsum: vt dicemus. Octaua, tunc in homine nulla prorsus esset nutritio. non enim per hoĩs nutritionem generat̃ materia, cum illa sit æterna, nec generatur vegetatiua vel sensitiua, cum quælibet harum sit anima intellectiua, quæ nec generabilis est, nec corruptibilis: nec generat̃ per humanam nutritionem accidens, & nihil plus, q̃a tunc hõ non substantialiter nutriretur. quinimmo nutritio in aĩalibus esset perfectior humana nutritione, quia per eã fieret anima, quæ est sub̃a. Ergo oportet in hoĩe dare præter intellectiuam aĩam, aliquam aliam aĩam, quæ p generationẽ generetur, & nutritionem conseruetur. Nona, inquit Auer. 1. Meta. ꝙ prima materia primo recipit primam formã corporis, & mediante illa recipit vegetatiuam, & mediante vegetatiua recipit sensitiuam & mediante hac recipit humanam formam. ergo istæ animæ in hoĩe differunt. Decima, si nulla forma esset in homine præter intellectiuam, tunc homo nunquã corrũperetur, cũ corruptio semper sit alicuius formæ. Vndecima & vltima est, quia illa forma, quam aliquod accidens reale consequitur tali modo realiter, quod specificam formam realiter nõ cõsequit̃, differt re & substantia à specifica forma. Si enim specifica & generica forma esset vna, & eadem forma, atque aĩa, omne ꝙ realiter alteram consequeret̃, & alteram sequatur necesse est: sed sensitiuam sensus consequitur, q̃ rõnale nõ consequitur, igitur rationalis & sensitiua differũt sub̃a. He sunt dubitationes contra hanc positionem, quæ volo, vt sufficiant. Antequam dubitationes soluam, debes scire vnam formam esse alteram, posse tripliciter intelligi (vt vtar verbis theologorum) aut eminenter, aut virtualiter, aut formaliter. Eminenter aurum est argentum, & plumbum & omne metallum, q̃a continet perfectionẽ argenti, & eminet, vel quia continet aliquam perfectionem, quæ eminet perfectioni argenti, & hoc pacto nonnulli veterum dixerunt Iouem esse omnia, & Poeta dixit Iuppiter est quodcũque vides, quodcũque mouetur. Arist. etiam dixit. Deũ esse omnia, vt mare, stellas, & cætera id genus: est enim omnia, quia continet perfectionem entis, p quam omnibus eminet. Virtualiter sol est omnia, quæ generantur, & corrumpuntur, quatenus continet virtutem productiuam omnium, nam virtualiter omnia generabilia continẽs, oĩa generabilia est, vtpote in prædicatione causali. Formaliter autem dicimus aliquid esse aliquid, cum p se est illud, vt homo animal & animal substantia. Cum ergo dicimus intellectiuam aĩam in homine esse sensitiuam, & vegetatiuam, intelligere volumus, intellectiuam aĩam esse formal'r in hoĩe sensitiuam, qua aĩal formaliter est hõ, formaliter vegetatiuam, qua formaliter homo est viuens: non. n. dicimus aĩam intellectiuam esse sensitiuã virtualiter, vel eminenter, & non formaliter, quia licet intellectiua aĩa sit virtualiter, vel eminenter, omnes aĩæ brutales, quatenus sua perfectio eminet perfectionibus illarum, tñ formaliter intellectiua aĩa est in hoĩe sensitiua, qua homo est formaliter animal: & vegetatiua, qua homo est formaliter viuẽs. Ergo anima sensitiua in homine, & in brutis differũt specie, q̃a in hoĩe, sensitiua est intellectiua, in brutis aũt sensitiua nõ est intellectiua. Tunc ad primam, q̃ tenẽt hãc opinionem non vna rõne respondent. Aliqui. n. dixerunt embryonem in vtero, cũ semẽ virile recipitur in matrice, habere quatuor status. Primus quidem, q̃ spatio septem dierum perficitur, est, quo duo semina in embryonicam massam reducuntur. Secundus vero est, quo incipiunt opera vitæ apparere, vt nutritio & auctio. Tertius est, quo apparent opera sensitiuæ. Quartus est, quo incipiunt apparere opera intellectiuæ. Tunc dicunt semen in primo statu regi solum à virtute sibi à parentibus tributa, quã ipsi formatiuam siue seminalem appellant, qua & semen est semẽ, & spumificatur & ad embryonicã formam mouetur. In secũdo vero statu intellectiua primo infunditur, cuius opera primo apparent eius, vt vegetatiua est, vt nutriri & crescere. Secunda opera, quæ apparent in secundo statu, eius sunt, vt sensitiua est, vt sensus & motus. Tertia quæ apparent in tertio statu quæ forte non apparent nisi post ortum, & longo tempore post, eius sunt, vt intellectiua est, vt velle & intelligere. Ex his asserunt in fœtu semp fuisse intellectiuam, licet apparuerit esse primo vegetatiuam, secundo sensitiuam, & tertio intellectiuam. Cõtra hoc est decretum oĩum medicorum, omnium ph̃orum, atq; theologorum omnium, qui pro veritate asserunt intellectiuam aĩam fœtui accedere in maribus trigesimo die. In fœmellis vero in 45. horum medium tempus est 37. vel 38. dierũ. Alij dixerunt tunc aĩam accedere, cũ eius opera apparent vel apparere pñt, cui. n. aliquod horum inest, ipsum viuere dicimus. Quo fit vt hoĩs gño non sit simplex quia cũ hõ generatur, succedunt inuicem q̃ plures generationes, atque corruptiones, siquidem semen à parentibus primo formã seminis habet, deinde formã sanguinis, deinde alias, donec humana gño perficiat̃, sed cũ generatio & corruptio non sint absque abiectione, & additione formæ, ideo forma imperfecta quæ prius aderat, abijcitur, perfecta addit̃, & hoc semper, quousque fœtus vltimam formam accipit, qua rõne fit vt vegetatiua prius in semine recipiatur, quæ in aduẽtu sensitiuæ corrũpitur, deinde recipitur sensitiua, quæ in aduentu, intellectiuæ etiam corrũpit̃. Intellectiua vero vltimo extrinsecus accidens corpori infundit̃: quæ formaliter est, & sensitiua, & vegetatiua. Et non solum in aduentu intellectiuæ priores aĩę corrumpuntur, sed accñа oĩa, quæ illas comitabant̃, quinimmo, & dispõnes omnes. Quorum fundamentum est, quia accñа immediate in materia prima nõ insunt, sed in cõposito ipso. Igit̃ sequit̃ ipsa corrumpi forma quã concomitabant̃, corrupta, & sic cum vegetatiua corrumpitur, oĩa accña, quæ illam comitabantur corrumpunt̃, vsque ad primam mãm resolutionem eorum facta. Cũ generatione vero sensitiuæ noua accña fiũt, adueniente aũt intellectiua oĩa priora corrũpuntur, sola materia, quæ est omniũm eadem remanente. Sed de temporibus quibus fiant tales animarum generationes, siue accessus, digladiantur ph̃i. Auer. asserit intellectũ nõ prius nobis copulari q̃ ph̃atasma speculemur: nõ aũt puer phantasma aliquod speculat̃ nisi eo tpe, quo oẽm fœminã matrem, & omnem virum prẽm appellare enitit̃. quare secundum eũ dicere oportet in vtero gñonẽ hoĩs non fuisse cõpletam, quia solũ in vtero sensitiua & vegetatiua genitæ fuerunt, Auctoritate Auer. hac, quã diximus: aliqui nõ mediocres in ph̃ia viri, de mente ph̃orum dixerunt intellectiuam non accedere in vtero, sed post ortum, non enim ante eius opera ceperunt apparere. Præterea, dixerunt ph̃os non cõcedere aliquam formam perfectam esse frustra aliquo tempore, quare si ante ortum intellectiua aĩa fuisset inducta, cũ opere nõ potuit vti, frustra ibi fuisset, & sic cõcedunt post ortum in aduentu intellectiuæ aĩæ sensitiuam corrumpi,

Commen. 37. *Dilu. põis.* *lib. de mundo.* *Excerptum. 1. põ de ortu intellectiuæ animæ.* *Refutatio.* *Secũda positio de accessu intellectiuæ.* *De tempore aduentus differentia.*

corrumpi,& omnia accña,quæ illam in puerperio comitabantur,etiam desinere & noua cũ accessu intellectiuę fieri. Contra quam opinionem, licet demonstrationes mathematicæ fieri non possint,tñ est contra illam auctoritas Arist.in libris de animalibus, vbi cõplet generationẽ hominis per accessum intell's in vtero,vt patet eis, qui legũt eius verba,est etiam optima coniectura, nã anima intellectiua est actus corporis physici organici potẽtia viuẽtis. ergo completa organizatione,mox anima actus eius corporis est,cuius organizatio completa est. Antiqui etiam, vt narrat Arist.8.die post ortum nomina pueris imponebant,& prius fecissent,vt ait, nisi periculo epilepsiæ, quæ pueros inuadit,ante illud tempus fuissent impediti. Nos aũt hoc seruamus 8.die baptizantes, & nomina imponentes,verũ vbi vitæ periculum immineret præuenimus. Melius agentes, q̃ veteres gentiles.illi enim ideo ante octauum noïa non imponebant,nec aqua eos mundabãt, quia si moreretur puer,sicut facile contingit propter epilepsiã, quæ eos inuadit,frustra putabant & noïa esse imposita, & aquæ fusionem esse factam. At nos vbi periculum vitæ imminet,mox fundimus, quia fusione à parentum labe emũdantur pueri,à qua non mundarentur,nisi fusione benedictæ aquæ,cum suis cerimonijs mũdarentur,verum de hoc ad theologos,illud nobis accipiendum est, pueros esse homines antequam speculari ceperint,vt nos & veteres nomina imponentes pueris tenemus. Est igitur dicẽdum intellectiuam aiam accedere inter.xxx.& xlv. diem semper: quo tẽpore corporis humani formatio omni ex parte cõpleta est,cuius intellectiua aïa naturalis actus est:atq; entelechia:quare formato aduenit, forma priori cũ suis oïb' accidentibus corruptis vsque ad primam materiam exclusiue.Hoc est diui Thomæ decretum,qui (pace aliorum dixerim) omnibus Arist.interpretibus est præferendus.Verum Gandauensis doctor malignus,& erroneus, euaginato gladio,& quidem bene acuto, contra decretũ istud verissimũ digladiatur.Primo,quia hac põne data, aliqs motus finitus esset sine termino ad quem,pñtiam probat.quia semen continuo alteratur ante formæ inductionem. Vel igitur hæc alteratio in aduentu formæ terminatur ad dispões præcedentes vel ad dispões sequentes formã; vel ad nullum terminum finirentur,nõ ad dispões, quæ adueniunt post formam,q̃a motus,& terminus motus sunt idẽ numero,vt Auer.inquit 3.Physicæ auscultationis, & lib.5. modo illæ corruptæ, & hæ genitæ eædem numero esse nõ possunt:nec motus ille terminari põt ad dispões præcedentes,cũ per Thomam illæ non remaneant. ergo illa alteratio ad nihil terminabitur, & sic motus aliqs erit finitus sine termino ad quem.Præterea.Si præcedẽtes dispositiones corrumpuntur, aut ꝑ se,aut ꝑ accidens corrũpuntur,non corrumpuntur ꝑ accidens, quia nihil corrũpitur, nisi vt suapte natura corruptibile est.modo illa accidentia non sunt corruptibilia nisi ꝑ se, cum hñt contrarium corruptiuum.non ergo pñt per accidens corrumpi.Quod aũt tunc non corrumpantur ꝑ se,declarat̃ quia quod ꝑ se corrumpitur à contrario corruptiuo corrũpitur.At forma sequens,& accña quæ illam sequunt̃ non sunt illis cõtraria, cum sint eiusdem speciei. Igitur in aduentu nouæ formæ non vr̃,ꝙ debeant corrũpi. Præterea.Si corrumpunt̃, aut in instanti,aut in tempore,non in tẽpore, quia nõ in tempore sequente inductionẽ nouæ formæ,cum eo tẽpore nõ sint,nec in tempore pręcedente,cũ antea cõtinuo generabantur.non ergo poterant tunc corrumpi,nec in instanti, cum eo modo res corrũpitur,quo generatur, veluti forma substantialis,quia subito fit,subito corrũpitur. At dispositiones hmõi successiuæ generantur, vt Auer.1.Physi. inquit.Præterea.Si corrumpuntur in instanti, non videntur corrumpi nisi in eo instanti, in quo vltima forma introducitur.at in illo corrumpi non pñt,quia omne corruptũ esse præcedit alterari.modo cõtinuo ante hoc perficiebãtur, & non alterabantur ad corruptionem.Igitur in illo instanti corrumpi non pñt. Præterea. Tunc tales dispositiones frustra fuissent inductæ, quia in aduentu finis propter quẽ fuerunt inductæ,corrumperentur.Præterea.Si in aduentu nouæ formæ desinerent:tunc in illo priori,in quo materia præcederet formam,materia remaneret nuda: & ita indifferens ad oẽs formas,quo cõcesso nullam reciperet, cum nõ magis alterã,q̃ alterã.Præterea. Arist.dixit agẽtiũ actũ esse in propria materia & disposita. ergo præcedentes dispositiones in aduentu alterius formæ non corrũpuntur. Quidam ergo qui tenent vnicam esse aïam in vno animato,de mente Auer.asserunt duplicia esse accidentia. Terminata quidem quæ certam formam sequunt̃ sub certo termino:quem illa forma sibi limitat,quicũque sit ille. Et interminata,quæ sunt interminata,aut interminatione materiæ,quia ita sunt cuiuslibet termini capacia, vt materia est capax omnis formæ. & hoc pacto dimẽsiones tres primitus receptæ in materia sunt interminatæ aut sunt interminata interminatione formarum elementorũ, quia sunt in potentia ad omnes terminos eorum elemẽtalium accidẽtium,quos limitat sibi forma misti:cum qua pñt stare formæ elementorũ. Aut interminata interminatione qua forma misti est interminata, quæ põt terminari per oẽm formam vltimo specificam.dicunt ergo ꝙ accidentia interminata, quæ sunt interminata materiæ interminatione,remanent vt dimensiones. Similiter remanent accidentia interminata quæ interminatione formarum elementalium interminata sunt,vt sunt primę qualitates,similiter remanẽt: vt dicunt, accidentia interminata interminatione mistionis. Huius rei causa est, quia oïa hæc sunt cõmunia generato,& corrupto:dimensiones.n.cõmunes sunt ei quod posterius fit,& ei,quod prius corrũpitur,qualitates primę similiter hoc pacto vtrique cões sunt,& qualitates sequẽtes mistionẽ etiam cões sunt vtrique. Est & alia ratio, q̃a subiecta non corrumpuntur.Secundum.n.Auer.& Arist.materia prima.quam consequunt̃ dimẽsiones,remanet,priori & posteriori aïæ cõmunis.ergo & dimensiones. Secũdum Auer. elementariæ formæ disponentes mãm remanẽt sub priori & posteriori aïa.ergo primæ qualitates,quæ illas sequuntur,remanẽt sub vtraque forma.Similiter forma mistionis,quæ est vna formarũ elementalium, eadem numero manet cum vtraque aïa. ergo & accidentia quæ mistionem illam cõsequũtur. Variantur aũt hæc cõmunia accña solum terminis,& sic,vt terminata nõ sunt eadem, quæ sequuntur formam sequentem, & quæ erant cum aïa præcedente.Sed hæc positio supponit in eodẽ misto aïato esse plures formas,vt eñtales & formã mistionis,quæ suppositio(licet sit de mente Auer.)tñ est res seorsum digna controuersia.Propterea sustinendo nunc põnem Thomæ,dico ꝙ rõnes Gandauensis,non cogunt.Prima quidẽ nõ cogit,quia nos tenemus ꝙ terminus totius præcedentis alterationis est semper generatio posterioris formæ, ad cuius introductionem præcedens illa alteratio disponebat,cum vero dicebat terminum motus, & ipsum motum idẽ esse numero,& specie,dico hoc esse verum,qñ alteratio terminatur ꝑ se proprio,ac intrinseco termino. vtpote qñ alteratio est intenta ab agente propter ipsam, & non ꝑ accidens alterius gr̃a,cum.n.intenditur alterius cã, nõ ꝓprio; sed alieno termino terminat̃, veluti in proposito prędia alteratio,non ꝑꝑ se, sed propter generationẽ formæ sequentis intenditur,cum gñõ.5.Physi.sit finis alterationis. ergo recte Expositor sentit,ꝙ qñ motus ordinatur ad aliud, ipsum non termino proprij generis, sed alieni terminat̃. Ex quo sequitur,ꝙ iste motus est finitus, licet ꝑ nihil sui finiatur. Secunda etiam ratio non cogit, quia dispões ꝑ accidens corrumpuntur eius subiecti corruptione, cuius sunt accidentia,erant.n.accña illa bifariam corruptibilia, & ꝑ accidens corruptione subiecti,cuius erant, & ꝑ se aduentu contrarij corruptiui,quia ergo erãt subiecti corruptione corruptibilia,ideo non corrũpebantur, vt nõ poterant corrumpi.sed quo apta corrũpi erant.Tertia etiam nõ cogit,quia tales præcedentes dispões omnes in instãti corrumpuntur, ita vt primum instans esse formæ sequentis sit primum nõ esse formæ & dispositionum præcedẽtium.Ex quo sequitur aliquam rem corrũpi,quæ non est ꝑ se corruptibilis,vtpote cũ corrumpitur ꝑ accidens. Vlterius dicendum est alterationẽ continuo [illegible] præparantẽ ad corruptionẽ formæ prioris [illegible] continuo præparant ad gñonẽ formæ sequentis, sic cõtinuo præparant ad corruptionem

Refutatio. *Argumentũ.* *Laus Thomæ.* *Commen.4.* *Commen.9.* *Commen.62.* *Positio quorũdam de accidẽtibus tantum.* *Qualis hæc expositio.*

ruptionem precedentis.quare ante corruptionem vegetatiuæ præcessit alteratio ad illam disponens.In aduentu ergo sensitiuæ vegetatiua desinit cum omnibus suis accidentibus.Præterea,Siquis diceret aliquid posse corrūpi nulla præcedēte alteratione ad illam disponente,nō diceret absurdum,quando.s.corrumperet illud per accidens,alterius corruptione,vt in proposito dispōnes formæ præcedentis corrumpuntur per accn̄s corruptione eius formæ, cuius erant.Etiam.4.non cogit,q̄a dispōnes, quæ præcedunt nō inductæ erant,vt disponerent ad factū esse,sed ad fieri,propterea non sunt frustra, si non remanent cū peruenerūt ad finem debitum.s.ad ipsum fieri. Quinta etiam nō cogit,nō enim in aliquo instanti materia nuda & indifferens restabit.quia primum instans esse formæ sequentis est primum instans non esse formæ præcedentis.Vltima nihil est, quia omnis actus in materia disposita fit,nō quidem dispōne remanente pro facto, sed dispōne, que inducta fuit pro ipso fieri.hæc pro defensione diui Tho.Hæc de prima dubōne. Ad secundam vero, dicendum ꝙ intellectiua aīa non est virtualiter sensitiua ac vegetatiua,sed ipsamet quę formaliter est intellectiua,est formaliter sensitiua,& formaliter vegetatiua,dicitur aūt potentia continere illas quatenus pōt esse principium omnium eorum operū, quorum illæ sunt. Ad tertiam concedo hoīem per eādē formā esse hominem,aīal,& viuens,non tn̄ oportet omne illud,qđ inest homini,quo hō est,illi insit,quo aīal est, p eādem enim formam lignum est bicubitum,& q̄tum, & tn̄ non quicquid ligno competit quo est bicubitum,ei cōpetit quo quātū est. ligno.n.per rōnem bicubiti cōpetit esse mihi æquale,quod nō cōpetit p rationem quāti,quia tunc vbicūque esset ratio quāti esset æqualitas mihi.Præterea.Niphus eadē forma album & quale: non tn̄ oportet quicquid sibi cōpetit rōne qua album,sibi competat rōne, qua quale:rōne enim qua album cōpetit esse Catoni similem,quod non sibi cōpetit rōne qua quale.Dico ergo ꝙ eadē forma est intellectiua,sensitiua,& vegetatiua,non tn̄ oportet quicq̄d competit homini p intellectiuam, & cōpetat p sensitiuam vel vegetatiuā,quia licet eadē aīa sit,ratio tn̄ sensitiuæ cōmunior est q̄ rō intellectiuæ. Ad quartam dicendum ꝙ p eādem formam non pn̄t nobis cōtrarij actus inesse sub eadē ratione,& per eādem virtutem.Modo intellectiua quo intellectiua est,quoúe vtitur rōne nos euitamus voluptatē. Quo vero sensitiua est quoque vtitur sensu, & appetitu sequēte sensum,appetimus voluptatem. quare ex hac actuū diuersitate non sequitur realis distinctio aīarum. Ad quintam dicendum, ꝙ sensibiles spēs sunt in aīa intellectiua, sed quo dependent inesse. & cōseruari à potētijs & sensorijs,quæ sunt corruptibilia, & sic non æternæ licet intellectiua aīa sit æterna. Ad sextam dicendum ꝙ in hoīe saltē aīa sensitiua, & vegetatiua sunt indiuisibiles, sed quales sint in aīalibus & plantis, superius dictum est. Ad septimam dicendum,ꝙ homo generat vegetatiuam, & sensitiuam,quæ tn̄ in aduentu intellectiuæ desinunt: dicit tamen generans hoīem,nō quia ponat formā in materia, cū intellectiua extrinsecus accedat, sed quia inducit in materia dispositionē, sine qua aīa intellectiua nō posset induci in materia.Propter hoc argumentum nonnulli posuerūt formā corporeitatis, quæ aduenit in materia humana post inductionem formarum elementalium,& hanc dicūt inducere parentes,pro generatione hominis, & p hanc dicitur homo corrumpi. Hanc ponit Henricus Gandauensis, simul in eodē instanti recipi in materia, in quo intellectiua anima recipitur.Et licet de hac materia alias diligentius dicetur,tamen quātum ad propositum spectat debes scire ꝙ Henricus in hoīe tantum ponit duas formas in eodem instanti simul inductas.s.intellectiuam aiam creatā à Deo,& corporeitatem inductam ab agente naturali. Mouet autē ex eo quia diuersorum agentium,quæ agunt diuersis mutationibus impossibile est terminum esse vnū, & eūdem numero. At homo in generatione hoīs agit propria mutatione, & Deus in creādo aīam,agit alia,ergo alia atq; alia est forma qua terminat hincinde.Per hanc ergo saluat generationem hominis & corruptionem. Sed hæc qō reqrit longam disputationem. Tn̄ secundum veritatem oportet dicere ꝙ hæc corporeitas nihil sit,vt alias ostēdetur, & dato ꝙ aliquid esset,tunc non saluaret generationē hominis in eo ꝙ homo est, sed in eo ꝙ corpus q̄a hō vt homo non fit nisi propter aīam,qua homo est homo.modo hæc aīa fit à Deo,& sic si fit homo à parētibus,solum fit quatenus est corpus,& sic in eo ꝙ homo nec esset generabilis,nec corruptibilis. Sicut ergo ipsi dicunt hoīem fieri,quia inducitur corporeitas, ita possumus dicere nos ꝙ homo fit non per hoc,ꝙ eius forma fit à parentibus, sed per hic ꝙ fit in materia,similiter corrumpitur per hoc ꝙ eius forma desinit esse in materia. Et cum dicis, quid fit in generatione hoīs à parentibus,dico ꝙ fit intellectiua aīa in materia,& sic homo generatur simpl'r,non ꝙ simpl'r eius forma generetur,sed quia,fit in materia,& simili rōne corrūpitur. Ex quo sequit aliquid simpliciter generari vel corrūpi, cuius nulla pars essentialis generatur,vel corrumpit,vtpote nec materia,nec forma,sed solum simpl'r fit,quia eius,substantialis forma fit in materia,& simpl'r corrumpitur,quia substantialis eius forma desinit materiam informare, verum de his in 3.lib. Ad octauam eodē modo de nutritione dicatur,nutritur.n.homo non q̄a forma de nouo fiat, vel materia,vel accidens, sed quia eius forma de nouo fit in pluri,& noua materia. Ad nonam dicendum est, ꝙ ille ordō est rōnis. in homine.n.cum aīa intellectiua fit in materia, prius vnitur illi,vt est forma corporis.2.vt est vegetatiua 3.vt est sensitiua.vltimo est intellectiua, tn̄ vna est forma, quæ in eodem instanti vnitur vt est corporalis, & vegetatiua,& sensitiua, & intellectiua. Ad.10.patet sol. Ad.11. dicendum, ꝙ accn̄a quædam sunt subordinata, vt vegetare,& sentire,& intelligere,quædam sunt oīno aduersa, dispérata,& inter se omnino abiuncta. Prima accn̄a proficiscuntur ab eadem forma sub diuersis rōnibus.Secunda vero arguūt diuersas formas,vt sunt motus cœlestes, q̄ cum non sint subordinati,arguunt cœlorum aīas diuersas. His dilucidatis,ad principales rōnes. Ad primam patuit solo, & ad secundam similiter,quia sensitiua, quæ est anima humana,extrinsecus accedit. at sensitiua & vegetatiua: quæ vt dispositiones in fieri inducebantur,intrinsecus accedebant.Tertia etiam soluta est: est enim sensitiua & vegetatiua in homine substantia,quę est aīa intellectiua,licet intellectiua sit virtualiter, & eminentur oēs, vt dictum est, Quarta soluta est,quia sensitiua & vegetatiua in hoīe substantia sunt, dicitur tn̄ intellectiua virtualiter & eminenter illæ non quæ sunt in hoīe,sed quæ sunt in brutis, vt dictum est. Ad quintam cōcedo, ꝙ homo & brutum in animali conueniunt p sensitiuam quæ est substātia: non tamē sensitiua in bruto non est intellectiua. ergo nec in homine.nā homo & brutum conueniunt in aīali per animalitatem,& animalitas in bruto non est humanitas,at in homine idem est. Ad sextam dico, in ossibus & carne esse oēs, tn̄ intellectiua exercet opera vitę,in ossibus in carne opera sensitiuæ: nullibi exercet opera intellectiuæ. Et hoc pp differentiam dispositionum. Hæc de quæstione.

ARGYR. *Necesse est autem eum qui de hisce considerationem facturus est, quid nam sit vnumquodque ipsorū accipere, denique quærere perscrutarique de hisce quæ sequuntur ac comitantur. Quod si dicere oporteat quid vnūquodque ipsorum sit: vt quid sit intellectiuum, vel sensitiuum, vel nutritiuum: antea dicendum est quid nam sit intelligere, quid sentire. nam operationes actionesúe potentijs viribusque priores sunt ratione. Quod si ita sit, atque prius etiam obiecta quam ista contemplari oporteat: primum profecto de illis propter eandem causam, vt de alimento, de sensibili & de intelligibili determinare oportet.*

Tex.cōm.33. Necessarium autem est debentem de his perscrutationem facere,accipere vnumquodque eorū quid est, postea sic de his quæ consequuntur. Si aūt oportet dicere quid vnumquodque ipsorum sit, vt quid intellectiuum aut sensitiuum, aut vegetatiuū, prius adhuc dicendum est quid sit intelligere, & quid sentire, priores enim

quol.3. q.15.

enim potentijs actus, & operationes secũdum rõnem sunt. Si autem sic est, his adhuc priora opposita oportet considerare. Quare de illis primum oportebit determinare propter eandem causam, vt de alimento, & sensibili, & intelligibili.

COLLEC. Tex.cõm.33. Sicut in primo inquit Auer. cognitio alicuius generis scibilis nõ cõpletur, nisi propter duo, propter.s.cognitionem diffinitionis, & accidẽtium propriorum illi, vt etiam in posterioribus dictum est. cũ ergo essentiam exquisiuit, nunc transit ad accña, & inde iterum ad essentiam, ad hoc, vt doctrina sit apertior. Et proponit intentionem, & cãm eius inquit § aũt § pro sed. debentem pscrutationẽ.s.scientificam facere de his.s.diffinitione propria, & cõmuni aĩæ. necessarium est accipere vnumquodque eorũ quid est, sup. sicut fecimus, postea inuestigare de his.i.potentijs, quas enumerauerat, & alijs accidentibus eis. si aũt oportet dicere quid vnumquodque ipsorum, vt quid intellectiuum, & sensitiuum, aut vegetatiuum, prius adhuc dicendum quid sit intelligere, & quid sentire § enim § pro quia actus, & operationes priores sunt secundum rõnem.i.cognitionẽ potentijs. si aũt sic sup. eadẽ rõne opposita.i.obiecta his priora oportet considerare, de illis vtique.i.ergo primũ oportebit determinare propter eandem cãm, vt de alimẽto, & sensibili, & intelligibili.i.obiectis eorum.

Commen.33. CVM declarauit. Proponit intentionem. & patet. § Et oportet illum. § Exequitur, & tria facit. Primo proponit intentionem totius capituli, vt Arist. facit in textu. secũda ibi. § Et cum declarauit. § Apponit viam quã vult tenere, tertia ibi. § Et cum narrauit. § Ostẽdit à quo primo erit inchoandum simpľr & ante oĩa alia, & oĩa hec patent in fine cõmenti, inquit aũt § & vocauit ea opposita § passiuum.n. & actiuum videntur esse quodam modo opposita. Et tunc adde, sed potentiæ, & obiecta sunt tãquam passiuũ & actiuum. potentia.n. in principio est dissimilis, in fine similis, & declarabitur, quare merito opposita sunt obiecta, & potentiæ.

Dubitatio. Ambigunt quidam quod est natura notius semper debet esse nobis notum, cum noster modus cognoscẽdi cõformetur naturæ. actus est naturæ ignotior. ergo &c. Respondit Theṁ.d. Neq; moueri debemus, ꝙ naturę quidem æstimatione actus posteriores esse potentijs videant cum via & rõ cognoscendi, alia nobis, alia naturæ conueniat. Sed obijcies, qm̃ actus natura est notior cum sit prior natura potentia & tempore. Potest dici ꝙ aliquod notum natura dupliciter est. vno modo vt cã & principium, alio modo vt finis, & complementum 2. modo actus est in eodem prius notus, & natura primo modo potentia. Obiecta ergo priora nobis sunt post hæc actus, post hos potentiæ, & vltimo essentia animæ, vt dicetur.

COMMENTARIVM.

PROPOSVIT se velle dicere de vegetatiuo, sensitiuo, & intellectiuo, quæ sunt potentiæ modo vno, & animæ alio modo, vt dictum est. Nunc vero statuit ordinẽ. & primo statuit ordinem procedendi inter hæc, & sua accña, asserens se velle prius pertractare vnumquodque illorũ qd sit, vt vegetatiuũ quid sit, sensitiuum quid sit, & intellectiuum quid sit, postea de his accidentibus, quæ vnũquodque illorum consequuntur. deinde ordinem procedendi inter hæc & suas operationes, & dicit ꝙ in pertractãdo de vnoquoque horum quid sit, videlicet, in pertractando quid vegetatiuum sit quid sensitiuum & quid intellectiuum, prius adhuc dicendum est quid sit intelligere, & quid sentire, & quid vegetare, qm̃ actus, & operationes priores sunt secũdum rõnem potentijs, quarum sunt actus. Tertio dat ordinem procedendi inter actus & obiecta, & dicit, ꝙ, qa procedendum est à prioribus ꝭm rõnem: & priora ꝭm rõnem sunt obiecta actibus, quorũ sunt obiecta, ergo de illis primum oportet determinare propter eandem cãm, vt de alimento, quod est vegetatiui obiectum, & de sensibili, qđ est obiectum sensitiui, & de intelligibili, quod est obiectũ intellectiui.

Tres ordines. Ex quibus patent ordines tres. Primus est potentiarum ad sua accidentia, quæ potentias illas cõsequuntur.

Verborũ consideratio. Secundus est actuum siue operationum ad suas potentias, quarum sunt operationes. Tertius est obiectorum ad actus quorum sunt obiecta. Quo vero ad verba attinet per § vnumquodque quid est § intelligit vnaquãque potentiam enumeratarum, que potentia põt esse vno modo virtus. alio modo aĩa, vt dictum est. Sunt istæ tres: quæ pñt esse aĩæ, vegetatiuum, sensitiuum, & intellectiuũ. Duæ vero non pñt esse animæ appetitiuum, & motiuum, de qbus duobus in 3. dicet. de vegetatiuo & sensitiuo secundũ ordinem verba faciet in hoc 2. de intellectiuo vero in 3. Verbum vero § perscrutationem § græce est λόγον, logon, antiquus interpres exposuit logon.i.perscrutationẽ. Simpľ. exponit scientificam consideratiõnẽ, & intelligit p scientificam cõsiderationem, qua primo intelligimus definitionem de vnoquoque istorum. deinde p talem definitionem eam, quæ per se vnicuique illorum inest. ergo p perscrutationem Simpľ. intelligit doctrinam demonstratiuam, in qua proceditur ad definitionem subiecti ad accidẽtia propria illi subiecto. Verbum aũt § habitis § græce est ἐχόμενον, echomenon, latine habitis, vel consequentibus, vel cõcomitantibus, & per echomena Simplicius intelligit quæ consequuntur, definita, velut alijs existentia: ergo intelligit accidentia quæ consequuntur vnumquodque horum. Theṁ. vero per echomena intellexit proxima, & exponẽs quid per proxima intelligat, inquit, proxima & attinentia vocamus ea quæ suæ cuique potestati per se insunt, & sic Simpľ. & Theṁ. per echomena intelligunt accidẽtia, quæ vnicuique horum insunt. & hoc seruabit Arist. nã assignata vnaquaque potentiarum quid sit, assignat aliquas proprietates de vnaquaque illarum, vt verbi cã, de visu, ꝙ proprium sit visui sentire à remotis, magis q̃ aliquis sensus, & suscipere spẽs magis intentionales, q̃ aliquis sensus, de intellectu ꝙ sit abstractus, & sic facit in omnibus. ergo p habita intelligit Arist. accidentia quæ vnicuique harũ potentiarum insunt. Expositores etiam non ab rõne inter echomena, siue habita enumerant organa. nã Arist. agit nõ solũ de accidentibus harum potentiarum, sed etiam de organis. Patet ergo primus ordo qui est doctrinæ demonstratiuæ ꝭm Simplicium, non tamẽ est alienum Arist. intelligere hunc ordinẽ in doctrina definitiua, quo definitio subiecti est causalis definitio omnium accidentium illius, & tũc non erit æquiuocatio in verbo, logos. Cum vero dicit. § priores enim potentijs actus, & operationes ꝭm rõnem sunt, § per rõnem intelligit definitionẽ, vt Expositor. d. Est enim verbum, rõnem, græcè, λόγον, logon, modo logos & rõnem, & orationem, & cõplura alia significat. Causa aũt, quia secundum rõnẽ definitiuã actus & operationes sunt priores potentijs, quia potentia quo potentia est, importat habitudinem ad actum, cum sit principium agendi vel patiendi. Et tunc iuxta hanc expositionem, ordo potẽtiarum ad actus vel ordo actuum ad potentias, est ordo doctrinæ definitiuę. Sed dices tu Arist. in pauco spatio æquiuocasse, de isto noĩe logos, quia primo accepit logon pro doctrina demonstratiua, hic autẽ pro doctrina definitiua. Potest dici ꝙ vtraque doctrina cõuenit in rõne doctrinæ, & sic noĩe generis pñt dici doctrinæ, siue logos: vel dicat, vt dictum est, ꝙ non æquiuocat, qa hic, & ibi idem intelligit, quia hic intelligit p rõnem, definitionem qua formaľr definitur potẽtia p actum, ibi p rõnem, etiam definitionẽ, qua causaliter definiuntur accidentia p definitionem subiecti. Hanc expõnẽ sentit Alex. qui asserit actus esse priores potentijs, quia ponuntur in rõne illarũ. Theṁ. vero p rõnem, siue logon intelligit cognitionem quãtitatis virtutis, asserit.n. ex actionibus nos cognoscere q̃tæ & quales sint virtutes, scimus.n. quãta sit potentia portatiua, ex ipsa delatione si fuerit magna vel parua, mensuratur enim virtus per extremum & finem, hoc est p maximũ, in quod põt. Mihi aũt placet magis prima expositio, quia Arist. hic non docet ex actibus quãtitates & qualitates potentiarũ, sed definitiones earum. Cũ vero dicit. § His vero priora sunt opposita § verbum opposita græce est ἀντικείμενα, anticimena, possumus aũt per opposita intelligere obiecta. obiecta enim opposita sunt, quia virtus est agẽs vel patiens, obiectum vero contra agens si virtus patiens fuerit, vel patiens, si virtus agens. ergo obiecta anticimena, hoc est opposita dici possunt. Est aũt tertius ordo actuum cũ obiectis,

ctis.nam obiecta sunt rõne definitiua priora actibus,ac potentijs,vt exponit Alex.& Thomas.Obiecta enim potentiarum passiuarum cõparantur ad illas,vt actiua, potẽtiarum vero passiuarum,vt fines,& passiua, modo vtroq; modo obiectum formaliter sumptũ ponit in definitione potentiæ,atque eius actus,dico formal͛r sumptum, quia non calor ponitur in definitione visus,sed visibile. Them.vero obiecta esse priora potentijs intelligit, quo ad distinctionem,quia potẽtia per obiecta distinguũtur.Et licet vtroq; modo obiecta priora sint potentijs, tñ hic intelligit secundum definitionem ea esse priora.Sed quæres, quo ordine procedit intellectus ad cognitionem sui? Dicendum ꝙ primo cognoscendo obiectum,deinde actum reflexe, demum spẽm obiecti,qua reflexe intelligit se,vt tertio huius dicetur.Huius cã est, quia non est in actu, intell͛s diuinus econtra primo se intelligit,deinde alia,quia est in actu.

ARGYR. *Quare de alimento generationeue, primo dicendum esse videtur. Nutritiua nãque anima, & cæteris inest, et prima est, & maxime communis animæ vis & potentia, qua cuncta viuentia viuunt. Cuius sunt operationes officiaue, generare,nutrimentoque vti. hæc enim operatio maxime omnium operationum viuentibus est naturalis, viuẽtibus inquam hisce,quæ sunt perfecta non membris capta, quæque non sine semine oriuntur, vnumquodque inquam aliud sibi simile procreare, animal quidem aĩal, plantam autem plantam,vt sint semper hoc pacto, cõditionemque subeãt quoad possunt diuinam.id enim ipsum appetũt vniuersa. gratiãque ipsius omnia agunt quæcũque secundum naturam agunt.*

Tex.cõm.34. Quare primo de alimento, & de generatione dicendum est. Vegetatiua enim anima & alijs inest, & prima, & maxime communis animæ potentia est, secundum quam inest viuere omnibus.Cuius sunt opera generare & alimento vti. Naturalissimum enim operum viuentibus est quæcũque perfecta, & non orbata, aut generationem spontaneam habent, facere alterũ, quale ipsum,animal quidem animal, plantam autem plantam.Quatenus ipso semper, & diuino esse participant, ſm quod põt.Omnia enim illud appetunt, illiusque cã agunt oĩa, quæcũque agunt secundum naturam.

COLLEC. Tex.comẽ 34. Cum proposuit intẽtionem exequitur, & ordinat se.d. Quare primo de alimento, & generatione dicendum est: tãquã de obiectis primæ aĩæ. Vegetatiua.n.}reddit cãm,& vr͂,ꝙ duas intendat cãs, vbi debes scire ꝙ duplici prioritate vegetatiua prior est, ſm apparentiam.s.primo in viuo opus eius apparet,& secundum esse. Est.n.omnibus alijs cõmunior,& vniuersalior,& ista duplici prioritate stante, ab ea erit exordiri.Inq.t ergo vegetatiua.n.aĩa & alijs inest prima sup.q̃tum ad apparentiam, & maxime cõmunis potentia animæ est,quãtum ad esse,cuius rõnem quasi reddit .d.secundum quã viuere inest omnibus. propter hæc duo prior nobis erit. Cuius sunt.} Cum exordium accepit à vegetatiua,opera eius distinguens,inquit cuius sunt,opera generare.i.propagare,& alimẽto vti.& ait Simpl͛. in vti alimento compræhendit auctionẽ,& cremẽtum.ideo duo enumerauit.in secundo iterum cõpræhendens duo alia.Verum naturalissimum.}si Simplicium, & Thẽm. sequimur, dicimus ꝙ oppositis tribus vitæ operibus, quod horũ viuo existit naturalius,ostendit.Et tunc litera legat͂, cum ly verum, sic,verum naturalissimum operum viuentibus est quæcũque perfecta,& non orbata, aut generationẽ spontaneam habeant,facere alterũ,quale ipsum & dixit}quale}qm̃ intelligitur secundum formam, & non secundũ accidentia materiæ, cuius exemplum ponit.d.Animal q.dem animal,plantam aũt plantam. Et huiusmodi reddit cãm ex fine.d.quatenus participent ipso semper & diuino & immortali esse secundum ꝙ possunt.s.secundum speciem,oĩa enim id appetunt,omniaque agunt,quæcũque agunt secũdum naturam,illius causa.

Commen. 34. CVM declarauit.Primo recapitulat & patet.ibi 2.}Incepit narrare.}proponit intentionem.& quæ dicit similiter perspicua sunt.Et cum declaratum.}Inquit modo, & cum declaratum est ꝙ primo oportet cõsiderare de actionibus,& de passiuis.i.obiectis,quæ passiua dicunt͂ in principio ante virtutes, necesse est vt primo loquamur inter omnes istas actiones de cibo,& de generatione, quæ sunt passiuum animæ,& actio, cibus.n.patitur in primo propagatio est actio,reddit aũt causam, & inquit, & est necesse vt primo loquamur de aĩa nutritiua, quia est prior natura liter alijs rebus, per quas aliquid dicitur viuum.i.quia est prior generatione,& ortu alijs,& ꝑñs nobis proprior,& quia est magis vniuersalis inter alias virtutes animæ & replicat rõnem.d.& innuit, & propter prioritatem.s.naturæ & generationis,& eius vl͛itatem, oportet præponi in cõsideratione.vl͛e.n.notius est apud nos q̃ proprium. Et cũ.} inquit,& cum declarauit hoc,incepit numerare actiones attributas illi.cuius cãm dat.d.cum ante debemus scire esse,q̃ quid est esse,& reliquum patet. }Et dicimus.} Debes scire ꝙ vbi litera Simplicij hẽt }verũ naturalissimũ &c.} Translatio Auerrois habet. { Actio enim. } vbi illa particula}enim}reddit cãm.est ergo sensus secũdũ Auerroim, ꝙ tria sunt opera vegetabilis scilicet,nutrire, augmẽtare, & generare,& quia generare non vr͂ apte esse opus illius, ideo reddit Arist.cãm, & dedit illa intelligere ꝑ ly}enĩ. } potest ergo syll͛s componi sic, omnis actio naturalissima alicui,est actio illius,tunc Auerrois accipit minorem,primo tamen cõclusionẽ.d.Et dicimus, ꝙ generare est actio illius virtutis.& accipit minorem.d.Qm̃ actio, quæ maxime conuenit naturæ eius:quod dicitur viuum per hãc virtutem,est,sibi simile in specie generare. Et dat cõcl͛ones requisitas ad propagationem.d.Et hoc fit tribus cõditionibus.i.& ad propagationem tria requiruntur, quorũ vnũ est,vt pertingat tempus in quo habet hanc virtutem, cum non sit in esse omni tempore. vult dicere tempore virilitatis. Secunda est,cum hoc nõ habeat occasionẽ.i.aliquẽ defectum.Ista enim impedit hanc actionẽ, licet pertingat tempus in quo habet hãc virtutẽ vt proueniat ab illo hæc actio. Tertia vt id viuum,nõ sit in eis quæ fiant casu sed ꝑ se,quod dicit ꝑꝑ aĩalia genita sponte, vt vespæ, & mures, quæ quidem forte generant, sed non sibi similia in spẽ vt Arist.ait in primo de generatione animalium.Quãdo igitur in viuo fuerint congregata hæc tria,tunc id viuum generabit sibi simile. Quærit Simplicius, si sunt aliqua indiuidua alicuius speciei non generantia,ergo dabit aliquod frustra. Respondet hoc non esse inconueniens secundum indiuiduum,sed bene secundum spẽm. Q. enim tota spẽs sterilis sit,inconueniens est. Sed econtra de mulo, mulina enim spẽs non generat tota imo(vt Arist. ait in secũdo de generatione animalium) habet enim oĩa instrumenta generationis,& genitus est ex propagatione, & tñ non generat. Dicit,ꝙ est quasi casu genitus,nõ tñ frustra est. qm̃ sibi simile in specie subalterna generat, vt Auer. dicit 7. Meta.& 12.Meta. Et ista virtus.} dat necessitatem illius virtutis ex fine,& inquit ista virtus existit in viuo,vt generabile & corruptibile cõmunicent cum sempiterno secundum suum posse.Solicitudo.n.diuina.i.Deus, cum non potuerit facere ipsum permanere secundum indiuiduum,miserta est in dando virtutem, qua põt permanere in specie, & inquit,ꝙ habere hanc virtutem est melius sine dubio. Quod aũt omnia gratia perpetui esse moueant͂ testatur,& patet. In isto commento & textu plures occurrũt qõnes, quarum prima est de numero, & ordine potentiarum animæ nutritiuæ.Ambigunt enim quot sint, & qualis earũ ordo existit.Ad quod Auicenna respondere videtur in 6.naturalium eas esse vij.s.generatiuam,augmentatiuam,nutritiuã,attractiuam,digestiuam,retentiuam, & expulsiuam. Alij diminutiuam,addunt. In oppositum est Arist. Them. & Simplicius,& Auer.qui tantum tres enumerant.s.nutritiuam,augmentatiuam,& generatiuam. Dicendum ergo tres esse virtutes animæ ad alteras inuicem non reducibiles,licet sint plures reductiue,quod sic Albertus in lib. de homine declarat.omnis.n.virtus vegetabilis vel est ad substantiam: quæ est forma,vel ad substantiam,quæ est materia,vel ad robur vtriusque.si primo modo,sic est generatiua.

Cap 4 Dubitatio.

Commen. 18. Commen. 13.

Quæstiones.

ua.si secundo modo,sic est nutritiua.si tertio modo, sic est augmentatiua. & quia non pñt esse ad plura, inde tñ tres esse debent.Quod aũt dicebatur in oppositum sol. patet. Auic.enim enumerauit deseruientes,& principales, vt Albertus inquit.Ipsa enim nutritiua vna est,quæ diuersa sortitur nomina prout diuersis vtitur instrumentis. Si enim sicco vtitur, sic retentiua dicetur,si vero frigido,sic attractiua dicetur,si calido,sic digestiua,si vero humido, sic expulsiua,vna ergo virtus,pluribus instrumentis vtẽs,patet, ꝙ diuersis nominibus dicetur vt Alber. inquit, oẽs ergo ad ipsam reducuntur, de diminutiua vero patet ipsam non esse operatiuam,sed corruptiuam,& ideo ad alias reducetur. Secundo ambigũt de ordine.Ad quod põt dici,ꝙ vel ordo earum sumitur ẜm perfectionem,vel secundum officium & ministerium. Si secundum opus, & officium, vel pñt ordinari ẜm indiuiduum,vel ẜm spẽm,si respectu indiuidui,prima virtutum quæ indiuiduo cõmunicatur, est generatiua,quæ sequitur formam,secunda est nutritiua, quæ sequitur materiam,tertia augmentatiua, quæ sequitur robur,& q̃titatem vtriusque. Si respectu speciei,tunc vltima erit generatiua, qm̃ primo erit nutritiua,ministrans materiam: secundo augmentatiua, ministrans formæ & materiæ robur,& vltimo generatiua, quæ ministrat semen post illas.Si ordinatur ẜm perfectionem, sic quidam volunt generatiuam esse primam,cum formã respiciat, post nutritiuam,cum respiciat materiam,& vltimo augmentatiuã, cũ respiciat vtrique accidens. Sed isti aberrant.qm̃ virtus nobilitatur à fine,vt dicet̃ in suo loco. finis nutritiuæ est cõseruare indiuiduum.generatiuæ spẽm,augmẽtatiuæ est finis robur.modo vt Auer.inq̃t 2.Perigeneseos. Indiuiduũ est multo perfectius specie. Ideo dicendum ꝙ prima dignitate est nutritiua.secunda generatiua, vltimo augmentatiua.Quod dicitur in contrarium nempe generatiuã respicere formam & nutritiuam mãm, dicendum ꝙ si ꝑ materiam intelligunt puram potentiam ad formas, bene dicerent,modo hoc falsum est,sed ꝑ materiam intelligũt indiuiduum, quod dicit materiam (vt dicitur in lib. de cœlo & mundo) respectu speciei.modo,vt dixi,indiuiduũ nobilius est specie. Tertio ambigunt vtrum vnũquodq; appetat se permanere ẜm indiuiduum.Et vr̃ ꝙ sic.natura.n.tam vl̃is quã indiuidua semper intelligit melius, modo melius est esse semper ẜm indiuiduum,quã non esse secũdum indiuiduum,vt patet cuilibet.ergo id natura indiuidui fas est vt appetat. Dicendum ꝙ natura de possibilibus semp intendit,& appetit quod melius,ostendo modo indiuiduum semp esse,esse rem impol̃em duobus modis, primo ex parte naturæ particularis, secundo ex parte naturæ vl̃is. Ex parte naturæ particularis constat. Indiuiduum enim cũ ex materia,& forma constet,& omne constans ex his impol̃e est perpetuari, inde sequitur indiuiduũ perpetuari,esse secundum eius nãm impol̃e. Secundo ex ordine vniuersi, sicut enim Arist.ait in lib.de cœlo,& mũdo,mũdũ esse ꝑfectum testantur oẽs, ipsumque esse pulchrum & Plato cũ Arist.concors est.pulchritudo aũt in difformitate cõsistit. ergo non oportet omnia esse æterna,tunc.n.mũdi pulchritudo,& illius perfectio amoueret̃. quare quædam semper esse,& quædam semper non esse, & quædam quãdoq; esse, & quãdoq; non esse, Arist.in lib.de cœlo & mundo cõcludit.huiusmodi quæ quãdoque non sunt,& q̃nque sunt,indiuidua erunt,ea ergo esse semper, ex ordine vniuersi remanentia,manifestum est esse impol̃e. quod igitur indiuidua impol̃e sit remanere his constat, & cũ desiderium naturæ non sit ad impol̃e, patet indiuiduum nõ appetere semper esse,quod & experientia Linconiensis in libro de reflexione radiorum testatur. ait enim esse quosdã montes vbi radij solis ita bene temperantur,ꝙ hoĩes viuunt tanto tẽpore ꝙ fastiditi in fluuium se eijciunt, quod si fabulosum nõ est,hoc non est,nisi quia cognoscant vitæ ęternæ impossibilitatem,& inde coguntur ad ire illum modum moriendi. Ambigunt & 4.propter quid vnumquodque deo vicinari appetit,& ad hoc ꝓ duo respondemus, primo propter esse.2.propter bene esse.sunt.n.duo cõditionis extrema nõ esse.s.& esse. esse quidem totum in deo ꝑ essentiam continetur: & in rebus ꝑ participationem, queadmodum esse album ꝑ essentiam in albedine, in pariete ꝑ participationem consistit.Prima ergo rõ est,qm̃ vnumquodque appetit esse quatenus põt,& quia appetere esse, est appetere participationem entis, quod est Deus ꝑ essentiam, & res non participat esse Dei,nisi sibi vicinetur, inde concluditur prima hac rõne,vnũquodq; vicinari Deo appetere. Secundo propter bene esse, vnumquodque.n.eo bene & ꝑfecte existit,quo bene summo appropinquat.quare si vnumquodq; appetit bene eẽ, pñter & ipsi Deo appropinquare desiderabit. Quinto dubitat quid ꝑ diuinam solicitudinẽ peripatetici intelligant. Respondent quidam illã esse ꝓuidentiam Dei: in qua (quemadmodum Pla.ait) oẽs formæ sunt perscriptæ rerum fiendarum sicut figura in sigillo. Et hæc est rei veritas,tñ dubia est ẜm peripateticos. nondum enim est expositum à peripateticis,an prima cã particularia proprijs conditionibus curet. Ideo alij ordinem vniuersi,quæ natura est vl̃is, solicitudinem diuinam appellarunt,quæ ideo diuina solicitudo dicitur qm̃ ordo sensibilis ex ordine intelligibili pendet. Auicenna aũt solicitudinem diuinam,appellat imaginationem intelligentię colcodeæ, quæ cõparatur his inferioribus queadmodum anima comparatur corpori aĩalis qm̃ sicut aĩa per formã quã ex appetibili concepit,imaginatur motum, & mẽbra obediunt, sic imaginationi colcodeæ natura tota obedit, & hanc rectam imaginationẽ prouidentiam appellauit Auicenna, & de hoc perquire in penultima disputatione de structio destructionum.

2.quæstio. *Commen.59.* *Quarta.* *Quinta.*

COMMENTARIUM.

PRAEMISSIS ordinibus, quos in pertractione ꝓposita seruaturus est,nunc prosequitur, & in prosequẽdo, primo proponit esse agẽdum de nutritiua aĩa quo ad eius actus,ac obiecta. Ordinis causas in collectaneis diximus Arist.assignare duas,quatenus vegetatiua dupl̃r prior vr̃, & apparentia & existentia.Apparentia q̃dẽ quo eius opera prius nobis inesse videntur.Existẽtia vero, quo ipsa est cæteris vniuersalior.Auer.vero assignat duas cãs,ꝙ nutritiua est cæteris prior,& natura,& vl̃r. At mihi vr̃ in verbis Arist.esse tres cãs,cur de nutritiua sit prius agẽdum. Prima est,quia nutritiua est cæteris prior prioritate naturæ. nam(vt in prædicamentis dictũ est,)prius nã est,quod esse põt sine alio,& aliud nõ sine ipso, at nutritiua sine alijs esse potest in plantis,aliæ aĩæ nõ sine ea,nec in aĩalibus, nec in hoĩbus.Secunda cã est, q̃a vegetatiua est cæteris prior prioritate originis. Embryon enim prius vegetariam vitam,postea sensualem,& tertio intellectualẽ viuit. Tertia causa est,quia vegetatiuã est prior prioritate vl̃itatis. Est enim maxime cõmunis, cum ab ea sumat̃ aĩatum corpus, quod est animali,& hoĩe vniuersalius. His tribus de causis vr̃ de ipsa prius esse agẽdum.Primo ergo præmittit intentionẽ,illam quasi ex dictis deducens, & inquit. Quare primo de alimento & generatione dicendum est. Diuus Expositor ꝑ alimentum intelligit cibum, siue obiectũ nutritiuæ potentiæ, per generationẽ intelligit actiones eius oẽs, accepit.n.vnam pro omnibus breuiatis cã. Hanc expositionem dat Auer. Alij per alimentum intelligunt alimoniam quæ est ipsa operatio, siue ipsa nutritio, nã verbum τροφῆς,trophes est,tum cibus,tum nutritio,siue educatio. Signum aũt est,quia Arist. in prosequendo de actibus primo exequitur. Sed dices Aristot.dixit esse prius de obiectis agendum,nunc proponit de actibus prius.Innuit sol. Auer.obiecta esse priora actibus quo ad rõnẽ definitiuam,vt dixit Alex.nõ aũt quo ad q̃õnẽ an sint, cũ antea vt Auer.inquit debemus scire esse q̃ quid est.Melius arbitror ꝙ Arist.agit de his primo præmittendo quædã tanquã necessaria ad tractatũ de obiectis,& actibus. Vnde hæc quæ dicit non sunt de principali intentione, principalis enim intentio est agere de obiectis,& actibus huius aiæ: & primo de obiectis,verum antequã de illis prosequitur, facit suppõnes more geometriæ de actibus potentiæ,vt videbitur:& sic nõ peruertit ordinem. Præmittit ergo intentionem.s.ꝙ vult agere de actibus supponendo quædam de illis anteq̃ veniat ad rẽ. Quod vero de actibus,& de potentia,& de obiectis vegetatiuæ sit agendum prius q̃ de sensitiuo,& de cæteris,probat,vt dixi tribus rõnibus,& inquit.

Vegetatiua

Tex.cōm.43. πόσα quanta. Videtur autem esse alimentum contrarium contrariorum. Non omne autem omni, sed quæcunque contrariorum non solum generationem habēt ex inuicem sed & augmentum. Fiūt.n. multa ex inuicem, sed non omnia augentur, vt sanum ex laborante. Videntur autem neq; illa eodem modo adinuicem esse alimētum, sed aqua quidem igni alimentum est, ignis autem non alit aquam. In corporibus quidem igitur simplicibus hoc esse videtur maxime, aliud quidē alimentum, aliud vero, quod alitur.

COLLEC. Tex.cōm.43. Propositam intētionem exequitur ponens alimēti conditiones: vt ex illis recolligat alimenti descriptionem, & inquit. Videtur autem esse alimentum contrarium contrario. i. nutrito: qđ Simpl. exponit in principio, & de qualitate priuatiua, cum ex nutrimento fiat nutritum, & per pñs nutrimentum priuatio est formę nutriti. erit ergo contrarietas priuatiua. cum substantiarum non sit cōtrarietas positiua, nisi forte ꝑm qualitates. Non omne.§ Apponit & secūdam.d. Non omne autem omni, sed quæcunq; contrariorum non solum gñonem habēt ex inuicem, sed augmentum, fiunt.n. multa ex inuicem: vt sanum ex laborante, sed non omnia augentur. est ergo secunda conditio vt nutrimentum

trimentum sit natum agere nutritum. Videtur aũt neq;.§ Apponit & tertiam, quæ ſm Them. & Simpl. est vt nutrimẽtum sit tanq̃ materia & materialius nutrito: nutritum autem velut forma & formalius. & hãc tertiam conditionem apponit.d. Vr autem neq; illa.s.contraria, & tangibilia eodem modo adinuicem esse alimentum,sed aqua quidem igni: ignis autem non alit aquam. Et sic patet tertia cõditio. Tunc absoluit.q.posset.n.quis dicere, cur magis de aqua ac igne exemplum posuisti? nonne & simplicium alia corpora talia sunt vt aer,ac terra?respondet ergo ꝙ in simplicibus quidem corporibus hoc videtur maxime igni inesse ac aquæ.aliud quidem alimentum vt aqua,aliud vero quod alitur.s.ignis. non ergo exemplum posuit in his: ac si sola hæc talia sint, sed in his ꝓpter videri maxime talia.exẽplum.n.requirit manifestationem, & nõ veritatem.

Cõm.43. DICIT quod æstimatum. In duabus conditionibus primis conuenit Auer. cum Them.ac Simpl. in tertia discrepans inquit, & ista æstimatio non inuenitur æqualiter in vnoquoq; contrariorum: quæ sunt in subã.s.vt vtrũque eorum nutriat suum compar æqualiter. aqua.n.& vr corpora humida videntur esse nutrimentum ignis.Ignis autẽ non videtur esse nutrimentum alicui eorum. est ergo tertia conditio vt nutrimentum abundet in humido, ideo vt Arist.inquit in lib.de morte & vita. calido viuimus,humido nutrimur. Vt ergo hæc tertia conditio clarescat debes scire,tria esse ex parte nutribilis necessaria,quorũ primum est vt sit rarum & porosum per cuius poros nutrimentum attrahi posſit. Secũdum est,vt sit maxime actiuum,ad hoc vt sibi appositum conuertat in suã substantiam. Tertium est,vt sit bene siccum: ad hoc vt attractum nutrimentum bene retineat. Et per oppositum tria ex parte nutrimẽti, vt sit bene penetratiuum per poros nutribilis, vt sit passiuum maxime,& tertio vt sit fluidũ ac alieno termino terminabile.quare quia prima tria igni, & secunda tria aquæ videntur inesse, inde dat intelligere tertiam conditionem Arist. vt nutrimentum humido abundet. Diffinitio ergo eius recolligitur sic,nutrimentum est corpus mistum,contrarium priuatiue nutribili,natum augmẽtare, id in humido superabundans, propter quid autem superabũdare debet in humido,ex conditionibus tribus põsitis vltimo patet. Postmodum Auer. absoluit qõnem cur in his duobus elementis: aqua.s.& igne exemplificauit: cum in omnibus id verificari posſit: & solutio. apponit Arist.quam ego in expositione posui. Et totum commentum patet.

COMMENTARIVM.

THEMIST. Simpl. Auer. & Thomas conueniunt ꝙ Arist.ponat conditiones alimenti,nec ab ratione, quia ex conditionibus repertis in re colligitur rei descriptio. verum de numero conditionum non omnes conueniunt. Egid.exponit duas conditiones.s.ꝙ alimentum sit contrarium, alito, & ꝙ sit aptum augere alitum. Et tunc vult ꝙ parte illa.§Vnr autem neq; illa.§ soluat vnum dubium satis rationabile ex his conditionibus contingens.nam si alimentum,& nutritiuum sunt ꝯria inuicem transmutabilia, non videtur causa quare potius alimentum nutriat nutritum,q̃ econtra nutritum nutriat alimẽtum, propterea respondens ait potius alimentum nutrire alitum,q̃ econtrario,cum comparatur nutrimentum nutrito,vt humidũ calido. D.Tho. resoluit textũ in tres condõnes, quas debet habere aliquid vt sit nutrimentum alicui nutribili, vt sit.s. contrarium,& vt sit de illis contrarijs quæ sunt inuicẽ generabilia,& vt sit aptum augere nutritũ, modo quo aqua apta est augere ignem, & non econtra,hæc Tho. Simpl. resoluit textum in tres conditiones,vt ꝙ nutrimentum sit contrarium nutrito,& ſm quãtum aptum nutritum augere,& ꝙ sit materialius ipso nutrito,ipsum vero nutritũ formalius.Imaginatur.n.alimentum esse,id omne, quod trifariam nutrito contrariatur: in substantia quidem,quo nutrimentum in princ.caret forma nutriti,in fine habet illam,& sic nutrimentum priuatiue contrariatur nutrito. In quanto vero,ꝙ sit aptum augere nutritũ:in qualitate vero,ꝙ se habeat nutrimentum,vt materia, & sit quid materialius nutritum,vt forma. Ego vero dico tres esse conditiones cum D.Tho.quarum primam ponit,cum dicit,Vr autẽ alimentum de numero contrariorum esse contrarium.s.nutrito,& Simpl.exponit in princ. & contrarietate quæ est inter habitum, & priuationem. Secunda conditio est,vt sit de illis contrarijs,quæ sunt apta conuerti in suum cõtrarium. Sed dices hic cõditio superfluit,quia oẽ contrarium est aptum conuerti in suum contrarium. Dicendum ꝙ nõ est verum, bene.n.concedo omne contrarium esse id, ex quo fieri potest suum contrarium,non tamen omne contrarium potest esse materia alterationis sui contrarij,non.n.album est materia alterationis nigri,nec sanum ægri: sed bene panis esse potest materia alterationis sanguinis. Tertia cõditio,vt sit de illis contrarijs,quę sunt apta augere suũ contrarium. Has duas conditiones ponit insimul,& inquit: Non omne autem omni,sed quæcunq; contrariorum non solum gñonem.s.conuersiuam habent adinuicem(& per hic verba innuit secundam conditionem) sed & augmẽtum, & per hæc innuit tertiam conditionem,quam exponit & dicit. Fiunt .n.multa ex inuicem,vt sanum ex laborante, non tñ omnia fiunt quanta ex inuicem,verbum.n.§augẽtur§nõ est in greco,sed loco eius legitur πόσα hoc est quanta, & tunc suppleas,sed non omnia fiunt quanta. Hæ sunt tres conditiones quibus positis,Aris.remouet dubium,nam si nutrimentum & nutritum sunt ꝯria inuicem transmutabilia apta fieri quanta. ergo non videtur magis alimentum nutrire nutritum,q̃ econtrario nutritũ nutrire alimentum. Respondet, vnr autem neq; illa eodem modo adinuicem esse alimentum,& sic magis alimentum alit nutritum,q̃ econtrario. Quod exẽplo manifestat,cum dicit.Sed aqua quidem igni alimentum est,ignis aũt non alit aquam. per ꝙ exemplum dedit intelligere, ꝙ alimentum magis nutrit alitũ q̃ ecõtrario, cum comparabitur illi,vt aqua ignis hoc est,vt humidum calido.vt exponit Auer. vel vt materia siue materialius formæ,vel formaliori,vt exponit Simpl. & Themist. deinde q̃a quis dicere posset,cur exemplum de igne & aqua potius inductum est,q̃ de alijs elementis,cum q̃dlibet elementum sit improprium nutrimentum cuiuslibet alterius? respondet,cum dicit.In simplicibus quidem igitur corporibus,hoc esse videtur maxime, hoc quidem alimentum.s.aqua: aliud vero maxime quod alitur.s.ignis.ergo non ab ratione in his exemplum datum est.Quod vero in igne maxime spectetur ratio eius, quod nutritur, & in aqua maxime ratio eius,quod nutrit,pulchre declaratũ est in collectaneis.Est.n.ignis maxime rarum, est etiam maxime actiuum, & maxime siccum: quæ tria requiruntur ad rationem eius q̃d nutritur. Aqua vero est maxime penetratiua,& repletiua pororum, maxime passiua, & maxime humida,quæ requiruntur ad rationẽ nutrimenti, ergo maxime aqua habet rationem nutrimenti. Ex his colligi põt definitio alimenti,vt in collectaneis bene colligimus.

ARGYR. *Verum.n.is locus dubitationem habere videtur. Sunt.n. qui dicunt, simile simili nutriri, quemadmodum & accrescere. Quibusdam autem (vti diximus) non hæc sententia, sed contraria placet, censentq; non simile simili, sed contrario contrarium ali. etenim fieri nequit, vt inquiunt: vt à simili simile patiatur. Alimentum autem mutatur atque digeritur, mutationemq; rerum omnium, in oppositum vel in medium esse, constat.*

Tex.cõm.44. Dubitationem autem habet. Dicunt.n.hi quidem simile à simili ali. sicut & augeri. Alijs autem(sicut diximus) econtrario videtur ali contrarium contrario, tanquam imposſibile sit à simili. Alimentum autẽ mutari,& decoqui,mutatio autem omnibus in contrariũ, aut in medium est.

COLLEC. Tex.cõm.44. Cum aliqualiter alimẽtum descripsit,hoc in loco.q.mouet ex propositionibus famosis,vt Auer.inquit.dicit itaq;. Dubitationem autẽ habet sup.determinatio posita. dñt.n. hi quidem simile ali simili: quorum motiuum ponit. d. sicut & augmentari.est ergo vis argumenti, sicut augmentum fit à simili,& nutriri. modo augmentum fieri à simili patet. tunc apponit opinionem oppositam.d.Alijs autem (sicut diximus) econtrario videtur,s.ali ꝯrium contrario, tanq̃

Propria exposi tio.

tanq̃ impaſsibile ſit ſimile à ſimili.quod ꝓbat, & ſyllogiſmus ſic cõponi pt.Alimentũ eſt decoqui & mutari.& hoc minor eſt. mutatio aũt omnis in ꝯrium aut in medium, ergo in prima figura,alimentũ decoqui, ex contrario fiet in contrarium vel in medium. Hęc ergo ſunt quę qõnem inducunt & commentum conſtat.44.per ſe.

COMMENTARIVM.

MOVET qõnem circa determinatas conditiones:dictum eſt.n.alimentum eſſe cõtrarium alito. Mouet igitur nunc qõnem,& dicit,ꝙ dubitationem habet,ſup. ſuperior determinatio,quia ſunt quidam, qui dicunt ſimile ali à ſimili,ſicut & augeri : vt.n.omne ſimile augetur à ſuo ſimili,ita oẽ ſimile alitur à ſimili.Contrarium.n.diſsipat ſuum contrarium,non auget,nec ẽt nutrit. Deinde ponit opinionẽ oppoſitam,cũ inqt.Alijs aũt(ſicut diximus)vr̃ econ trario eſſe dicendũ : dicunt.n.ꝯrium ali ſuo cõtrario, quia ꝯrium eſt impoſsibile ali à ſuo ſimili. Deinde ponit horũ argm̃ cum dicit. Sed dicunt alimẽtum mutari,& decoqui ſup.ab alito,aut mutatio in oĩbus mutabilibus eſt de contrario in ꝯrium vel in medium.ergo oportet,vt nutritũ & alimentum ſint cõtraria.vnde hic ſylls̃ eſſe põt hoc pacto. mutatio ẽ inter ꝯria,nutritio eſt mutatio.ergo eſt inter ꝯria. ſuppléda vero eſt rõ ſed nutritio eſt inter nutrimentũ & nutritum. ergo nutrimentum & nutritum ſunt contraria. Nõ ergo bene legunt verba Ariſt.qui legunt, autem pro quoniam : quia debet ſic continuari pars illa.Alijs autem ſicut diximus ecõtrario videtur, quia impoſsibile eſt alitum nutriri à ſimili,ſed videtur alimentum mutari,quia decoqui. At in omnibus mutabilibus mutatio eſt de contrario in contrarium,aut in medium. ergo ſupple nutritio eſt de contrario in contrarium. Supplenda autem eſt poſtea ratio : ſed nutritio eſt de nutrimento ad nutritum, ergo nutrimentum, & nutritum ſunt contraria : hoc pacto paraphraſtice Themiſtius legit.

ARGYR. *Præterea nutrimentum quidem, aliquid patitur ab eo quod alitur. hoc autem ab alimento non patitur quicquam, quemadmodum nec à materia faber, ſed materies,vt patet à fabro,qui quidem ex ocio mutatur tantum ad operãdum. At.n.intereſt plane ſi nutrimentum ſit id quod vltimo tandem adiungitur,atq; additur, an non hoc ſed id quod primum ingreditur? Quod ſi vtrunq; quidẽ eſt alimentum,alterum tamen eſt digeſtum,alterum vero indigeſtum, vtroq; profecto mõ,& contrario contrarium,& ſimile ſimili dicere licet nutriri. Nam ſi vt indigeſtum ſumatur,cõtrarium contrario alitur. ſin vt digeſtum,ſimile ſimili nimirum hoc pacto nutritur. Quare patet illos vtroſq; partim recte,partim non recte dicere,atq; ſentire.*

Tex.cõm.45. Adhuc autem patitur aliquid alimentum ab eo,qđ alitur,ſed non hoc ab alimento,ſicut neq; inſtructor à materia,ſed ab illo hæc.Inſtructor autem mutatur ſolum in actum ex ocio.Vtrum aũt ſit alimentum,quod vltimo aduenit,aut quod primo,habet differentiã.Sin autem vtrunq;, ſed hoc quidem non coctum,illud aũt coctum vtrobiq; vtiq; continget alimentum dicere. Inquãtum.n.non coctum, contrariũ contrario alitur, Inquantũ aũt coctum,ſimile ſimili.Quare manifeſtũ, ꝙ dicunt quodam modo vtriq; & recte,& non recte.

COLLEC. Tex.cõm.45. Them̃.quem poſt oẽs fere latini ſecuti ſunt,ſic vr̃ ordinare literam : vt.ſ.cum inducta ſit vna ratio ꝙ nutrimentũ ſit contrariũ nutrito,apponat & ſecundam,& ſm̃ eum debet ſic cõponi,omne corpus quod à nutrimẽto patitur,& non econtra, eſt cõtrarium ipſi nutrito:qm̃ paſsio non fit niſi ratione contrarij. Tunc ſuppoſita hac maiori accepit minorem.d. Adhuc autem alimentum aliquid patitur ab eo,quod alitur: ſed non hoc ab alimento, ſicut neq; inſtructor à mã,ſed ab illo.ſ.inſtructore hoc.ſ.mã patitur. apponit aũt qũo poſſet dici pati.d.Inſtructor aũt mutatur ſolũ ex ocio in actũ.q.d.ſi hoc gn̄e mutationis imaginemur nutrimentũ mutari,forte eſſet verũ.ergo ſup. nutrimentũ ꝯrium erit nutrito, Vtrum aũt.§ abſoluit.q.per diſtõnem,& intendit ꝙ nutrimentum põt capi in principio, vtpote qñ indigeſtũ ac non coctum hr̃:& in fine qñ coctum ac digeſtum ſumir̃.primo modo contrariũ.ſecũdo mõ ſimile erit, & ſic vterq; ſermo erit tibi verificatur,& ſermo eius patet.

Tex.cõm.45. DICIT & etiam. Quia litera propoſita dupliciter exponi põt,ideo non apponit continationẽ, cum poſsit litera cõtinuari duobus modis,ſicut illis duobus modis exponitur. Prima ergo expõ erit: vt Ariſ.velit apponere argumentum ꝯ ſecundã poſitionem,& ſol̃. illius pro ſecũda põne,& argm̃ ꝙ inducit ꝯ ſecundã poſitionem pt ſic ordinari,qcunq; ſunt inuicẽ contraria,mutuo agũt & patiunr̃: qm̃ vnum in reliquũ agit.ſed nutrimentũ & nutritum non mutuo agunt & patiunt̃,quando alterũ in alterum agit,ergo nutrimentũ & nutritum nõ ſunt ꝯria.hoc argm̃ ergo pt induci pro prima,& ꝯ ſecundam.cui rñdet Ariſt.ſm̃ Auer. oſtẽdendo ꝙ maior non eſt vera in oĩbus ꝯrijs,vt patet de inſtructore & ligno,niſi quis alterationẽ vocet tranſitum de ocio ad opus.& tunc ad formã maior eſt vera aliqñ,nõ tñ in oĩbus ſpeciebus cõtrariorum.Inquit ergo pt intelligi ꝙ iſte ſermo eſt quaſi rõcinatio iuuans dicentẽ,ꝙ nutrimentũ eſt ꝯrium, & remouens obiectiones cõtradicentes huic ſermoni.pt.n.aliquis dicere ꝙ ſi nutrimentũ eſſet cõtrarium nutribili,oporteret vt vtrunq; tranſmutaret̃ à ſuo cõpari, & pateretur ab eo.i.vt in eo eſſet actio & reactio. Tũc ſup. in ſecunda minorẽ & concludas nutrimentum non eſſe ꝯrium nutrito. Apponit tunc ſol̃.& inquit.&.q.d. rñdendo, ꝙ nutrimentũ eſt quod patit̃ à nutribili, non nutribile à nutrimẽto.non.n.eſt neceſſe vt ab oĩ patiente patiat̃ agens,eo mõ quo patiens patit̃ ab eo.i.eadẽ ſpecie motus.lignũ.n.patit̃ à carpentario,ſed carpẽtarius non patit̃ à ligno,niſi aliquis vocet illã tráſmutationem, q̃ eſt ex ocio ad operationẽ,paſsionem.Et ſic patet ſol̃.pro ſecunda poſitione. Sed potes dubitare,qm̃ nutrimentum,& nutribile ſunt mutuo ꝯria.ergo in eis actio erit mutua,& reactio: qm̃ contraria ſunt illa q̃ nata ſunt inuicẽ tráſmutari actione & reactione. Præterea.Oẽ corpus in mouẽdo mouet̃, ſed omne ꝯrium alterat corpus. ergo in mouendo ẽt mouebit̃,quare ambigua erit ſol̃. Dicendũ ꝙ aliqua pñt dici oppoſita priuatiue,aliqua ꝯrie & poſitiue. in propoſito ergo nutrimentũ & nutribile ſunt ꝯria priuatiue, vt Simpl̃. inquit,& non contrarie, nutrimentũ.n.eſt potentia nutribile,& anteq̃ cõuertatur in nutribilẽ formam eſt in priuatione illius formæ. Ad propoſitum regula Ariſ. intelligit̃ in oppoſitis contrarie,& poſitiue, & non in oppoſitis priuatiue. Ad ſecundum Them̃.in primo huius vult ꝙ intelligatur in eodem gn̄e motus,non ſpecie.mõ nutribile alterans nutrimentũ non alteratur ea ſpecie alterationis, ſed bene eodẽ gn̄e.& ſic intellr̃ dictum Auer.cũ ait. non.n.eſt neceſſe vt ab oĩ patiente patiatur agens eo mõ.i.ea ſpecie motus qua patiẽs patit̃ ab eo. Et debes ſcire pro ſolutionibus iſtis ꝙ nutrimentum pt etiam cõtrariari nutrito ſm̃ qualitates:vt aqua igni eſt nutrimentũ,cui poſitiue & contrarie opponitur ſm̃ qualitates,vt Auer.inquit.5. phyſi. Et tũc forte eſt actio & reactio. attamen quia hoc nõ eſt ſemper dixit non eſſe neceſſe ſemp à patiente pati agens. Secũdo debes ſcire ꝙ in oppoſitis cõtrarie ſemper eſt actio & reactio,attamen non ſm̃ eandem qualitatem ſm̃ Auer. 4.meteor.ſm̃ autem diuerſas id cõcedit. Et tu vide de hoc in tertio huius in expõne cõm.20. Forte præponebatur.§ Hic exponit aliter & inquit,& forte pręponebatur iſte ſermo ad id quod vult de diſſolutione iſtius dubitationis, & ad demonſtrandum id, quod collocatur de vero in vtroq; iſtorum duorum ſermonũ oppoſitorum. vult dicere ꝙ forte Ariſt.ꝑponit quoddam præambulũ : quo clareſcet quid veritatis contineant vtræq; põnes oppoſitæ. Quod declarat & inquit : qm̃ cum hoc fuerit ſcitum de nutrimento & nutribili.ſ.ꝙ nutrimentum eſt id quod tranſmutatur in formam nutribilis,non nutribile in formã nutrimenti,neque vtrunq; à ſuo compari æqualiter : ita ꝙ quantum nutribile tranſmutat de nutrimento tm̃ nutrimentum de nutribili, & ꝙ ita eſt de nutrimento & nutribili, ſicut de carpentario ad lignũ,non ſicut contraria quorũ eadem mã declarabit̃ ſtatim ſup.ſol̃.qõnis,& tunc abſoluit.q.dicens: cũ nutrimẽtum dr̃ duobus modis. (dr̃.n.de illo ꝙ adhuc non digeritur,

Cap.17. Cõm.10. Cõm.10.

geritur, neq; transmutatur in nām nutribilis, & dicitur ēt de illo quod digestum est & transmutatur in nām nutribilis,) tūc ait ꝙ cibum esse similem vere videt de digesto,& contrarium de indigesto. Et tunc totum residuum patet.

COMMENTARIVM.

EXPOSITORES in prima parte textus volūt Ari. facere secundam rōnem pro his, qui dixerunt alimentum esse contrarium alito,quia.s.alitum sit vt agens,& alimentum,vt mā,& patiens.ergo sunt contraria.Quā expositionem lucidus doctor Them.clarissime profitet,moueturq; fortasse ab illo verbo§ Adhuc aūt§ quod est cōfirmationis per nouā rationē nota. Auer. aūt dupliciter verba prima textus intelligit.Vno mō ꝙ Arist. soluat.q.verū prius soluat.q.ꝯ eos,qui dixerunt alimentum esse contrariū:quā.q. non expresit: sed soluendo illam,innuit vim eius.secunda ibi§vtrum aūt,§vult vt soluat.q.principalē,Est ergo argumentū contra eos qui tenēt alimentum ꝯrium, contraria sunt q̄ mutuo agūt,& patiunt. Alimentum & alitū non agunt,& patiunt inuicem.ergo non sunt cōtraria. Q. alitum non patiat,declarat ex eo,quia solū dici pōt pati,quo mutatur de ocio ad actionē. Secūdum ergo primā Auer. expōnem soluit hanc tacitā.q.defendendo contrarietatē, & inquit. Adhuc aūt patitur alimentū ab eo,quod alitur, non tñ hoc quod alitur patit ab alimento, sicut nec instructor siue carpentarius à mā.s.ligno,sed hęc.s.materia patit ab hoc agente, nisi pati dicamus mutari de ocio ad actionem.ergo possumus dicere alimentum & alitū esse cōtraria,licet alitum non patiatur ab alimento,quia sufficit ad hoc,vt aliqua sint contraria,vt alterum saltem patiatur ab altero. Et debes scire ꝙ Auer.appellat hanc solutionem rationem iuuantem eā opinionem, q̄ asserit alimentū esse contrariū,& appellat respōsionem etiam,quia est ratio,& solutio,quia soluendo argm: hr ꝙ inter alimentum & nutritū aliquo mō sit contrarietas,Et sic est ratio,& solutio.

Qō pulchra. Sed qō est mota in collectaneis, vtrū in nutritione ipsa sit actio & reactio,Vr.n.ꝙ sic ad experientiam,quia apposito nutrimento in stomacho calor nālis remittitur,apparet ēt labor in digerendo. Præterea.Inter contraria ꝯm qualitates est actio & reactio.8.meteor,At alimentum & nutritum sunt cōtraria ꝯm qualitates,qa oīs moderata discrasia leditur à simili,& iuuatur à ꝯrio,vt Gal.in Techna,hoc aūt non fit nisi nutritione. *Cōm.20.* In ꝯrium est Auer.& Them q nutritum pati dicunt à nutrimēto solum passione,quæ est mutatio de ocio ad actionem. Licet materia de reactione sit difficilis,nec bene in scholis peripateticorum certa, tñ quantum nostro proposito seruit:debes scire,ꝙ substantiam substantiæ dupliciter pōt intelligi esse ꝯriam, aut ꝯm qualitates,aut ꝯm ꝙ substantia est,vt Auer.innuit.5.physi. *Cōm.10.* Secundū qualitates quidē quo altera suba fuerit calida,altera frigida,vt ignis & aqua,& talem ꝯrietatem nemo negat in elementis,nec in subantijs: ꝯm vero ꝙ suba est,hæc cōtrarietas est priuationis ad formam,vt dicit Simpl. hic Tunc possumus dicere tenendo reactionem saltem ꝯm *Cōm.10.* diuersas qualitates,vt tenet Auer.4.meteor.ꝙ si alimentū & alitum cōsiderent quo ad eorum qualitates dubio procul ibi est actio & reactio: & de hac non loquit Auer. qm nutrimentum non nutrit quo quale,sed quo quid:auget.n. quo quantum,est semen quo superfluum ; nutrit vero quo substantia,& quid.Sinaūt considerentur quo sube sunt,sic non est actio,& reactio, quia nutritū quo suba nihil patit ab alimento: bene aūt nutrimentum quo suba est,patitur, cum sit nutrito contrarium,ꝯm priuationem,& propterea mutatur in subam nutriti,pōt tamē dici nutritum pati, ea passione,qua agens de ocio mutat ad actionem:quo tamē nutritum est suba nullatenus patitur ab alimento , sed ad illud se habet vt forma,& alimentum vt materia . Sic igit in nutritione est actio,& reactio ꝯm qualitates, nō autem ꝯm substantias. Ex his facile patet solutio ad obiecta.Verum est tñ, ꝙ de mō, quo fiat reactio ꝯm peripateticos ēst mihi nō leuis qō,de qua alias dicemus, & alibi multis modis diximus. Aliter exponit Auer. ꝙ.s.Arist. pmittat pro solutione principalis qōnis in primis verbis textus suppositionē,qua concessa,mox dabit solutionē.Suppositio est, ꝙ nutrimentū ad nutritū comparetur,vt mā ad carpētariū .s.vt lignū ad structorem,quia vt carpētarius agit in mām, & non econtrario,ita nutritū agit in alimentū,& nō econtrario.Supponendo ergo ꝙ nutritū agat in nutrimentum, & non econtrario,tunc solutio qōnis principalis mox patet, nam dicemus nutrimentum in principio esse ꝯrium, cum tunc patiat ab ipso nutrito . In fine vero erit simile, imo conuersum in subam nutriti.Iuxta hanc secūdam expositionem lege verba: adhuc aūt patitur aliquid alimentum ab eo,quod alitur.§ Aliquid.§.s.alterationem vt concretionem,sed contra hoc non patit ab alimento,quemadmodum neq; instructor, carpentariusq; patit à materia.s. ligno vel aliquo tali,sed ab instructore patit hæc materia .s.alteratione,& dispositionem, instructor autem mutatur solū in actum ex ocio . Est ergo suppositio ꝙ nutritū agit alimentum,& non econtrario facta suppōne . Postea soluit principalem qōnem.Primo tñ præmittit quandā excusatione ab vna.q.quæ quia non est vtilis ad propositū, non curat illam disputare,& dicit.Vtrum aūt sit alimentum qd vltimo aduenit,sicut prima facie posset videri ꝙ non, quia ꝙ vltimo aduenit fuit alimentū,nūc videtur quod sit conuersum in substantiā nutriti,& ita videtur,vt non sit nutrimentum. Aut vtrū sit nutrimentum quod primo, etiā bona qō est,quia prima facie posset videri ꝙ non,cū in principio non nutriat. ergo non videtur nutrimentum.propterea inquit.Vtrum aūt sit alimentum ꝙ vltimo aduenit,aut sit alimentum ꝙ primo occurrit,habet differentiā,& hincinde opiniones,sed si vtrūq; sit nutrimentū(vt re vera est) aliter tamen & aliter,hoc quidem in principio occurrens non coctum, quod vero vltimo fit,est coctū, vtrunq; vtiq; contingit alimentum dicere cōtrarium,& simile.Inquantum.n.non coctum contrarium contrario alitur. Inquantum vero coctum simile nutritur simili,& sic cōcordat positiones,cum inquit. Quare manifestum ꝙ dicūt quodam modo vtriq; recte & non recte.Hactenus de quæstione.

Quo alimentū simile,& contrarium. Quæres fortasse quid est illa assimilatio alimenti , qua in fine dicit factum simile nutrito,& quod est illa contrarietas,quæ in principio est contrarium. In iuuēta arbitrati sumus Aris. non intelligere p nutrimentū in vltimo.s.cū est conuersum in nutritū:quia tunc non amplius est nutrimentū,sed est iam nutritum,At similitudo est inter diuersa.Ergo intelligendū est per nutrimentum in vltimo , nutrimentum quod nondum conuersum est in subam nutriti,sed quod in non tēpore perceptibili cōuertetur in substantiam nutriti: tunc.n,est simile & non idem. Per nutrimentū vero in principio, intelligit nutrimentū in qd non egit nutritū,quia si aliquo mō egisset , aliqua rōne fuisset assimilatū,ergo intelligit nutrimentū quod occurrēs nobis,nutritū in tpe imperceptibili post hic aget in ipsum. nā tunc occurrit,& non est aliquo mō simile. *Pulchra dubiū.* Sed dices, nōne nutrimentū in toto tpe pcedente est occursum contrariū.ergo cur dr potius ꝯrium in principio occursus. Et dicēdum ꝙ in principio occursus , & in toto tēpore pcedēte occursum dici pōt ꝯrium.Verum asserit in principio occursus esse ꝯrium, quatenus posset videri alicui nō esse nutrimentū,nisi fuerit in loco,vbi agenda est nutritio : & ,ppterea accepit ipsum in principio occursus. Sed dices, qua similitudine in fine nutrimentū est simile. Dicebā in quāto & quali,quibus est aptissimū vt recipiat formā substantialē nutriti, sicut mā optima disposita est effecta similis agenti,vt recipiat formā ab illo . In principio vero in quāto & quali erat discōueniens,cuius signū est:quia multæ supfluitates in via cōuersionis à nutrimento separant, vt disponant in quāto & quali : & fiat simile nutrito. Hæc est vna positio quā in iuuenta solebamus dicere. *Alia solutio.* Vel possumus dicere aliter ꝙ Arist.per principiū intelligit,vt dictū est,nutrimentū,in quod nōdum egit nutritū,sed in qd aget post hoc tpe imperceptibili propter cām assignatā, & tunc est ꝯrium nutrito in quāto,cum sit fęculentius nutrito,& in quali,cum aliæ sint qualitates alimēti,& alię nutriti:& in suba cū intra se contineat priuationē formæ nutriti:quā in fine recipiet. Per nutrimētum vero in fine intelligo nutrimentū in primo instāti,in quo nunc primo nutrito assimilatū est. In illo.n.primo instāti nutrimentū in sui mā recepit formā subalem nutriti p positionē de pñti.

ergo

ergo est assimilatũ in sũba,recepit qualitates consimiles, q̃ consequunt inductionẽ formæ nutriti in mã nutriméti: & sic est assimilatũ in quali,recipit quãtitatẽ ꝓntem inductionẽ formæ nutriti in mã nutrimenti,& sic est assimilatũ in quanto.ergo per alimentũ in fine intelligit alimentum,qđ in oĩbus est assimilatum nutrito. Sed dices tunc est idẽ.ergo non est simile.Rñdeo ꝙ est idẽ in forma & in oĩbus accñtibus: tñ dicit diuersum,quatenus partes nutriti q̃ per nutritionẽ factæ sunt,sunt aliæ à partib⁹ nutriti, q̃ ante nutritionẽ præerãt,qua rõne fit,vt qđ est idẽ vno mõ, sit alterum alio mõ.Oẽs.n.partes corporis sunt eędem in forma,& in qualitatibus,q̃ sunt totius,& vt cõparantur ad totũ,inter se tñ differunt. Ex his patet nutritionẽ esse par uã quandam gñonem,quã Aris.appellat viam ad gñonem, quia per nutritionẽ nihil simpľr fit.quod nõ erat,licet fiat aliquid,quod secundum quid nõ erat,verũ de his postea.

ARGYR. *Cum autem nihil nutriatur quin habeat vitam,animatum id erit profecto corpus quod alitur,ea sane ratione qua est animatum. Quare & nutrimentum,ad animatum per se refertur, & non per accidens.*

Tex.cõm.46. Quoniam autem nihil alitur non participans vita, aĩatum vtique est corpus, quod alitur inquantum est animatum. Quare & alimentum per se ad animatum est,& non secundum accidens.

COLLEC. Tex.cõm.46. Auer. in cõm.innuit capituli necessitatem.Inquit.n.& pars sũbæ animæ,cui attribuit ista actio, nõ est nisi virtus, q̃ innata est hr̃e istam actionẽ. Cum igit cognouerimus hanc actionem proprie,tunc cognoscemus sũba istius virtutis proprie.est ergo capituli necessitas declarare quale nutrimentum dr̃ per se ad nutribile, vt vr̃ ꝙ cognitio nutriméti proficit ad cognitionẽ nutritiuæ partis.Tunc inqt Arist. Quoniã autem nihil alit non participans vita,ideo corpus animatum est nutribile ẽm ꝙ aĩatum. Nutrimentum.n.(vt Auer.inquit) nõ attribuitur animato:nisi ẽm ꝙ habet animã,non secundum ꝙ est corpus,quare alimentũ per se ad animatum est,& non ẽm accñs.i.quare alimẽtum relatiuum est ad animatum inquantum animatum,& non sub alia ratione. Dixit hoc: qm Emped. dixit alimentum esse ad viuum: inquantum viuum est graue & leue. Democr. inquantum ignis.Inquit modo Arist.alimẽtum referri ad viuum nõ sub rõne aliqua: nisi sub rõne qua viuũ & aĩatum. Et ideo scito alimẽto,scietur & viui prima potentia,qua perficitur alimonia.vt dicitur ab Auerroi.

COMMENTARIVM.

De necessitate capituli non parua quæstio est.Græci .n.partem non continuarunt.Egidius vult ꝙ Aris.determinet de actibus vegetatiuę,postq̃ determinauit de obiecto. Diuus Tho. arbitratur ꝙ Aristo. determinet de alimento quatenus conuenit operationibus animæ vegetatiuæ. sed re vera parua dr̃ia est,quia determinare de alimento quatenus cõuenit operationibus animæ vegetatiuæ est quodammodo determinare de operationibus animæ vegetatiuæ,cum operationes non aliter innotescant. Auer. necessitatem capituli innuit,ex eo quia Aris.declarat nutrimentum referri ad potentiã animæ,vt pateat definitio potẽtiæ animæ per obiectum. Quæ expositio nulla rõne verbis põt conuenire. Dicamus ergo ꝙ siue Arist.velit agere de operationibus vegetatiuę.siue de obiecto in comparatione ad actiones,vt arbitror,Arist.primo declarat qũo alimentum se habet ad nutritionem,& sumit hanc suppositionẽ ꝙ animatum est corpus,quod alitur inquãtum animatum. Quam probat enthymematice cum dicit. § Quoniam autem nihil alit non participans vita,§vt contra Empedoclem,Democr. & Leucip. est probatum,ergo omne quod alitur,est corpus animatum,vt aĩatum. Dixit§vt animatum§ vel quia Empedocles dixit corpus animatum nutriri non quo animatum,sed quo graue,vel leue: Leucippus vero quo calidum. Aris.autem vult aĩatum corpus nutriri quo animatum est. Auer.dixit hoc esse additum,quia corpus aĩatum nutritur non quo corpus, sed quo aĩatum. Them. dicit corpus aĩatum nutriri quo aĩatum , quia non nutritur quo album vel nigrum est,sed quo aiam possidet, in quam sententiam venit Simpľ. fere. Sed vnde deducatur hæc consequentia reduplicatiua,nullus declarat. Posset ergo sic componi syllogismus,omne participans vita, nutritur quo animatum , omne quod nutritur participat



vita,ergo omne quod nutritur,nutritur quo animatũ. hoc modo patet rõ. Hac suppositione stante agit de nutrimento comparatione ad nutritionem,& inquit. Quare & alimentum per se ad aĩatum est,& non per accidens,hoc est, vt Them.exponit.Quare alimentum est ad aĩatum vt animatum est,non ad animatum vt aĩatum consideratur quo ad accidentia. Simpľ. exponit alimentum esse ad animatum per se relatiue,quod mihi videtur extraneum,cum in substantijs nõ sit per se relatio. Thomas exponit alimentum esse per se ad animatum.s.quia est in potẽtia ad illud, non ad accidentia illius,& est optima expositio. Tu vero intellige per relatiuũ non prædicamentaliter, vt pater ad filium: non.n.alimentum hoc pacto refert relatione prædicamẽtali ad animatum, sed per relatiuum intelligit determinatũ, qua determinatione materia & forma sunt relatiua, quia.s.alterum est aptum recipi, alterum recipere, sic alimẽtum est determinatum ad animatum,quia aptum est pati ab animato vt animatum est,& animatum vt animatum est aptum agere in ipsum.

ARGYR. *Atqui diuersa est alimenti ratio,vt nutrit,et auget.Nã vt ipsum alimentum quantum est quoddam, auget vt autẽ est hoc aliquid & substantia,nutrit. conseruat.n. substantiam.& est eousq; profecto: quousq; nutritur. Efficit præterea generationem ac ortum,non eius quod aliter,sed talis quale est id quod nutritur. iam.n.est ipsa substantia,& nihil seipsum generat,sed conseruat.*

Tex.cõm.47. Est autem alterum alimento & augmentatiuo esse. Secundum.n.ꝙ quãtum aliquod animatũ est, est augmentatiuum. secũdum vero ꝙ hoc aliquid,& substantia, alimentum est, seruat.n.substantiam, & vsque ad hoc est, quousque & alatur, Et generationis etiam factiuum est,non eius,ꝙ alitur sed quale est id, quod alitur. Iam.n.est ipsa substantia. Generat autem nihil seipsum, sed seruat.

COLLEC. Tex.cõm.47. Idem.n.obiectum est nutritiuæ,augmentatiuæ, & gñatiuæ,esse autẽ non idẽ,& hoc oñdit. est autẽ esse alterum alimento & augmẽto,licet sup.mã eadem. ẽm.n.quod aĩatum est aliquo quantum,cibus dr̃ augmentatiuum ẽm vero quod animatum est hoc aliquid & sũba,cibus alimentũ est.Cuius rationẽ reddit.d.Saluat.n.sũbam & vsq; ad hoc, quousq; alatur,i.ẽm totum vitæ tẽpus, non fit augmẽtum propter causas quas Alber.hic enumerat. Et gñatiuum.§ Ostendit qũo alimentum est gñatiuum, non tñ ponit sub qua ratione gñatiuum est,sed cuius gñatiuum ponit,& inquit. Et sup. nutrimẽtum factiuum est gñonis.& explicat cuius,dicens,non eius qđ alitur: sed æqualis ei: quod alitur.i.in specie simile,cuius rationem ait. Iam.n.sup.nutribile est,ipsa substantia,addit & quasi rationem aliam,gñat alitẽ nihil seipsum,sed saluat.ergo nutrimẽtum habet tres rationes vt respicit viuum ẽm eius quantitatem augmentatiuum dicitur, vt respicit ipsum quo ad eius substãtiam alimentum:vt vero respicit alterum sibi simile in specie, vt sic obiectum est generationis.ergo vnum obiectum est secundum subiectum,esse autem & ratio altera.

COM-

Cōm.47. COMMENTVM istud fere patet. Ait tñ § est vero § augmentatiuum ſm ꝙ perficit quantitaté naturalé eius: quod diminuitur in principio ꝑꝑ necessitatem. vult dicere finis & materiæ, & loci finis: quia si esset tante quantitatis in vtero quantæ in consistentia, mater non posset eum nutrire, ideo ob hunc finem nã eum paruæ fecit quantitatis. Materiæ: qm̃ sperma viri & mulieris paruum quoddam corpus conficiunt. Loci, ꝑꝑ ea quia matrix est angusta & parua. Et tacuit hoc.§ In arabica translatione non ponitur differentia inter augmentum & alimentum, ideo Auer. reddit cãm dicens. Et tacuit hoc.i. illam dr̃iam: quia patet si forte non est diminutio Scriptoris: sicut est rei veritas, quoniam in nostra patet.

COMMENTARIVM.

SIVE nunc agat de auctione, siue de alimento vt cōgruit auctioni, cum vtrunque bene dictum sit dicamus, ꝙ agit secundo de alimento vt conuenit auctioni. Agendo vero de alimento vt congruit auctioni, dat duas differentias inter alimentum, vt congruit auctioni, & alimentum vt congruit nutritioni: quarum prima sumitur ex rationibus, quibus alimentum refertur ad aĩatum, altera sumitur ex parte temporis quo alimentum refertur vt alimentum, & quo refertur ad aĩatum vt auctiuum. De prima inquit. Est autem alterum esse alimento, quo alimentum est, & alterum esse alimento, vt augmentatiuum est, ergo differunt ratione non subiecto vt Them. inquit. Hanc differentiam declarat differentia sumpta ab aĩato, quia aĩatum põt considerari, vt sub̃a, & quid, & potest considerari vt quãtum, alimentum, quoq; cum sit substantia & quantum, põt referri vtraq; ratione ad aĩatum: ideo inquit. Secundum enim ꝙ quantum aliquod animatum est, ipsum alimentum cum sit quantum, relatum ad animatum, quo est aĩatum ipsum quantum, augmentatiuum est, quia (vt Them. inq̃t) alimentum quantum quo refertur ad animatum quantũ, appositum adauget, facitq; accessionem amplitudinis, & hac ratione est auctificũ. Vnde (vt Simpľ. inquit) post defluxum deperditarum partium ꝑꝑ quanti additionem, si amplior influxus siue instauratio fuerit defluxu, hoc est deperditione, aĩatum augetur. Diminuitur vero si defluxus partium maior fuerit, quam influxus. Ergo alimentũ cum ipsum sit quantum congruit auctioni, quo refertur ad aĩatum, vt aĩatum est quantum, vt sic.n. potest facere appositionem. Quo vero aĩatum, ad quod refertur, est hoc aliquid & sub̃a, cum ipsum alimentũ sit hoc aliquid & substantia, alimentũ est. nam nutricans ipsum aĩatum, conseruat eius substantiã: vt.n. alimentũ refertur ad aĩatum quo ipsum aĩatum substantia est, cum ipsum alimentũ substantia sit substantiã ipsa farciendo conseruat, vt inquit Them. quia cum in fine alimentũ fiat velut idem ipsi nutrito, substantiã eius conseruat, vt Simpľ. ait. Hæc est prima differétia, quæ sumitur ex parte formaliũ rationũ quibus alimétum refertur ad aĩatum. Deinde tangit secundã cũ dicit, & vsq; ad hoc est, quousq; aĩatum alatur. Ergo secũda differentia est, vt Them. innuit, ꝙ alimentum refertur ad aĩatum quo alimentũ est alimentum, vsq; ad finem vitæ, quia munus auctionis ante finé vitæ definit, munus nutritionis est vitæ coæuum, quia & vsq; ad hoc est, quousq; alatur, & ita quo auctificum est, non refertur vsq; ad finé vitæ. ergo differentia secunda est, ꝙ alimentũ quo est alimentum refertur ad aĩatum vsque ad finé vitæ: quo vero est auctificũ, non, quia desinit auctio ante finé vitæ. Hæ sunt differentię. Patet ergo quid alimentum sit, vt congruit auctioni, & ꝑ ꝯñs patet quid sit auctio. Deinde agit de alimento, vt cōgruit generationi, siue de generatione ipsa, & declarat qđ alimentũ est generatiuũ, verum non exprimit sub qua ratione est generatiuũ: sed solum qualis est generatiuũ, innuit tñ differentias illas breuibus verbis. Græci vero innuunt duas ẽt differentias. prima ꝙ alimentum vt superfluit nutritioni, est generatiuũ, quia est superfluitas aliméti, vt Them. & Simpľ. innuunt. alimentũ vero, vt non sup̃fluit, & tu intellige, vt superfluit indiuiduo, non speciei, quia natura ordinauit, vt aliquid superflueret indiuiduo ꝑꝑ perfectioné speciei. Secunda vero differentia est, quia alimentum refertur ad alitum coæue, at semen non vsq; ad finem vitæ est prolificum: Arist. tñ non quibus differãt, declarauit, sed qualis alimentum est generatiuũ. Vnde inquit, & generationis ẽt factiuum est, in quibus verbis innuit duas illas differentias, quas non explicauit. s. ꝙ alimétum differt ex semine, non re, sed quo alimẽtum est factiuũ generationis, non semper: sed certo dato tẽpore, exponit cuius rei alimentum sit generatiuum, & inquit. Alimentũ vt semen est, non est generatiuũ eius, quod alitur, sed eius, quod est tale in specie, quale est id, quod alitur. ꝙ autem non sit generatiuum eius, quod alitur, probat dupliciter, primo quia generatio est eius, quod non est, quod.n. generatur, non est, vt. 5. physi. probatur. At quod alitur, est: cum eius sub̃a iam præerat. Secundo, quia nihil seipsum generat, sed bene potest idé seipsum conseruare. ergo alimentum quo generatiuũ est non est generatiuũ eius, ꝙ alitur, sed cuiusdã alterius, quod est ei quod alitur, simile in spẽ.

Vtrum idẽ possit seipsum generare. Quæres vtrum idem possit se generare. Videtur ꝙ sic, primo quia saltem per accñs idem potest se corrumpere, vt patet de calido, ꝙ agendo in humidum, se corrumpit. Præterea. Calidum instaurando humidum, se per accñs generat, quia in maiori humido est calidum maius quam sit deperditum. Præterea. Aqua calefacta est remissa in substantia ſm Auer. & hæc reducit se ad priorem substantiã & qualitatem, ergo aliquid generat se. Præterea. Epar generat carnem in corpore, & membra non spermatica, ſm medicos, sed hepar & caro in eodem viuente sunt idé in substantia, & forma ergo idem generat se. De hac re plura diximus in metaphy. quæstionibus, & in libris de generatione, & in libris phycorũ: tamen siquis vult, potest sustinere probabiliter aliquid posse se generare in tribus casibus. primo per accñs, vt diximus de calido. Calidum.n. instaurãdo humidum maius q̃ fuerit deperditum, generat se non simpliciter, sed per accidens. Secundo idẽ potest generare se, qñ fuerit ipsum remissum, sed maius in virtute ipso remittente, vt in casu de aqua calefacta, ipsa enim remissa in qualitatibus & substantia, sed q̃a est maior quã sit pars remittens, quæ secum est commista, ideo illã corrumpendo generãt se. Tertio esse potest ſm diuersas partes, aĩal ſm hepar generat, ſm carnem generatur, verũ hoc est diuersis partibus. Arist. ergo intelligit, nihil se posse generare per se, & ſm se, & quolibet sui generatione simpliciter dicta. Calidum.n. non generat se instaurando humidum ſm se, & quodlibet sui: sed solum generat se maius, q̃ erat, corrumpens vero potest se corrumpere ſm se totum per accñs: quia corrumpens est. Nihil aũt generat se totũ per accñs, nec per se: quia quod generat nec per se, nec ꝑ accñs est. Est ergo propositio Arist. sic intelligenda, nihil ſm se totum per se generat se, dico ſm se totum, quia ſm partes potest saltem per accñs aliquid se generare. modo nec calidum, nec aqua ſm se totam generat se, nec per se. His.n. duabus cõditionibus propositio Arist. vera est. *Breuis intellectus propositionis Arist.* De corruptione vero, dico ꝙ bene aliquid potest se totũ necare, sed per accñs, quia cum corrumpens sit, potest agere in suum subiectum: & sic corrumpendo illud, tandem ipsum corrumpitur. Ad rationes patet solutio. Ad primam quidem, quia non est simile de corruptione & generatione. Ad secundam iterum patet soľ. Primo.n. calidum non generat se per se, sed generando suum subiectum. Secundo non generat se generatione totali ſm se totum, sed potius auget se. Ad tertiam patet solutio. Aqua calefacta remoto calefaciente relinquitur mista ſm Auer. non.n. potest remitti aqua in qualitatibus, quin remittatur in substantia. Remoto ergo calefaciente partes aquæ plures corrumpunt partes igneas & calidas ex calefactione acquisitas: & sic generat se per accidens, & non generatione totali. Quarta soluta est.

ARGYR. *Quare tale quidem aĩæ principium, vis est talis, vt id cõseruet quod ipsam habet, ea nimirum ratione qua ipsam habet. Alimentum autem, ad operandum præparare videtur. Quapropter alimento priuatum esse non potest.*

Tex.c.48. Quare hmõi aĩæ principium, potentia est, potens seruare habens ipsum scđm ꝙ hmõi. Alimentũ aũt præparare vr̃ opatioẽ. Vnde priuatũ alimẽto nõ põt esse.

Diffinit

COLLEC. Tex.côm.48. Diffinit modo principium nutritiuum.d.Quare principium hmôi.i.nutritiuum, est potentia aiæ, supple vegetabilis posibilis saluare suscipiens ipsum ẽm ꝙ hmôi.i.ẽm aliquam dispositionem conseruationis:vt Auer. inquit.Et reddit cām.d.Et dixit hoc.i.ẽm aliquam dispositionē, quia sunt aliquæ virtutes, quæ conseruant esse ẽm omnem dispositionem.i.in omni dr̃ia temporis,ẽm oẽs partes eius.i. indiuidua eius eodem mõ.s.virtutes corporum cœlestiũ. Apponit autem qũo alimentum concurrit.d. Alimentum aũt præparat operationem,cuius signum dat, vnde priuatum alimento non potest esse supple viuum lõgo tpe, nisi (vt Alber. inquit in lib.de homine) ad plus.40.dies : vt de quadam muliere Paduana refert ipse quam narrat se abstinuisse alimento illis tot diebus.

DEBES scire in commento ꝙ qñ inquit Auer.cibum esse instr̃m nutribilis : intendit capiendo instr̃m pro omni eo quod transit in vtilitatem & vsum alterius, vt diximus supra in expositione alterius commenti.

COMMENTARIVM.

Cõm.48. HACTENVS de operationibus, siue de obiecto ꝑ comparationem ad operationes ꝙ idem est. Nunc de altrice potentia,quid sit illa,declarat, & dicit, quare potentia altrix est hmôi animæ.s.vegetatiuæ principium,potens seruare nutritum, quod habet principium, potens seruare dico ẽm ꝙ hmôi est. Quid vero sit alimentum statim subscribit,cum dicit:alimentum aũt supple potens præparare operationem, cuius signum affert, quia nutritum ipsum, priuatum alimento, non põt esse.s.longo tpe. Quo vero ad verba attinet, Arist. ratio principium hmôi aiæ definit, sed potentiam altricem ꝑ esse principium hmôi aiæ, quod potest seruare corpus aiatum hñs tale principium. Addit ℥ ẽm quod hmôi ℥ non(vt Auer.inquit)ẽm aliquam dispõnem ꝑꝑ differentiam virtutum cœlestium,quę simpliciter seruant earum subiecta,sed ẽm esse numerale ad dr̃iam virtutis generatiuæ,que seruat hñs ipsam,non ẽm tale esse indiuidualiter,sed ẽm esse specificum. Est ergo altrix virtus principium aiæ vegetatiuæ seruans ipsum viuens ẽm numerum vsq; ad finem vitæ. Nutrimentum vero est principium præparans operationem nutritiuam,cuius signũ est, quia viuens priuatum alimento non põt diu permanere. Ex quibus sequitur ꝙ tam altrix virtus : quam alimentum virtus quidem seruans subiectum, alimentum præparãs ad operationem nutritiuam mediante qua virtus proprium subiectum seruat.Sed dices si alimẽtum est principiũ præparans ad operationem nutritiuã.ergo agit ad nutritionẽ. Egid.concedit,arbitratur.n.materiam coagere, & vult ꝙ altrix agat,& alimentum coagat. Verum hæc Egidij expõ eget longa disputatione. Simpl'. ergo rñdet ꝙ alimentum præparat ad operãtionẽ nutritiuam, nõ vt mouens altricẽ virtutem,sed veluti materia idonea ad actionem accõmodata,quemadmodum fabro ligna,ergo Simpl'. per præparare ad operationem nutritiuam intelligit concurrere ad illam tanquam materiam idoneam. Hæc Simpl'. Quod vero ita sit,statim in textu sequenti Aristot.seipsum exponens,hoc asserit.

Consideratio verborum. Contra Auer. — Excerptum.

ARGYR. *At vero cum hoc in officio tria sint hæc necessarioq; cõcurrant,id inquam quod nutritur, & quo nutritur, & quod nutrit,id quidẽ quod nutrit est ipsa aĩa prima, id aũt quod nutrĩt corpus est quod ipsam aĩam habet,at id quo nutritur, ipsum est alimentũ. Atq; cũ sit par vniuersas à fine res appellare,finisq; huius aĩæ sit generatio talis quale est id quod ipsam habet,erit aĩa prima profecto principium generandi tale quale est id quod hanc ipsam animã habet.*

Tex.c.49. Quoniam autem sunt tria,quod alitur, quo alitur, & alens.Alens quidem, est prima aĩa, quod vero alitur habens hanc, est corpus. quo aũt alitur est alimentum. Qm̃ autem à fine appellare omnia iustum est,Finis aũt est generare quale ipsum est erit, vtiq; anima prima generatiuum,quale ipsum est.

COLLEC. Tex.cõm.49. Cum nutrimentum quasi exposuit, & quasi nutritionẽ: ondit quæ necessaria sunt nutritioni,& inqt. Qm̃ autẽ sunt tria, quod alitur.s.aĩal, quo alitur.s.cibus, & alens.s.prima anima.s.vegetabilis,& ponit exẽpla & patet. Qm̃ autẽ. ℥ Secundum expositores latinos,cum Arist. diffinit nutritiuam potentiam,diffinit generatiuam nunc & tacet augmẽtatiuam. Sed certe hæc expõ est ꝯ textum. Ideo aliter ẽm Auer.& Them. dicendum ꝙ Arist. cum opus nutritiuæ in triplex distinxit,& ab opere res denominat̃ tanquam à notiori,quærit Arist. quo oꝑe nutritiua anima sit nominanda atq; diffinienda:& tunc rñdet. Qm̃ aũt à fine appellari iustum est,finis aũt est generare quale ipsum:tunc recolligit diffinitionem animæ vegetabilis sumptã ab vltimo fine.d. Erit vtiq; prima anima.s.vegetabilis gñatiuũ.i.principium primum generatiuum,quale ipsum.s.hñs hanc. & sic Arist. potentiarum vegetabilis vnã tm̃ diffinit.s. nutritiuã.tacet aũt diffinitiones augmentatiuæ, & gñatiuæ, qm̃ satis dr̃ias dedit,quibus pñt colligi,& apposuit diffinitionẽ primę aię à fine vltimo:& hoc Auer.inquit in calce cõmẽti. Dicẽdũ est igit̃ ꝙ aĩa nutritiua.i.vegetabilis, est virtus, quæ est innata gñare à cibo supple superfluo, sibi simile in spẽ indiuiduo in quo est, cuius rationes reddit dicens. Cum omnes suæ actiones non sint nisi propter hanc virtutem.

COMMENTARIVM.

DICTVM est alimentum esse principium præparans ad nutritionem,& dictum est altricem virtutẽ esse principium, posset ergo quispiã ambigere vtrum sint principia ambo effectiua.Rñdet ergo Arist.ꝙ tria sunt,quæ concurrũt ad munus nutritionis,quod alit,quo alit̃,& alens. Alẽs quidem est prima anima.s.vegetatrix,quod vero alitur, est corpus quod habet animã, quia(vt dictum est)alit̃ qđ alit̃, vt aiatum est.Quo ãt alit̃,est alimentum,ergo alio mõ cõcurrit potẽtia siue aĩa, & alio mõ alimẽtum. Expositor ãt dicit ꝙ Arist.per alimentum alit̃,vt quo intelligit,vt instrumento:& si intelligit (vt in collectaneis diximus) per instrumentum omne illud quod venit ad vsum alicuius,bene dicit.Sed si intelligit per instr̃m illud, quo vtitur agens ad agendum,non est bene dictum:quia tunc alimentum concurreret actiue:ꝑpea intelligas:vt Simpl'.dixit:& dicemus, alimẽtum esse quo alitur,vt materia idonea actioni. Quo vero ad verba attinet:animaduerte ꝙ Arist. nunc loquitur de potentia, nunc de anima, vt quasi videatur æquiuocus, quod ideo facit, ꝙ opus sit aiæ & potentiæ animæ principaliter,potentiæ,vt proximi principij.Quia igitur nec anima sine potentia, nec potentia sine anima agit, ideo nunc potentia, nunc anima vtit̃:quasi eas pro vno principio intelligat. Deinde Arist.definit animã vegetatiuam, & ordinat hãc definitionem,cum inquit,Qm̃ autem à fine appellari & nomine & definitione omnia iustum est. Finis autẽ est generare : quia primo nutrimur : secundo augemur vsque ad perfectum statum:tertio cum ad perfectum statum venerimus,possumus generare, & sic generare est finis cæterorum operum, ergo prima anima erit principiũ generatiuum eius, quod est tale, quale est ipsum habens illam. Magna quæstio fieri põt hic,vtrum definiatur anima,vel potentia animæ,Thomas, & Auer.volunt animam hic definiri,vt verbum Arist.explicat. Egidius vero vult ꝙ definiat potentiam: licet Aristot. indifferenter & animam & potẽtiam posit definire eadem definitione paucis additis,est enim anima principale principium generandi tale quale est habens ipsam: potentia vero instrumentale. Cur vero non definit animam per esse principium augmenti:bonam rationẽ Egidius affert:quia non est de operibus necessarijs tota vita, nec de operibus præstantioribus. Sed dices non videtur bene, vt definiatur anima à fine,quia finis est causa extrinseca: potisima definitio est formalis, quæ datur per genus causæ formalis. Dici potest quòd definitio formalis est potisima in eo, qui habet omnes causas. Anima autem non potest definiri nisi ab ipso fine cum formæ bene sit finis:non autem forma.Præterea hæc definitio non est penitus data per finẽ,cũ principium sit genus aiæ.dr̃ia vero est sumpta à fine:quia in formarum definitione,nõ est potior causa ipso fine.Hæc ergo est definitio causalis primæ aiæ. Quærit hic Egid. vtrum potẽtia vegetatiua sit principiũ gñationis.Rñdet ꝙ est instr̃ale aiæ principium: agens.n.vt instr̃m aiæ põt generare subam.

Quæstio. — Dubitatio. — Qõ Egid.

asseruit pro certo id.vbi aũt intendit æstimatur pro est verum,tunc dubitatio non rationabilis vr:cum prius tanq̃ assertum dixit. Vt mihi vr.§Auer.vult Aris. tm̃ vnam.q.mouere.s.propter quid sensus non sentiunt absq; extrinseco sensibili,& ratio,q.est ẽm Auer. qm̃ si sensus sunt actiui,& quodlibet organum limitat sibi quoddam elementũ quod sensibile est per se vel saltem per accidens,vr ꝙ absq; sensibilibus fiat sensatio, vel possit saltem fieri. secunda ibi §Dicamus igitur in respondendo.§ absoluit.q.& quæstio & sol.manifestæ sunt per se ex cõmento ratione literæ. Ex solutione ergo huius.q.apparet motiuum efficax ad probandum sensum esse vim passiuam, & non actiuam,quod potest sic componi,omnis virtus, quandoque ens in actu, quandoq; in potẽtia per naturam eius intrinsecam, cuius actio imminet in ea,pro sui actione agẽs extrinseco quodam: est passiua. dico primo quandoq; actu & potentia ꝑ naturã intrinsecam,qm̃ ignis est quandoq; actu,quandoq; potentia,sed non per nãm intrinsecam. Dico cuius actio imminet in eo etiam propter ignem. Tunc minor, sensus, (vt per sol.q.patet) est virtus huiusmodi, ergo & sine dubio sensus passiua est vis, & hinc patet quod ad propositum est exemplum de combustibili, est.n.quandoq; actu, quandoq; potentia per naturam insitum, egens etiam forinseco,ideo passiuum,& non actiuum erit. Propter quid autem sensus exteriores sine sensibilibus forinsecus non sentiant,& an sit possibile sine eis fieri sensum loco suo.s. cõmen.60.dicetur,nunc vero intantum dictum sit.

ARGYR. *At vero quoniam sentire bifariam dicere consueuimus (nam & id quod potentia videt & audit,videre audireq; dicimus & si forte dormiat,& id identidem quod iam operatur) dupliciter et ipse sensus profecto dicetur, quidam vt potentia, quidã vt actu. Similiter & ipsum sentire,& quod est potentia,& quod est actu.*

Tex.cõm.53. Quoniam autem sentire dicimus dupliciter (potentia.n.& audiens & videns:audire & videre dicimus,& si forte fuerit dormiens,& ꝙ iam est operans)dupliciter vtiq; dicetur & sensus, hic quidem, vt potentia, ille vero,vt actu.Similiter autem & ipsum sentire,& quod potentia existit,& quod actu.

COLLEC. Tex.cõm.53. Quicquid Simpl. in huius loci cõmentatione inducat ẽm Auer.vr̃ mihi literam fore sic exponendam. tria sunt, ipsum videns.s.homo,aut quodcunq; animalium,potentia visiua,visus.s.& actus visionis,& sic possunt tria esse apud sensum animal,scilicet sentiens:sensus ipse,& sensatio,inquit modo Arist. quoniam autem sup.animal dicimus dupliciter ipsum sentire,potentia.n.audiens & videns.s.dormiens audire & videre dicimus. Alio modo dr̃ & audiens & videns animal: quod actu operãs est.ergo prima distinctio de sentiente quod dupliciter potest dici, sentire, vel quia proxima potentia sentire potest, vel quia actu proprie sentit. Tunc & secundã apponit distinctionem:quasi dicat,quemadmodum sentiens ipsum dupliciter: ita vtiq; dupliciter & sensus, idest potentia sensitiua. Hic quidem sicut potentia,puta potentia visus actu dormiens. Ille autem sicut actus.s.actu conspiciẽs. Adhuc & tertio de actu ipso similem ponit distinctionem,& inquit. Similiter autem & sentire dupliciter sup. dicitur ad sentiẽs & sensum, quodq; potentia ens,& quod actu, & sic circa illa secundum Auer. tres formauit distinctiones, & in hũc modum Them. hunc locum paraphrastice videtur commentari, quem lege. Verũ id silentio transiri indignum,dormiens sentiens dici,& in tenebris videns. Tamen primũ quidem aliquale remotius. secundum propius, tertium proxime & actu tale, vt Auer. inquit. Reliquum commenti tibi clarum relinquo.

ARGYR. *Primum igitur id scire oportet, nos inquàm quasi sint eadem pati, moueri, ac operari, ita nunc his vti ac dicere, motus.n.est quidam actus,imperfectus tamen,vt in alijs diximus. Ea vero cuncta quæ patiuntur atque mouentur ab actiuo & eo quod est actu patiuntur atque mouentur. Idcirco fit,vt tum à simili sibi,tum à dissimili res omnis patiatur,vt diximus. patitur.n.ea quæ est dissimilis.at cum est passa, tum similis est,vt patet.*

Tex.cõm.54. Primum igitur tanquàm sit idem pati & moueri & agere dicimus.etenim motus,est actus quidam,imperfectus tamen,quemadmodum in alijs dictum est. Oĩa autem patiuntur & mouẽtur ab actiuo & actu existente. Quapropter est quidem vt à simili patiantur,est autem vt à dissimili,sicut diximus. patitur enim quod dissimile est,passum autem simile est.

COLLEC. Tex.cõm.54. Locum hunc expositores latini videntur intelligere ꝙ Arist.modum prębeat quo sensus ex sensibili in actum redeat:quos vide.Sed pace eorum dixerim,modum quo sensus ex sensibili in actum redeat non ad hunc, sed in alium distulit locum illum.s.§vnde non bene habet dicere§ ꝙ si hic id præostenderet,repetitionem superfluam faceret:qđ expositoribus displicet. Propter quod Simpl. ait, ꝙ cum Arist. vsus sit priscis verbis pati & moueri, & mouere & agere tanq̃ eisdem,aliqualiter occurrit reddens hominem attentum,hæc non eadem sed diuersa significare ostendit, quo fit,vt quodam quasi præambulo.ibi §Omnia autem.§ apposito transit ad quæstionis proposite sol. quam distulit vsq; in hũc locum.Sed etiam pace sua dicam Ari.in abundans ac superfluum cadere colloquiũ cum litera illa§non est aũt simpliciter§distinctiones horũ longo enarrat sermone.Quapropter visa est mihi Them.ac Auer.huic loco idonea expositio,cum Aris.mouisset.q.an sensus virtus sit passiua, an actiua, an sensatio passio, an actio sint, posset cuipiam videri.q.superuacaneam esse, qm̃ actio & passio in idem incidunt, cũ vnus sint motus. Præterea,vt Them. inquit,Omne patiens videtur esse agens, cum omnis res si mouetur videtur esse & agens.i.in actu atq; opera, cum ergo actio ac passio vnus sint motus & agens atq; patiẽs idem sint,superuacanea erit proposita quæstio. Ostendit ergo Arist.quæstionẽ propositam rationabilem esse, cum actio & passio differunt, amplius agens & patiens, & inquit. Dicimus igitur primum.i.primo aspectu pati & moueri.i.passionẽ tanq̃ idem sit agere & mouere.i.ipsi actioni,& si dicimus tanq̃ idem sermo de agere & pati, diuersus est,vt inquit Auer. Q. aũt tanq̃ idem ostendit dicens. Et nanq; motus quidam actus est, qui supple actio est & passio.Tunc ostendit quõ diuersi sunt sermones, & ponit, vt Auer.inquit differẽtias duas intra sermonem de agere, & illum de pati,& inquit.q.d.licet sint vnus motus. differunt,qm̃ passio est motus imperfectus cũ respiciat patiẽs, vt alibi dictũ est.s.in.3.physicæ auscultationis.Actio actus perfectus cum respiciat agens. Et tunc apponit secundã drĩam illorum duorum sermonum ẽm Auer. dicens § Oĩa autem patiuntur & mouentur ab actiuo & actu ente.§supple tale quale patiens in potentia, quia vt Simpl. inquit. Frictio non habet caliditatem.Quamuis eam inducat,neque flagellum vibices, & sic est actu agens tanq̃ in patiente perficiens non passiue,sed actiue. Auer.aũt vr̃ dicere ꝙ secunda differentia hæc est, qm̃ patiens esse nõ potest nisi ab agente patiatur,potest tamen agens esse,dato ꝙ nõ sit actio in eo.i.relatio à passo.quasi est dicere ꝙ agens hoc à passo differt,quoniam agens agit in passum,sed passum nõ agit in agens. Et cũm dixisset.§Ex drĩa inter agere & pati posita infert solu.qõnis antiquæ,& inquit.Vnde est quidem.i.contingit sensum pati à simili,contingit aũt vt à dissimili,sicut diximus. Patitur quidẽ.n.quod supple in principio dissimile ei est.passum aũt sup. postq̃ fuit simile est.

Et quia quis posset dicere,differentiam hanc esse superfluum apponere,Auer. in cõmẽto dat tres necessitates, & inquit. Et manifestum est ꝙ qui non intellexerit virtutes passiuas in tali esse,idest hoc modo differre ab actiuis, non poterit dissoluere prædictã.q.an scilicet sensatio possit fieri sine forinseco sensibili. Deinde dat secundam.d. Neq; etiam qui non concesserit ꝙ virtutes sensus sunt de virtutibus passiuis,& quõ differat ab actiuis potest etiam dicere vtrum sensibile sit simile aut ꝯrium.q.d.nisi presciatur huiusmodi differentia,qõ antiqua non soluitur. Deinde tertiam apponit.d. Et hoc est fundamẽtum, & oportet

vt conſeruetur,ſicut diximus in alijs virtutibus aīæ.ſ.phantaſia ſenſu communi &c. & maxime in virtute rationali,q̄ ſciri non poteſt niſi ex ſimilitudine ad ſenſum, niſi igitur præſciatur, ſenſus natura & intellectus ignotus remanebit, hic ergo eſt propoſita differentiæ vtilitas.

ARGYR. *Deinde diſtinguendū eſt de potentia atq; actu. nūc.n.de his ipſis ſimpliciter dicimus. Nam eſt hoc pacto quippiam ſciens: vt ſi dicamus hoīem eſſe ſcientē,quia hō eſt talis ſuapte natura vt ſit ſciens atq; ſcientiā habeat. Eſt ēt hoc pacto quippiā ſciens,vt hominē eum iam dicimus eſſe ſciētem, qui grāmaticam habet. Atq; horum vterq; non eodem mō pōt, potentiæq; ſubijcitur: ſed alter quidē ex eo quia genus ipſum eſt tale materiæ ſuæ, alter vero propterea quòd cum voluerit contemplari poteſt idipſum facere,niſi quid externum forte prohibeat impedimentoq; fiat.*

Tex.cōm.55. Diuidendum aūt eſt & de potentia & actu. nūc.n. ſimpliciter dicimus de ipſis. Eſt.n.ſic ſciens aliquid, ſicut ſi dicamus hoīem ſcientem, q̄m homo ſcientiū eſt & habentium ſciām. Eſt aūt, ſicut iam dicimus ſcientem habentem grāmaticam. Vterq; aūt horum, nō eodem modo potens eſt,ſed ille quidem q̄a genus hmōi & materia eſt, hic aūt quia volēs potens eſt ſpeculari, niſi aliquid prohibeat eorum quæ extrinſecus.

COLLEC. Tex.cōm.55. Proponit Ariſ.intentionē ad ſequentia,& inquit.Diuidendū aūt de potentia & actu ſup.cum terminatæ ſint cōcluſiones propoſitæ,ac dr̄ia eorū ſit palam. Cuius rōnem reddit ſm Auer.§enim§pro quia, nūc.i.hactenus diximus .i.locuti ſumus,quæ habemus.i.habuimus de his:ſimpliciter.i.indiſtincte.q.d.diſtinguēda ſunt:q̄m locuti fuimus de eis indiſtincte. Vel pōt dici q̄ Ariſt.ſe excuſet in hūc modum,diuidendum de potentia & actu,quantum ſpectat ad propoſitum,quia nunc dicimus quæ habemus de ipſis ſimpliciter.i.indiſtincte,q̄m diſtincte & reſolute in metaphy. eſt tractandum.ſ.in cōmen. Et tunc diſtinguit,& litera,& cōmentum patet.Vnū vero debes ſcire, q̄ ſapiens habens habitū nondum diſputans dupliciter(vt Simpl.inquit)pōt diuerti ab actuali ſpeculatione:vel Imperio volūtatis,vel extrinſeco impediente & ambo hic Ariſt.apponit.Ille aūt quia volens poſsibilis eſt conſiderare, niſi aliquid prohibeant exterius. Ecce ambo, dr̄ vero id eſſe in noſtro arbitrio(vt Auer.inquit in tertio)quod ad hoc vt à nobis proſequatur, nihil nobis deeſt pro eius perfectione.

Cōm.18.

ARGYR. *At præter ipſos,eſt iſce qui iam contēplatur & eſt actu proprieq; ſciens hoc A. Ambo igitur illi primi potentia quidem ſunt ſcientes: vt diximus. verum vnus,indiget alteratione per diſciplinam,qua quidem nonnunquàm etiā ex habitu contrario diſpoſitioneq; mutatur. alter, habet quidem ſenſum aut grāmaticam, ſed indiget operationis,vt ex ocio tandē operationiſq; vacuitate agat ac operetur. atque hic modus potentiæ diuerſus eſt,vt patet,ab antea dicto.*

Tex.cōm.56. Alius aūt,iā ſpeculat̄,actu exn̄s & proprie ſciens hāc literā A. Ambo igit̄ primi ſm potentiā ſciētes ſunt, ſed ille quidē per diſciplinā alteratus, & ſæpe ex contrario mutatus habitu, hic autem ex eo quod habet ſenſum, aut grāmaticam,non agit aūt,ad agendum,alio modo.

COLLEC. Tex.cōm.56. Conueniūt expoſitores ac Auer.q̄ Ariſ. nūc,quid actu tale ſit exponat.d.Iam aūt conſiderans actu ens per ſe, & proprie ſciens hanc literā A.q.d.hoc proprie & vltimo dr̄ ſciens reſumit, & quod dixit. Ambo quidem igitur primi ſup.poſiti in textu præcedenti ſm potentiam ſciētes ſunt licet differant,quod ponit.d.Sed hic quidem.ſ.puer anteq̄ ſciēs dicatur in habitu per doctrinā alteratus eſt,aut multoties ex contrario habitu mutatus, quod Simpl.vno mō exponit:q̄m premiſſæ ex ſingularibus ſciuntur peraccepta ſingularia ſenſu, eſt ergo multoties mutatus de ſenſibili ad intellectualem theoriam. Melius autem Auer.Thēm. & ipſemet alio pacto aiunt, quod puer anteq̄ habitum figat ſcientiæ multas fecit tranſlationes. quādoq;.n.in vero habitu ſtetit,quandoq; in oppoſito, & tandem in vero firmus erat.Hic autem ex eo quod habet ſenſum,aut grāmaticam non,agere aūt.i.ex non agente aūt in agere,alio modo ſup.tranſlatus eſt. Et commentum conſtat.

ARGYR. *At vero neq; ipſum pati ſimplex eſſe videtur, ſed aliud eſt à cōtrario corruptio quædā, aliud eſt ſalus potius eius q̄ eſt potētia ab eo quod eſt actu,ſimileq;,perinde atq; potētia ſeſe habet ad actū. Fit.n.contēplās,quod ſciam habet,quod quidē aut non eſt alterari,(in ipſum.n.fit incrementū & in actum perfectionemúe) aut aliud alterationis eſt genus.*

Tex.cōm.57. Non eſt aūt ſimplex neq; ipſum pati,ſed aliud quidē corruptio quædā à cōtrario,aliud aūt ſalus magis eius quod eſt potentia ab eo q̄ eſt actu,& ſimili,ſic vt potentia ſe habet ad actum.Speculans.n.fit habens ſcientiam,quod quidem,aut nō eſt alterari (in ipſum.n.additio eſt,& in actū) aut alterum genus alterationis eſt.

COLLEC. Tex.cōm.57. Q̄m Emped.credebat ſenſationem nālem ac phyſicam eſſe mutationē, cum ergo genus ſtabiliuit quaſi remouēs peccatum Emped.& dr̄iam determinat,& inquit. Nō eſt aūt ſimpliciter.i.vno mō, neq; agere, neq; pati: ſed aliud corruptio quædam à contrario.i.vno modo dicit̄ pati corruptiue. Aliud aūt ſalus & perfectio magis dicitur eius, quod potētia eſt ab eo quod eſt actu, & ſimile ipſi.i.aliud genus.quod dr̄ paſsio perfectiua ac p̄ficua. Cuius rōnem reddit.d.Habens ſciam.i.habitum fit ſpeculans.i.actu conſiderans,vt græci exponunt. Q. vero aut non eſt alterari quod affirmat magis.d. Ipſum.n.additio eſt & in actū.q.d. quia non eſt abijci à rei ſubſtantia: aut alterū genus alterationis eſt ſup. æquiuoce & metaphorice. Verum Auer. hunc locum ſic intelligit, ſpeculans.n.i.homo ignarus qui ſpeculatiuus eſt; fit ex ignorantia habens ſcientiam, quod .ſ.transferri ex ignorantia ad ſcientiā,aut non eſt alterari, q̄ vr̄.Ipſum.n.additio eſt homini in actū, & nō diminutio, aut alterū genus alterationis. Ambigunt expoſitores primo,an ſciens habitu tranſiens ad actū perficiatur,an imp̄ficiatur. Secundo ambigunt,q̄m in alteratione corruptiua eſt abiectio priſtinæ & perfectio poſtremæ formæ,cur igitur magis corruptiua q̄ perfectiua, cum à fine denominari vnumquodq; dignius ſit? Ad primam Ariſt.abſoluit. d. Ipſum.n.additio eſt & in actum, ergo perficitur, ideo Egid. ait. q̄ habitus abſolute imperfectior eſt ipſo opere continuo. Sed dices ſapiens in habitu eſt virtualiter ſciēs actu: quando cōſiderat actu eſt formaliter tale. ſed omne virtualiter tale perfectius formali, tali ergo ſapiens imperficitur, quemadmodum ſol perfectior eſt cum planta ſit virtualiter quàm ſi planta eſſet formaliter. Abſoluo q̄ eſt pluribus modis perfici. ſapiens.n.quādo dormit eſt potentia & virtute diſputans, quando diſputat eſt virtute & actu. Exemplum de ſole non eſt ad propoſitum,cum id ſit gratia materiæ. nos vero in forma loquimur. Secundum vero abſoluo,q̄ licet illa alteratio abſolute debeat dici p̄fectiua in comparatione ad ſuum condiuidens nihil prohibet quin debeat dici corruptiua.

Dubitatio.

Solutio.

ARGYR. *Quocirca non recte ſe habet,dicere ipſum ſciens,cū ſcit, alterari: ſicut nec ædificatorem cum ædificat. Quod igitur in actū ducit ex eo quod eſt intelligens potentia atq; ſciens: id non doctrinā appellare oportet, ſed aliud nomen eſt æquum habere. At quod ex eo quod eſt potentia diſcit accipitque ſciam ab eo quod eſt actu ſciens atq; ab ipſo docente,id aut nō eſt dicendū pati ac alterari,aut duos alterationis eſſe modos fateamur oportet,eam inquā mutationē quæ ad priuatiuas eſt diſpōnes,et eam quæ eſt ad habitus atq; naturam.*

Tex.cōm.58. Vnde non bene habet,dicere ſapientem, cum ſapit, alterari,ſicut nec ædificatorem cum ædificat. In actum igit̄ ducens ex potentia exiſtente ſm ipſum intelligere & ſapere,non doctrinam,ſed alteram habere denominationem iuſtum eſt. Ex potentia aūt exiſtente addiſcens & accipiēs ſcientiam ab actu exiſtente & docēte, aut neq; pati dicendū,ſicut dictū eſt, aut duos eſſe modos alterationis, & eā quæ ad priuatiuas diſpōnes mutationem,

tationem,& eam quæ ad habitus naturam.

COLLEC. Tex.cóm.58. Secundũ grecos tripliciter hõ circa sapientiã se habere põt.aut vt habitu eã habens,actu vero nõ:aut vt olim habitã,nunc vero oblitã,rediens iterum ad habitã,aut in pura priuatione accipiens eã à doctore.& inquit,mõ Aristo. q neutro modo horum alterari dicimus hoiem,& hoc inqt. Vnde non bene habet dicere sapienté,cum sapiat.s.actu,alterari,sicut neq; ędificatorem cum ędificat.qui & si ẽm locum mouetur, vt Simpl.ait. non tamen alteratione transiens,ergo ab habitu ad actum non alteratur. Q, etiã secundo modo non alteretur quispiam ostendit,& inquit.In actum quidem igitur ducens ex potentia ente ẽm intelligere & sapere,non doctrinã.i.alterari ẽm doctrinã dr:sed alteram habere denominationem iustum est,s.rememoratio. Q, etiam tertio modo non alteretur iterum explicat .d.Ex potentia autem ente addiscens,& accipiens scientiã ab actu ente,& didascalo.i,doctore,aut neque pati dicendum sicut dictum est aut duos esse modos alterationis, & eam mutationem quę in priuatiuas mutationes est,& eam quæ in habitus naturam. Debes scire Auer.imaginari tripliciter hominem posse variari,vel de ignorantia negationis ad scientiam habitam per inuentionem, vel ex oblita scientia ad iteratam: vel ex ignorantia ad doctrinã habitã à doctore.vult ergo Auer.q nullo illorum trium modorũ talis variatio dicitur alteratio, nisi æquiuoco nomine : vt dictum est,vbi ergo expositores græci in prima parte exponunt de translatione ex habitu ad actum: Auer.ex ignorantia ad inuentam doctrinam trãslationem exponit, & in residuo conueniunt ex toto . Videtur autem mihi expositio Auer. fructuosior. cum duplex sit modus doctrinandi : vel à doctore intrinseco, qui intellectus est agẽs in cuius lumine omnia nobis vera fiunt, & alter à didascalo, consonum etiam erat hos duos modos Arist. debere explicare : cum sæpe tetigerit modum ex habitu in actum alterationem minime esse,vt superius patuit.

ARGYR. *Hæc cum ita sint, prima quidem mutatio sensitiui, ab eo quod generat fit,cum autem ortum ac generatum est,habet iam sensum perinde atq; scientiam,& sentire actu simile est ac contemplari. Differentia tamen est,nã ea quæ actu sensum efficiunt: extra sunt,ipsum inquàm visibile & audibile,& sensibilium cætera.*

Tex.cóm.59. Sensitiui autem prima quidem mutatio,fit à generante,cum autem generatum est,habet iam sicut scientiam, & ipsum sentire, q autem secundum actum est, similiter dicitur atq; speculari. Differt autem quia huiusmodi actiua operationis extra sunt,visibile & audibile. similiter autem & reliqua sensibilium.

COLLEC. Tex.cóm.59. Cum de potentia & actu sciendi olim quãtum ex proposito fuit dixisset,ad propositum de sensu applicat proposita theoremata,& inquit.Sensitiui aũt prima mutatio quidem fit à generante, quéadmodum sup. prima mutatio in scientiam à doctore:vel agente intellectu. cum aũt generatũ est sup.sensorium ipsum,cum potétia habet iam sicut scientiam.i.proportionale scientiæ . s. actum primum.Q, quidam sic interpretati sunt, actũ primum sensus speciem esse sensibilem,quæ à generante.i.sensibilibus fit,qua habita sensus est in primo actu,postq̃ actualis ꝓfluit sensatio, qui actus dicitur secundus.Sed hic friuolũ est,cum ẽm peripateticos operatio non sit actus proprie secundus . sed forma operans:& quia species non est species in visu: nisi operans: inde species cõiuncta operationi actus est secundus,propter quod per actum primum potétiam intelligendi sensitiuã,per actum secundũ intelligit spẽm sensibilem, q̃ & similitudo est vt in obiectũ refert,& actus sentiẽdi, vt in passum respicit vt patebit. Et hoc inqt, & sentire quod ẽm actum,sĩr dr ipsi considerare. Apponit tñ drĩam.d.differt ãt,qm̃ actiua hmõi operationis extra sunt visibile &c. Inquit Auer.& prima transmutatio sentientis q̃ est similis transmutationi hoĩs de ignorãtia ad sciam per doctorem est trãsmutatio q̃ fit ꝑ agens gñans aial,non à sensibilibus. gñans.n.aial gñat sensoria. & potentias sensitiuas : q̃ tanq̃ actus sunt primi. Et aliquale.§ Digrediendo drĩam ponit vtriusq;.d.Et innuit drĩam inter primam perfectioné factã in sensu,& vltimã.opinatur.n.q prima perfectio sensus fit ab intelligẽtia agente,vt declaratur in lib. de aĩalibus.Secunda aũt perfectio fit à sensibilibus. Nec audiendus est hic Auer.sermo:vt quidã aiunt:dicentes Auer.primã perfectionem intelligere specié sensibilem ab obiecto in sensum propulsam,& per intelligentiam agenté intelligentiã lunæ , & per secundam perfectionem sensationem ipsam. Hic.n.modus exponendi,& verbis cõtradicit Auer.& fundamento suo,verbis quidem,qm̃ Auer.intelligit de ea intelligentia,de qua loquitur Ari.in.2.de gñone animalium. vbi non de intelligentia lunæ loquitur,sed de intelligẽtia procreatiua aĩalis,& per ꝯñs non intelligit hic per intelligentiã illam lunæ,sed eam quæ esse dat animali,& primos actus sentiendi,potentias,videlicet sensitiuas. Fundamento vero,qm̃ declaratum est in.8.physi. ens separatũ & simplex nihil noui immediate agere , non ergo intelligentia illa poterit hoc spirituale efficere immediate : vt constat. Est itaq; Auer.sententia,q prima ꝑfectio est potentia sensitiua, & organum . hic.n.tanq̃ primus sunt actus,secunda perfectio est species ipsa, quæ,vna & simul species est sensibilis,& actus sentiẽdi: vt dicet in post. Quid vero Auer. per intelligentiam intelligat agentem . Dicendum apud Ioan.q est virtus genitiua in semine impressa patris , quæ qualitas est q̃dam residens in tenuissima parte spermatis. qui spiritus nominatur genitiuus.Hæc.n.virtus intelligentia dicitur.s.agens & diuina.intelligentia quidem, qm̃ non agit organo corporeo & determinata particula spermatis vt constat. Diuina,quum potestatem habeat dandi vitam. vnde & ab Aris.mens dicitur.est ergo sensus q prima perfectio sentiendi.i.potentia sensitiua datur à virtute spermatica,quæ generat aial. Alij vero volũt illam virtutem esse Deum.vnde qualitas illa in spermate impressa à patre est tanq̃ instrumentum , Deus tanq̃ motor & artifex qui vtit illa pro corporis formatione, eiusq; figuratione, quo figurato iussu Dei,vt Arist.inquit in lib.de proprietatibus elementorum,rationabilis descendit anima. sed hic huiusmodi drĩam locus non est disceptandi,& in.2.physi. ait. q sol & homo hominem gñant,per solem intelligẽs Deum, per hominem virtutem formatiuam modo exposito. Post in fine commenti inquit. Mouens scientem de prima perfectione in secundam est aliquid copulatum cum anima, copulatione in esse,non intelligit agẽtem intellectum, vt rudes inquiunt,quia posterius vniuersalia explicabit , sed intelligibilia ipsa vniuersalia ex quibus & intellectu maior fit vnio q̃ ex accidente & subiecto,primo met. & q̃ ex mã,& forma,vt dicetur in tertio in digressione magna.

Cap.3. Cóm.15. Cóm.32.

ARGYR. *Cuius causa hæc est. actu nanq; sensus , singularium est, scientia vero , vniuersalium est . hæc autem in ipsa anima quodammodo sunt. Quapropter intelligere quidem cũ quispiam voluerit,in ipso est situm , sentire autem non collocatur in ipso.necesse est.n.sensile ipsum adesse. Pari modo res sese habet & in scientijs sensibilium, & ob eandem vtique causam, quia sensibilia singularia sunt & extra, sicuti diximus. Sed vt de his exactius dilucidiusúe dicamus dabitur nobis rursus occasio.*

Tex.cóm.60. Causa autem, quoniam singularium quidem, secundum actum sensus,scientia autem vniuersaliũ. hæc autem in ipsa quodammodo sunt anima. Vnde intelligere in ipso est,cum vult,sentire aũt non est in ipso.necessarium est.n.esse sensibile. Similiter aũt & hoc se habet in scientijs sensibilium propter eandẽ causam.quia sensibilia singularium sunt & exteriorum . Sed de his quidem certificare, fiet & rursum tempus.

COLLEC. Tex.cóm.60. Quod motiua sensus sint extra,intentionis copulata cũ aĩa,cãm inquit.d. Causa aũt est,qm̃ singularium quidé sensus ẽm actum.i.actualis sensatio,scia ãt est vliũm. Hæc.n. ipsa quodãmodo sunt in aĩa illa sup. extra aĩam, quare patet. Vnde & intelligere.§Cũ cõparationem apposuit primi actus sentiendi & intelligẽdi:& secũdi vtriusq;. Adhuc & drĩam vnam.Inquit mõ quasi secũdam drĩam, inter primum

mum actũ intelligẽdi & sentiendi.d.Vnde intelligere quidem est in ipsa cũ velit.Sentire aũt non est in ipsa, & reddit cãm ex dictis dicens.Necessariũ est aũt ad esse sensibilia,propter qđ apposuit § vnde § vt hãc drĩam ex priori oñderet depẽdere. Similiter aũt.§ Cum dedisset drĩam illorum inter actũ scientificũ & sensibilem,possetq; dicere q̃spiam drĩam illã esse vl̃em ẽt sciẽtifico actui practico, oñdit ꝙ non,& inquit.Similiter aũt & hoc se habet in scientijs sensibilium.i.q̃ circa singularia,& practicabilia sunt sicut est moralis,& medicina . Dico similiter.s.queãdmodũ in sensatione, & propter eandem causam qm̃ quemadmodum sensationes sunt sensibilium singularium, sic & sciæ practicæ sunt singularium sensibilium & exteriorum . sed quia hoc latet distulit illud ad tempus.d. Sed de his quidẽ certificare tempus fiet & rursum,scilicet in tertio.

Cõm.50. ET causa.Cum dixisset gñatiua sensationis esse forinseca.intentionis vero intrinseca,cãm reddit:& inquit cãm quã Arist.dedit:& patet.Et dixit § & ista quasi sunt in aĩa.§ Et Arist.in translatione latina inquit.§ Hæc.n.ipsa quodãmodo sunt in aĩa.§ Et non dixit oĩno ea esse in anima,ideo reddere causam conatur istius diminutæ locutionis.d.qa post declarabit,ꝙ ea quæ sunt de prima perfectione in intellectu.i.ꝙ ea quæ sunt cõparata ad primã perfectionem in intellectu,sunt quasi sensibilia de prima perfectione in sensu.i.sunt similia sensibilibus sensus in hoc,ꝙ ambo mouent,& sunt intentiones imaginabiles,& istę sunt vl̃es potentia, licet nõ actu,& ideo dixit,& istæ quasi sunt in anima,quia intentio vl̃is actu alia est ab intentione imaginata: quæ est vl̃is potentia. vult ergo ꝙ ideo dixit § quasi in anima § qm̃ loquitur de vniuersalibus in potentia,quę sunt intentiones imaginatæ, quæ non sunt in rationali anima, sed in memoratiua,conseruatę ad libitum intellectus,quę est vicina intellectui,vt dicetur in tertio. Et hanc expositionem dedit Them̃.à quo accepit Auer.Simpl̃.aũt(vt mi hi videtur) aliter ĩquit.Vult.n.prima principia simpliciter quodãmodo esse congenita intellectui,ꝓut nullo alio innotescunt: nisi lumine illius,& quia principia sunt potentia oĩa scibilia,ideo oĩa scibilia sunt quasi in anima rationabili pro quanto continetur in primis notioribus,q̃ actu sunt in intellectu.Et hic expositio pulchra est, postmodũ. Et quia mouentia.§ Auer.secundã dat drĩam,quã in expositione literæ posui.§ Et ista dispositio § quia (vt dixi) quis posset credere vl̃em fuisse drĩam inter actum sciẽtificum : & sensibilem: ideo secludit practicum.d.Et ista dispositio sup.qualis in sensu,est etiã in nobis in sciẽtia sensibilium. Quod declarat.d.Et nos discimus ab eis, quia existunt in sensibilibus . eo.n.practicamus:qa adsunt singularia,circa quæ opus porrigitur, & quia in esse istius dispositionis in scĩa sensibiliũ in nobis.i.cur nos ĩdigemus sensibili extrinseco est eadẽ in causa in esse istorũ in ipsis sensibus.s.quia tam sensus,q̃ practicus actus circa singularia sunt, & hæc est cã indigentiæ extrinseci obiecti astãtis vtriq; operõni. Et sir̃ est intelligendũ ꝙ dispositio exñs in nobis in scientia vl̃ium est in nobis,quia est in virtute rõnabili.i.cogitatiua,& memoratiua,& ꝙ cã ꝙ sumus per illã hoc mõ.s.intelligentes sine p̃sentia forinseca rerũ,est causa, qa illa est illo mõ.s.conseruãs imaginabilia,in quibus potentia sunt vl̃ia.Reliquũ patet. Et põt aliquis.§ Mouet.q.argumẽtando in secũda figura,& inquit,& põt aliquis dicere ꝙ sensibilia non mouẽt sensum in illo mõ quo existunt extra animã,quod probat.mouẽs.n.sensus debet esse ₰m ꝙ sunt intẽtiones.i.est forma intẽsibilis, cum in mã.i.sed in mã non sunt intẽtiones in actu,sed potẽtia.ergo sup.in secunda figura res extra aĩam nõ debẽt mouere sub esse illo. Et nõ põt.§ Remouet sol̃.quorundã.d.& nõ põt aliquis dicere ꝙ ista diuersitas accidat ꝑpter diuersitatẽ subiecti, ita ꝙ fiãt intentiones propter mãm spiritualem quæ est sensus,non propter motorẽ extrinsecum. Debes scire,ꝙ quidã dicũt, ꝙ receptum habet esse tale à subiecto,quum recipitur per modum eius,& ideo dicunt ꝙ color habet duplex esse . s. mãle,quia paries materia est physica & spirituale,quia visus materia est spiritualis.Hoc ergo cõfutat.d. Melius est .n.æstimare,ꝙ cã in diuersitate materiæ est diuersitas formarũ.i.ꝙ visus & paries sint diuersa, quia color spiritalis & physicus sunt diuersi,non ꝙ diuersitas materiæ sit cã diuersitatis formarũ:quia(vt Arist.inquit)mẽbra leonis differunt à mẽbris cerui:quia aĩa ab aĩa. Secũdo hoc probat loco à simili.d.Et cũ ita sit,necesse est ponere motorẽ extrinsecum à sensibus: alium à sensibilibus sicut fuit necesse in intellectu.i.quod queãdmodum intellectus possibilis non sufficit in dando esse intẽtionale vniuersalibus,sed fuit indigentia agẽtis separati,sic & in sensu respectu sensibilium.Tunc apponit sol̃.d.Visum est igitur: ꝙ si concesserimus ꝙ diuersitas formarũ est causa diuersitatis materiæ,ꝙ necesse erit motorẽ extrinsecum esse sup.tanq̃ causam illius esse intentionalis.& excusat Aristo.in hoc.d.Et Aristo.tacuit hoc in sensu,quia latet, cum loquitur iunioribus,& apparet supple hoc simile per simile ĩ intellectu, quasi dicat,tacuit quia expressit in intellectu agente , de quo idem est iudicium,& tu debes considerare : quoniam indiget perscrutatione.

Qõ de sensu agente. Et quia Auer.iussit hanc.q.esse perscrutandam,ideo aliqualiter in ea proposui immorari,licet de hoc in quodam tractatu meo ꝯ Ioan.iam multa dixerim.Dicam ergo breuiter quædã quæ hoc loco vñr mihi digna.Vt igit̃ ostendatur qõnis vis debes scire,₰m Ioã.& alios q̃ plures latinos: colorẽ habere duplex esse.s.physicum in mã.s.& intentionale,videlicet, similitudinariũ ad primũ esse in medio.s.& sensu. & idem in oĩbus alijs dicendũ sensibilibus. & Ioan. addit ꝙ post esse intentionale,in potentia sensus est ad esse,quod ipse vocat actualem sensus ad obiectũ applicationem quã sensationem ait esse obiecti . Est ergo qõ an tam pro esse spiritali & esse secũdo,ꝙ sensatio dicitur,sufficiat sensibile & potentia, an vltra debeat dari aliqua potentia actiua pro altero illorum. Ioan.opinio in qõne sua est,in vno & eodem sensorio esse duas virtutes ₰m rem diuersas inter se & ab essentia aĩæ,& ab organo in qua sunt, quarũ vna est principium passiuum,& receptiuum speciei sensibilis,& sensationis, præaccepta specie velut dispositione, altera vero erit principium effectiuũ nõ speciei, cũ illa ab obiecto causatur,sed sensationis sequentis speciem. Sunt autem hmõi potentiæ in organo,queãdmodum qualitates diuersæ in pomo ad diuersa officia ordinatæ.& tu vide ipsum. Mouerunt aũt Ioan.potissime duo motiua:& vnum verbum Ari. & Auer.& quia motiua sua sunt manifesta in eius qõne,non expedit illa enarrare. Sed hic homo pluribus peccat. dimisit.n.dignũ perscrutatione, quod Auer. præcepit: & transit ad inutile. Secundo in hoc nihil necessitatis habent sua theoremata,quod oñdo primo.omne agens potens in aliq̃ formam,põt in omne añs essentialr̃, & per se illã formã.(Est.n.regula Auer.in.8.phy.& 4.cęli, & alibi,) sed sensibile extrinsecũ potest in speciẽ sensibilẽ, ad quã essentialiter & per se sequit̃ sensatio,ergo & in sensationem ipsam,ergo frustra datur sensus agens. Rursus species præaccepta in potentia, vel est actiua sensationis, vel mere passiua. siquidẽ actiua,ociosus est sensus agens. Si vero passiua tm̃: ergo erit potẽtia ꝯdictionis & sic contingenter ad ipsam sequitur sensatio,quod ipse negat. Amplius omne agẽs, ꝙ põt inducere summam dispositionem pro aliquo actu,põt & illum actum(ex regula Auer.7.meta.) Sed sensibile extrinsecum est potens inducere spẽm, quæ est summa dispositio,ergo & virtute illius actũ secundum.Ideo dicta Ioan.necessitate carẽt,imaginatur.n.ipse speciem sensibilem, & actus sentiẽdi diuersos esse effect⁹: ꝙ omnibus displicet : sicut.n.nihil aliud est generatio nisi forma genita.dicens respectu ad agẽs, sic & sensatio nihil aliud est,q̃ species sensibilis in sensu recepta,& sicut generatio ad agẽs dicitur generatio.ad mãm dicitur forma, sic species ad obiectum dicitur similitudo,ad sensum dr̃ sensatio,ergo non duę res,sed vna res sunt in subiecto differentes mente tantum. Quo fit,vt sensibile vna speciem generet,& sensationem ipsam. speciem vt sui similitudinẽ,sensationẽ vt ea sensus in obiectum transit. Tũc ad primam Ioan.rationem dicendum,ꝙ species hæc & sensatio à sensibili fit : & dico sensibile esse immediatum sensum, prout per medium defertur in sensum:vt infra suo loco patebit. Potest etiam dici ꝙ sensus passiuus sit reductus ad actum per speciem , vt Alber. ait nec inconuenit vnum & idem esse

Opinio Ioã. — Cõ 37.huius — Error Ioã. — Cõm.4.C... Cõm.21... — Cõm.31.

esse in actu & in potentia in formis materialibus: vt ipsemet præstat in 8.Physi.in.q.de grauibus. Ad secundã dicendum eodem modo sensibile esse immediatum principium sensationis,& non spẽm, potest & species dici cum ipsa non dispõ sit, sed forma. Nec obstat sensum esse in potentia plurima, quia illa plurima potẽtia arctatur ab agente pñti. Hæc igitur dicta necessitate caret. Ideo opus est, ad perscrutationem Auer. occurrere, vbi duo volo tangere. Primo an pro esse intentionali coloris & aliorum sensibilium sit necessarius aliquis motor extrinsecus. Secundo an ille erit sensus agens. Pro prima parte ex verbis Auer. duo colligimus argumẽta ꝙ sit primo, color habet duplex esse.s.in materia,& in medio illuminato & oculo hæc duo sunt duæ formæ, quarum vna in materia recipitur.s.pariete. altera in medio seu visu, quæro à quo diuersant ista duo esse, aut à subiectis, aut ab aliquo agente extrinseco à subiectis, non à subiectis, q̃m formæ diuersificãt subiecta, & non econtra: ergo ab extrinseco agente. Secundo arguit sicut intelligibile habet duplex esse.s.in sensibus interioribus,& in intellectu, ad hoc quod sit in intellectu non sufficiũt sensus interiores, nec intellectus possis, sed motor extrinsecus. ita & color. Et huius rõ est, quia oẽ quod transfertur de vno genere in alterum: requirit agens transferẽs id, vt patet. Tertia ratio esse põt, q̃m in quocũque gñe datur potentia oĩa fieri, debet dari potentia oĩa facere, vt in tertio dicetur. ergo sicut datur sensus passiuus recipiens esse spirituale, ita & sensus agens causans id esse intentionale. Circa istud quæsitum Platonis est sententia, ꝙ aĩa tam rerum incorporearum: q̃ corporearũ formas habeat in se, non ꝙ illæ sint accidentia iacentia in aĩa, sicut lineæ in tabella, cum aĩa neque nouas, atque antiquas recipiat impressiones, sed sunt in anima, sicut in ea sunt vires intellectus rõ: imaginatio: sensus,& potẽtiæ vegetabiles, sicut enim rerum cognoscẽdarum rõnes habet, quasi vires essentiales, quemadmodum membra possident sensibiles rationes, Hoc habito, Volunt Plato & Plotinus nullã passionem à sensibilibus in aĩa defluere, sed si qua passio contingit ab eis in corpus prouenit atque spũm: quo quidem spiritu sic ab externis pulsato, vel affecto, statim aĩa pñs affectiones eiusmodi percipit. id vero percipi non est pati, sed potius agere.i.aliter tunc spũm atque aliter vegetare, & innatas formas edere. hæc Iamblicus. Et sic patet secũdum hoc Plat. non sentire sensationem fieri extramittendo: & q̃o fiat postmodum dicam. Hæc ergo est Plat. Plotini atque Iamblici positio. Et cũ ita sit, patet colorem nõ habere duplex esse.s.in medio & in materia, pp quod sit necessitas ponere duplex agẽs,& duplex subm, vt Auer. atq; fere omnes peripatetici conantur dicere. Pro hac põne sunt argumenta fortissima, & experientiæ multæ. Argumenta quidem primo, quia tunc si forma ab obiecto imprimetur in oculo, nõ oportebit oculum ad cœlum vltra dirigere. Secundum nõ metiemur q̃tum distet cœlum ab oculo, imo neque distare putabimus. Tertium, cœlũ non videbitur oculo latius. Quartum, tunc non cœlum videbimus, sed cœli formam. Primam pñtiam probat Plotinus in 4.Eneade.s.in 6.lib.& eius probatio supponit idem numero esse colorem intentionalem, & sibi similem realem, quod ideo apud ipsum ponit, quia aliter visio nõ esset rei extra, tunc arguit, appræhensa spẽ, tunc sensus species possidet, ergo amplius sensibile non quærit, & sic poterit sentire qñ vult. Et debes scire Plotinum supponere spẽm remanere in oculo post illius possessionem. Et habet fortissimum forte argumentum, quia forma conseruat à materia,& non ab agente. Secundã deducit, animus sentientis possidet sensibile: ergo non distat ab eo, & per consequens iudicium non potest ferre de distantia. Tertiam probat, quoniam per indiuisibile nihil iudicatur diuisibile. Quartam etiam probat, quoniam quicunque speciem rei videt, non rẽ videt, vide ipsum. Experientiæ sunt multæ, prima de igniculo qui videtur, & tamen videmus spatium interceptum in nocte, quòd non esset si multiplicaret speciem. Præterea. Animalia quædam audiunt minima vt canes. Item apes & formicæ mellica olfaciunt remotissima. Conchæ distantia gustant. Torpedo piscis per longam virgam tangens te, stupefacit te. Quo modo æstimandum à minimo obiecto totum medium ita affici. Sed æstimandum sensibilia illa esse adeo cognata sensibus vt cum primum circa sensum vigent actu: ipse quoque sensus ipsorum actus circa ea expergiscatur. quemadmodum alijs hominibus, alius præcipue est amicus: & alius alios ad cãtum excitat, atq; tripudium. Item sicut in lyra, dum mouetur hæc chorda, statim & contemperata mouetur. Item sicut si amicus imaginatur aliquid, & suus amicus idem, sic fit & in sensibilibus apud sensibilia. Hæc est Platonica positio, & fundamenta, & experiẽtiæ suæ hic sunt. Sed peripatetici aduersus hos argumẽta adducunt, & experientias. Argumentum primum quidem quod ex Auer. capitur infra cõmen.67. Hæc est per se, color est sensibilis, & sic de alijs, & non in primo modo, ergo in secundo. sed nihil est in secundo modo tale, nisi sit causa operationis illius, vt patet. ergo color est sola cã suæ sensationis, quemadmodum homo est causa sui risus. vna enim est causa potentiæ,& actus ab illa potentia manantis. Secundo vt capitur ab Auer. in 8.Physi. omnis noua relatio realis, & per se, vel communis adueniens alicui nunc, quæ prius nõ, aduenit propter nouum fundamentum, quod accidit alicui extremo, cum igitur hæc relatio, qua sensus dicitur nunc sentiens,& prius non, sit quædam noua relatio: oportet vt sit accidens aliquid noui visui vel colori,& colori non, vt patet, ergo visui. sed istud nouum, vel est substantia, vel accidens si subiecta hoc falsum est. Declaratum est enim substantiam non posse esse immediatum fundamentum relationis in quinto primæ philosophiæ, ergo accidens. Vel physicum, vel intentionale. non physicum. impossibile est enim accidens physicum fieri, nisi propter nouitatem alicuius rei materialis, ergo est accidens intentionale. Vel igitur causatum ab obiecto extra, vel ab anima sola. non ab anima sola, quoniam hoc est contra eos,& etiam contra rationem, quoniam vnum & idem non põt esse agẽs, & recipiens alicuius. Confirmatur quia vel simile, vel dissimile obiecto. non dissimile, q̃a non duceret in illius sensationem, ergo simile, sed oẽ deriuatũ est à suo simili. quare &c. Experientiæ, prima Auer. cõmen.67. de transitu radiorũ per viridia à quibus colorant parietes, quod nõ esset nisi à re visa cãretur species & radius versus oculũ,& sensum. Secunda de imagine speculi. constat enim nos videre nos per illam imaginem palam. Tertia ex impedimento medij amouetur odor & sonus. Vltimo forte sensibile corrumpit sensum, ergo oportet aliquid agere. Quibus in secunda propositione perspectiuæ dicitur colorem illuminatum impressiue in visum operari. Quod probat commentator illius sic.d. oculus super fortem colorem illuminatum luce forti fixa intuitione conuersus, si ad colorem debilius illuminatum se flexerit, inueniet colorẽ primum secundo apparenter misceri, quod non posset fieri, nisi vestigijs eius in oculo derelictis. Quod etiam de appræhensione solis apparet postquam omnia sol videntur. Oportet ergo ex his supponere colorem, imo quodlibet sensibile habere duplex esse, scilicet in materia, & intentionale, esse quidem physicum est esse concernens materiam & eius appenditia. Esse intentionale est quando separatur à materia, siue ab appenditijs, siue non. Tunc est positio Albert. hoc in loco, ꝙ vna forma potest diuersimode agere propter diuersum modum essendi. est enim causalitas forma, & est in materia ignis. prout quidẽ causalitas est, vt sic habet agere puram formam in medio, & in potentia sensitiua. prout vero est in mã habet agere calorẽ physicũ in materia,& cum appenditijs materiæ, non ergo oportet recurrere ad motorem separatũ: vt Auer. voluit. Sed quia hic Alberti positio dissentire vr̃ ab Auer.& ipsam reprobaui in tract. illo, nunc aliter dicã. vbi debes scire, ꝙ quelibet forma põt agere dupl̃r. Vno modo inquãtũ in materia est, & sic agit formã materialẽ, queádmodũ & ipsa in mã est, & inquãtum instr̃m primæ causæ: & quia prima cã spũalis est, ideo inquãtum instr̃m primæ causæ agit intentionẽ spiritualẽ. ꝙ aũt forma possit agere his duobus modis pbauit in illo tract. rõnibus apertis. Tũc dico ꝙ esse necessariũ motorẽ separatũ ꝑ esse intẽtionali sensibili põt intelligi, vnomodo

Positio Pla. *Argumenta.* *Experientiæ.* *Peripateticorũ positio.* *Positio Alber.* *Positio ppria.*

vnomodo in rõne principij proximi,& sic nõ, proximũ.n. principium est obiectũ ipsum ad extra, quod in rõne causæ proximæ producit esse intentionale sibi æquiualens. Secũdo modo in rõne principij remoti,& primi: in cuius virtute id esse intẽtionale fit ab obiecto: & sic oportet recurrere ad motoré separatum,videlicet.Deũ sublimẽ, in virtute cuius forma producit se intentionaliter in medio ac organo,& sic diuersitas illorum esse nõ ex materiæ diuersitate cõsurgit:sed ex agente,color.n.materialis est ita physicus propter agens physicum.color vero intẽtionalis: ꝑ agens saltem primum in virtute cuius fit.Id vero quod petebatur, an hic motor separatus sensus agens dici debet, iam apparet ꝙ non, q̃m potius proximũ agens cõuenit in noĩe cum effectu q̃ remotum.cum igitur ꝯcurrat tanquam agens remotum non sensus, sed motor separatus dicitur. Etiam q̃m intellectus agẽs accõmodatur intellectui poßi propter aĩæ rõnalis excellentiam.merebat.n.sua nobilitas non tm̃ habere principium passiuum suæ operõnis:sed aut actiuum.non etiam sic sensus, cũ sit multo inferior intellectu.& tanto minus materia. non.n.habet mãm actiuã sibi correspondentem ꝑ vtilitatẽ eius.Et qñ cõsideraui commentum Simplicij, in multis locis hic inueni opinionem suam in hoc.æstimauit.n.ipse aliud esse recipere colorẽ,& aliud diiudicare ac cognoscere.cõmune.n.est medio illuminato,ac sensorio aĩato recipere colorem sine materia. attamen quẽadmodum medium sic recipiens non cognoscit,nec diiudicat.ita sensorium nõ cognoscit: nec iudicat. verum q̃a in sensorio fit sensatio q̃ in iudicio ac cognitione ꝯsistit,vltra sensoriũ in aĩa sensitiua virtute q̃dam æstimat actiuam,non effectiuã extra: sicut antiqui quidã æstimant,sed actiuã iudicij ac agnitionis.Et sic apud Simplic. non datur virtus passiua sensationis,quæ sensus dicat passiuus,nec virtus actiua intẽtionis sensibilis, sed dat̃ virtus actiua: non effectiua foris,sed diiudicatiue ac cognitiue. Pro receptione ergo obiecti intentionalis sufficit sensorium animatum,dato ꝙ in eo nulla sit potentia ab eo. Pro iudicio ac cognõne sufficit virtus actiua,ergo apud Simp. tm̃ sensus datur actiuus & nõ passiuus.Et licet Arist.dicat sentire in pati ꝯsistere.h.d.nõ ꝙ sensatio ipsa sit plura passio,sed.h.d.q̃tum ad sensorium ipsum in quo primo fit speciei receptio sine qua non fit iudicium, & cognitio. Sed, vtcũque,Plotini rõnes nullæ sunt,& suo loco copiose soluentur,& tu considera tractatum meum de hoc.

ARGYR. *Nunc id sit à nobis determinatum, cũ simplex in quãm non sit id quod dicitur esse potentia, sed aliud quidem sit vt puer quem militare posse dicere licet, aliud autem vt isce qui iam ætate militarique arte aptus euasit ad militandum, sensitiuum similiter se habere.*

Tex.cõm.61. Nunc autem tantum sit diffinitum, ꝙ cum nõ simplex sit id quod potentia dicitur, sed aliud quidem vt si dicamus puerum posse militare, aliud autem vt in etate existentem, sic se habet sensitiuum.

COLLEC. Tex.cõm.61. Cum dixisset,recolligit quid hactenus dictum sit, & inquit.Nunc autem tm̃ sit diffinitum.i.determinatũ, q̃m cũ non simpliciter.i.ẽm vnam intentionẽ sit quod potẽtia dicitur.Sed aliud quidem sicut si dicamus puerum posse militare.i.in potentia remota: aliud aũt sicut ætate exñtẽ.i. vt ille qui iam ætate militarique arte aptus euasit ad militandum.Sic habet sup.se sensitiuum.s.in potentia remota, vt puer,& propinqua. Et inquit Auer.& intendit ꝑ omnia ista declarare ꝙ potentia sensus: quæ recipit sensibilia, nõ est pura præparatio,i.priuatio: relinquens tm̃ aptitudinẽ, sicut præparatio quæ est in puero ad recipiendum sententiam.est.n.illa tm̃ priuatio scientiæ, cum aptitudine ad illam,quã ignorantiam negationis appellant, & ꝙ est aliqs actus: sicut habens habitum,qñ non vtitur suo habitu. Et verum ait, potentia enim sensitiua non est pura priuatio: quẽadmodum in puero capacitas illa, sed est quædã qualitas,quæ respectu organi actus dicitur, respectu vero sensationis dicitur præparatio.

ARGYR. *Atque cum ipsorum differentia nomine careat, determinatum autem in ipsa esse diuersa, & quo pacto diuersa sunt necesse est ipso pati ac alterari tanquam proprijs nominibus vti. Ipsum autem sensitiuũ potentia tale est, quale iam ipsum sensibile est actu sicuti diximus. Patitur igitur cum est non simile, at passum euasit simile, & est tale quale est illud.*

Tex.cõm.61. Quoniam autem innominata est ipsorum differentia, determinatum est autem de his ꝙ alia, & qũo alia, necesse est ipso pati & alterari tanquam proprijs nominibus vti. Sensitiuum aũt, potentia est tale quale iam actu sensibile, sicut dictum est. Patitur igitur, nõ simile existens, passum aũt assimulatum est, & est tale quale illud.

COLLEC Tex.cõm.61. Vult recolligere diffinitionem sensitiui.proponit tamẽ prius quoddam vtile ad sermonem,& inquit.Q̃m aũt innominat est differentia ipsorum.s.potentiæ, & transmutationis:vt Auer.exponit.Determinatum est aũt,q̃m altera sup. est alteratio corruptiua ab alteratione perfectiua, & qũo altera,quia æquiuoce, proprie, vel analogice, & ꝑ ꝯñs nõ habet noĩa propria.His declaratis necessario vti debemus ipso pati ac alterari tanq̃ proprijs nominibus sup. conuenientibus sensationi & transmutationis sensitiuæ, & hoc non nocet,vt Auer.inquit, cũ iam determinauimus intentionem secundum quã diuersantur.i.cum sit stabilitas sensus noĩs. Sensitiuum aũt.§ cum hoc præaccepisset,diffinit sensitiuum simpliciter.i.in genere,vt Auer.intendit, & inquit.Sensitiuum aũt potentia est quale sensibile iam actu. sicut dictum est.i.vt Auer.inquit. Manifestũ est igit̃ ex hoc ꝙ diximus,ꝙ sentiens simpliciter est idẽ:quod est in potẽtia ad intentionem,quã determinauimus de potẽtia ꝑ intentionem rei sensibilis in perfectione.i.id quod innatum est perfici per intentionem rerum sensibilium:non ꝑ ipsas res sensibiles.Q. aũt sensus nõ perficiatur ꝑ ipsas res sensibiles:vt Emped.finxit,probat Auer.d.Et si non.i.& si sensus non perficitur ab intentione rei,sed ab ipsa re, tũc esse coloris in visu,& in corpore esset idem,ꝯñtia patet, si ꝑ te sensus perficitur à re & non ab intentione rei. Et tunc dedit inconueniens.d. Et si ita esset.s.ꝙ idẽ esse omnib᷈ modis haberet color in visu,& in materia,tunc esse eius in visu non esset cõpræhensio sup.quẽadmodũ nec esse coloris in materia.Fundatur hic vltima ꝯñtia in hoc,quod qñcũq; esse obiecti est idem,erit modus eius cõpræhendendi vel ignorandi. Obijcies,q̃m esse coloris in medio & in sensorio idẽ est,& tñ in sensorio est cõpræhensio,& non in medio.Põt dici ꝙ Auer.supponit esse idem esse & eodẽ modo: vt Emped.ait,& tunc optime seq̃tur,ꝙ si esse est idẽ & eodem modo,quemadmodum in materia, nõ est sensatio nec in organo.modo color in medio:& in sensorio:etsi habeat idem esse,non tamen eodẽ modo, q̃m in sensorio respicit subm̃ viuum capax iudicij,non sic in medio.Tunc vt Auer. inquit ponderandum est in arabica translatione ly. §Sicut sensitiuum in perfectione§& in nostra §quale sensibile iam actu.§ vbi non dixit sentiens esse in potentia id: sed ad aliquod,sicut id,q̃m si esset in potentia ad id,tũc idẽ esset esse coloris in visu: & in materia,vt dictũ est, sed bene est in potentia ad aliquid simile illi in specie,vt patebit loco eius.Reliquum textus & commenti patet.

ARGYR. *At enim de vnoquoque sensu deinceps à sensibilibus cuiusque proficiscentes dicamus oportet, atque prius ipsa sensibilia distinguenda esse videntur. Sensibile itaque trifariam dicitur, sensibilium enim quædam per se, quædam per accidens sentiuntur. Et illorum rursus, alia sunt vniuscuiusque propria sensus, alia communia cunctis. Atque proprium id sensibile dico, quod alio sensu sentiri non põt, & circa quod error fieri nequit, vt color respectu visus & sonus auditus, et sapor gustus. Tactus autem plures differentias habet quidẽ, iudicat tamen de illis vt cæterorum sensuum quisque de suo sensibili & non decipitur. Visus enim non erat esse colorem, aut auditus esse sonum, sed quid sit id quod est infectum colore*

lore vel vbi, aut quid sit quod sonat vel vbi. Huiuscemodi igitur sensibilia, dicuntur vniuscuiusque propria sensus.

Tex.côm.63. Dicendum autem est, secundum vnumquéque sensum, & de sensibilibus primo. Dicitur autem sensibile tripliciter, quorum duo quidem dicimus per se sentiri, vnum autem secundum accidens. Duorum autê, aliud quidem proprium est vniuscuiusque sensus, aliud autê cômune omnium. Dico autem proprium quidê, quod non contingit alio sensu sentiri, & circa quod non contingit decipi. Vt visus coloris, & auditus soni, & gustus saporis. tactus aût, plures habet differentias. Sed vnusquisque iudicat de his, & nô decipitur ꝙ color sit, neque ꝙ sonus, sed quid sit coloratum aut vbi, aut quid sonans aut vbi. Talia igitur, dñr propria vniuscuiusq;.

gnitionẽ cognoſcitur ab intellectu, ergo diuerſis ſpẽbus concluſio impoſsibilis,ergo maior:cum non minor.fundamenta ergo horum nihil ſunt: vt ex his quis videre poſſet. Supereſt modo refellere concluſionem horũ, & primo de motu:cum ei nihil reſpondeat in re niſi indiuiſibile. Ioan. ait indiuiſibile non poſſe ſentiri,tanq̃ rei ſubſiſtens: ſed tan quá alteri diuiſibile inexiſtens,& hoc Ariſt. non contradicit.Contra ex ſolutione hac ſequitur oppoſitum concluſionis.mutatum eſſe ſolum ſentitur.motus non eſt mutatũ eſſe.ergo motus non ſentitur. Item oẽ viſibile põt eſſe baſis pyramidis: ſicut perſpectiui dicunt. ſed indiuiſibile nõ poteſt eſſe baſis pyramidis,non ergo viſibile. Rurſum oẽ ſenſibile eſt quale:vt Ariſt.ait.ſed indiuiſibile nec ꝑ ſe, nec in alio quale,ergo nõ ſenſibile. Adhuc ratio Ariſt. poſita in fine libri de ſenſu quale concludit de indiuiſibili in alio ſicut per ſe:& tu lege illam. Aliter ergo Ioan. ait, mutatũ eſſe indiuiſibile eſſe quoddam ſecũdum ſucceſsionẽ, diuiſibile tamen extenſione. Contra adhuc, q̃m vel motus ſub forma ſucceſsionis ſpẽm agit,vel ſub forma permanentis. non primo,quia ſic eſſet indiuiſibile,& non poſſet ſentiri.ſi permanentis,ergo ſpẽs repñtans ipſum repñtabit vt ꝑmanens,ergo viſio motus,& viſio magnitudinis erit vna,cum ſpecies vna,& eodem modo. Item tũc motus per accidẽs ſentitur,q̃m per rõnem extrinſecam,& accidentalẽ ei.Rurſum ad quid terminat̃ ſenſatio?vel ad ſucceſsionem, vel ad extenſionem.non ad ſucceſsionẽ: q̃m ſicut ſucceſsio eſſet temporalis,ſic & ſenſatio,ſi ad extenſionẽ, ergo ſenſatio ꝑ ſe erit magnitudinis ꝑ accidens motus. Ad principale ſecundo ar.de quiete,cui nihil corrñdet in re inquãtũ quies. Ioan.rñdet ꝙ quies eſt ꝑ ſe ſenſibilis: nõ ꝙ ſpẽm cauſet in ſenſu,ſed q̃m eſt coniuncta ſenſibili proprio neceſſario ꝓpinque vel remote. Sed hic ſolo contradicit ei, q̃m vel q̃a diuerſificat,vel non.ſi non.ergo non eſt ſenſibile ꝑ ſe.ſi diuerſificat, & oẽ diuerſificãs ẽm eum cauſat ſpẽm in organo,ergo quies cauſat ſpẽm &c. Secundo ait ꝙ quies ſentit̃ ꝑ ſpẽm motus,quæ primo & principaliter motum repñtabit,ſecundario q̃etem. Iterum hæc ſolo peccat, q̃m vel illa ſpẽs motus repñtabit quietem:dum eſt motus, vel dum non eſt.nõ dum nõ eſt,q̃m tunc ſenſus exterior cõſeruaret ſpẽm per tempus.Si dum motus eſt, vtiq; quies videbitur dum ipſum non erit.Si dices potentiam exteriorem cõſeruare ſpẽm rei ſenſibilis ꝑ parum temporis:vt Ioan.innuit. Hæc ſolo cõtradicit Auerroi cõmen.60.53.59.156.huius. & 7.Metaphy.cõmen.35.Amplius ſequitur ꝙ ſemper ſtabit,q̃m quod remouet̃ ab aliquo eſt vel ꝑꝑ defectũ ſubiecti,vel ſucceſſum cõtrarij,vel defectũ agentis cõſeruantis, quorũ nullum accidit in propoſitio. Rurſum ſi cõſeruabit ſpẽm motus in aliquo modico tꝑe,ſit id, gr̃a exẽpli, hora, & quæro vel tunc motus videbitur vel non. non eſt dicendum,ꝙ nõ,q̃m tãdiu ſenſibile ſentitur: q̃diu ſpẽs eius actu eſt in potentia ſenſitiua.Si in tota hora motus videbit̃, ergo nõ põt ſciri q̃n eſt,vel non eſt motus. Aliam dat ſolonẽ Ioan.d.ꝙ ſenſus exterior nõ cõſeruat ſpẽm motus, ſed ſenſus interior in paruo tempore. Aliter dicit ſenſum cognoſcere quietem per ſpẽm ſeruatã in imaginatiuã ꝑ diẽ & annum. Contra,tunc eadem rõne poſſem videre mobile.Iterum & ſueſſam ꝑ ſpẽm eius in imaginatiua. Vltimo ait ꝙ ſenſus exterior non quietẽ,ſed quieſcens cognouit. Contra vel intelligis ſubam mobilis, vel q̃titatẽ eius, & qũocũque ſequitur impoſe.& ſic patet error huius hoĩs. Poſt hos inueni alios dicere,ſenſibilis cõia agere in ſenſus, ſed alio & alio modo dicentes. Egid.n.imaginatur formã primo agere,& ſenſibilia cõmunia eſſe coagẽtia tanq̃ materia.vult.n.vnã & eãdem ſpẽm ꝓduci, primo à ſenſibili proprio,& ſecundario à ſenſibili cõi,tanq̃ à materia. Alij voluerunt ꝙ ſpẽs vna & eadẽ cauſat̃ à ſenſibili proprio tanq̃ à cauſa proxima, à ſenſibili cõmuni tanq̃ ab agẽte vniuerſali, queádmodũ homo fit ab hoĩe & ſole. Sed pace etiã horũ dixerim,hæc non minoris ſunt erroris q̃ ea.Peterẽ.n. primo,cũ ſuba particularis ſit verior materia q̃ quantitas, cur non coagit? Præterea. Cũ ſenſibile proprium eſſentialius pendeat à proportione qualitatum primarum: vt Ariſt.in lib.Perigeneſeos ait, cur non coagit illa proprio. Rurſum quare ſenſibilia cõia coagunt,vel q̃a cõia ſenſibilia dependent,à ſenſibilibus proprij,vel q̃a econtra.nõ primo,vt conſtat.non ſecundum, q̃m in nullo genere cauſæ dependet vt ꝑſtat. Q꞉ etiam poſteriores nihil dignũ dicãt, oñdemus.primo q̃m vĩor cã eſt ſuba q̃ quãtitas,ergo magis coageret. Adhuc cã vĩs plus aget, vt propõne prima dicit̃ de cauſis,q̃a oblita cauſalitate ſecundæ,adhuc remanet cauſalitas primæ,modo hoc non contingit hic. ablata enim cauſalitate in ſenſum propriorũ ſenſibilium, iam amplius non remanet actio ſenſitiua:quare &c. Et q̃a iſti modi dicendi falſi ſunt: ideo aliter oportet dicere ad intétionem Ariſt.& Auer.vt ex Auer.capit̃ & alijs.Vt ergo colligatur dr̃ia ſenſibilis cõis à ſenſibili proprio, ac ꝑ accidens deſcribat̃ ſic,ſenſibile cõe eſt id quod ẽm ſuam nãm nõ eſt cauſatiuum ſpeciei,nec non cauſatiuũ, ſed ꝯiunctiuum ſenſibilibus proprijs neceſsitate propinqua aut remota: ẽm cognitionem ab eadem potentia vel illi proxima: diuerſificatiuum ſenſationũ ſenſuum inq̃tum ſenſus omnium animalium. Hæc deſcriptio eſt perfectiſsima,quę põt dari de eo,& per hanc diuerſificat̃ à ſenſibili proprio:ac ſenſibili ꝑ accñs,& explicatur eius natura cõplete.q̃n enim dicit̃§eſt id§genus tangit̃.q̃n dicitur§ẽm ſuam nãm non eſt cauſatiuum,nec non cãtiuum ſuæ ſpeciei§dr̃ia tangitur inter ipſum,& ſenſibile proprium. oẽ enim propriũ ſenſibile cauſat propriam ſpẽm in medio à ſenſorio, qua ſenſoriũ aſsimilatur ei.ſenſibile aũt cõe non omne cauſat forte niſi ſolum magnitudo,ſed al ij forte non cauſant, ideo nõ neceſſario cauſant ſpẽm: cũ aliquod q̃dẽ ſit, aliquod vero non. Rurſum q̃n dicit̃.§Sed coniunctũ ſenſibilibus proprijs neceſsitate propinqua:aut remota ẽm cognitionẽ ab eadem potentia: vel illi proxima§dr̃ia tangit̃ inter ſenſibile, cõe, & ꝑ accidens.omne.n.ſenſibile commune ita adiungit̃ ſenſibili proprio,ꝙ neceſſario propinque vel remote,à potẽtia illa à qua cognoſcitur ſenſibile proprium cognoſcitur & cõe.vel ſi non ab illa à ſibi vicina.ſ.ſenſu cõmuni: & ſic non eſt ſuba. licet.n.ſuba neceſsitate propinqua ẽm eſſe ſenſibili proprio ꝯiungat̃,non tñ ẽm immutationẽ. non.n. immutat eandem potentiam, nec illi proximam.ſ.ſenſum cõem ſi ſenſibile proprium ſentit̃, & dixi notanter vel illi proxima,q̃m forte motus,quies,& numerus non à ſenſibili exteriori percipiunt̃.Sed ſufficit ꝙ à communi proximo illi à quo ſuba non percipit̃,nec aliquod ſenſibile ꝑ accñs. & dicitur propinqua vel remota ꝑꝑ figuram,quæ non propinque,ſed remote ab eadẽ vel illi ꝓxima potẽtia cognoſcitur. Dicitur poſt§ diuerſificatiuũ ſenſuũ inq̃tum ſenſus aĩalium§ꝑꝑ dr̃ias indiuiſibiles:quæ licet percipiant̃ ab eodem ſenſu vel illi proximo: non tñ à ſenſu inq̃tum ſenſus aĩalis: ſed hoĩs tm̃,vt patet in cõmento. quid ergo ſit ſenſibile cõe,& qũo differat ab alijs ſenſibilibus ex his patet. Q. aũt hæc ſit modo intentio Auer. & aliorũ expoſitorũ primo lege verba Auer.deinde aliorũ,inq̃t.Et Auer. enim poſſumus dicere in hoc duos ſermones.i.duas partes ex q̃bus colligit̃ tota diffinitio ſenſibilis cõis, quorũ vnus eſt ꝙ iſta cõicatio.i.ꝯiugatio, magis vr̃ neceſſaria ineſſe propriorũ ſenſibilium.v.g.q̃titas.color.n.nõ denudat̃ ab ea, & ſimiliter calor,& frigus,q̃ approprianṫ tactui. color.n.nõ eſt neceſſe vt ſit in Socrate aut in Plato. nec neceſsitate propinqua:nec remota ẽm immutationem ſup.ab eadẽ potentia aut ei proxima, & ꝑ hoc vult hr̃e vnam partẽ definitionis.deinde tangit ſecũdã.d.Et etiã ſenſibilia cõia vt declarabit̃ ſunt ꝓpria ſenſui cõi.i.ſui ſenſus. inq̃tũ ſenſus capitur cõiter cõitate generis, queádmodũ iſta ſunt propria vnicuiq; ſenſuũ.Et tunc dedit dr̃iam inter ſenſibile cõe, & dr̃iam indiuiſibilem.d.Et cõpræhenſio intentionis indiuiſibilis, licet ſi actio ſenſus cõis.i.cognoſcitur à ſenſu inq̃tũ ſenſus. Et interponit cãm.d.Et ideo pluries ĩ pluribus indiget̃ in ꝯpræhenſione intẽtionis indiuidui.i.dr̃iæ vltimę, & vti pluribus vno ſenſu: vt vtuntur medici in ſciendo vitã eius,q̃ æſtimat̃ hr̃e repletionẽ venarũ pluribus vno ſenſu,tactu.ſ.tangendo pulſum, viſu colorẽ &c. licet inq̃ dr̃ia indiuiſibilis ſit cõis ſenſui inq̃tum ſenſus:tñ vr̃ ꝙ iſta actio ſit ſenſus cõis,non ẽm ꝙ eſt ſenſus cõis ẽm genus, ſed ẽm ꝙ eſt ſenſus alicuius aĩalis.v.g.aĩalis intelligentis.i.hoĩs. Tunc recolligit hoc.d.Iſte igitur eſt etiam alius modus modorum ẽm accñs.ſ.ꝙ accidit ſenſibilibus cõpræhẽdere differentias

Confutatio.

differentias indiuiduorum ſm ꝙ ſunt indiuidua.non ſm ꝙ ſunt ſenſus ſimplices.i.generati,ſed ſm ꝙ ſunt humani, & præcipuæ drīæ ſubales.vr̄.n.ꝙ cōpræhenſio indiuiduorum ſubſtantialium,quibus intelłs cōſiderat, eſt ꝓpria ſenſibus hoīs,& non brutorū. Ecce qūo apparet ſecunda pars principalis diffinitionis, qua diſtinguitur ſenſibile cōe à drījs indiuiſibilibus: & quia q̄s poſſet dicere ſenſum drīam non cognoſcere, nec quidditatem, ait. & debes ſcire ꝙ cōpræhenſio intētionis indiuidui.i.drīæ,& quidditatis particularis eſt ſenſuū,& cōpræhenſio intentionis vłis eſt intelłs, & hoc diuerſis & ſeorſum cognitionibus,quia vłitas & indiuidualitas ꝯpræhendunť per intelłm.ſ.diffinitio vłis & indiuidui prout ꝯparať vel differt: vt in 3.oſtenditur. Ex his patet intentio Auer. & qualiter primus expoſitor iniuſte Auer.repræhendit.Reliquū cōmenti patet. Q. aūt hęc ſit Them.intentio patet. ait.n.Nihil ergo patiť ſenſus ab his quæ ex accn̄ti ſentimus: quæ hæc ſunt.i.viſus à diare: quia diares eſt.non.n.viſibilis eſt diares: ſed diares color. ea vero quæ ꝑ ſe cōmouent ac percient ſenſus, ſi ſunt propria, proprie ſentiunť, ad eaque ſenſuū ingenia,actioneſque naturæ inſtitutæ cōparatæque ſunt.Ecce qūo vult à ſenſibilibus cōibus,& ꝓprijs aliq̄d ꝓuenire:& inde ea eſſe coniuncta neceſsitate propinqua aut remota ſenſibilibus ꝓprijs ſm cognōnem:vt dictum eſt. Hoc idē Simpł. inq̄t.n.ſoluens.q.qūo ſuba accidat albo,vel & verius vtique hoc. ſecundum ipſum.n.eſſe & velut eſſe ſubæ ſortitū albū accidit ipſi.ſuba vero albo ſm ſenſibile primarie, & ꝑ ſe exiſtēti ſenſibili,ſed quia vna cū albo ſimul exiſtit,& hic ſenſibili participat non facta ſecundario ſenſibilis: vt ſenſibilia cōia.ſed qm̄ vna cum ſenſibili exiſtit rōne excitata in opinatiuā de ea cognitionē.ſic vero & hoīem accidere domino in p̄tis dictū eſt. Ecce qūo vult ſenſibile proprium accidere ſubæ ſm eſſe.Subam vero ſenſibili proprio ſm immutationem, qm̄ non neceſſario immutante ſenſibili proprio ſenſibile dicić ꝑ accn̄s,ſicut ſuba immutat eādem potentiam vel proximam quēadmodum cōe ſenſibile vt dicit,& ſic patet qualiter hi ſunt fere concordes. Et ex his patet ſoł.ad.q.Auer.&.q.expoſitorū græcorū.Iterum & argumenta probabilia patent.nihil.n.cōcludunt. Sed adhuc ambigūt expoſitores in tribus. primo qm̄ ꝯueniens & inconueniens appræhendunť à ſenſu inq̄tum ſenſus, & tn̄ nō ſunt ſenſibilia cōmunia nec propria.Secūdo cur magnitudo,& figura non ſunt cōia omnibus ſenſibus, cū nō de neceſsitate ſenſibile cōe moueat. Tertio cur quinq; tm̄ ſunt ſenſibilia cōia,& nō plura: cum Ariſt. infra enumeret etiā vnitatē. Primū ſoluunt q̄dā, ꝙ illa non ſunt cōia ſenſibus inq̄tum ſenſus,cum non ſenſibus aīaliū imperfectorū.aīal.n.imperfectū non ꝑcipit cibi conuenientiam, nec incōuenientiā:cū hæ relationes ſint,ſed exceſſum caloris ac aliorū appræhendunt. Sed hoc nihil eſt, qm̄ cū oīa aīalia ꝑ ſenſus inq̄tū ſenſus appræhendunt exceſſum ac defectū, tunc exceſſus & defectus ſenſibilia erunt cōia. Pōt ergo dici illa non cognoſci ab eadē vel proxima potētia,ſed à phantaſia vt alibi declaraui. Scd̄m licet Them̄.vr̄ dicere in 3.ſuæ paraphraſis,ꝙ illa ſunt cōmunia oībus. Auer.autē dicit ꝙ non: debet tn̄ intelligi ſm notitiam diſtinctā vt Simpł.inquit. Ad tertiam pōt dici ꝙ ſufficientia forte poſſet ſic capi,ꝙ oē ſenſibile cōe: vel propinqua neceſsitate immutandi,vel remota proprio coniungitur.ſi poniť remota,ſic eſt figura.ſi propinqua,aut ꝑ modū fluxus:aut ſtātis & ꝑmanētis: ſi fluxus,ſic eſt motus,ſi ſtātis aut poſitiue aut priuatiue,ſi poſitiue,ſic numerus,vel vnitas,quæ ad illū reduciť. ſi priuatiue,ſic quies. tot ergo ſunt ſenſibilia cōia & nō plura.Hæc igitur de ſenſibilibus cōmunibus. Auctoritates vero Ariſtot.& Them̄. patent, cum non eandem potentiam moueant vt conſtat.

Commen.9.

Cap.2.

ARGYR.

Cuius viſus eſt perceptiuus id eſt viſibile, viſibile vero eſt,color, & id quod oratione quidem explicare ac dicere licet, nomine autem caret. atque idipſum, maxime patebit cum vlterius procedemus. Viſibile igitur, eſt color. hic aūt, eſt id quod eſt in eo quod per ſe viſibile eſt. per ſe vero, nō ratione, ſed quia in ſe cauſam habet vt ſit viſibile.

Tex.com.66.

Cuius quidem eſt viſus, hoc eſt viſibile. viſibile aūt eſt,& color,& quod oratione quidem eſt dicere,innominatum autem exiſtit. manifeſtum autem erit, procedentibus maxime. Viſibile enim eſt color. hic autē eſt id quod eſt in eo quod ſecundum ſe viſibile eſt. ſecundum ſe autem, non ratione, ſed quoniam in ſeipſo habet cauſam vt ſit viſibile.

COLLEC. Tex.cōm.66.

Atque de his iam agamus mēbratim à viſu primū orſi. inquit ergo.Cuius quidem igitur eſt viſus,hoc eſt viſibile. Hæc diffinitio eſt tanquā quid noīs per reſpectum data ad ſuum correlatiuum.eſt ergo ſenſus: cuius quidem igitur viſus eſt ſupple perceptiuus, id eſt viſibile. Viſibile autē.§ Cum accepit nominis deſcriptionem ſubdiuidit id in duo .d.Viſibile aūt ſup.eſt duobus modis. color quidē, & hoc eſt primum membrum: & quod vere eſt dicere.i.& id qđ oratione quidem explicare ac dicere licet. innoīatū autē exiſtit ens.i.tm̄ oratione explicať, cum nomine careat, & quaſi excuſans ſe,inquit.Manifeſtum aūt erit ingredientibus magis. Et cum propoſuiſſet noīs diffinitionem viſibilis,eiuſque diuiſionem.& ad vlterius promiſsionem,recolligit id, qđ cuilibet patet eſſe viſibile dicens. Viſibile igiť eſt color.i.color eſt viſibilis. & expoſitionem ſequendo Auer.Ariſt.ſubdit qūo hæc propō eſt intelligenda.d.Hoc eſt in eo quod ſm ſe viſibile.i.hæc propoſitio eſt vera, eo quia color eſt viſibilis per ſe, & quia ꝑ ſe potiſsime duobus dicitur modis,vt in primo Poſter.habeť dedit modum quo erit hmōi propoſitio ꝑ ſe.d.Scd̄m ſe aūt non rōne.i.in primo modo,ſed qm̄ color in ſeipſo habet cām eſſendi viſibile,& hic eſt ſecundus modus dicendi ꝑ ſe. eſt ergo ꝓpoſitio hæc,color eſt viſibilis in ſecūdo mō per ſe, eo quia prædicatum hēt cauſam in ſubiecto,cur ſibi inhæreat.

CVM compleuit ſermonem.Proponit Auer.ordinem ac intentionem,& inquit. Cum compleuit ſermonem vniuerſalem de ſenſibilibus,reuerſus eſt ad ſermonem ꝓpriū, in quo.ſ.ſpecialiter tractabit de ſenſibilibus,ac ſenſibus ſigillatim,& de vnoquoque ſenſibili, & primo de ſenſibili viſus.hæc eſt intentio & ordo. Sed eſt hic locus conſideratione dignus. Auicen.enim in 6.naturalium videtur cōtradicere Ariſt.ordinem enim tractandi conuertit, primo à tangibili ac tactu ſecundo à guſtabili & guſtu. tertio ab odoratu & odorabili.quarto ab olfatu & olfatibili. vltimo à viſibili & viſu proceſsit.& ſyllogizať ordo iſte ex hoc,tactus primus eſt & cōiſsimus,à primo & cōiſsimo eſt incipiendum,à tactu igiť & tangibili exordiendum, ꝙ quidem tactus ſit primus ac cōis,Auic.oſtendit, eo quia omne ſentiens tangit,& vniuerſaliter tactus primus eſt reſpectu animalis|: quēadmodum vegetatiua reſpectu aīarum vt dicit. ſine.n.tactu nullus erit ſenſus, quēadmodū ſine nutritiua nulla erit vita.Ariſtot.aūt incepit à viſu,cuius cām Simpł. ait.d.A viſu vero incepit tanq̄ à manifeſtiſsimo ac nobiliſſimo ſenſu.Quod ex tribus declarat penes organum.ſ.penes potentiam ipſam,ac penes ob̄m. penes organum q̄dē, qm̄ oculus nobiliſsimus eſt ac manifeſtiſsimus.penes potentiam,qm̄ prompta & apta ad actionē,penes ob̄m, quoniam ob̄m eius magnam habet affinitatem cum ſole quæ nihil apertius in natura. Pn̄t ergo iſti reconciliari,qm̄ ſenſus dupłr cōparari pn̄t.ſ.ad ſenſitiuū,& ad ſenſibile,ad ſenſitiuum quidem ipſum cōſtituēdo.ad ſenſibile vero ipſum cognoſcendo.Primo mō igiť tactus eſt primus, & ſcd̄s guſtus,& reliqui ꝯn̄r:vt Auic.ait. ſecundo modo viſus eſt primus,& ꝯſequenter auditus.& tertio odoratus. quarto guſtus.vltimo erit tactus. Iſti ergo diuerſis conſiderationibus ſenſus ordinarunt,& bene vterque modus teneri pōt diuerſimode conſiderando. Et manifeſtum eſt per ſe ꝙ.§ Ex textu,nunc Auer.diuiſionem facit diuiſibilis, quæ & ſi in textu bimembris ſit,ad tria ampliat Auer.Eſt ergo viſibile triplex,quoddam per ſe viſibile tantum in lumine, vt colores, quoddam tm̄ in tenebris vt ſquammæ, quoddam vtroque modo vt ignis.inquit ergo.Et manifeſtum eſt per ſe ꝙ ſenſibile quod attribuitur viſui proprie eſt viſibile, & viſibile eſt color, & hoc dat intelligere primum modum. & dat ſecundum.d.Et ſibi ſimile ex rebus quæ videntur in obſcuro,quæ non habent nomen conueniens in colore,& ſic habes ſm membrum. deinde dedit tertium.d.Et ſupple

ſunt

sunt quædam alia,quæ nec etiam hñt nomen,quod demrãt de eis.Id est quod est quasi genus. sed non pñt exponi nisi sermone cõposito.s.quia videnť in lumine & tenebris.v.g. ꝙ dicamus ꝙ sunt ea quæ videntur in obscuro tm̃: & nõ in luce vt conchæ,& hoc est exemplũ secundi : exẽplũ tertij tacuit,quia cõgregať ex ambobus his. Et sic constat sensibile visu esse tribus modis.s.in lumine tm̃, in tenebris tm̃, & in vtroque. Reliquũ cõmenti patet. Hæc sunt dicenda ſm Auer.in commentatione huius loci. verum vt melius & altius repetamus: Simpľ.sequens Them̃.aliter literã videtur exponere.Vult ꝙ visibile est duplex,vnũ quod in se ipso cãm habet ꝑ se vt vř.alterum visibile est acquisitiue. Quod vero visibile est ꝑ se, est adhuc triplex.s.quoddã qđ in lumine tm̃ vř vt colores, & quæcũque ita sunt splendida, vt sufficiant medium perspicuum reddere ſm actum vt lux,& alia multa vt stellæ & sol. Aliud in tenebris duntaxat,vt quæ splendorem obtinent non potentem lumẽ reddere:vt squammæ,fungi,ligna putrida & cornua.Aliud vero in lumine & tenebris vt ignis: vř.n.in tenebris qñ nullũ adest lumen,& in lumine etiam:vt constat. Vtrum aũt eadem qualitate ignis videatur in tenebris ac lumine : posterius diceť. quot quidem igiť modis visibile ꝑ se dicatur tot sunt,quid sit aũt visibile acquisititie declarabitur . Secundum ergo Simpľ.& Them̃.Arist.primo diuidit visibile in duo extrema,& tacet medium.quia satis est extrema ponere,cum medium quicq̃ sit extremorũ.Ibi vero.§Hoc autem.§Declarat visibile quod acquisititie diciť,& dicit.hoc aũt.s.color est in eo.s.superficie , quod ſm se visibile diciť. Exponit aũt qũo.d Secundum se aũt non rõne.i.non secũdum suam formam, queadmodum visibile illis tribus modis: sed qm̃ in se habet cãm essendi visibile.i.colorẽ qui ꝑ se visibilis est.ergo id acqsititie visibile , quod nõ est visibile ſm se: sed bene habet formã qua fit visio,& sic exponũt græci.quid ergo sit visibile ꝑ se , & quot modis . Amplius quid visibile acquisititie,& cur ex his palam. Simpľ.aũt vř dicere & subtiliter,oẽ visibile esse corpus,corpus aũt videri põt dupľr acquisititie, & ꝑ se . per se aũt dicitur id quod in se causam habet visibilitatis , & hoc triplex.s.in lumine tm̃,in tenebris tantum,& in vtrisque.Ibi§hoc aũt est.§Secundum Simpľ.non acquisititie visibile exponit,sed ꝑ se.s. corpus hñs cãm suæ visibilitatis.acquisititie aũt est diaphanũ,quod posterius diciť.& sic litera pñs põt tribus modis expõi,& forte tertius modus vř plus facere ad verba. Dubitant expositores.græci,si tria sunt visibilia ꝑ se , qđ nam illorũ trium sit primo tale.tribus enim entibus per se,vnũ debet esse primum tale vt constat . Respondet Simpľ. lumen esse,qm̃ quæcũque visibilia sunt: vel lumen est,vel cognate se habet ad lumen.ignis,q.dẽ, ac sol generantia sunt ipsum.color vero & alia propter lumen sunt talia.diaphanum aũt actuať eo.ergo omne visibile vel lumen,vel ad lumen est. Sed id dictum Simplicij videtur calumniam pati: qm̃ quodlibet istorum est per se tale . ergo in essendo tale non debet à lumine. Põt ergo dici pro Simpľ. quodlibet istorum esse per se tale,non primo principalitate adæquationis sed esse visibile vel innominatum principalitate vero essentiæ ac causalitatis est lumen vt constat,& sic dictũ eius verificatur.

ARGYR. *Color autem omnis , motiuus est eius quod est perspicuum actu,& id est ipsius natura. Quapropter nõ est visibile absque luce, sed omnis vniuscuiusque color,in lumine sane videtur. Quamobrem quidnã sit ipsum lumen, prius dicere declarareque oportet . Est igitur aliquid perspicuum.*

Tex.cõm.67. Omnis enim color , motiuus est eius quod est secũdum actum diaphani . & hoc , est ipsius natura . Vnde non est visibile sine lumine , sed omnis cuiusque color in lumine visibile . Ex quo , de lumine primo dicendũ quid est . Est igitur aliquid diaphanum.

COLLEC. Tex.cõm.67. Expositores vřr exponere hunc locum,ꝙ cum Arist.acc cepisset hanc propositionem, color est visibilis per se,hoc in loco eã syllogizat ex diffinitione coloris , & debet sic cõponi,oẽ mouens diaphanum actu est visibile, & hãc supponit. Et accipit minorem.d.Omnis enim color mouens est eius quod ſm actum diaphani , & hæc est ipsius natura .i.diffinitio.& tu conclusionẽ datã suppleas.s.ergo ois color visibilis est per se. Dat aũt signũ minoris.d.Vnde quidem non est visibile sine lumine.q.d.ꝙ lumen necessarium est tanq̃ præceptum in medio , cuius medij sic actu lucidi calor est motiuus. Ex hoc infert ordinẽ dicendorum, quẽ posterius dicemus.Mouit aũt hos ad expõnes huius loci: isto modo,qm̃ ly§enim§reddit cãm : & non nisi sermonis præcedentis,cum nihil sermonis sequentis sit, de quo cãm dare posset. Verum Simpľ. Them̃.Auer.& alij volunt , ꝙ cum Arist. diuisionem præaccepisset visibilis hoc in loco colorẽ diffinit , & inqt Simpľ. ꝙ colorem diffinit nõ quatenus color:vt in tractatu de sensu & sensibilibus, sed qua tenus visibile differẽter ab alijs visibilibꝰ, & ideo in trãslatione Bysantij non inuenitur ly §enim§ sed ly §autem§ vt notatur aduersatiua dicta , & sic exponendo constat litera facillime

Commen.67. ET substantia coloris . Prima pars cõmenti constat. Et hoc demõstrat.§Auer.digreditur, & primo elicit id qđ debet teneri ſm veritatem,& inquit.Et hoc.s.signum positum demonstrat,ꝙ ipse opinatur, ꝙ colores existũt in obscuro in actu.ait.n.ꝙ color est motiuus diaphani mediante lumine,ergo lumẽ est necessarium respectu medij vt declarabitur. Etsi lux.§ His habitis mouet.q.circa luminis necessitatem qũo.s.sit necessarium lumẽ,põt.n.tribus modis intelligi lumen esse necessarium ad visionẽ, vel ex parte medij tm̃: tanquã sit dispositio eius, vel ex parte colorũ vt sit eorũ forma,vel ex parte vtriusque vt sit medij dispõ, & colorum forma , & actus,& hæc est qõ subtilis ac mirabilis . Inquit ergo,& si lux sit necessaria in videndo colorem.hoc nõ erat sup.nisi vel vt facit diaphanum.i.medium transparens: in potentia esse in actu . aut opinať ꝙ lux est necessaria in videre ſm ꝙ colores existunt in obscuro , in potentia.i.aut ex parte colorum prout luce fiunt actu colores,aut sup.ꝑꝑ colores.Secundũ ꝙ diaphanum potẽtia, indiget etiam in recipiẽdo colorẽ vt sit diaphanũ in actu, & sic qõ est in tribus membris consistens, quod.s.illorũ est dicendum. Et Auemp.§Respondit ad.q.primo tñ inducit solutio. Auemp. quã etiam Auicen. sequitur in 6.naturalium.Volunt.n.lumen esse necessarium visioni ex parte colorũ.præbet.n.formã colorũ. imaginatur.n.in tenebris colores non esse actu,sed potẽtia, cum vero lumine actuanť: tunc & actu fiunt colores,& actu mouentes. dicit igiť , & Auemp.dubitauit in hac descriptione coloris , & dixit ꝙ non est necesse vt diaphanũ inq̃tũ mouet à colore sit diaphanũ in actu.i.illuminatũ,& primo facit hũc syllm̃, & accipit primo minorẽ.d. Qm̃ diaphaneitas eius in actu est illuminatio eius.i.qm̃ illa limpitudo diaphani est illuminatio.Tunc accipit maiorẽ.d.Et eius illuminatio est aliquis color . Cuius rõnem reddit.d.Color.n.nihil aliud est nisi admistio corporis lucidi cum corpore diaphano: vt declaratum est in lib.de sen.& sensa.est ergo sylľs , illuminatio diaphani color,diaphaneitas actu illuminatio diaphani.ergo diaphaneitas actu color est. Tunc arguit probans diaphanũ actu nõ recipere colorẽ,& ꝯponitur rõ sic,oẽ recipiens aliquid non recipit ipsum nisi in modo ſm quem caret illo.i.oẽ recipiens colorẽ debet carere colore, ꝑ illam vľem regulam, omne recipiens debet esse denudatũ à natura recepti,diaphanũ actu non caret colore ꝑ syllm̃ præcedentem,ergo nec recipit colorẽ , nec intentionẽ coloris,& per ꝯñs lumen non est necessarium ex parte medij actuandi:sed colorũ informãdorũ,&.h.d.Et hoc coegit eũ ad exponendum hunc sermonem : alio modo ab eo quem dixerunt expositores,& dixit.Et est dicere ꝙ color mouet diaphanum in actu.i.mouet diaphanũ de potentia ad actũ, non ꝙ moueat diaphanum secundum ꝙ est diaphanũ actu. est ergo sensus,color est motiuus diaphani in actu.i.de potentia ad actum:& tunc ostendit quare sine luce non fit visio : vt Arist.dicebat,& inquit. Lux aũt necessaria est in videre,quia colores in obscuro sunt in potentia , & ipsa facit eos actu colores, vt mouent diaphanũ.i.vt causant species in diaphano, vt diaphanũ caret luce.i.vt tenebrosum. aut illo quod fit in luce.s.colore.Debes scire secundũ opinionem Auempa. & Auic. ꝙ quemadmodum ex materia

Part.3.c.11

dispositi,

disposita,& forma resultat compositum,ita ex proportione qualitatum primarum:mediante mistione lucidi cum opaco & lumine resultat color. vnde color nec est lumen, nec est aptitudo,sed congregatum ex eis,& quia alterius,& alterius confractionis resultat altera ac altera præparatio & aptitudo,ide est,q ex informatione luminis venit alter, ac alter color. erit ergo color congregatū ex pparatione, & luminis dispōne:vt Auic.dicit quare in obscuro non est nisi color aptitudinalis seu præparatio coloris.in lumine est actu color,qa adest eius forma.Ad hāc pōnē obijcit Auer. primo ꝯ conclusionē argumenti,oñdendo q mediū lucidū recipit colorē,non tm̄ intentionalē:imo realem, & inquit. Et ista expō est valde difficilis: ſm q sonant eius verba. Alexā.n.dat rōnem q diaphanū in actu mouet à colore:ex hoc q apparet.aer.n. vr̄ multoties coloratus colore quem videmus mediante aere,vt parietes, & terra colorat̄ p colorem illarum plantarum apud transitū nubium sup eas.Si igitur aer non coloraret̄ p colorem illarum plantarū, non colorarent̄ parietes,& terra: ꝯ sensum.non.n.posset colorari extremum nisi medium:immo ipsum colorari patet ad sensum:vt apud transitum redij per vitrum viride. Ex his sequitur q medium lucidum pōt recipere colorē,cuius oppositum dicit̄ conclusio argumēti Auemp. pp qđ ad argm̄ suum rn̄det Auer. Vbi debes scire colorem esse formā simplicem,& pro sui esse egere aliquo p modum materiæ,aliquo p modum agentis,& aliquo p modum subiecti. Sūt.n. diaphanū seu pspicuum.i.corpora transparentia duplicia, interminata.i.carentia formis mistionis,q̄ sunt termini miscibilium:sicut aer,ac aqua:& terminata.i.mista,& in certo termino ac spē posita. in diaphano itaq; terminato primo est prima materia,scd̄o est mistio elementorū.tertio est mistio lucis.i.aeris, vel aquæ cū opaco.i.terrestri. quarto est supficies tegēs oīa hęc vltimo est qualitas in supficie illa. color ergo aliqd est corpis talis terminati, & non mā, nec mistio elntorū,nec mistio lucis cum opaco, nec supficies. Erit ergo vltimū talis corpis: qđ in superficie manet: primum à parte nr̄a:vltimum respectu corpis. Erit ergo hic ordo,color est in supficie. supficies in mistione lucis cum opaco,hæc mistio in mistione elntorum, illa in mā.quid ergo requirat color tanq̄ dispōne constat, quia mistionē illā duplicem.quid tanq̄ subiecto patet, qm̄ superficiem. quid tanq̄ agens cōstat ēt,qm̄ gn̄ans corpus:id inqt ergo Auer. Et manifestum est q color licet fiat à corpe lucido.i. illuminato:tanq̄ ex mā,vel dispōne materię,tn̄ differt ab eo diffinitione & essentia, quemadmodum effectus differt à cā materiali vel dispōne essentialiter.qđ exēplo oñdit.d.Color.n.(vt dr̄)est vltimum diaphani terminati.i.qualitas illa, quæ est in superficie corpis misti illa duplici mistione: vt visum est. lux aūt est completiuum. i. actus diaphani non terminati.i.aeris,vel aquę,vel cœli,& vr̄ diaphani simplicis carentis oī mistione. Ecce qūo differant diffinitione. Tunc rn̄det ad formam.d. vnde manifestum est, q non de necessitate id quod mouet̄ à colore,debet esse non lucidū, sed de necessitate debet esse nō coloratū, cuius rōnem reddit.d.Nihil.n.recipit se.aut est cā alicuius in recipiēdo ipsum.i.nec recipit se,vt qđ, nec vt quo, nec realiter, nec intentionaliter,& ista est propō manifesta p se, & Aristot.ea multoties vtitur & indifferenter siue mouere: & recipere fuerint spūalia,sicut aer recipit colorem,aut materialia,sicut corpus admistum ex lucido & diaphano obscuro.i.terra recipit colorem.Tunc ad argm̄ qn̄ assumitur, omne recipiens &c.conceditur maior.& qn̄ dicit̄,medium illuminatum non est denudatū &c.minor falsa est. Ad probōnē patet solutio, non.n.lumen est color, imo essentia ac diffōne differunt:vt visum est,& sic pō Auemp.nec quantum ad cōclusionem,nec q̄tum ad rōnem valet.Et cum§Repetit q.& primo repetit opinionem Auēp. & inqt. Et cū fuerit poſe q diaphanum in actu moueat̄ à colore, necesse est vt hoc sit ei:aut essentialiter.i.inquantū diaphanum, aut accn̄taliter.s.aut ſm q est diaphanum in actu, & hoc intelligitur p accidentaliter, aut ſm q est diaphanum tm̄.i.essentialiter Sed si coningit ei vt non moueat̄ à coloribus, nisi essendo diaphanum in actu,hoc non est ſm q diaphanum sed quasi accidentaliter.s.inquantum lucidum,& ista est opīo Auēp. q.s.manifestum est p se, q lux necessaria est in essendo colores visibiles:vt dictum est.Pōt tn̄ aliter commentū istud intelligi, quemadmodum inuenit̄ in alia litera sic. Sed cōtingit ei vt non moueat̄ à coloribus diaphanum, essendo diaphanum actu, sed hoc est ſm q est diaphanū, & ista est opinio Auemp.Sed manifestum est per se &c. Et tunc intendit,sed contingit ei.s.Auempa.vt non moueatur ipsum diaphanum à coloribus nisi essendo diaphanum tm̄. hoc āt est ſm q est diaphanum,& ista est opīo Auemp. Tunc ista opinione iterum recitata obijcit, accepit vnum manifestū per se,& dicit. Et manifestum est p se, q lux necessaria est in essendo colores visibiles. i. q lux necessaria est coloribus videantur.Tūc per viam diuisionis procedit.d. Et hoc aut erit: quia dat coloribus formam & habitum, quo agūt in diaphano,aut quia dat diaphano formam qua recipit motum à coloribus, aut vtrunq;. Oñdit q est scd̄o modo tm̄. d.Et est manifestum q qn̄ conseruauerimus: qđ dixit Aris. in principio sermonis.i.in textu precedenti,& posuerimus ipsam propositionem quasi manifestam per se, & dicit notanter, & posuerimus ipsam tanquam manifestam per se, qm̄ non habet viam ad probandam eam vt constat, tunc necesse erit vt lux non sit necessaria, nisi essendo colores mouentes diaphanum.i.non nisi ad colores vt moueant,& non vt sint colores. s. nisi ſm q dat diaphano formam aliq̄ qua recipit motum.i. intentionem à colore.s. illuminationem.i.spēm visibilem. Arist.n.posuit principium, q color est visibilis per se,& q simile est dicere colorem visibilem, & hoīem risibilē.s. de gn̄e propositionis essentialis, in qua subiectum est cā prædicati, non prædicatū causa est subiecti,vt cum homo dr̄ est rationalis,& applicat sn̄iam verbis illius textus,& patet. Tunc arguit.d. Et hoc concesso manifestum est q impoſe est dicere q lux est id quod largitur colori habitum & formam qua fit visibilis: qm̄ si ita esset. tūc comparatio visionis ad colorem esset accn̄talis, & secunda non prima.s. mediante isto habitu. visio.n.manifestū est q est aliquid posterius visibili, & q eius proportio ad colorem non sicut pportio rōnabilis ad hoīem.Manifestū est igitur q proportio eius est, sicut proportio ipsius visibilis ad hoīem. & sic color ſm q est color est visibilis non mediante alia forma sibi contingenti circunscripto oī lumine color exn̄s in tenebris est visibilis per se. In.2. ergo non mediante luce efficitur visibilis, sed seipso & sua nā. concludit ergo & cū ita sit, lux non est necessaria in essendo colores mouendo in actu,nisi ſm q dat subiecto sibi pprio receptionem motus à se,& Arist.vr̄ q non ponit hoc, quod posuit.i. istam propositionem nisi intelligendo sol̄o. huius.q.ex his constat error Auemp. Et ſm hoc.§Hic mouet,q.secundam pro Auemp. qm̄ Arist.in.3.de anima assimilat lucem intellectui agenti. ergo sicut intellectus agēs præbet formam intelligibilibus,ita lux coloribus.Rn̄dit.d. Et ſm hoc intelligendus est sermo eius q colores mouēt visum in obscuro in potentia, lux.n.est in quod facit eos motiuos in actu.Vnde assimilat lucem intelligentiæ agēti, colores āt phantasmatibus. Vult dicere q similitudo sic intelligenda est, q quemadmodum intellectus agens non facit actu intelligibilia,sed ipsa actu intelligi, sic lux nō facit actu colores, sed actu motiuos ac visibiles,& similitudo non est ēt necessaria. quod.n.inducitur ſm exemplum, & large,non est simile ei quod inducit̄ ſm demr̄atiōnē.De exemplo āt non inducit̄ nisi manifestatio, non verificatio, quemadmodum Them.ait primo de aīa. Et non pōt.§Tūc quasi recolligendo,oñdit qūo lux est necessaria,& dicit.Et non pōt aliquis dicere q color non inuenitur in actu nisi luce pn̄te.color.n.est vltimum diaphani terminati, lux āt non est vltimum diaphani terminati,sed interminati,vt diximus, & ideo necessaria non est in essendo colorē: sed in essendo visibilem,vt determinauimus.est ergo lux necessaria ex parte coloris non vt color sit: sed vt sit motiuus & visibilis. Reliquum commenti patet. Recolligendo ergo dicta huius phi. q. erat an lumen necessarium sit ex parte medij ac obiectorum.Auemp.Auic.& alij volunt ex parte colorum,quēadmodum visum est.Auer.aūt in cōm. tribus argumentis contradicit illis. primo auctoritate Arist. d.n. color mouet diaphanum actuatum,non actuatur nisi luce,

Cap. 23.

ergo lucidum.Secundo contradicit experientia de trāſitu nubium, quod Alex.d. Tertio contradicit ei, qm̄ color eſt viſibilis per ſe.In ſecundo modo ergo circunſcripto lumine adhuc habet cām viſionis,& per pn̄s ſua forma erit viſibilis,& ſic non per lumen. Huius opinionis videt̄ Simpli. hoc in loco, qui dicit colores à luce differre: reduci tn̄ ad lucem. Amplius Them. inquit. plane quanquam ſubiecto idem eſt color,& viſibile,tn̄ conſiderationis,& rōnis diſcriminibus differunt. nam viſibile obnoxium viſui eſt ad qué refertur. color.n.promiſcua & abſoluta res eſt. Item viſibile, viſu abiuncto non conſiſtet niſi potentia, at color ēt nunquam conſpectus ſemper eſt color.Ex his patet apparenter Themiſtium eſſe opinionis Auer. Pro hoc ēt facit Ariſt.Ipſe.n.oñdit lumen eſſe actum diaphani.ſi ergo proprie eſſet forma colorum, cum forma nālis ſit diffinienda per materiam, tunc non diffiniſſet ipſum propria materia. Amplius oñdit ꝙ color poſitus ſupra viſum non ſentitur, & tn̄ eſt illuminatus, ergo lumen neceſſarium eſt medio. Ex his patet opinio Auer.Contra etiā Auempa. pōt argui ſic. Si lumen eſſet forma colorū, tunc eſſent oēs colores vnus numero,vel ſaltem ſpē.Adhuc color non eſſet forma ſimplex. Rurſum fierent colorū gn̄ones & regn̄ones nulla præcedente alteratione, & multa alia ſequerētur, quæ vide.Verum eſt tn̄ ꝙ argumenta Auer. non vīr concludere, qm̄ diffinitio coloris pōt exponi,vt Auempa.& ſic non militat.vel vt Simpl̄.ait, ſic.n.intēdit Simpl̄.color mouet diaphanum ſ̄m actum.i.alteratione perfectiua, & non corruptiua,& ſic nihil eſt.Amplius ꝙ h̄ propoſitio ſit per ſe, color eſt viſibilis non colligitur ex litera ſ̄m Them.& Simp. ideo non militat. verum alia argumenta ſunt valida vt cōſtat. Sed dubitant ꝯ Auer. qm̄ vult ipſe idem eſſe diſponēs & generans,ergo ſi lumen diſponit,lumen generabit. Ioā. d. ꝙ non tenet in accidentibus, ſed reſpectu ſubſtātiæ.Ego dico ꝙ illa regula non eſt vl̄is.2.n. phy. ait Auer. ꝙ diſponens ars altera eſt ab inducente formā, & altera ab vtēte, vt conſtat. ideo propoſitio Auer. ſolum eſt vera in operatione ac motu naturæ, & adhuc non vl̄r, ſed qn̄ inducens formam eſt nobilius diſponente, modo color non eſt nobilior ſole qui diſponit cauſando lumen.

Cōm.24.

ARGYR. *Perſpicuum aūt id dico,quod eſt quidē viſibile,nō eſt āt, vt ſimpliciter dicā,per ſe,ſed per alienū colorē viſibile. Atque res talis,eſt aer,& aqua, & ſolidorū complura, vt vitrum & glacies & hmōi corpora.non.n.aqua vel aer,vt eſt aqua vel aer,perſpicuum eſt, ſed quia natura eadem ineſt in his vtriſq; & in perpetuo ſupero corpore.*

Te cōm.68. διαφανές. Diaphanum āt dico, quod eſt quidē viſibile, non āt ſecundū ſe viſibile, vt ſimpliciter dicam, ſed pp externū colorē.Hmōi āt eſt, aer, & aqua,& multa ſolidorū. non.n.ſcd̄m ꝙ aqua, neq; ſcd̄m quod aer, diaphanum eſt, ſed quoniam eſt natura eadem in his vtriſq; & in perpetuo illo quod ſurſum eſt corpore.

COLLEC. Tex.c.68. Diffinit diaphanum prius quam lumen, qm̄ materia eſt luminis,& inquit. Diaphanum āt dico quod eſt quidem viſibile,non āt ſ̄m ſe viſibile,vt ſimpliciter eſt dicere, ſed pp extraneum colorem,Cuius exēplum apponit.d.Hmōi aūt eſt aer,& aqua,& multa,ſolidorū.n.diaphanum eſt ſup. viſibile ſ̄m ꝙ aqua, neque ſ̄m ꝙ aer, ſed qm̄ eſt nā eadem in vtriſq;,& in perpetuo ſuperius corpore.Debes ſcire ꝙ diaphaneitas eſt quædam qualitas propria, his corporibus p naturam innoīatam competens, quæ ideo innoīata eſt,qm̄ vnum nomen non habet. nullum.n.horum diaphanum eſt qm̄ rarum.terra.n.rara eſt,& tn̄ non diaphana, neq; qm̄ ſpiritualis natura. multa.n.ſpūalia ſunt, quorum nullum diaphanum: erit ergo corpus diaphanum p naturam miſtā ex raritate & ſpiritualitate, & inde diaphaneitas reſultat. Et ideo Ariſt. ait ꝙ diaphanum eſt cōe quoddā illis vt cōſtat. Secundo debes ſcire duplex eſſe diaphanū,quoddā per naturam propriā viſibile,vt cornu, ſtagnum, & alia multa in nocte,dieq; viſibilia,verū hæc non ſunt diaphana vno noīe dicta,ideo dixit§ Vt ſimpl̄r eſt dicere§.i.vt vno noīe eſt dicibile,non eſt per ſe viſibile,& hæc eſt commentatio Simplicij in h̄ loco. Tertio debes ſcire ꝙ lumen dicitur extraneus color diaphani pp tria. primo pp naturam diaphani, qm̄ diaphanum in ſe cām non habet luminis, cum ſit potētia tenebra ac lumen. Secundo qm̄ lumen in medio alterum eſſe habet quam in proprio ſubiecto, qm̄ in proprio ſubiecto ſcilicet ſole habet eſſe naturale, in medio abſtractiuum ac ſimilitudinarium,& ideo extraneum eſſe,cū non ſit in ſubiecto proprio. Tertio, quia & ſi ſit in diaphano, non eſt in eo ita vt ſeparetur à corpore lucido penitus, & pp hoc eſt continuum corpori lucido, & ita in eo eſſe habet extraneum.eſt ergo ſenſus,diaphanm vno noīe dictum eſt corpus viſibile pp lumē, quod extraneus dicitur color. Dubitant expoſitores,qm̄ Ariſt. Auer.Them.& oēs dicunt diaphaneitatem competere illis corporibus non per naturam alicuius eorum,ſed p naturam cōem, ſed omnis natura communis eſt ſpecifica, vt Them. dicit in primo huius. generi.n.non correſpondet vna natura:ſed ſpēi,vide. Dixerunt multi ꝙ diaphaneitas eſt cōis vniuoce corpori cœleſti & generabili: licet differentia ſit, qm̄ diaphaneitatem cœli ſemper aſſociatur luſtratiuum. diaphaneitatem autē horum non.Sed h̄ rn̄ſio cōtradicit veritati, qm̄ ſi vna & eadem paſſio vniuoce competit eis, ergo erit pp vnum & idem ſubiectum per regulam poſterioricam, ergo cœlū, & elementum erunt corpus eiuſdem rationis & ſpeciei. Nec videlicet vt dicunt ꝙ eadem ſpecies materiæ eſt in cœlo,& his,non obſtante ꝙ materiæ elementorum ſit cōiuncta priuatio, & non materiæ cœli. h̄ enim contradicit Auer.& omnibus expoſitoribus. Ideo vt Albertus inquit. Diaphaneitas eſt communis omnibus his, non vniuoce propter vnitatem naturæ ſed ordinis ad vnam cauſam. cœlum enim vt Simplicius ait,ſimul illuſtratiuum eſt,& perſpicuum, attamen alterum eſſe eſt perſpicuo, & illuſtratiuo,& per conſequens perſpicuitas eſt fere equiuoce dicta, cum in cœlo ſubiecto eadem ſit cum illuſtratiuo. Quod autem in commento Auer.ponit patet ex his.

Lumen autem:actus eſt huiuſce perſpicui,ea nimirum ratione qua perſpicuum eſt. At id eſt potentia, in quo nunc idipſum ineſt, nunc tenebræ. Atq; lumen quaſi perſpicui color eſt:cum eſt perſpicuum actu ab igne,vel ab huiuſcemodi corpore quale eſt ipſum ſuperum corpus. nam huic ineſt aliquid vnum & idem.Quid igitur eſt perſpicuum diximus, & quid ēt lumen.nā neq; ignis eſt,neq; oīno corpus, neq; corporis eſt vllius defluxus (eſſet.n.quoddam hoc quoq; pacto profecto, corpus) ſed eſt ignis vel huiuſcemodi cuiuſdam in perſpicuo præſentia corporis. fieri nāq; non poteſt, vt in eodem ſint duo corpora ſimul. ARGYR.

Te.cōm.69. Lumen āt, eſt actus huius diaphani ſcd̄m ꝙ eſt diaphanum.Potentia āt in quo hoc ineſt,& tenebræ.Lumen āt,vt color eſt diaphani:cū eſt actu diaphanum ab igne, aut hmōi quale qd̄ ſurſum corpus. etenim, huic aliquid ineſt,vnum & idem.Quid igitur diaphanum,& quid lumen, dictum eſt,quia neque ignis eſt,neque omnino corpus,neque defluxus corporis vllius(eſſet enim vtique aliquod corpus,& ſic) ſed ignis aut hmōi alicuius præſentia in diaphano. neq;.n.poſſibile eſt,duo corpora in eodem ſimul eſſe.

COLLEC. Te.cōm.69. Cum diffinit diaphanum,diffinit lumen, & dicit, āt pro ſed lumen eſt actus hmōi diaphani: ſ̄m ꝙ eſt diaphanum, dicit§actus§ qm̄ (vt Them.d.)lumen non recipitur in diaphano: quemadmodum celatura annuli, & ſigillum cæræ. nam cæra non in profundo.ſed in ſuperficie figitur.aer vero lumē intra ſe totū ignitus imbibit, ergo actus eſt.actus enim eo.ſ. actus, qm̄ totum id cuius eſt perficit,vt conſtat. dixit §ſ̄m quod eſt diaphanum§ qm̄ (vt Auer. dicit) lumen non eſt perfectio aeris inquantum aer, ſed primo eſt naturæ cōis.& huius per naturam cōem. Potentia aūt § vt oñderet proprium ſubiectum luminis, oſtendit quid ſit diaphanum in potentia,& inquit. Potentia āt diaphanū eſt, in quo hæc natura.ſ.diaphaneitas eſt,& tenebra. Debes ſcire (vt ex Simplicij verbis colligitur) quòd tenebra ponitur à quibuſdam pura luminis priuatio, à quibuſdam ponitur actus

tur actus terræ non refragando facientis tenebras, sed quãdã ꝓprietatẽ dãs ɔ̃riam lumini.dicit mõ Sim.ꝙ si tenebra est sola luminis priuatio, tunc ꝓspicuũ vna sola ptãte est,qñq; in tenebra:qñq; ĩ lumine. si ãt tenebra erit q cquã positiuũ, duplices erũt ptãtes amborũ.quare Ari.designãs p vnã & eandẽ ptãtẽ esse sub tenebra, & sub lumine, dicit. Potentia ãt diaphanũ est in hoc:h.s.nã & ptãs vna & eadẽ est & tenebra. ergo vnamet nã & ptãte est vtriusq;, & sic patet.Lumẽ vero ↄ̃ondit nunc cõparationẽ luminis ad diaphanũ.dicit Auer.lux in diaphano nõ terminato.i.puio:est quasi color in diaphano terminato.i.cõparatione ad colorẽ corpis terminati,cũ diaphanũ fuerit diaphanum actu à corpe lucido nãliter vt ignis &c.vult dicere,qm̃ vt colorata ẽm colorem,sic perspicua ẽm lumen vñr, non color tñ: sed quasi color,qm̃ nõ vt color coloratis est cõgenitus,ita ꝓspicuis lumen,quatenus & ꝓspicua ab igne,vel ꝓstãtiore efficiunť corpe. vt.n.dicebamus nõ erat lumẽ ꝓspicui act⁹ vt ab ipso:sed vt perfectius ipsius. Etenimↄ cũ sic dixisset quasi apponit drĩam inter cœlum, & alia.d. Etenim huic aliq d inest, vnum & idem inqt Auer. nã.n.diaphaneitatis exñs in corpe cœlesti semp associatur illi qđ facit eam dispõnem in actu, & ideo nunquã inueniť cœlum diaphanũ in potentia, sicut ea q̃ sunt inferius,cũ qñq; sit lucidũ pñs: & qñq; non.Ista ãt nã cœlestis sp est illuminata.ergo drĩa est de diaphano cœlesti,& diaphano generabili,qm̃ cœleste corpus semp actu est diaphanum & lucidum, qđ quidã verificant ẽm diuersas partes,quidã ẽm easdem. diaphanũ ãt gñabile non semp, cum non habeat cãm suæ illuminationis,vt loco suo declarabiť. Quid quidẽↄ recapitulando addit qđdam p modum corollarij.d. Quid quidem igr̃ diaphanum,& quid lumen dictum est,cui addit,qm̃ neq; ignis est,neq; oĩno corpus,neq; fluxus vllius corporalis, qm̃ esset adhuc vtiq; corpus aliqđ,sed est pñtia ignis, aut alicui⁹ hmõi.i.lucidi, pñtiã dico in diaphano ꝓfectiuã & actualẽ, non localẽ,cuius rõnẽ reddit.d.neq;.n.poẽ est duo corpa esse in eodem loco.Fuerũt duæ Platonicæ opiones de lumine,quarũ vna erat lumen esse formã igneã, visumq; esse defluxũ corpis spirituosi p medium, vt Iãblicus narrat in commento Timæi. Alia fuit Procli.d. lumen esse corpus diuinũ p aeris minutas particulas diuisum.ad has ergo ambas Ari.obijcit,vt manifestũ est p se.Ex diffõne nãq; patet error vtriusq;.Nulla.n.forma ac ꝓfectio & actus diaphani est ignea forma:vel corpus,sed lumẽ est ꝓfectio diaphani, ergo nõ est forã ignea,neq; corp⁹, & sic patet error eorũ.

ARGYR.

Vr̃ ãt,tenebris contrariũ esse lumẽ. At tenebræ priuatio sunt talis hĩtus,atq; ignis, vel corporis talis absentia à perspicuo. Quare patet,huiusce præsentiam, esse lumen. Atque non rectè dixit Empe.& siquis itidẽ censuit, lumẽ ferri atq; extẽdi tandẽ inter terrã & continens, nosq; idipsum latere, hoc.n.& rõnis metas egreditur, & est præter ea nimirum quæ apparent. in paruo nãq; spatio motus fortasse lateret, sed ab ortu solis ad occasum tanti corporis motum latere, magna nimirum profectò est postulatio.

Te.cõm.70.

Vr̃ ãt lumen,contrariũ esse tenebris.Sũt ãt tenebrę, priuatio hmõi hĩtus à diaphano. Quare palã, ꝙ & hui⁹ pñtia:lumen est. Et nõ rectè Empe.aut siqs alius sic dixit,qđ ferať lumen & extendať inter terrã & cõtinens, nos ãt lateat. hoc.n.est, & ꝓter ea q̃ in rõne veritatẽ, & ꝓter eamq; vñr.in puo.n.spatio lateret nos, ab oriente ãt in occidens latere, magna qdẽ multũ postulatio est.

COLLEC. Te.cõm.70.

Syllogizat Ari.ad Emp.ꝙ lumen non sit corpus, & debet rõ sic componi,nulla pñtia alicuius priuationis est corpus.Sed lumen est pñtia tenebræ, q̃ est priuatio qdã,ergo lumẽ non est corpus. Maior est manifesta in lr̃a.minor ꝓbat:oẽ ɔ̃riũ tenebræ est pñtia alicuius priuationis. lumen ɔ̃rium est tenebrę q̃ est priuatio,ergo pñtia est alicuius priuationis.lr̃a patet. Sed dubitant Expositores circa hãc rõnẽ,qm̃ põt dari habitus alicuius priuationis, vt corpis qui erit corpus.Dicendũ: vt Simp.d.ꝙ debet intelligi de priuatione & habitu,quibus alternatim positis subm̃ non variatur penes magnitudinem & paruitatẽ cuiusmodi est in

Dubitatio.

Responsio.

ꝓposito. Reliquum commenti, & tex.patet. Circa h̃ caput isti multum ambigunt circa luminis quidditatem ac essentiã.Primo nãq; dubitãt,an lumẽ sit corpus, vel actus corporis. Scđo an in medio multipliceť in tpe an subito. Tertio ambigunt,an in medio sit intentionaliter,an realiter.Quarto,an contrariať frigido,vel alicui alteri,an non. Quinto: an sit vnius rõnis in oĩbus diaphanis an altera ac altera,vt constat.Sexto qũo differunt luminare,lux, lumẽ, radius, radiosum, splendores, & luminositas. h̃ enim sex sunt quę maxime.q.faciunt circa quidditatẽ luminis.Quãtum ad primum erat fere opĩo oĩum Platonicorum lumẽ in medio multiplicatum esse corpus.crediderunt.n.lumen esse radium spũalem solis, qui est oculus sphæræ solis. & quia ipsi putant visionem fieri extramittendo,ideo imaginati sunt ab illo oculo emittit spũm quendã visibilem, q p vniuersum circundat,vt aĩa solis oĩa videat, oĩaq; intueat, queãdmodum ab oculo nr̃o voluere consimilẽ spũm ꝓcedere ad colores,vt luceant oculis nr̃is:hoc Plato visus est sentire in.10.lib.de republica, vbi voluit, lumen tradi per mundum vndiq; vniuersum,quasi mundanæ aĩæ visus, quo id totum cernat, tangat, & foueat.nec reputant h̃ lumen semper palam multiplicari.Sed qñq; palam,vt qñ corpori miscetur generabili, qñq; occulte:vt qñ viscera petit aliorum,quod ẽt Plato in Timæo visus est sentire.d. vniuersæ naturæ circuitus cum circulari ambitu suo reliqua rerum genera sit complexus, secumq; ipso congredi studeat,constringit oĩa, locumq; vacuum relinqui nusquam patitur, quo circa ignis per oĩa maxime penetrauit,deinde aer, vtpote qui igni tenuitati sit proximus, & alia simili rõne deinceps &c. Ecce qũo multiplicat Plato lumen p oĩa nãlia. Hoc idẽm & in phædone sentit,cum inquit.terram purã in puro iacere cœlo, in quo sua astra, quod verum esse non posset nisi p cœlum intelligeret lumen. Hunc cœlestem spiritum Arnaldus, & Raymundus, & alij plures alchimistæ,voluere insitum esse oĩbus rebus, quem quintam credunt esse essentiã,quã docent separare ab elementis,& alijs,quæ si exhibeatur egrotis eos salubres reddit in quacunq; ipẽ ægritudinis,vocant ãt & hoc aurum potabile,& est secretum oĩum magorum,quorũ caput fuit Zoroaster, per qđ promittunt hoĩes reddere fere immortales. Quod quidem igiť lumen sit corpus spirituale ab oculo sphæræ transmissum ex his constat. Sed ad hos Arist.instat tribus rõnibus. Primo, qm̃ tunc corporum daretur penetratio. Secundo, actu corporis non est corpus, lumen actus est corpis,non ergo corpus.Tertio tunc arguit,nullũ corpus moueť subito,lumen moueri subito oñdit Empe.deridens istis tribus rõnibus compulit opinione ꝓdicta.Sed hic varij sunt modi defendẽdi hanc opinionem, primus est Procli, quem Simp. sub breuitate narrat hic. Proclus æstimat lumen esse corpus oĩum tenuissimum,ipsum per poros ac minutas aeris particulas diuelli, & inde non penetrat, iõ sequiť, & ex hoc remouet primum, remouet & scđm, qm̃ lumen nõ est actus corpis,vt Arist.credit, sed complementũ pororum corporũ. Remouet & tertium,qm̃ mouetur in tpe qñ in corpore versus quod moueť non esset locus particularum eius. Vel forte, vt dicit tpe moueť imperceptibili, hic igiť primus est modus Procli. Sed hunc modum confutat Simp.qm̃(vt inquit)& totus illuminatus vr̃ aer p totum seipsum. igiť non erunt quædam sic,vt porosæ partes,quædam non,vt densæ. Secundo arguit tunc (vt inqt) lumen,& mediũ continua non essent ɔ̃ sensum,& sic remouet solutio.Ad primã solutionem.Ad scđam Simp. remouet per hæc,qm̃ ablato lumine:medium nec minus fit, sed sola priuatione luminis consistit.Tertiam ãt remouet,qm̃ si aliquæ partes densæ,aliquæ essent porosæ,tunc.In repletione pororum densæ resisterent, & inde causareť motus notabilis.Istũ igiť modũ remouet Simpľ. Alter mod⁹ subtilis,qui ex cõmento Iãblici colligiť sup Timæo, vt Simp. innuit,est lumen esse corpus formale ac spũale,qđ & cum corpe,& in corpe conuenientiam habet,vt dicit. Cũ corpore quidẽ, qm̃ situaliter implet mundũ, in corpore vero, qm̃ indiuisibile est in partes certæ extensionis.& hanc opinionem Alber.hic in cap.10.explanat tertij tractatus, quã vide,& est pulchra,licet ipẽ multũ vilificet eã,ac conať cõ

Dubitõnes circa essẽtiã luminis.

Quæstio.1. Platonicorum opinio.

Refutatio.

Modi defendendi opinionẽ & primus procli.

Confutatio. Simpli.

Te.cõm. 86. Differentiæ autem sonantium, in sono scd̃m actum ostenduntur. sicut.n. non videnť colores sine lumine: sic neq; sine sono acutum & graue: Hæc āt: dicuntur scd̃m metaphorā à tangibilibus. acutum.n. mouet sensum, in pauco tpe multum: graue autē, in multo parū. Non igitur velox est acutum, graue āt tardum, sed fit illius quidē pp velocitatē motus hmõi, huius āt pp tarditatem. Et videntur silitudinem habere: cum eo quod circa tactum acuto & retuso (acutum.n. quasi pungit, retusum vero quasi pellit) propterea q mouet hoc q̃dem in pauco illud autem in multo. Quare accidit, illud quidem esse velox, hoc autem tardum.

COLLEC. 7 ex. cõm. 86. Dupliciter & hic textus exponi põt, vno modo vt dicā, cū Ari. hæc apposuisset, transit nunc ad d̃rias corporū sonātium, quonam modo cognoscantur, atq; à quibus sumanť docet, & inquit. D̃riæ autem sonantium .i. corporum natorum causare sonum, ońduntur in sono ẽm actum .i. actualiter facto. nam ab actione (inquit Plato) facultates & essentias rerum cognoscimus. quemadmodum ergo q sonāt ex sono, sic & q taliter, ex tali sono cognoscimus. Sicut.n.§ Ostendit & id per exemplum, & inquit. Sicut.n. non videntur colores sine lumine, sic sine sono non audiunť acutum & graue, non dicens acutum, & graue ipsos sonos, sed sonatiua acuti vel grauis, vt consequentia sint prædicto. Sed ambigunt, qm̃ proculdubio nō videtur exemplum hoc ad propositum. Rn̄dent veteres dicentes, resonatiua vero dicta sunt: vt quemadmodum lumen, aliud à coloribus, ita & sonus ab acuto corpore, ac graui, nisi q lumen causa coloribus q videntur vt efficiens, sonus vero q cognoscantur acutum & graue, vt effectus ipsorum significatiuus, & hoc modo Simpl. exposuit hunc locum, & hanc difficultatem persoluit. Auer. autem aliter literam inducit. d. Vult declarare in hoc capitulo, quando comprehenduntur primi modi soni .i. differentiæ ipsius soni, & qui sunt, & addit. differentiæ autem rerū sonorarum .i. soni (dicitur.n. sonus apud eum res sonora) compræhenduntur ac declarantur apud esse soni. quemadmodum.n. differentię colorum non compræhenduntur sine essentia coloris in actu, & id erit apud p̄ntiam lucis, quæ essentia coloris est quasi lux, sic acutum & graue in sono, quæ sunt primæ d̃riæ soni non compræhenduntur sine essentia soni in actu. Ecce qũo Auer. vult literam ad differentias soni: & non corporum sonantium esse ordinandam. Sed ad hanc expōnem obijciunt, qm̃ qđ actualius est: est magis principium cognoscendi eius qđ est potentiale. sed d̃riæ soni sunt actualiores sono. est.n. sonus genus. & per ɔ̃ns in potentia. d̃riæ vero actu, ergo magis d̃riæ, erunt principia cognoscendi sonum quam econtra. Et hoc argm̃ coegit expositores ad illam primam expositionem. Et solutio esse põt, q notitia à priori & confusa genus est prius notum differentijs ac speciebus, à posteriori forte & distincte econtra, noster āt sermo incipit à confusa notitia, sicut docuit Arist. in physica auscultatione. Hæc āt d̃nr.§ Docet sumere d̃rias talium corporum sonantium ẽm veteres, & inquit. Hæc āt d̃nr ẽm metapho. ab illis, quæ tanguntur, non nomina similiter se habere dicēs his quæ in tactilibus: ea quæ in audibilibus. nam in tactilibus oppositum acuto est obtusum & non graue. sed res similiter se habere ẽm proportionem, vt dicet, inquit § Acutum enim mouet sensum in pauco multum § & per acutum auditile, & per sensum sensorium, inquit. Graue āt in multo, paucum. Quoniam vero Tymæus dixit acutum velox esse, graue autem tardum. inquit ad Tymæum § Neque tamen acutum velox esse, graue autem tardum § verum tametsi sequatur acutiem velocitas; grauitatem vero tardum, tamen non idem. vnde quemadmodum sonus non motus est, ad eum sequens, sic & differentiæ soni acutum & graue non differentiæ sunt motus, scilicet velox & tardum, sed ad illas sunt habita, ac consequentia, ideo inquit, sed fit hoc, scilicet acutum propter velocitatem huius motus, id vero .s. graue: propter tarditatem. Et hanc expositionem ex commento colligere potes. Et reliquum textus ac commenti perspicua relinquantur.

ARGYR. *Atq; de sono quidem determinatum sit hactenus. Vox āt sonus quidam est aīantis. nil.n. inanimatorum vocem habet. sed similitudine quadam dicuntur vocem emittere, vt tibia, lyra, cæteraq; inanimata, quæcunq; extensionem, cōcentum, & locutionē habent. horū.n. soni similes esse voci vr̃: quia vox & hæc eadem habet. Atqui complura sunt aīaliū quæ non eliciunt vocem, vt ea quæ sanguinis expertia sunt, & eorum quæ sanguinē habent pisces, atq; id non absq; ratione. siquidem sonus motio quædam aeris est. Sed qui vocē dicunt emittere, vt Acheloi fluuij pisces, ij brachijs sane sonitant, vel aliqua simili parte.*

Te.cõm. 87. De sono igitur sic determinatum sit. Vox aũt, sonus quidam est aīati. inaīatorum.n. nullum vocem edit. sed scd̃m similitudinem dicuntur vocē edere, vt tibia, & lyra, & quæcunq; alia inaīatorū extensionē hn̄t, & melos, & locutionē. vr̃.n. quia & vox hec habet. Multa āt aīalium vocē non habent: vt & quæ sunt sine sanguine, & sanguinē habentium pisces, & hoc rõnabiliter. siquidem sonus aeris motus est. Sed qui dicuntur vocē edere, vt qui in Acheloo sunt pisces: sonant brachijs, aut quodam alio huiusmodi.

COLLEC. Tex. c. 87. Apponit continuationem, ad speciē soni. d. De sono igiť sic determinatum sit, supple nunc de voce. est.n. spēs quædam soni vox, & cæteris existens animalibus, & rationali, & sic honorabil. vt significatiua & communicatiua, propter quod & propriam rationem sortita est, inquit. Vox āt sonus quidam est animati .i. perspicuum est, q in solis animantibus vox. Debes scire, q in voce tria exiguntur, neuma .i. expāsio soni, irach .i. tonus seu melodia, & dictiones .i. aliquod simile literis & dictionibus .i. locutio quædam. his enim tribus vox constituitur, & ideo soni lyrę, testudinum, & aliorum organorum, & piscium sunt æquiuoce voces: cum his tribus careant. Et reliquum commenti, & textus patet.

ARGYR. *Vox aũt, & sonus est aīalis, & non quauis efficitur sine discrimine parte. Sed cum aliquo percutiente aliquid & in aliquo (quod quidem est aer) sonus effici soleat: iure profecto vocem aīalium ea solum habebunt quæ suscipiunt aerē. Iam enim ipsa natura vt ad gustum & locutionem vtitur lingua, quorum gustus quidem necessarium est (quapropter pluribus inest) interpretatio vero est gratia boni, sic & aere qui respiratione trahitur ad duas vtitur operationes ad interminatum inquam disponendum calorem, quod quidem est necessarium, & causam in alijs explicabimus, & ad vocem etiam conficiendam ob bonum.*

Tex.cõm. 88. Vox autem sonus aīalis est, & non qualibet parte. Sed qm̃ omne sonat verberante aliquo, & aliquid, & in aliquo, hoc āt est aer: rationabiliter vtiq; vocē edent hæc sola, quæcunq; suscipiunt aerem. Iam enim respirato vtitur natura ad duo opera, sicut lingua ad gustum & locutionem. quorum gustus quidem necessarius est, vnde & pluribus inest, interpretatio autem vt bene fit. Sic & spiritu, & ad calorem interiorem, tanquam necessarium. causa autem in alijs dicta est, & ad vocē vt bene sit.

COLLEC. Tex.cõm. 88. Dicit Auer. cum declarauit q vox diciť æquiuoce in eis q̃ vociferant p branchos, & in aīalibus anhelantibus. vult notificare genus aīaliū in quo inueniť vera vox .i. vult dare conditiones quas debet aīal habere: ad h̃ vt vniuoce, vocet inquit Arist. Vox aũt sonus animalis est, & non qualibet parte .i. vox est sonus animalis proprij & certi, & per proprium

proprium mēbrum ac certū & explicat quod mēbrū, ac & quod aīal sit, & accepit propositionē cōem superiori capite expositam, & inqt. Sed qm̄ omne sonat verberante aliquo, & aliquid, & in aliquo (hoc aūt est aer,) rōnaliter vtique vocabunt quæcūque suscipiunt aera, & inqt Auer. sed quia iam declaratū est, φ oē sonorum non habet sonū: nisi percutiens & percussum in aere, manifestū est, φ impoſe est inuenire aīal sonorum. i. vocans nisi habeat mēbrū ex quo fiat percutiens & percussum, & aerem quē immittat .i. mittat ad id membrum. & extrahat ab ipso. est ergo propositio hic Auer. prima, φ aīal ad hoc vt vocet debet habere mēbrum proprium, ad quod mittatur aer ab alio membro proprio. Tunc apponit secundam. d. Et φ id mēbrum habeat figuram, & q̄titatem, & situm terminatū. Et huius ratio est, qm̄ omne agens siue patiens debet esse in actu. nihil aūt est in actu nisi sit in materia quāta & extēsa: ideo oportet talia esse actu terminatæ figuræ, ac magnitudinis. His duabus propositionibus acceptis, infert tertiā. d. Vnde necesse est etiā vt aīalia vociferantia in rei veritate sint animalia quæ recipiunt aerem in inferioribus suis, & extra hūc ipsum: cuius rōnē reddit quasi aliam. In istis enim inueniuntur illa tria. s. expansio, tonus, & dictio, ex quibus fit vox in rei veritate. Erit ergo syllogismus Arist. hypotheticus ɔtinuus, cuius antecedēs est vna copulatiua, cōsequens vna cathegorica sic, si omne sonat ꝑꝑ motū ab aliquo, in aliquod, & ꝑ aliquod, & id per quod sonat est aer, ergo vocabunt ea, quę aerē suscipiunt. modo si ponat aās, sequitur hoc ɔ̄ns esse positū, & hęc est potentia sylli Arist. Iam.n. aere. § Dicit Auer. deinde incepit declarare φ istud iuuatiuum per quod natura vtitur aere in aīali anhelante est à iuuamēto, quod est infrigidatio, & φ natura vtiť eodem membro. i. eodem instrō. s. aere ad duo, quorū vnum est vtile, & reliquum necessarium, vt declaratur in libro de animalibus. dicit ergo Arist. Iam enim natura vtitur aere respirato in duo opera. i. in vocando, & in refrigerando licet refrigeratio sit necessaria, vocatio vero vtilis. Et reliquum literæ, & commenti patet.

ARGYR. *Instrumentum autem respirandi fauces sunt, pulmoque id est gratia cuius est ista pars, nam ea quæ gradiuntur, hac in parte plus habent caloris quam cætera. Is præterea locus qui circa cor est primus, respiratione nimirum eget. Idcirco, necessarium est aerem ingredi respiratione attractum.*

Tex.cōm.89. Organum autem respirationis, guttur, cuius aūt cā hæc pars est pulmo. hac enim parte plus habent caloris pedibus gradientia, alijs. Indiget autem respiratione, & qui circa cor locus primus. Vnde necesse est intro respiratum ingredi aerem.

COLLEC. Tex.cōm.89. Hic tex. & optime & facile cōtinuatur, & exponitur ab Auer. ideo nolo immorari, cū græci nil dicant verū. Auer. digrediť ad Galenum ibi. § Et hoc quod dixit. § Vbi primo Auer. ostendit necessitatem attractionis aeris, & extramissionis eiusdem. sunt enim duo aera, vel aeris partes, vnus quo vtiť nā. i. aīalis aīa, & virtus corporis regitiua ad attrahendum, alter vero ad emittendū. hoc ergo ꝓbat Auer. & inqt. Et hoc qđ dixit necessariū est. prima.n. necessitas anhelitus est ad imittēdū. i. ad attrahēdū aerē. Secūda ad extrahendū. i. extraponendū. prima.n. est ꝑꝑ ipsum cor. s. refrigerandū, & est prima primitate intentionis, tanq̄ membrū primum, & præstabilius, & magis calidū. Secūda vero propter pulmonem, tanq̄ membrum secundarium, ac non ita calidum. pulmo.n. non eget aere nouo frigido, sed eget vt aer sibi missus à corde remoueatur, & h̄ fit expirando, ideo expiratio attribuiť pulmoni. Et ideo dicit qm̄ nisi esset calor, pulmonis nō indigeret animal, ad extrahēdum aerem frequentem. Et hoc est. § Hoc Auer. declarat ꝑ simile. d. Et hoc est simile ei, quod inuenitur in pluribꝰ artibus seu artificijs. s. φ indigent mutare instrumētum per qđ agunt, propter id quod contingit illi instrō, per quod agit, & quo vtitur. Et declarat h̄. d. Instrumentum.n. non mutatur, nisi quando consumitur. & consumptio contingit ei, aut propter vtentem, scilicet quia vtens consumitur, aut propter ipsum visum, scilicet propter instrumētum in se, & sic vult dicere ad propositum. nam cogitatiua corporis vtitur duplici aere. s. inspirato & expirato, propter cōsumptionem accidentem, tam in eis. s. aere. aer.n. cōsumitur, & propter vtentia. i. cor & pulmonem, quæ vtuntur aere & cōsumuntur, vt constat. ideo fuit necessarium vti aere duplicato, vt accidat consumptio vtriq; magna & aīal pereat. Ex hoc infert vnum ɔ̄ns, supple intelligendum. s. φ pulmo desideret extra mittere aerem, quoniam pulmo consumereť nisi extra mitteret. Tunc cōtra Gaľ. arguit. d. Si igitur pulmo desiderat extrahere aerem. i. emittere aerem sibi transmissum à corde calidum, tunc motus eius non est ex pectore tm̄, vt opinatur Gaľ. qui credit φ pectus extramitat aerem calidum tantum, vt patet, quoniam videmus pectus tātum moueri in hac extractione. Hanc consequentiam Auer. probo, omne potens expellere aerem talem, desiderās ipsum expellere, de facto expellit, qn̄ oportet, & h̄ constat apud oēs, sed pulmo: vt dictum est: desiderat expellere, & potest, ergo concurrit ad expulsionem, ergo nō tm̄ pectus concurrit, quemadmodum Gaľ. credit tn̄ inquit, φ hæc intentio eget perscrutatione per se, & ideo de hoc nunc nō plus. est enim pertinēs ad librum de anhelitu, & 18. de animalibus. nunc vero intentum sit dictum.

ARGYR. *Quare vox est ictus aeris respiratione attracti, qui quidē ab anima fit ea quæ his in partibus collocatur, ad eam partem quæ gurgulio appellatur. Non enim omnis quiuis animalis sonus, vox est, vti diximus (fit enim vt & lingua sonus efficiatur, & etiam vt tussientes efficiunt) sed oportet vt animatum sit id quod verberat, & aliqua cum imaginatione. Vox enim sonus quidem est significatiuus, & non aeris eius qui respiratione trahitur vti tussis, sed hoc ferit aerē eum qui est in gurgulione ad ipsum. Signum autem est, non posse quēquam edere vocem spirantem aut respirantem, sed aerem retinentem. detinens enim aerem hoc ipso nimirum mouet.*

Tex.cōm.90. Quare percussio respirati aeris ab anima quæ est in his partibus, ad vocatam arteriam, vox est. Non enim omnis aīalis sonus, vox est sicut diximus (est enim & lingua sonare, sicut tussientes efficiunt) sed oportet animatum esse verberans, & cum imaginatione aliqua. significatiuus enim quidam sonus, est vox, & non respirati aeris sicut tussis, sed isto verberat eum qui est in arteria ad ipsam. Signum aūt est: non posse vocem edere respirantem, aut expirantem, sed detinētem. mouet enim isto retinens.

COLLEC. Tex.cōm.90. Conuenere expositores, tam veteres q̄ noui: Arist. vocis diffinitionem resumere: quasi corollarie, quod per id verbum § quare § denotat. Inquit, Quare vox est percussio respirati aeris ab anima, quæ in particulis. ad vocalē arteriam. In qua profecto diffinitione, omnes designat vocis cās, cū enim dicit § percussio § motum efficientis designat quasi velut agens est vocis actus. Et cum § respirati aeris § coniungit proculdubio materiam in qua ac subm notauit. Et cum adijcit. In his particulis. § instrumenta reddit agentis. & per id § ad vocalem arteriam § notat percussum instrumentum. s. vt circa quod. ergo vox est percussio respirati aeris ab aīa, quæ in his particulis, ad vocalē arteriam. Sed ambigūt veteres, quoniam Arist. formalem tacuit cām, ac finalem, quę sunt potiores. Respōdet Alex. Aphrodiseus, Arist. per id verbum § secundum aīam § cām annotasse formalem § ſm quod § enim notat formalē cām § ab § vero agentem, & sic litera apud eum legenda erit, quare percussio respirati aeris secundum animam, quæ est &c. Sed Alex. obijcit, h̄ Simpľ. & ex verbis eius duas eligo rationes: aduersus Alex. primo qm̄ in naturalibus agens & forma respectu eiusdem non incidunt. modo anima est agens causa vitalium motuū, ergo vitalium motuum non est causa vt forma & per ɔ̄ns, neque vocis, cū sit vitalis motus, vel nō sine vitali motu. Amplius nulla cā ꝑ medium, tanq̄ per instrumētum est forma illius in quod agit ꝑ medium &c. hæc est perspicua, quoniam forma eo agit, vel causa, quia

Dubitatio. Rn̄sio Alex. Obiectio.

forma,& non medio aliquo, modo anima est causa vocis, prout est in particulis,i.organis vocis,s.pulmone, & canna pulmonis,& alijs ergo non est forma propria vocis. Ideo Simpl.exponit literam, vt constat, & vult ꝙ anima ponatur, tanquam causa agens}ab}enim motiui designatiuum est,vt dicit formam autẽ subaddit, qm̃ vox sonus est, sonus autem est tanquam forma vocis,vt sæpius dixit.Potest ergo apud Simpl.anima corpori cõparari duobus modis.s.vt forma,& vt vtens.primo modo est cã formalis corporis.2.modo causa agens operationum corporis,& ideo designans aĩam hic accipit vt vtens, & non vt forma (vt Alex. credit.) dixit }quæ est in his partibus} hoc est, quæ anima est vtens his partibus,tanquam instrumentis motus vocalis,propellentibus aerem ad vocalem arteriam.Et ex his constat: id verbum}quæ}referre aĩam,quæ est in organis respirationis,tanquam ars in instrumentis. Quomodo autẽ Arist. subaudiat causam finalem,statim dicetur. Non enim omnis animalis sonus.} Cum compleuit diffinitionem, vult designare causam finalem vocis.debet ergo vocis diffinitio esse hoc modo, vox est sonus causatus à percussione respirati aeris ab anima, quæ est in his partibus, ad vocalem arteriam: gratia explicãdi aĩæ affectus.Ostẽdit ergo vltimam particulam esse necessariam, & inquit. Non enim omnis aĩalis sonus vox est: sicut diximus, qm̃ est.i.contingit,& linguam sonare.sicut tussientes, q̃ sonus non vox est.Sed oportet aiatũ esse verberãs & cũ imaginatione aliqua.s.explicãdi affectus mẽtis. Significatiuus.n.} probat id & syll̃s sic componitur, oĩs sonus significatiuus est grã explicandi affectus aĩæ. Tunc addit minorẽ.d.Vox enim est quidam sonus significatiuus, & non respirati aeris tm̃:sicut dixi.sed isto verberat eum,qui est in arteria ad ipsam.ergo in prima figura vox est cũ imaginatione gratia explicandi mentis affectus. Signum aũt} Apponit aũt signum ꝙ vox fit cum imaginatione grã explicandi mentis affectus & sermo suus manifestus est per se.

Qua Simplic.

Commen.90. OPORTET igitur vt percussio. Huic deficit partis intentio quæ perspicua est ex verbis Arist. sed quia Arist. accepit in litera,ꝙ vox est percussio respirati aeris ab aia, & proculdubio falsum est,qm̃ vox non est pcussio,cum sit in percussione: tanq̃ in agente, ideo persoluens hanc dubitationem dicit. Oportet igitur vt percussio aeris anhelati ab aia quæ est in istis membris,ad cãnã: sit id quod facit vocẽ.ergo vult ꝙ hmõi prædicatio sit causalis, & inde colligit vocis diffinitionẽ,d.Necesse est igitur vt essentia & diffinitio vocis non sit aliud,nisi pcussio.i.sonus causatus à percussione aeris anhelati ad mẽbrũ,quod canna dicitur ab expulsione aĩæ imaginatiuæ voluntariæ.i.appetente,quæ est in istis membris,Cuius exemplũ adijcit, & sermo perspicuus est. Et diximus ꝙ necesse est} Et quia (vt dixit Simpl.)in diffinitione ꝓposita deficit cã finalis,ideo Auer.ex verbis Arist.cãm finalem vocis explicare intẽdit, Debes ergo scire cãm finalem vocis esse explicationẽ affectuum. ergo concurrit ad vocandũ desiderium aĩæ desideratiuæ.& q̃a desiderium sequitur cõpræhensionem sicut vmbra corpus 12.Meta. ergo in vocis formatione duo exiguntur, scilicet virtus imaginatiua, quæ se tenet ex parte agentis, & virtus desideratiua: quæ se tenet ex parte finis. Inquit ergo & diximus; ꝙ necesse est in essendo vocẽ, vt percutiens habeat aĩam imaginatiuam, quia nõ oĩs sonus factus ab aiali,est vox, vt sonus qui fit absq; volũtate apud tussim & apud motum linguæ.sed vox est sonus, qui fit cũ imaginatione & voluntate,& ideo dixit animatũ, & cum imaginatione.innuit enim ꝙ ista actio completur duabus virtutibus animæ: quarum vna est concupiscibilis,& altera imaginatiua, & hoc modo Simpl. cõmentatus est hunc locũ ad verbũ,& sic diffinitio vocis ꝑfecta erit. Primum enim mouens,}Quasi ostendit vocem habere duo agentia,vnũ principale & primum.s.animam,alterum secundarium,posterius.s.membrum repellens aerẽ. Inquit modo ꝙ vox est actus vtriusque. licet primo sit actus animæ, & dicit. Primum enim mouens in voce est anima imaginatiua,& concupiscibilis, & ideo vox est sonus illius primi.i. volentis & imaginantis, & non est sonus primo & per se mouentis aerem anhelatum, scilicet membri prædicti, vt sonus qui fit apud tussim. sed mouens primum in voce est aliud ab isto mouente, licet primum mouens nõ moueat, nisi per ipsum.s.medium,Ex his ꝯstat Arist.per ly }ab aĩa} non formalem cãm,sed agentem intendere, vt dixit, & recte Simpl.Sed hic ambiges,quid est primũ mouens in motu tussis? dicit enim Auer. primum mouens in motu tussis alterum esse à primo mouente in motu vocis. Rñdet Simpl.d.in tussi euenire motum, ꝓꝑ incidentem pituitã, vel aliud quid solidum,vel quia humidum expellere naturam conatur. Ergo primum mouens in tussi est membrũ propellens aerem grã remouendi nocumentum. Sed primum mouens in motu vocis,est aĩa. ergo id quod est primum mouens in tussi est instrumentũ respectu motus vocis,& hoc Auer.intendit,si recte cõsideras.Et signũ eius.} Quod dixit declarat, & primo proponit intentum.d.Et signũ eius ꝙ primũ mouens in voce moueat aerẽ,mediante primo mouente aerem in anhelitu, & vult dicere & signũ ꝙ principale mouẽs in anhelitu est instr̃m aĩæ in actu vocis est, quia nos non possumus vociferare, dũ inspiramus .i.aerem intus attrahimus,vel expiramus.i.aerẽ emittimus extra. Mouens enim}probat propositum signũ, & rõ cõponitur sic, nullũ instr̃m põt vsitari in vna hora à duobus agentibus,pro diuersis actionibus,vt perspicuum est. Sed aer vel inspiratus vel expiratus est instr̃m vsitatũ,pro duabus actionibus,à duobus agentibus.s.à pulmone, tãquam ab agente proximo,& ab aĩa,ergo non põt vsitari in hora vna, ergo quando expiramus non possumus vociferare. Huius accepit minorem.d.Mouens.n.in anhelitu, alio instrumento vtitur in illa hora,ab instr̃o primæ motionis in percussione,quæ facit sonum. vult dicere ꝙ debet habere actiones duas id vnum instrumentũ in illis actibus diuersis,Tunc accepit maiorem.d.Sed impoſle est vt vno instrumento vtatur in diuersis actionibus in vna hora, ergo &c. Et h̃ exponit.d.Et nos non mouemus ꝑ id membrum, nisi cum concluserimus ipsum.i.& ideo non mouemus aerem motu vocis,per h̃ mẽbrũ quod inspirat & expirat, nisi qñ incluserimus anhelitum, & reddiderimus ipsum ociosum ab ista actione,quæ est anhelitus,dum vociferamus, ergo retinemus aerem ociosum ab anhelare, & h̃ signat ipsum non posse esse instrumentum duorum &c.,& propter hoc (vt dicit Simpl.)canna pulmonis,& pulmo sunt principalia respectu anhelitus,instrumenta respectu animæ in voce.& cum vnum non posit esse instr̃m duorum: pro diuersis actionibus: talia non erunt instrumenta, eorum respectu,anhelitus aĩæq; respectu vocis, pro vna hora. vide eũ.

Dubitatio. *Responsio.*

ARGYR. *Patet autem & quam ob causam pisces vocem non fundunt: fauces enim non habent. at hanc partem non habẽt, quia non suscipiunt aerem, neque respirant. Sed qui ita dicunt, vehementer aberrant: quam autẽ ob causam. alius sermo est.*

Tex.cõm.91. Manifestum autem,& cur pisces sine voce sunt.non enim hñt guttur.hanc aũt partem nõ habent,quia non recipiunt aerẽ,neque respirant.Sed qui dicunt sic, peccant.propter quam igitur cãm, alia ratio est.

COLLEC. Tex.cõm.91. Expositores veteres sic literam habent.}Patet aũt & q̃ ob cãm pisces voces non fundunt. Et tunc volunt Arist. quasi corollarie reddere causam,cur pisces non vocitant. verum de piscibus veluti non respirantibus in lib. de partibus animalium tractatum,vt est dicturus, reijcit.aqua.n. pro aere, & brãchijs pro pulmone ad refrigerationẽ præcordialis vtuntur calidi: vt ex Simplicio excipitur,& hoc pacto latini exponunt, & Auer.qui literam etiam hoc pacto habet.Potest & aliter dici,nempe Arist. dare secũdum signum.ꝙ guttur sit vocis organũ,& sic lege. manifestum autem supple ꝙ guttur instrumentum est vocis, & quia.i. qm̃ pisces sine voce,non enim hñt guttur.hanc aũt partem non habent,quia non recipiunt aerem,neq; respirant. sed su.hi qui dicunt eos vocitare peccãt. quam aũt ob causam su.non recipiunt aerem,altera ratio est.

Commen.91. DICIT quod causæ.Proponit cãs carentiæ vocis in piscibus ordinatim.d. Causæ propter quas pisces non hñt vocẽ,sunt tres,& prima & remotior est, q̃a non hñt pulmonem,

monem, & cānā. Et causa huius causæ est, quia non indigent immissione aeris, aut emissione. Causa aūt vltima, quare caret emissione & immissione aeris, quæ est ꝓpinqua huic accidenti, in alio dicenda est. s. lib. de aīalibus. ergo remota cā est carētia cānæ. propior est carentia anhelitus, propinquissima est dicenda in lib. de partibus aīaliū.

Vtrum voces sint gratia significandi cōceptus aīæ.

Quærunt primo, vtrū voces sint in animalibus, cū imaginatione gr̄a significādi conceptus aīæ imaginatiuæ, & cōcupiscibilis. Et videtur ꝙ non, vt Auic. sentire videtur in lib. de animalibus. Quod est à natura, & ab instinctu naturæ, non videtur esse ab imaginatione, nec gr̄a significandi &c. Sed voces brutorum sunt omnes ab instinctu naturæ: & à natura, vt omnes Ph̄i testati sunt. Quare &c. Amplius si vox in brutis esset gratia imaginationis & explicādi affectus, tunc sicut diuersimode afficerentur, & conciperent, sic diuersimode voces formarent. modo constat, vocem vnius speciei esse vniformē, pro vnoquoque conceptu, ergo non sunt illius gr̄a. Debes scire, ꝙ animalium quædam carent sanguine, vt pisces. & hmōi non vocāt, vt habemus primo historiarum, quædam aūt sunt sanguinea. & huiusmodi vocant. Vocantium aūt quædā vocant vniformiter ꝓ diuersis affectibus ad similia suæ speciei, vt equus, canis, bos &c. Et alia vocant difformiter: s̄m diuersos affectus. horum adhuc, quædam formant voces diuersas pro affectibus diuersis: per instinctus naturæ: vt pygmæi. alia quoque secundum voluntatem & placitū, vt homines. Vocantium vniformiter, quædam semper vocant, quædā vero certis temporibus, vt cunuus & alia. Amplius quædā vocant tempore coitus tm̄, vt animaliū plurima pars: quædā & ipso tēpore coitus: & ante: & post: vt Philomena: quæ (vt Plato. d.) canit tribus illis tēporibus, vt cātu suo lætificetur fœmina, ad hoc vt calor excitet. & clarificet, vt inde fiat bonus sanguis, & per p̄ns calor tēporatus dispergatur supra oua. Ex his constat oē animal vocans vocare gr̄a significandi affectus. Secundo debes scire ꝙ aīalia, eo modo vocant, quo cōcipiunt. p̄ñt aūt cōcipere dupl'r. s. cōfuse, & distincte, primo modo faciunt bruta, & pueri in principio vitæ. Distincte aūt vocant homines, & pygmæi, sed homines voluntate, pygmæi instinctibus, & inde fuit vt propinquissimum genus aīalium hmōi sit pygmæorū {sunt. n. pygmæi formati sicut hoīes} h̄nt & imaginatiuā pfectiorē alijs imaginatiuæ hoīs sat affinē. Habent loquelam ac sermonem sil'em loquelæ humanæ: intm̄ ꝙ hoīes putant. propter quod Arist. 7. de historia inquit, grues ꝑmutari ex scyticis cāpis, ad paludes superiores ægypti, vnde nilus fluit, & ille locus est circa quē pygmæi habitant. Differunt aūt ab hominibus, qm̄ actus hominis, sunt rōni & syll'o practico subdibiles, actus vero pygmæorū tm̄ instinctibus naturæ. Amplius pygmæi sunt mole corporis parui, ꝓp angustiam loci in quo generant. Arist. 10. particula problematum problemate. 12. & habent alias d̄rias. Hinc exprimit verbum. Them̄. h. d. Significat aūt vox oīs, aut naturales affectus. v. g. ægritudinē & voluptatē, cuiusmodi est vox brutorum, aut conceptus hoīs, constitutis rerū nominibus, & receptis in consuetudinē, indicat &c. omnis ergo vox, aut significat ex instinctu naturæ, aut ex formatione voluntaria, vt illa est hominum &c. Amplius hic verificat Auer. verbum, ꝙ ad vocem duo præexigūtur, imaginatio, & desiderium, præexigit. n. desideriū tanq̄ mouens mēbra, & imaginationē ad explicandū affectus, & sic quasi ex parte finis requiritur & imaginatio: tanquā mota, & agens formās voces ad explicandos affectus, iuxta exigentiam desideriorū, & h̄ cōmune est hominibus & brutis, licet bruta cogātur à desiderijs. hoīes autē sint d̄ni illorum. imaginatiuæ ergo oīs vocatio est ab instinctu. licet hoībus sit placitū, brutis vero non. Tūc ad rōnes & primo ad primā maior falsa est, quod enim ab instinctu naturæ est, pōt esse ab imaginatione tanq̄ à causa agente, licet instinctus sit tanq̄ finis. Ad secundam dicendum, ꝙ cā diuersitatis explicationis, & vocum formationis: est diuersitas modi concipiendi, & q̄a illa bruta oīa confuse ꝯcipiunt, ideo non explicant, nisi vniformiter, sicut pueri in principio.

Vtrum conceptus explicati per voces sint in vocibus.

Quærunt &. 2. an spēs intelligibiles (si darentur) vel conceptus explicati per voces: sint in vocibus, ita ꝙ per eas asportentur in auditum & intellectum discentis. Et vr̄ ꝙ sic, quod abstrahitur ab aliquo per aliquem modum, in illo cōtinēri necesse est. sed spēs intelligibiles cōceptus abstrahuntur à vocibus, ergo aliquo modo clauduntur & cōtinentur in eis. Sed oppositum deducitur: impoīe est spēs tangere voces, ergo non cōtinentur in eis. añs deducit, qm̄ quæ sunt in diuersis non se cōtangunt. sed vox est in aere: spēs sunt in imaginatione, & intellectu. ergo &c. Amplius si ꝯceptus asportarentur ꝑ voces, tunc descenderent ab intellectu ad voces, qd' falsum est, quia vel naturaliter descenderent, vel violēter. non naturaliter, quoniam intellectus est locus specierū: vt Arist. d. & nihil remouet à suo loco naturaliter. Si violenter oportet quærere quid sit id violentās, & iam id erit impoīe fingere: vt constat &c. Rursum si voces didascali aggenerant conceptus in discipulo, vel nihil eorū præfuit: vel conceptus sunt in aīa audiētis, & excitatur anima illius per vocem exteriorem ad similitudinē quam habet in anima. Si primum, tunc cōceptus & spēs p̄ñt generari, & non ex obiectis. Si secundum, tunc scire erit reminisci. Postremo si cū vocibus didascali descenderent spēs eius in discipulum, tunc nō remanerent in illo. & sic obliuisceretur &c.

Quæ Alber.

In ista q̄one laborauit Alber. & demum voluit ꝙ vox pōt considerari dupliciter. Vno modo vt est quedā naturalis, & sic fit à naturalibus instrumentis vocis, gutture, cāna, pulmone &c. Secundo modo vt taliter, vel taliter figuratur, ac, vt ita dicā, carectirizatur, & sic fit à quadā potentia aīæ, quæ dicitur potentia interpretatiua, & tunc prout diuersimode figurat proculdubio diuersorum conceptuum est significatiua, & sic vult ꝙ voces generant in phantasia phantasmata diuerse, prout videntur diuersæ figuræ, ac characteres, & inde sciētia generatur de nouo in discipulo. Sed proculdubio hæc sol'. est contra Auer. in 3. huius commento. 5. in calce, vbi voluit magistrum non generare scientiam in discipulo, qm̄ tūc scientia esset qualitas actiua. Idem & Them̄. in 3. suæ paraphrasis explicauit. vide. Amplius si voces generant phantasmata in aīa auditoris, h̄ erit ꝑ se, vel per accidens, nō per se, qm̄ tunc auditus esset sensus disciplinæ ꝑ se, cōtra Arist. in lib de sensu, & in primo Elencho. inquit, qm̄ non est ipsas res ferentes disputare, sed noībus vocis vtimur pro rebus, quod accidit in nominibus in rebus arbitramur accidere. Ecce qūo non per se generent phantasmata. Si ꝑ accidens, h̄ non erit, nisi diuersa figuratione vocis. sed diuersa figuratio vocis, est relatio ad conceptū. conceptus aūt est vnus in auditore, & didascalo, vt. d. Auer. ergo non fit ab altero illorū. Rursum phantasma est simulachrū eius à quo generat. sed phantasma lapidis nō est simulachrum vocis lapidis, sed rei tm̄, ergo à re tm̄ generatur, & non voce.

Opinio Auer. & Them̄.

Ideo dicendum secundum Auer. & Them̄. voces tm̄ esse excitantes formas iam acceptas. nullus enim (vt Simpl'. testat in 3.) à præceptore audit lapidem prolatum, quin quandoque idolum lapidis nō retinuerit. Amplius nullus circulum ante ostium perpendit venditionem vini denotantē, quin q̄ñq; vinū agnouerit. voces ergo non sunt generātes conceptus. hi idem enim conceptus numero, qui sunt magistri, sunt discipuli, s̄m Auer. Them̄. & tenentes vnitatem intellectus in hominibus. Sed sunt notæ earū, quæ sunt in anima passionum, vbi ly {in anima} pro aīa vtriusque accipitur, scilicet magistri & discipuli. Et per hoc patet scire nostrū non esse nobis aggeneratum deforis, sed per continuationem intellectus acceptū, & sic scire non erit reminisci, vt Plato in Menone sentit, sed nec erit nouum animæ in se, sed erit bene noua continuatio discipuli ad intellectum, per quā nouiter denominatur sciens: vt patet.

Quæ Phil.

Dedit autem Philopo. signum, ꝙ voces non generant, sed excitant cōceptus retentos, quoniam pueri dum incipiunt voces perpendere, à parente perpendunt digito panem in re simul cū voce panis, post cum habuit vocem panis fuisse signum huius rei, quæ est panis, prolato pane excitatur in cognationem panis diu concepti. & ergo voces sunt signa, ac notæ passionum existentium in animis vtriusque, scilicet magistri & discipuli. Argumenta autē in principio. q. sunt pro me, arguunt enim & firmiter voces non significare effectiue & generatiue conceptus.

ARGYR. *De odore vero & odorabili, non æque bene atque de hisce quæ dicta sunt discernere determinareque possumus. non.n. sic patet quale quid sit odor vt sonus, vel lumen, vel color. Cuius causa est, nos non habere hunc sensum exactum, sed inferiorem complurium animalium sensu. remisse nanque homo olfacit, & nihil odorabilium percipit absque dolore vel voluptate, propterea quòd sensus instrumẽtum huiusce non est exactum atque perfectum.*

Tex.com.92. De odore aũt & olfactibili, minus facile determinabile est dictis. non enim sic manifestum est, quale quid sit odor, vt sonus, aut lumen aut color. Causa aũt est: quia sensum hunc non habemus certum, sed peiorem multis animalibus. praue enim odorat homo. & nihil sentit odorabilium sine lætitia aut tristitia, tanquã non existente certo eo quo sentimus.

COLLEC. Tex.com.92. Supponit intentionẽ capituli esse de odore & olfactu, & accipit conclusionẽ hanc, de odore & olfactu est difficilis pertractatio. & inquit. De odore aũt & olfactu minus bene est determinabile dictis. s. visu & visibili, auditu & auditili. Non enim manifestum. § Ratiocinatur hoc isto modo, omne id, cuius quale quid ignoratur à nobis, est male pertractabile, hoc subauditur. Addit, nõ.n. manifestũ est quale qd sit, sicut sonus, aut color, aut lumen: ergo de odoratu est male pertractabile. Causa aũt § pro syllogizat minorem sic. oẽ id cuius sensum prauũ habemus: male à nobis est pertractabile: apponit & minorẽ. d. cã aũt est, quia sensum hunc non habemus certum: sed peiorẽ multis animalibus: ergo cõclusio, quæ fuit minor. Praue enim § probat minorem pro syllogismi ab experimento. d. Praue.n. odorat hõ, immo deterius multis animalibus, vt Them. d. scilicet cane & vulture. Et nihil odorat. § Secũdo probat minorẽ pro syllogismi ab alia experientia, & cõponit syllogismus, oẽ id cuius nihil odorat nisi differentiæ excessiuæ, est praue odorabile. sed hmõi odor, ergo &c. Inquit, Et nihil odorat odorabilium sine lætitia & tristitia, sicut non existente certo, eo qđ sentimus. i. propterea qa sensus instrumentum hmõi non est exactum atq; perfectũ. Formidares primo, qm̃ Aristot. inquit, q̃ de odore & odoratu est minus determinabile dictis, ac si dicendis esset certius. Videtur enim q̃ tactus sit notior odoratu, vt ꝓstat, per posterius dicenda, est enim tactus nobis tẽperatior, quare certior. Amplius, & 2. ambiges, & non parũ, qm̃ Arist. ꝓbat de odoratu tractatum esse difficilem; per difficultatem subiecti quale quid sit, vt Simpl. placet, post modũ: ibi. § Causa aũt § probat difficultatem subiecti, ꝓ difficultatẽ odoratus, ergo in rõnibus circulus appareret. Rursum & 3. cur ignoratur quale quid odorabilis, & non aliorũ. vt Arist. d. Adhuc & 4. vtrum odoratus solũ existat tristis & suauis, vel & mediorum. Postremo ambigit Simpl. vtrum hõ sit praue odorans, vt sensu h̃ non exquisite sit participans: pp quod à plerisque in hoc superatur animalibus. Hæc sunt dubia, quæ ex interpretatione literę emergunt, quæ vt clarius tex. intelligatur, disputabuntur, & soluentur, post cõmenti expositionem.

Dubitatio. (margin note beside the preceding paragraph)

Commen.92. CVM compleuit. Proponit intentionẽ partis, & perspicua est. Deinde ponit ꝓclõnẽ textus. v. cognoscere aũt quid sit odor, & quid sit odorabile, ex quo possumus peruenire ad sciendum istud sensorium, & sensum quid sit: ẽm q̃ dat doctrina naturalis. i. per modum in quo à notioribus nobis ad ignotiora procedit, difficilius est q̃ scire vocẽ qd sit, aut colorẽ. hæc erat literæ cõclusio, & reddit cãm. d. & cã difficultatis in hoc est, quia non declaratur de odore, cuius odor sit. & quæ sunt drĩæ propriẽ vnicuiq; eorum sicut declarantur drĩæ colorum, & vocum, & hæc fuit minoris vis. In quibus verbis dedit intelligere sol. qõnis tertiæ vbi debes scire q̃ quodlibet sensile potest dupliciter accipi. Primo modo in comparatione ad sensum (& sic habet rõnem respectiui, vt visile ad visum, auditile ad auditum &c. & hoc pacto oĩa obiecta sensuum sunt eque nota respectu sensuum) Secundo mõ potest accipi sub ratione absoluta. v. g. vt vltra visile color & lumen, vltra auditile sonus & vox, &c. & hoc pacto in odore, & tactilibus est difficultas non.n. præter rõnem odorabilis, vel tactibilis, scimus naturas eorum subiectas, vt Simpli. testatur, per quale ergo quid intelligit naturam absolutam sub̃tam relationi, & drĩas diuisiuas illius nature. Et sic patet solo ad tertiam. q. § Et cã propter quam § reddit cãm causę. i. probat minorem syllĩ principalis, & inquit. Et cã propter quam imperfecte intelligimus drĩas odoris, est, quia iste sensus debilior est in nobis q̃ in multis aĩalibus, Et quasi persoluẽs scđam. q. inquit & intendebat per h̃ demonstrare cãm, propter quã intellectus difficile cõprehendit drĩas odorum, & est, quia iste sensus debiliter ꝓprehẽdit drĩas odorũ sensibiles. cõprehensio. n. drĩarũ rerũ sensilium à sensu est cã in cõprehẽsione earũ ab intellectu, & ideo q̃ caret sensu, caret intellectu illius generis sensiliũ. primo Poster. Ex his ꝓsoluitur. q. 2. prauitas sensuum, & sensorij cã est prauæ sensationis. praua sensatio cã est difficultatis sciæ, ergo nõ est circulus, qm̃ sunt ibi tres termini diuersi, vt ꝓspicuum tibi relinquo. Sed est debilius. § Quæsitũ est semper, an homo praue odoret, & Arist. h̃ determinat q̃ sic. Oppositũ autẽ huius oportet dicere, qm̃ aĩa hoĩs est præstabilior, ergo & vniuersa illius operatio. Amplius Auer. & Arist. in lib. de sensu & sensa. bruta percipiunt cortices oĩum sensibiliũ. homo medullas, vt dicet & cõmẽ. 63. istius. Postremo ipse iudicat drĩas oĩum odorabiliũ. His Auer. ꝓsoluit. d. sed est debilius in nobis q̃ in multis aĩalibus. s. in ꝓprehẽdẽdo differentias odorũ, multa. n. aĩalia videñ cognoscere sua nutrimẽta ꝑ drĩas odorũ, sicut nos ꝑ saporẽ, & in hoc tm̃ excedunt nos aĩalia aliqua. s. cõprehendendo drĩas odorũ à remoto spatio. Odores ergo pñt dupl̃r ꝓprehẽdi, vel inquãtũ vtiles, (& sic aĩalia plus ꝓprehendũt,) vel vt cadunt sub iudicio rõnis, & sic magis ab hoĩbus &c. Quartam. q. ꝓsoluit Auer. d. & nõ sentimus de drĩjs odorati, nisi id qđ est delectabile, aut cõtristabile. i. non sentimus de eis, nisi drĩas magis communes. delectabile. n. multos habet modos. similiter cõtristabile, & delectabile non inueniñ, nisi in remotissimis extremis. Ex his perspicua est sol. q̃ hõ solũ drĩas extremas odorat, non medias, cui Plutarchus, Nestureus, Rhodius, cõsentit. Sed iis obijcit Simp̃. qm̃ hõ iudicat de medijs drĩjs horũ, ergo ꝑcipit illas. vel igiñ ex sensu qñq; accepit cognõnẽ eorũ, vel nõ. & si nõ, ergo intell̃s posset cognoscere aliqd sine sensu, & si sic, ergo odoratus sentit drĩas medias. Sed hoc nihil est, qm̃ à sensu accipit intell̃s extrema, medias aũt drĩas argumẽto à signo & coniectura appræhendit. Ad postremã rñdet Simp̃. auctoritate Platonis, q̃ odorabile est cõmensurata ꝓportio in qualitatibus primis, quæ facile variañ, & pp facilem ac continuã variationẽ, est illius natura difficillima cognitu. Hinc elici põt de odore tractatũ difficilẽ esse ex parte rei, qm̃ variabilis, & ex parte nostri, qm̃ prauum sensum habemus hunc. Ad primam vero. q. solo cõstat, qm̃ Arist, seruauit ordinẽ naturæ, & maxime cũ tactile sit valde difficile, propterea quia ignoratur quale qd, vt scies. In hoc loco Them̃. duo dedit ex dictis corollaria, quorum primũ est, quo inquit. Ex hoc aliqui argumentũ sumunt vnũ sensum olfactus ad mẽsurã hoĩbus datũ, quatenus. s. sufficere posset hñtibus acrimoniã illã, vtpote quæ ad vitã cõseruãdã non admodum pertineret, tanq̃ superfluã desiderari collibitum. vult ergo tm̃ odoris esse datum hominibus, quãtũ sufficit pro vita & vtilitate, & quia maior est vtilitas in bruto ex odore quàm in homine, ideo plus odoratus habet brutum quam homo. Secundum dedit. d. hinc fieri vt odores cognoscerentur, nõ quales essent in se, sed quales peruenirent ad nos, qm̃ non oportet vt eos, ex eorũ naturis appræhendamus, sed q̃tum nobis prosunt gustui.

Que Them. (margin note beside the preceding passage)

ARGYR. *Atque consentaneum est rationi tam animalium ea quæ duros oculos habent sic sentire colores vt non eorum percipiant differentias nisi terrore contrarioque ipsius quàm hominum genus odores. Similem autem rationem subire, videntur, odoratus ad gustum, & odoris species ad species ipsas saporum.*

Tex.com.93. Rationabile autẽ est, sic & quæ duros oculos hñt colores sentire, & non manifestas ipsis esse drĩas colorum,

lorum, nisi terrore & nõ terrore. sic autẽ & odores, hominum genus. Videtur enim analogiam habere ad gustum, & silr spẽs saporum, cum ijs quæ sunt odoris.

COLLEC. Tex. cõm. 93.

Exemplum inducit nõ exquisiti sensorij, & vtitur duritie oculi pro exemplo. nam in his, quæ duriorũ sunt oculorum, vt cancri, visibile sensorium eget maiori ac vehementiori passione. Inqt. Rõnale aũt. i. ꝯsentaneum vr rõni: sic & quæ duros oculos habent colores sentire. § Et nõ manifestas ipsis. § vult dicere ꝙ tali modo sensoriũ percipit differentias visibilium, vt nõ manifestæ ipsis sint drīæ colorũ, nisi terribili ac intrepido, § sic autem & odores hoĩum genus § est ergo exempli vis, ꝙ quéadmodũ genus quoddam aĩalium nõ percipit drīas visibilium, nisi fortissimorum, sic & hominum genus nõ percipit drīas odorũ, nisi excedentes. Exẽplo hoc innuit Arist. aĩalia percipere visibilia excedentia, qm̃ qñq; sunt perterrita ꝑp visibilia, qñq; sunt læta, & intrepida. Ex h̃ tex. q̃dã colligunt hoĩes non percipere, nisi odores excedentes, medios aũt non. quod probant, qm̃ sicut aĩalia duri oculi nõ percipiunt, nisi visibiliũ extremas drīas, & nõ media, sic & hoĩes ꝑ exemplum Arist. Sed his obijcit Simpl. qm̃ si bene cõsideretur, ex textu habetur ꝯtrariũ. ea. n. percipit odoratus hoĩs, circa quæ accidit dubitatio, & timor, & oppositũ timoris. s. audacia. sed accidit hoc in odoribus medijs, ergo &c. Ideo Simpl. inqt, ꝙ odoratus hoĩs percipit extrema & media sed notabili timore, vel elatione tm̃ extrema. Sed hoc quod Simpl. inqt, contradicit Arist. qm̃ statim subdit modum, qũo medij odores percipiuntur ab hoĩe, & ꝑ analogiam ad sapores. dicit ergo absolute non percipit, nisi extrema odorũ. Et hoc vult Auer. in cõm. & oẽs expositores. Videt nisi ꝓportionabiliter se hr̃e ad gustum. § Docet modum regulã sumẽdi drīas odorũ mediorũ, & inqt. Videtur. n. proportionaliter se hr̃e ad gustũ, ac similiter spẽs saporũ, his quæ olfactus. mõ ergo ex differentijs saporũ percipiemus illas odorum.

Dubitatio.

Commen. 93.

Et videtur ꝙ ita. Proponit Auer. exẽplum Arist. & dicit. Et vr ꝙ ita sentiunt hoĩes drīas odorũ, sicut aĩalia duri oculi drīas colorũ. quéadmodũ. n. illa nõ cõpræhẽdunt de drījs colorũ nisi ꝯuenientẽ, & incõuenientẽ, ita hoĩes non cõpræhẽdũt de drījs odorũ nisi delectabile & cõtristabile, ecce qũo Auer. differt à Sĩpl. vt infra dicemus. Visum est. § Apponit methodũ propositã. & forte reddit cãm eius qđ nũc dixit, & inqt. Visum est. n. ꝓpter ꝯsimilitudine, quæ est inter gustum & odoratũ, vt drīæ odorũ sint s̃m numerũ differentiarũ saporũ. Arguit ergo sic, illæ drīæ non sunt notæ ꝑ se, quæ sunt notæ ꝑ analogiam ad aliud, sed odores medij innotescunt ꝑ drīas saporũ, quod ꝓbat. d. cũ drīæ saporum apud nos sunt cõpræhensibiles, & illæ nõ. Cuius cãm reddit. d. cum in hoc sensu excedamus oĩa aĩalia, quia quodammodo est tactus, vt dicet. Et consimilitudo. § reddit cãm aliam minoris. d. Et consimilitudo q̃ est inter sapores & odores est quia non inuenitur odor, nisi in hñti saporẽ, vt declaratũ est in lib. de sensu & sensa. Simpl. vero addit, qm̃ omne odorabile est gustabile, & econtra. similiter oẽ odoratiuũ est gustatiuum, & econtra, ergo odor & sapor sunt proportionabilia. erunt ergo proportionabilia propter tria. Tũ ex parte odoratus, qm̃ oẽ gustans est odorãs, & ecõtra. Tũ ex parte odorati, qm̃ oẽ odorabile est gustabile: & econtra. Tũ ex parte cãrum odoris & saporis. Eędem qualitates sic, vel aliter dispositæ sunt causæ saporum & odorum, & ꝑ ꝯñs optima methodus erit ꝑ saporũ drīas odores medios venari. Formidabit quis, si hõ ꝑcipit odores quales sunt in se. Persoluit Them. hic, & inqt, hinc fieri vt odores cognoscerent non quales essent in se, sed quale peruenirent ad nos, & sic odores sentimus nõ sicut sunt ex naturis eorũ, sed s̃m ꝙ ad nos perueniunt. Sed obijcies, sensus nõ decipitur circa obiectum, qm̃ obiectum, vt non, qm̃ odor vel color, sed quoniam Socrates, vel hic, vel ibi, vt dixit Arist. ergo odores ex naturis eorum percipiuntur. Potest dici ꝙ odor potest dupliciter ꝯsiderari. Vno modo inquãtum odor absolute, & sic abstrahit ab intenso & remisso esse, cum vt sic habeat rationẽ tm̃ obiecti, & hoc modo proculdubio percipitur ex natura rei, inq̃tum odor est. Alio modo potest considerari vt mouet sensum ꝑ actualẽ influxum, & quia res non agit, nisi secundum modum suæ actualitatis, ideo proculdubio vt sic, agit qñ fertur ad nos, & non ex natura rei, & h̃ modo Them. vult. Amplius quæres, si per drīas saporũ cognoscimus drīas odorum, an nomina tantum. Rñdet Them. ꝙ ꝑ analogiam ad sapores cognoscimus discrimina eorum, ingenia seu cõceptus eorũ, & nomina eis imponimus. quia enim sunt ignorata s̃m rẽ, ideo, & secundum cõceptus, & quia s̃m cõceptus, ergo s̃m noĩa cognoscimus ergo odores extremos per se, medios quasi ꝑ accidens s̃m rẽ, cõceptũ, & rõnẽ nominis, & h̃ vult Auer. hic. & Alex. in lib. de aĩma. Them. & Simpl. Debes scire, ꝙ propter multas cãs, homo per se non sentit odorũ drīas medias. Primo ex parte cognoscentis. Secundo ex parte finis. ex parte cognoscentis, quia cerebrũ humanum est maius proportione cerebro aliorũ aĩaliũ, & ideo multæ resudant humiditates in carũculis olfactus, intm̃ ꝙ olfactus hebes redditur odoris. Secundo ex parte finis. semper. n. hõ in odoribus occuparet, adeo ꝙ impediret à sua sublimi operatione, ergo ꝯsentaneum est eũ tm̃ extremas drīas ꝑcipere, & sic verbũ Simpl. in h̃ loco est extra nãm.

Dubitatio.

ARGYR.

Verum exactiorem gustum habemus quàm odoratũ: ex eo quia gustus tactus est quidam, quem quidem sensum homo exactißimũ habet. In cæteris nanque sensibus vehementer à cæteris animalibus superatur. at tactu, longe cæteris omnibus excellentius percipit. Quapropter & prudentißimum est animalium. Indicium autem est, in hominum genere ob hoc instrumentum sensus, ingeniosos esse hebetesue, & non ab aliud quicquam. Qui nanque sunt duri carne, ij sunt inepti mẽte. qui vero sunt molles carne ij sunt ingeniosi menteque dextri.

Tex. Cõm. 94.

Sed certiorem habemus gustum, propterea ꝙ ipse quidam tactus est, hunc aũt habet sensum homo certissimum. In alijs enim superatur ab animalibus multis. secundum autẽ tactum, multo quã cætera excellentius percipit. Vnde & prudentissimum aĩalium est. Signum autem, & in genere hominum. secundum sensorium hoc ingeniosos esse & non ingeniosos, secundum autem aliud nullum. duri enim carne, inepti mẽte. molles autem carne, bene apti.

COLLEC. Tex. cõm. 94.

Ratiocinatur assumptum sic, sensus tactus est in nobis perfectior, quàm ĩ omnibus aĩalibus. sed gustus est tactus quoquo modo, ergo gustus est nobis ꝑfectior. Ponit primo conclusionem. d. sed certiorem habemus gustũ. Deinde ponit minorẽ. d. Propter id quod ipse q̃dem tactus est. Deinde maiorem. d. hunc sensum habet hõ certissimum. In alijs aũt. § posset quis ambigere homo in tactu excedit alia aĩalia, ergo in omnibus sensibus. ꝯñtia tenet, qm̃ tactus est omnium aliorũ fundamẽtum. modo si fundamentũ est potissimum, & fundatũ. Rñdet huic. d. Et licet iste sensus sit perfectior in homine q̃ in alijs aĩalibus, tñ non consequitur ex h̃ vt sit in alijs sensibus perfectior, immo diminuitur in eis à multis animalibus, s̃m autem tactum differenter certificat. Vnde & prudentissimum. § dedit corollarium, & signum propositi, & inquit, vnde & prudentissimum animalium est. Sed ambiges, quoniam nullum animalium est prudens, ergo homo non debet dici aliorum prudentissimum. Respondet Simpl. dupliciter. Vno modo ꝙ prudentia est dupliciter. s. sequens imaginationẽ tm̃, & h̃ cõmunis est homini & brutis, & de hac loquit Arist. Alio modo prout cõsequitur rõnẽ rectã, & hæc sola inest homini. Sed profecto Arist. h̃ loquitur de prudentia secundo modo. Inquit enim Auer. & propter bonitatem istius sensus, est homo subtilior & discretior omnibus animalibus, scilicet ꝙ complexio conueniens bonitati istius sensus cõuenit discretioni intellectus, ecce q̃ aperte de intellectuali prudẽtia loquit Aris. Ideo Simpl. aīr intelligit, vt ibi teneatur positiue, & non superlatiue, sic ꝙ propter hic solus homo animalium est prudentissimus. i. prudens, quod enim per superabundantiam dicitur vni soli cõpetit. Signum autem. § Expositores transeunt hunc locum, qm̃ manifestus

Dubitatio.

Dubitatio quæ Them.

manifestus est per se, addit tamen Auer. in calce cōmenti, & hoc quod dixit verum est, & cum inspexeris intelligentes hoīes, semper inuenies eos talis dispōnis, & ideo homo est melioris carnis cæteris animalibus. Reliquum cōmenti manifestum est per se. Sed in his ambiges, qm̄ in tertia partic. problematum vult Arist. oēs sapientes fuisse melicos, nullus aūt humor est distēperatior illo, ergo &c. Amplius bonitas principalis sumitur penes bonitatem instrumentorum, sed intelľs est quid principale, & sensus instrumēta, ergo bonitas intellectus etiam sumetur à bonitate aliorum sensuum. Rursum intellectus est separatus & immistus, ergo non variatur in bonitate permistionū &c. Expositores veteres plures facile euadere credunt. dicūt enim intellectum dupliciter ꝯparari intelligibilibus. Vno modo sub forma & cōditione iudicis, prout. s. iudicat illa. Alio modo prout intuetur, & cognoscit illa. volunt ergo bonitatem tactus facere ad bonitatem intellectus, q̄tū ad formam iudicandi, non aūt tm̄ quātum ad cognoscendum, cum etiam alijs sensus faciant. Sed hoc nihil est, qm̄ iudicium perfectum ex perfecta cognitione rerum iudicandarum resultat, ergo si tactus faciet ad bonitatem iudicij, ꝓculdubio & in cognitionis bonitatem faciet. Propter qđ Them. hac in parte aliter declarat hic. vult. n. ꝙ bonitas tactus faciat ad prudentiam, sapientiam, & subtilitatē ingenij, qm̄ bonitas tactus facit bonitatē temperamenti, & carnis temperatam mollitiem. In corpore aūt molli primus innatusque spūs aīæ facilius funditur, & libentius expeditiusque discurrit. ecōtra durities, & crassitudo meatus obturant oppilantque, & quasi repagulo sunt: ne purus & liquidus trāsmittatur. etenim omnibus sensibus sua cuique portio spūs ad functionē & ministerium tributa est, quocirca fit vt à prima aīa quasi præcisi abiunctiq; videant̄, at caro non portioni spūs, sed spiritui vniuerso præseruit, q̄ semꝑ oīa mēbra diffundit ac ꝑmeat. Hæc sunt quæ Them. inqt in sol. huius qōnis, & intendit ꝙ sensus pn̄t cōparari intellectui dupľr. Vno modo, vt media cognoscēdi sunt, itaque vt intelľs cognoscit mediantibus sensibus, & hoc mō forte visus facit magis scire, cū plures differentias rerū demonstret, primo Meta. & ꝓprie visus magis amatur alijs. auditus autē ꝑ accn̄s est sensus disciplinæ, vt dictum est in lib. de sen. & sensa. & forte ꝙ oēs sunt æque necessarij. deficiente. n. sensu, deficit scīa, quæ habetur ꝑ illum sensum, vt Arist. inqt. Alio modo pn̄t cōparari ad intelľm vt organa sunt instrumentum ꝯtinentia, ꝑ quæ intelľs rōcinatur, & h̄ modo tactus magis necessarius est. spūs. n. deseruiens intellectui est totius cōpľonis, & ille est tactus, & nō visus, nec alterius sensus, & h̄ mō intelligit Arist. hic, & hunc locum ignorarunt oēs moderni, vt manifestū est ꝑ se. Que autem sunt inducta de melicis soluuntur ꝑ hoc, qm̄ ꝑ accidēs faciunt, & sunt apti ad sciam ꝑꝑ quatuor enumerata ab Alpharabio Albepharaab Babyloniensi, in cōmēto de sensu & sensa. Est. n. melia adusta facilis inflāmationis, & sic sunt fortiter inuentiui, & quia sunt infrigidabiles de leui, ideo apti ad recipiendum formas, & sic facile doctrinales. Sunt præterea semoti à curis & voluptatibus, propter qđ redduntur apti ad studium. Vltimo sunt apti, quoniam minus diuertuntur in sensibus alijs melici, ergo per accidēs sunt aptiores studio. temperati vero per se magis, & sic dicta Arist. sunt concordia.

Dubitatio. *Problema. 1.*

ARGYR. *Vt autem saporum alius dulcis, alius est amarus: & sic et odorum quosdam dulces, quosdam appellamus amaros. Verum quædam odorem habent saporemque similis rationis, dulcem inquam saporem dulcemque odorem. quædam contra. Similiter, & aer est, & acerbus odor, & acutus, & pinguis, nam quia odores non sunt, vti diximus, manifesti perinde atque sapores, ideo nomina odorum deducta sunt à saporibus per similitudinem rerum. alius enim est dulcis, vt croci mellisque: alius acer, vt thymi ac huiusmodi rerum. idem et in cæteris modus seruatur.*

Tex. cōm. 95. Est autem vt sapor hic quidem dulcis: ille vero amarus, sic & odores sunt. Sed alia quidem, habent proportionaliter odorem & saporem. dico autē, dulcem odorem, & dulcem saporem, alia vero, contra. Similiter autem & acer, & austerus, & acutus, & pinguis est odor. sed sicut diximus propterea ꝙ non multū manifesti sunt odores sicut sapores, ab his sumpta sunt nomina secundum similitudinem rerum. dulcis enim à croco & melle: acer autem à thymo & huiusmodi. eodem autem modo, & in alijs.

COLLEC. Tex. cōm. 95. Quia dixit odorum dr̄ias sumi ex saporibus, hic inquit. Est aūt sapor hic q̄dē dulcis, ille vero amarus, sic & odores sunt. Sed alia q̄dē. § Veteres q̄dā dicunt Arist. hic ambigere, qm̄ si differentiæ odorum sumerentur ad differentias saporum, tunc semper odor esset proportionalis sapori. Inquit. Sed alia quidē h̄nt proportionaliter odorē & saporē, dico autē dulcē odorē, & dulcē saporē. alia vero contrarium. Similiter aūt & acer, & austerus, & acutus, & pinguis est odor sicut sapor, q̄nq; proportionaliter, q̄nq; non. ergo differentiæ odorū non sumi debent ab illis saporū, & syľľs Arist. est hypotheticus sic, si differentiæ odorū sumūtur à differētijs saporū, odor & sapor in quolibet essent ꝓportionabiles, sed odor, & sapor in quolibet nō sunt proportionabiles, ergo &c. huius tm̄ minorem, quæ fuit ꝯñtis destructio accepit, &c. Sed sicut diximus. § Soluit. q. hanc, & inq̄t, sed sicut diximus ꝑꝑ id quod nō multū ꝑ manifesti sunt odores: sicut sapores, ab his acceperunt nōīa ſm similitudinē eorū. dulcis q̄dē. n. à croco & melle, acer aūt à thymo & hmōi. eodē aūt modo & ī alijs. Est ergo solo, ꝙ ideo sumunt̄ dr̄iæ odorū à differentijs saporū, q̄a vt in pluribus sunt ꝓportionales, vt vides, & qm̄ dr̄iæ odorū sunt occultæ. Et hæc expō est pulchra, & ad textum idonea valde. Et cōmētū in hoc loco manifestum est ꝑ se, licet videat̄ aliter exponere literā. & vidē. Dubitat Simpľ. hic, cur dr̄iæ odorū nō sumunt̄ à tactilibus, vel auditilib⁹. Amplius dubitat Them. cur degustatis rebus, statim voluptas ægritudoue ꝯsequat̄ cū tm̄ gustus hoīs sit absolutior & certior odoratu, & inq̄t, ꝙ neq; Arist. neq; expositores attingūt. Primā dissoluerē, qm̄ vt dictū est ſm res ipsas est cognitio olfactibilibus ad gustabilia ꝑꝑ saporosi ablutionē in cōi, & aeris, & aquæ in humido. q̄a igit̄ ambo mistionē sequūtur, & frequenter similitudinē proculdubio magis odor ſm qualitates saporosas: q̄ ſm tactiles debet sumi. Secūdā. q. The. dimisit nobis cōsiderare. attñ ꝑ ea quæ post dicet Arist. & maxime Auer. cōmē. 97. apparebit solo. Declarabit. n. ꝙ gustus q̄dā est tactus, ꝑꝑ quod non sentit nisi tangēdo, & materiali mō, & ex h̄ ad gustationē dolor vel voluptas seq̄t̄, nō sic ī alijs, & maxime ī odore, visu, & auditu, vt dicet.

Dubitatio. *Solutio.*

ARGYR. *Atqui sicut auditus est audibilis atque inaudibilis, & visus visibilis atque inuisibilis, & quisque similiter sensuum, sic & odoratus est odorabilis atque inodorabilis. Inodorabile autem multipliciter dicitur. nam & id quod omnino caret odore neque vnquam odorem habere potest, & id quod exiguum habet, & id etiam quod malum tetrūque habet odorem, hoc appellari nomine solet. similiter & ipsum ingustabile dicitur.*

Tex. cōm. 96. Adhuc autem sicut auditus & vnusquisque sensuū. hic quidem audibilis & inaudibilis, ille vero visibilis & inuisibilis, sic & olfactus, odorabilis & inodorabilis. Inodorabile autem aliud quidem, secundum id quod omnino impossibile est habere odorē. aliud vero, paruum h̄ns & prauū. Similiter aūt, & ingustabile dicitur.

COLLEC. Tex. cōm. 96. Sicut dicit Auer. vult narrare aliqđ cōe isti sensui, & alijs sensibus. s. ꝙ oīs sensus cōpræhēdit suū sensile primum & eius priuationē. Amplius declarat nō odorabile esse tribus modis, quēadmodū nō visibile, & hoc declarāt Them. & Auer. & est manifestum per se. sed quid intelligat Arist. ꝑ oppositū litigāt iuniores. dicunt. n. Auer. intelligere per ꝯtrariū contrarium priuatiuū. s. priuationē sensilis, vt tenebra est respectu sensilis visu. Et hoc ꝯsutant, qm̄ nulla priuatio cāt ꝓpriā spēm in sensu: cū causare sit agere, & nulla priuatio agat. Sed minor valde. qm̄ Auer. in calce cōmēti cum Arist. & Them. inquit & non odorabile, & non visibile, &


le,& non gustabile dicuntur tribus modis. Vbi cõstat ibi illum per oppositum non intelligere priuationem tm̃, vt patet ibi. Verum argumentum nihil est vtcũque, qm̃ priuatio cognoscitur per speciem causatam ab habitu, eadẽ enim spẽs est primo lucis, & tenebræ. lux.n.primo & ꝑ se est lux.2.aũt non est nõ lux.nõ lux est tenebra, & ideo primo obijcit̃ sub rõne sui.2.sub rõne oppositi,vt dicã alibi.

ARGYR. *Fit autem olfactus etiam per medium, vt aerẽ aut aquã, etenim animalium ea quæ in aquis degunt, videntur odorem sentire, tam habentia quam non habentia sanguinem, sicut & ea quæ versantur in aere, horũ nanque nonnulla vbi odorem alimenti percipiunt eminus, pergunt ad ipsum.*

Tex.cõm.97. Est aũt & olfactus, per medium, vt aerem aut aquã. etenim aquatica, videntur odorem sentire, similiter autem & quæ sanguinem habent & quæ non habent, sicut & quæ in aere, & enim horum quædam de longe accurrunt ad alimentum, ab odore mota.

Declarat qualiter olfactus eget medio. & h̃ proponit .d. Est aũt olfactus per medium, vt aerem, aut aquam. Cuius rõnem dicit, & nãque æqualitate videntur odorẽ sentire, similiter aũt & quocũque cum sanguine, & sine sanguine, vt apes. Cuius signũ dicit. Etenim horum quædam à longe occurrũt ad alimentũ, quæ ab odore mouentur.

Commen 97. Cum declarauit. Proponit Auer. intentionem capituli .d. Cum declarauit h̃ de odore id quod potuit declarare, in hoc loco declarat ꝙ iste sensus ita etiam indiget medio, sicut duo sensus prædicti, & sermo eius est manifestus per se.d.tñ, sed debet ita legi & odorare fit ꝑ medium, & h̃ medium est aer, aut aqua. aĩalia.n. habitantia in aquã vñr sentire odorem: sicut aĩalia habitantia in aere. hæc est literæ superficialis expositio. Et ẽm hunc modum.§ Hic vr̃ digredi apud me, licet possit notari infra digressio, sed istud ꝑui refert. apponit ergo corollariũ quoddam.d.& ẽm hoc videtur ꝙ animalia visa in aere, & non visa sentiunt odores, cuiusmodi sunt pisces qui in aqua vñr, & apes, & aues, & animalia alia visa in aere. Cuius signum dat.d. Et signũ eius est, ꝙ istorum multa mouentur ad suũ cibum à remoto, licet non videant ipsum. apes.n. mouent̃ ad suum nutrimentum à loco remotissimo, & sunt ex aĩalibus carẽtibus sanguine, & similiter in piscibus & multis aĩalibus aquę. Sed ambigit Them̃. h̃ qũo insecta odorari constent, verũ in textu seq. hæc qõ latius disputabitur. Et rõcinatio super h̃. Accipit Arist. odoratum egere medio extrinseco, & nõ ꝓbauit, ideo Auer. replicat rõnẽ dictam, & inquit, & rõcinatio super hoc quod dixit de medio, est rõcinatio prædicta.s. ꝙ cũ odorabile fuerit positũ supra sensum odoratus, non sentietur, & hæc rõ est declarata superius. modo autẽ fit dictũ intantum. Et quod dixit de visione.§ posset quis ambigere cũ aĩalia aquatica odorent & aerea, ꝑ quã naturam medij defertur odor in olfatum vsque. Cui r̃ndet.d.& quod dixit de visione, ꝙ natura media, quæ fuit visui non est aer secundum ꝙ est aer, aut aqua, ẽm ꝙ est aqua, sed natura communis, ita est medium h̃ in natura quæ est media.s. quia est natura cõis aquæ & aeri. vult ergo dicere ꝙ quemadmodũ perspicuitas in visu est quadã qualitas cõis in aere & aqua, ꝑ quam medium constituit̃ in esse formali medij, ꝓ visione, & sonatione. Ita in odoratu aliqua qualitas promiscua in his elementis cõtinet̃. quã diximus diosmon (vt Them̃. & Simpl̃. testantur).i. per olatiam, siue perodoriam appellari, quæ est promiscua vtrique, sic ꝙ ꝑ illam ꝯstituitur medium in rõne formali medij. Et ꝙ odores.§ Amplius persoluit aliã.q. posset.n. quis dicere, si odor habet esse in medio sub illa rõne, & in corpore odorifero, vtrum esse sit eodem modo respectu vtriusque subiecti. Cui r̃ndet.d. Et ꝙ odores sunt extranei in ista natura, & ꝙ ista natura caret odoribus: sicut diaphanum coloribus, quod declarat per simile in coloribus.d. Et ꝙ sicut color habet dupl̃r esse.s. esse in corpore colorato, & h̃ est sibi esse corporabile, & esse in diaphano, & h̃ est rõne sp̃ualis, ita odor habet dupliciter esse.s. esse in corpore odorabili, & h̃ esse corporale, & naturale, & esse in medio.s. in diosmon, & h̃ est esse spirituale, & extraneum. Et debes scire, vt diximus in expositione cõmenti.76.q. odor est forma corporis odorabilis, & compræhensio olfatui. Est quidẽ.n. forma naturalis corporis odorabilis, propterea quia id habet duplicem cãm & generatiuã.s.& conseruatiuam odoris. Est vero olfatui cõpræhensio, qm̃ ibi tm̃ extraneum. qm̃ ibi non habet esse fixum nec stabile, sed ꝑ modum trãseuntis cõpræhẽsionẽ. & tu vide ibidem. Et cũ hoc.§ His expositis incipit inducere peccatum quorũdam veterum, & inquit, & cũ h̃ ignorauerunt quidã, & æstimauerunt ꝙ odor non separatur à corpore odorabili, & ꝙ non habet nisi vnũ esse tm̃, dixerũt ꝙ à corpore odorabili erit & dissoluitur corpus odoriferum, hñs corpus subtile & odore subtilem, & ꝙ mouetur in aere, donec perueniet ad sensum odoratus. Debes scire, ꝙ apud hos differunt, corpus odorabile, corpus odoriferum, & odor. Est enim corpus odorabile mistum quoddam, cuius cõplexio est cal̃a & sicca, à qua põt eleuari fumus odoriferus, vt pomum, thus, myrrha, & hmõi. Corpus vero odoriferum est quædam fumal̃. euaporatio, quæ nata est eleuari ab illo corpore ꝑ sphæram odoris, quæ nata est moueri circulariter: & sursum, & deorsum ẽm nãm agentis impellẽtis ab aliquo cal̃o, vt apparet in thure, myrrha, & hmõi. Odor aũt est qualitas secunda exñs subiectiue in tali odorifero, & radical̃r in odorabili corpore, quæ ꝑ corpus odoriferum delata in organũ narium causat spẽm sensibilem in illo, ẽm esse cõpræhensum. Secundo debes scire ꝙ isti viri sustentantur in vno principali.s. ꝙ odor nõ habet nisi vnũ esse, & ꝑ ꝯñs ꝙ non separetur à subiecto suo, & recipiatur in medio, qm̃ vnius rei vnicũ est esse simpl̃r, quia viderunt aĩalia olfacere à remotis corpore odorabili existente immoto, concluserunt corpus medium.s. odoriferũ in quo habet esse medium pol̃e moueri ẽm exigẽtiam medij in pleno, deferens qualitatẽ secundã realẽ vsque in organũ odoratus, & hæc põ attribuitur Pla. Alpha. Albepharaab, & Auic. q loquit̃ de hoc in 6. parte nãliũ. & ꝓbat illud sicut post dicã. Et hoc destruit̃.§ Nunc ꝯtradicit his, & primus syll̃s est hypotheticus, & accepit tria tanq̃ hypotheses, quarũ prima est, & hoc destruit̃ multis modis. vidimus.n. ꝙ multa aĩalia mouent̃ ad nutrimentũ ꝑ spatium multorũ dierũ, sicut apparet in vulturibus, & sicut apparet de tigribus, quæ venerunt ad locũ prælij quod accidit in terra græcorũ à remotis regionibus. Et hic est prima hypothesis. Et ꝙ iam.§ Accepit secundã.d.& iam posuimus ꝙ oẽ sensile quod cõpræhenditur per medium æquale, debet sentiri ex oĩbus partibus, nisi aliquod impediat.i. ꝙ sensile sit tanq̃ centrũ à quo oẽs lineæ sensibiles, & ꝑ sphærã sensionis ductæ sint æquales, vt perspectiui dicunt. his acceptis per modũ ꝯñtis dedit tertiam.d. vnde necesse est vt illud corpus vaporosum sit semper vnũ.i. sphærice multiplicatũ per oẽs lineas sensiles, in tota sphæra sensationis, adeo ꝙ suus semidiameter.i. linea ꝓtracta ab eo, sit ẽm longitudinẽ linearũ, vnde veniunt ista aĩalia ad suũ cibũ, vt dicitur ꝙ vultures mouentur à quingentis miliaribus, vt apparet in hmõi figura. h̃.n. constat ꝙ linea A C est medietas totius lineæ A B, ergo est semidiameter. modo dicunt aĩalia esse mota à puncto A vsque in pũctũ C corpus, ergo odoriferũ seu vaporosum multiplicatur per totũ illud spatiũ æqualiter. His acceptis formet̃ rõ sic, si odor defertur in organũ semper per corpus resolutum à corpore odorabili, aliquod corpus paruũ extenderet̃ in dimensionibus maioribus q̃ sint dimensiones ignis sibi ꝓportionaliter similis, h̃ añs voluit ꝑ illas hypothesis. tũc dedit oppositũ ꝯñtis.d. Sed impol̃e est: vt corpus paruũ extendat̃ donec recipiat tales dimẽsiones, cũ impol̃e sit vt materia recipiat dimensiones, ad tale vltimũ.i. ẽm tm̃ terminũ. maxima.n. remotio.i. dimensio, q̃ materia recipit, est dimensio ignis, deinde aeris, si igitur corpus odorabile alteret̃ totũ in ignẽ purũ aut aerẽ, impol̃e est ipsum recipere dimensionem mille milliarium, minima.n. dimensionũ, quã materia recipit



Parte 2. c. de odore.

est dimensio terræ, & maxima est dimensio ignis, & inter has duas non sentitur ex diuersitate hec q̃titas.s.vt magnitudo vnius palmæ terræ fiat mille milliaria.hic.n.impossibile est. Hæc igitur est prima rō,cuius destructio p̄ntis tota consistit in hoc. Si oīa corpora mortua, quæ fuerunt in prælio,conuersa eant in ignem, non potuissent implere totum spatium id,ergo vbi nunc non sunt ignis nō p̄nt,p locum à maiori. Et etiam.§ Secundo arguit, si odor est illa fumalis euaporatio,vel aer illi cedit,vel non, si cedit, animal ibi non posset viuere,q̄m non posset ibi respirare.si nō cederet,tunc id corpus sphæricū odorabile necesse esset, vt penetraret aerem:ſm totum,aut q̄ aer recederet à loco suo,vt dixi. Et cum hoc.§Vltimo arguit.d.& cum hic impossibile est esse,impoſe est etiam vt odor sit in aere sicuti corpore cōposito.simplicia.n.non recipiunt odores, remanet igitur vt sit in eo, sicut color in diaphano. est ergo vis rōnis,si odor multiplicatur realiter in aere,sic qualitas secūda esset subiectiue in corpore simplici, quod est falsum. Sed tamen argumentum istud inducit ꝯtra prædicta,quod fuit Auicen.& sic cōponitur.Omne quod mouetur est corpus.odor mouetur,ergo odor est corpus.Huius tangit minoris vim.d.Sed tñ apparet q̄ esse coloris magis est spirituale q̃ esse odoris.vult dicere q̄ odor sit corpus.cuius minoris vim tangit.d.Venti.n.videntur inducere odores. est ergo minor q̄ odor mouet. Tunc dat ꝯclōnem.d.& hoc est ex quo fuit æstimatum odorem esse corpus. Sed ita est.§ Retorquet argm̄ contra Auic. Omne quod mouet̄ est corpus.soni mouentur,ergo corpus.cōclō est contra Auic.& nō minor falsa est,(q̄m vt.d.ita est de odore in hac intētione sicut de sono.sonus.n.fit à passione in aere, sed etiā impeditur à ventis. ecce qualiter minor est vera,) erit ergo maior falsa. Sed tñ.§ Rn̄det ergo pro vtroque.Sed tamen consequitur ex h̄ q̄ sit corpus. vult.d.q̄ maior est vera, & minor falsa,q̄m non proprie mouetur. quasi igitur necesse est in his duabus passionibus.s.soni & odoris,cum fuerint in aere,vt non sint moti illic in aere ad aliā partē sine aliā. non ergo oē quod à corpore prohibet̄ est corpus. sed solū habetur q̄ odor non est ita sp̄ualis, sicut color in medio, nō aūt probatur q̄ sit corpus h̄ sunt quæ Auer. inquit hic.

An odor realiter multiplicetur vsque in organū odoratus.

Sed eget perscrutatione. Auic. enim voluit q̄ non fiat odoratio nisi ipso odore realiter multiplicato vsq; in organum odoratus. Et h̄ signis probat, quia venatores dn̄t feram saltare: vt odor in aliam partem secedat, q̃ in loco per quē canes assequuntur eā. Amplius de thure & pomo, quæ minuuntur fortiter pp odoris euaporationē. Rursum serpentes solo odore interficiunt,ergo &c. Itē Auer.dicit in abbreuiatione de sensu,odorē ſm rē multiplicari vsque in organū.Adhuc medium est corpus.ergo recipit corporaliter,vt dixit Auer.in tertio huius. Propter h̄ Auic. Alpharabius,& alij opinantur odorem esse corpus.ac sub esse reali multiplicari vsque in organū, vbi postmodū odor causat intentionē suam in sensorio odoratus, & hoc semp pp rōnes & experientias tactas.& hanc pōnē Alpha.seq̄t, & Algazel,& multi latinorū, Ideo soluūt argumēta Auer. prima.n.rō nihil concludit,q̄m ille odor nō fuit occupans totam sphæram olfactionis,sed fuit portatus à vētis in diametrum,à quo venere tigrides,vt dicit Auicen. secūda ratio nec ꝯcludit,q̄m illa fumalis euaporatio miscet̄ aeri, & non fit penetratio, nec secessus aeris. Et hoc pacto patet argumentum tertium nihil concludere. odor.n.non est in medio,sed in corpore odorifero. Auer. vero opinatur, q̄ odor non semper multiplicet̄ per sphæram olfationis,vsq; ad sensorium olfatus. corporū.n.odorabiliū apud eū quædam sunt,quæ non possunt odorari,nisi per rarefactionem, vt thus, & multæ herbæ, & h̄ pacto odor multiplicat̄ per corpus odoriferum merito alicuius qualitatis primæ. Aliqua vero sunt quæ causant odorem p proprias naturas: vt multi lapidum,& hic non egent rarefactione facta à calido vel alio,nec inspissatione facta à frigido, & sic odor in medio tm̄ intētionaliter multiplicatur.Ex his patet discrimen Auer.& Aui. Aui.enim vult in omnem olfactionem esse necessariam realem multiplicationē corporis odoriferi vsque in sensorium odoratus. Auer. autem vult q̄ illa multiplicatio realis est per accn̄s odorationi, sed multiplicatio spiritualis est necessaria & semper imaginatur:ergo Auer.sphæram olfactionis esse illam, cuius centrū est res seu corpus odorabile.sphæra vero est totū spatium circulare æquale,cuius lineæ ductæ à corpore illo ad circunferentiam sunt æquales, quæ sphæra occupat̄ à spirituali multiplicatione odoris,sicut patuit in cap.de sono, & visili. Ex hoc habet euidentiam ratio prima Auer.quoniā iste odor,vel multiplicatur realiter p totum spatium id circulariter & sphærice,vel ſm quasdam partes sic, & quasdam non. Si primum, ergo materia posset stare sub maiori dimensione, q̃ sit dimensio ignis cæteris paribus: vt deductum fuit. Si secundum quasdā est contra. Tūc.n.sensibile per medium extrinsecum non se multiplicaret sphærice contra rōnem sensibilis hm̄oi. competit.n.visili & auditili sphærice multiplicari in medio,vel per nām sensilis inquātum sensile p medium extrinsecum, vel p naturas taliū nō ſm naturas indiuiduas.tunc.n.per accidens, & contingenter,ergo p naturam sensibilis inq̄tum sensibile, p medium extrinsecum,ergo omne sensibile,& hoc modo odor multiplicat se sphærice æqualiter per totā spherā olfactionis, & sic argumentum Auer.est demōstratiuum, & potest sic cōponi in forma categorica. Omne sensile p medium forinsecum multiplicat se sphærice in tota sphæra sensationis,hæc maior patet.Est.n.per se primo vera. multiplicare enim se circulariter in medio cōpetit p se primo sensili p medium extrinsecum,& h̄ accipit Auer.cōfuse ex capitulis de visu & auditu.Sed odor est sensile hm̄oi, ergo multiplicat in tota sphæra sensationis odores sphærice, & sic si odor multiplicatus fuit vsq; in sensorium tigridum, etiam sphærice p æquales lineas multiplicatus est ad punctū oppositum,& sic sequitur inconueniens Auer. ecce q̄uo sol. Auicen.nihil est.Pro 2.argumento mirum est q̄uo non legerint quæ Arist.dicit post.Inquit enim,vnde & si in aqua essemus,sentiremus vtique oppositum dulce,non aūt esset tunc nobis sensus per medium,sed in eo q̄ miscetur humido,sicut in potu.Supponit ergo Auer. odorem nō misceri medio,quoniam sic sentiretur sine medio,vbi Auer. in cōmento.101.ex verbis illis conducit hoc. d. & h̄ demonstrat quòd ipse opinatur q̄ odor non est corpus. si enim esset corpus, olfactus esset aliquis tactus. ꝯntiam probo, q̄m si odor olfit,vel miscetur medio,vel non, si miscet̄ medio,habetur q̄ non sentitur sine medio, & sic est aliquis tactus,vt intulit.si non,vel aer sibi cedit, vel penetrat̄ à corpore odorifero.si cedit sibi aer, tunc totum spatium esset sine medio aereo,& sic aīal non posset ibi viuere,sicut nec in forti fumo.si penetratur,tūc corpus esset intra corpus, contra philosophiam Arist. & sic ista rō hic est incōpleta, & cōpletur per id quod addit Auer.cōmen. illo.101.Tertia aūt rō proculdubio non differt à secunda, sed quasi est appendix secundæ:cum.n.dictum sit odorē non esse in medio miscibiliter,nec penetratiue,nec q̄ aer sibi cedit, nec pōt esse ibi subiectiue, q̄m corpus simplex sub̄m esse non pōt qualitatis secundæ,ideo totalis rō pōt componi sic, si odor multiplicatur in organum olfactus,vel erit in medio permiscibiliter: vel penetratiue, vel aer sibi cedit, vel subiectiue,vel tāquam in medio:sicut color in diaphano.nō permiscibiliter,q̄m tūc olfactus esset aliquis tactus,vt deductum est.non penetratiue, q̄m tūc corpus ingrederetur corpus contra peripa.nec aer sibi cedet, q̄m tunc ibi aīalia non possent viuere,nec subiectiue, q̄m nullum elemētum simplex pōt esse subiectum qualitatis secundæ.Ergo odor est in medio, sicut color in diaphano.i.spiritualiter, & sic apparet odorem non esse corpus,nec multiplicari per corpus; nisi per accidens,& hoc modo rō hic est cōpleta, & perfecta demōstratio. sunt ergo in hoc cōmen.duæ tm̄ demonstrationes. Ecce igitur q̄uo verba latinorum qui sequuntur Auicen.& Alpha. p̄hiam peripateticorum non sapiunt, propter q̄ dicta huius P̄hi semp inueniunt̄ conuenientia cum verbis Arist. idcirco cōsueui vobis dicere. Auer.nihil aliud esse,nisi arabē Arist. His rn̄detur ad argumēta pro Auic.primū.n.argm̄ nihil est, q̄m & si aliqui odores multiplicentur per corpora odorifera, realiter secundum quasdā partes,hoc per accidens est, & raro, & sic cōmittunt fallaciam ꝯntis, id enim quod est p accidens non

Comment. 101.

infert

infert per se. Ad secūdum præterea, & tertium patet sol. Auer.n.loquitur ſm opinionem aliorum, vel loquitur de corporibus odorabilibus præcedente rarefactione, vt manifestum est ibidem. Ad vltimum patet solutio. est.n.color spiritualior odore, quoniam color exigit lumen, tanq̃ dispositionem, qua recipiatur in diaphano, & hic modo non est de odore, odor enim spiritualiter recipitur in medio, quoniam medium non est materia naturalis illius, sed extranea.

ARGYR. *Quocirca dubitationem is locus habere videtur, si cuncta quidem similiter olfaciunt, homo vero respirans. non respirans autem sed spirans aut detinens spiritum non olfacit, neq; eminus, neq; cominus, neque si in ipsis naribus intus rem olentem posuerimus. Atq; sensum quidem non fieri, si in instrumento sensus res ipsa sensu percipienda ponatur, commune omnibus est, sed non sentire sine respiratione, proprium hominum esse videtur, quod quidem experientia late patet.*

Tex.cōm.98. Vnde & dubium videtur, si omnia quidem similiter odorent, homo autem respirans quidem, non respirās autem sed expirans aut retinens spiritum non odorat, neq; de longe, neq; de prope, neq; si in naso intus ponatur. Et in ipso quidē positum sensorio, insensibile esse, omnium cōe est. sed sine respiratione non sentire proprium est hominum. manifestum aūt est tentantibus.

COLLEC. Tex.cōm.98. Arduam mouet.q.vt Them. inqt, quę potest sic cōponi apud Auer. omnia animalia odorant. similiter homo odorat anhelans, ergo quod non anhelat, non odorat. conclusio non sequitur per se primo ex propositionibus, sed potestatiue. declaratum est.n.in 2. priorum conclusionē quæ est conuertens conclusionis naturalis sequi potestatiue à propositionibus syllogismi. Et hoc quidē.§ Inquit Auer. q̃ sentire non fieri, quando sensibile fuerit positum supra sensum commune est omnibus. cuius instātia est de tactu & gustu, quā admonet.d. hoc enim opinatur Aris. de tactu & gustu, sicut post apparebit.

ARGYR. *Quare ea quæ sanguinis experientia sunt: cum non respirent, sensum quendam præter eos sensus qui dicūtur, alium habent. At id esse non potest. quippe cum odorem percipiant. sensus.n. rei tam male quàm bene olentis olfactus sine controuersia est. Præterea à vehementibus & ipsa corrumpi videntur odoribus, à quibus & homo corrumpitur, vt bituminis sulphuris, & similium. Necesse est igitur ipsa olfacere: non respirantia tamen.*

Tex.cōm.99. Quare quæ sanguinem non habent: quoniam nō respirant alium vtiq; quendam sensum habēt præter eos qui dicti sunt. Sed impossibile est, siquidem odorē sentiunt. odorabilis.n. sensus & mali odoramenti & boni odoramenti, olfactus est. Amplius autem, & corrumpi videntur à fortibus odoribus à quibus homo corrumpitur, vt bituminis, & sulphuris, & huiusmodi. Olfacere igitur necessarium est, sed non respirantia.

COLLEC. Tex.cōm.99. Auer. & eius sequaces volunt hic Arist. arguere ad partem affirmatiuā, per duas rōnes. & prima ratio potest sic componi, omnia animalia odorant anhelando, omnia animalia odorant. ergo omnia anhelant. In secunda figura ex duabus affirmatiuis, quarum prima est conuertibilis. conclusio est falsa, ergo aliqua propositionum. non minor, ergo maior, ergo vel maior est falsa vel dabit odoratus equiuoce, & hoc modo ratio formari debet ſm Auer. Quod autem odoratus non sit æquiuoce, declarat Auer. nihil.n. inquit, comprahendit odorem: nisi per istum sensum. comprahēdere.n. bonum odorem & malum est olfacere, & olfacere est actio istius sensus, non alterius. quorū ergo operatio est vniuoca, & principia illarum erunt vniuoca, quare &c. Amplius autem.§ Hic apud Auer. tangitur secunda ratio, & potest sic componi. quæcunq; fugiunt, & quandoq; sequuntur odorabilia odorāt, sed omnia animalia fugiunt, & quandoq; sequuntur odorabilia sicut homines, ergo &c. Hoc igitur modo Auer. intelligit hunc locum. Veteres autem aliomodo facilius literam exponunt. cum .n. inquit.§ Quare quæ sanguinem§ dicunt Arist. inducere solutionem quorūdam, quā refellit. dicit.n.§ quare sanguinem non habentia, quoniam non respirant alterum vtiq; quendam sensum habent: præter eos qui dicti sunt§ & hæc fuit solutio veterum. obijcit Arist. his.d. Sed impossibile est, siquidem odorem sentiunt. odorabilis.n. sensus & boni & mali olfactus est, ergo prima ratio, omnis operatio vniuoca est à principio vniuoco, sed olfactio est vniuoca, ergo ab odoratu vniuoco. Amplius autem.§ Apud veteres expositores hī ponitur secunda ratio contra solutionem illam, quæ potest componi ſm modum Auer. & tu vides quomodo hæc expositio differt ab illa Auer. sed hī parum refert. Sed vtcunq; concludit Auer. in commento .d. Necesse est igitur ex hoc quod diximus. s. q̃ ista animalia olfaciunt cū videtur moueri ad odores, & fugere eos, & q̃ impossibile est, vt ista actio sit ob alium sensum ab olfactu, vt ista animalia necessario anhelent, per non est necesse vt omnia animalia anhelent eo modo.

ARGYR. *Atque huius instrumentum sensus, in homine perinde videtur ab instrumento differre talium animantium, atq; oculi differunt ab eorum oculis animalium quæ duros oculos habent. Nam animalium ea quæ molles oculos habent: palpebras ipsas vti sæpem & tegmen habent: quas nisi mouerint ac aperuerint, non vident, vt late patet. at ea quæ durorum sunt oculorum, nihil habent profecto tale, sed illico res eas vident, quæ in perspicuo sunt. Sic igitur & instrumentum olfactus in hisce quidem quæ non respirant: velamine caret perinde atque oculus durus, vt diximus. in his autē quæ suscipiunt aerem, habet velamen, quod cum respirant aperitur, venis meatibusue distentis. Et iccirco quæ respirant, non olfaciunt in aqua. necesse est enim vt olfaciant respirando. at id in aqua facere nequeunt. Est autem odor sicci: sicut humidi sapor. ipsum vero instrumentum olfactus, est potentia tale.*

Tex.cōm.100. Videtur autē in hominibus differre hoc sensorium ab ijs quę aliorum animalium: sicut oculi ab oculis eorum quæ duros habent oculos, nam illi quidem habēt vallum & velut velamen, palpebras, quas quis non mouens neq; retrahens, non videt. hi autem eorum quæ duros habent oculos, nihil tale habent: sed mox vident quæ fiūt in perlucido. Sic igitur & odoratiuum sensorium alijs quidē sine operculo est, sicut oculus: alijs vero aerem recipientibus habet cooperimentum, quod respirantibus discooperit, dilatatis venis & poris. Propter hoc, respirantia non odorant in aqua. necessarium .n. est olfacere respirādo, hoc autem facere in humido, impossibile. Est aūt odor, sicci: sicut sapor, humidi. odoratiuum autem sensorium potentia huiusmodi est.

COLLEC. Tex.cōm.100. Persoluit.q.ſm veram solutionē apud Auer. & proculdubio totus iste textus est manifestus per se. Sed Auer. in cōmen. mouet.q. circa exēplum.d. Sed est quæstio in hoc quod dixit. animalia.n. duri oculi sunt debilioris visus alijs animalibus. sed animalia multa non anhelantia videntur fortioris odoratus homine, vt apes, ergo exemplum non est cōueniens, oportet.n. si palpebræ in oculis essent sicut nasus in animalibus anhelantibus, vt animalia anhelantia essent verioris olfactus q̃ non anhelantia. Et hæc est qō. Et ideo perscrutandum est.§ Mouet secūdam.q. ex cuius solutione apparebit solutio primæ quæstionis, & inquit. Et ideo perscrutandum est: vtrum nasus in animalibus olfacientibus per nasum sit propter melius, (sicut palpebræ sunt in animalibus habētibus palpebras,) aut propter necessitatem, si igitur est propter necessitatem, non oportet vt anhelātia sint verioris olfactus q̃ non anhelantia, vt p̄spicuum est. Si autem propter melius erit econtrario, q̃m habentia nasum melius olfacient. Sed hoc.§ Persoluit.q. secundam

secundam.d. Sed hoc quod dixit ꝙ ampliātur venę & viæ, demonstrat ꝙ hoc est propter necessitatem, non propter melius. hæc est solutio.ſ.ꝙ nasus est datus alicui propter necessitatem naturę,& non tm̄ propter melius & commodius. Et ꝙ aīalia.§ Persoluit nunc primam.q.ex hac solutione.d. Et demonstrat etiā ꝙ animalia duri oculi non assimilentur olfacientibus sine inspiratione, nisi ſm diuersitatem creationis tm̄, non ꝙ iuuamētum palpebrarum est de modo iuuamenti inspirationis, est ergo solutio ꝙ similitudo est in aliquo,& in aliquo dissimilitudo vt patet. Et hoc modo debet intelligi iste Auer. locus, non vt iuniores dicunt peruertentes verba Auer. reliqua quę ponuntur in textu & cōmento manifesta sunt per se ab oībus expositoribus, nec expecta à me replicationem superfluam. & maxime eorum quæ possunt intelligi à parū exercitatis in naturali philosophia, propter quod hanc nostram editionem potius mediam expositionem nominamus q̃. commentationem. Sed in fine huius capituli ambigunt expositores de organo odoratus. Alcmeon sustentatur in his propositionibus, quarum prima est ꝙ idem sit organum olfactus & spirationis. Secunda est, quædam animalia vt capræ q̃dam, spirant per aures, his concludit olfactum harum esse in auribus,& per aures. Sed obijcit sibi Arist. in.1. historiarū nullum vnum specie organum pōt esse duarum operationum. sed auris est organum auditus, nō ergo esse potest organum odoris. Propter quod quidam dixerunt organum odoratus esse nasum, vt videtur Auer. hic innuere. Quidā autem cerebrum vt Arist. in lib. de sensu & sensa.& histo.1. Quidam capita duo, quæ sunt alligata cerebro, sicut mamillæ: vt Auic. Grego. Nicenus, Alga. & Alpha.

Sed dicendum ꝙ nasus est organum dispositiuum. nisi esset.n. nasus & apertus, non posset fieri odoratus. habet aūt nares apertas, vt superfluitates transmissæ à cerebro euacuentur. Secundo vt cerebrum euentetur à spiritu intrante per illas, est.n. cerebrum calidum per accidens: propter fumos ad ipsum petentes. Secundo propter melius, quoniam per aperturam nasi melius percipitur locutio. Tertio datur propter sternutamentum. propterea dicit Arist. in lib. de historia ꝙ sternutamentum est signum augurale, & vnum ex spirituum omnium gn̄ibus sanctum & sacrum, & Plato testatur ꝙ est signū victoriæ,& alia multa dicuntur,& hoc modo Auer. vult hic nasum esse organum.ſ. pro quanto disponit ad olfactionem. Aliomodo potest accipi organum pro eo, quo percipitur & manifestatur operatio, & sic est cerebrum ſm illam partem mamillarem quæ est in carunculis. Tertio modo, vt est id in quo fundatur vltimate olfactio, & sic est cor, vt dixit Alexander Aphrodisæus in lib. suo de Anima versus finem.

ARGYR. *Gustabile autem est quoddam tangibile. Atque hæc est causa, vt ipsum non sit sensibile per medium corpus externum, neque.n. tactus tali medio percipit. Enimuero corpus etiam id, in quo tanquàm in materia est ipse sapor qui gustu percipitur, humidum est, quod est tangibile quoddam. Quapropter si etiam essemus in aqua: dulce sane sentiremus in ipsa positum, et non sensus illius nobis per aquā tanquā per medium esset: sed quia permistum illud esset cū humido. quemadmodum in potione fieri solet. Color autem non hoc videtur, ꝙ miscetur, neq; de fluxibus.*

Tex.cōm.101. Gustabile autem est tangibile quoddam. Et hæc est causa, cur non sit sensibile per medium extraneū corpus. neque enim tactus.& corpus autem in quo est sapor, est gustabile in humido vt in materia. hoc autem tāgibile quoddam est. Vnde & si in aqua essemus, sentiremus vtique impositum dulce. non autem esset tūc nobis sensus per medium, sed eo quod misceretur humido, sicut in potu. Color autem non sic videtur eo quod misceatur, neq; de fluxionibus.

COLLEC. Tex.cōm.101. Nunc de gustu, sed apud græcos differentia est in exponēdo textum. Them. vir grauissimus videtur ex litera formare enthymema tale, gustatile est tactile quoddam, ergo gustus quidam. tactus aῆtiam nō aliter probat, sed potest topica regula formari.ſ.à coniugatis. antecedens probat, omne gustatile est sapor. omnis sapor est humidus, ergo omne gustatile humidum, vltra oē humidum tactile, omne gustatile humidum, ergo omne gustatile tactile. vltra, gustus est tactus quidam. nullus actus per mediū extraneum sentit, ergo nec gustus. hæc vr̄ introductio paraphraseos Them. cui Alex. in paraphrasi sua de anima alludere videt̄. Cap.11.

Simpl. autē confuse vr̄ innuere ꝙ Arist. intendebat hanc conclusionem, gustus non sentit medio externo. Syllogismus est iste, nullū tactile medio sentit externo, omne gustatile tactile, ergo nullum gustatile medio sentitur externo. Huius tangit minorem,& conclusionē,& inquit. §Gustatile autem tactile quoddam est § est hæc minor. § & hˀ est causa vt non per medium extraneum corpus sensibile sit§ hæc est conclusio. Dicet iunior, cur non dixit gustatile esse tactile absolute, sed addicit § quoddam.§ Respondent recentiores illud esse additum, quia gustatile, non est omne tactile, sed tactile imperfectum. hæc solutio friuola est. Nam si gustatile est tactile imperfectum, ergo tactile,

Simpl. ergo innuit id esse additum, quia gustatile est tactile per accidens, vt album est dulce, quia conueniunt in subiecto, vtpote in lacte. Sed hec solutio videtur friuola, nam per idem posset probare visum absque medio videre. nam visile est tactile quoddam.ſ. per accidens: vt lac dici potest ꝙ gustatile est tactile per accidens potentia proxima. sed visile est gustatile vel tactile per accidens: potentia & subiecto remoto,& hoc est pulchrum. Neque.n.§ Secundo idem probat,& syllogismus est, nullus tactus sentit per medium externum, gustus est quidam tactus, ergo nec gustus medio sentit externo. Ponit maiorem.d. §Neque.n. tactus§.ſ. sentit per medium extraneū vt Simpl. addit. Corpus vero etiam.§ Hæc potest esse tertia ratio, & sic componitur. Nullum sensile existens in humido veluti in propria materia, medio extraneo sentitur. sed gustabile est sensile existēs in humido veluti propria materia, ergo nō sentitur medio extraneo. Vel forte & magis ad literam hˀ reddit ad primum syllogismum, & prosyllogizat minorem sic, oē quod in humido est tanq̃ in propria materia est tactile. sed sapor est in humido veluti in propria materia, ergo sapor est tactile. Primo accipit minorem.d. Corpus vero etiam in quo est humor quod est gustatile quid, est in humido veluti in materia.ſ. propria & proxima. Deinde tāgit minorem.d. §Hoc autem est tactile quoddam.§ Hæc est maior conclo posita est. Sed dices, cur dixit saporem esse in humido veluti in propria mā? Simpl. innuit solutionem, nam colores sunt in perspicuo etiam, sonus in aere &c. sed non tanq̃ in materia, sed tanq̃ in delatiuo actionis coloris, vel soni. sapor autem est proportio quædam existens in humido veluti in materia, hˀ est realiter & formaliter. Vnde & si.§ istud apud Simpl. Them. & alios signum vr̄: quo declarat pdicta. Vbi debes scire ꝙ per aquā vel mediū sentire possumus dupliciter. vnomō medio patiente & alterato à sensibili,& hoc mō si essemus in aquā sentiremus salsa, nam aqua alterata est ad salsedinem. Alio modo non alterato, sed solum deferente actionem à sensibili,& hoc modo per aerem colores perspicimus. inquit. §Vnde & si in aqua essemus, sentiremus vtiq; iniectū dulce, non tamen nobis esset sensus vtiq; per medium§.ſ. deferendo. sed in eo quod gustatile illud miscetur humido, vt accidit in potu. color autem non sic videt̄ eo ꝙ miscetur, hoc est per medium mistum. neq; videtur de fluxibus, hoc est per radios defluxos,& intramittendo: vt dixit supra, sed videtur medio deferente tantum.

Tex.cōm.102. CVM compleuit. Præmittit intentionē partis, & dicit, primo quòd nunc de gustu loquitur. nam Aristo, tractando de sensibus talem seruat ordinem quia incipit à nobiliori,& tendit ad necessariorem,& quia nobilissimus est visus, post eū est auditus, post hunc est odoratus, post hūc est gustus, ideo de illis tribus facto tractatu, opus est nūc & de gustu loqui, nam est nobilior tactu,& minus necessarius. Dicit.2.ꝙ in præsenti textu declarat gustum esse aliquem tactum,& hoc de principali intētione. pn̄ter autem & secundaria intentione declarabit gustū sentire non per medium extraneum, & quantum ad hāc expositionem sequitur

quitur Them. Dicit tertio q gustus bene per medium sentit, sed illud est pars sensorij, vt dicetur & hæc Them. explanat, & Alex. h̄. Et quasi inducit q gustus sit aliquis tactus, syllogizatur sic, omnis sensus compræhendens suum sensile absq; medio extraneo est aliquis tactus. hæc.n.ratio nominis tactus, sed gustus comprehendit suum sensile absq; medio, ergo est aliquis tactus. De rōne primo tangit conclusionem: secundo minorem. verba patet. Et hoc est manifestum. § Verificat hanc expositionem per aliam translationem, vbi per verba illa hęc expositio est magis clara, & verba patent. Et alio modo § Secūdo syllogizat idem sic, q comprehendit sensile inquantum mistū humori, & prout humor est eius materia proxima, est aliquis tactus, sed gustus compræhēdit saporem, vt humori mistum, & prout humor est proxima materia saporis, ergo gustus est aliqs tactus, verba cōstant. Et quia gustus. § Tertio idē probat à signo, nā dum in aqua existentes gustamus saporē, simul & humorem percipimus, ergo humor consentitur. Non quia § Remouet.q. nam humidum recipit saporem. Ideo q̄ret quis, quomodo recipit realiterúe, an intentionaliter. Respondet q humidum recipit saporē realiter, sed media aliorum sensuū recipiunt intentionaliter tm̄, & ideo sunt media solum. aqua vero vr̄ medium & consensile. Et hoc demonstrat. § Infert vnum corollarium contra Aui. voluit .n. Aui. (vt visum est) è corpore odorabili eleuari vaporem quendam, & ipsum misceri aeri, atq; vsq; ad olfatoriū deferri, & inde sentiri: ꝯ obijcit, nam tunc odor esset corpus & corporaliter delatum vsque ad olfatorium, & sic olfatus tangendo sentiret, & per consequens esset aliquis tactus. Hæc superius sunt plenius declarata. Reliquū commenti est per se notum. Circa hoc cōmentum debes scire q ad probādum gustum esse aliquem tactū, duæ viæ colligi possunt. altera accepta à medio. s. q a absq; medio sentit queádmodum & tactus, altera accepta ab obiecto, q a .s. tactile & gustatile sunt idem saltē in subiecto, ergo gustus & tactus idem saltem in subiecto & has duas Auer. in cōmen. tetigit, & expositor in litera formauit. Addit Egidius tertiam viā acceptam ex parte sensorij, nā in quadam parte sensorij coeunt: vt in lingua. ibi.n. est & gustus & tactus. hanc & Alber. etiam in eo lib. quem de homine conscripsit, adijcit. Addit etiam & quartam ex modo gustādi, nā lingua nō gustat, nisi eius vltimū humido cōmistum sit.

Quomō gustus à tactu differat

Sed tunc ambigunt, qūo gustus differat à tactu, ita vt in numero ponat cum eo, & faciat quintum sensum. Soluit expositor nouus, q gust⁹ differt à tactu vl̄itate. nam tactus est cōis toti corpori, gustus vero est tm̄ in quadam parte corporis. hæc etiam contractio fit propter additamentum nouæ formæ, & ideo distinguūtur vl̄itate & forma. Contra hunc arguunt noui illius æmuli, quia. s. videtur hæc positio ꝯ dicta ab Auer. nam Auer. inquit h̄ q gustus non ꝑcipit saporem nisi percipiat humorem, qui est subiectum, & mā saporis, sed percipere humorem pertinet ad sensum tactus, ergo gustus est tactus. Amplius infra legit̄ in cōmento, q potentia & organū conuertuntur: sed organum gustus est pars organi tactus, ergo gustus est pars tactus, & sic est quidam tactus. Adhuc Aris. in 2. & 3. ait gustum esse animali necessarium, & tactum etiam, ergo est quidam tactus. Sed pace istorum, Egid. aliter intelligit. vbi debes scire vt primus expositor hic, & diuus Alber. in lib. de homine sumunt q gustus potest capi vnomodo, vt est sensus alimenti, vt Arist. accepit, & sic pythagorici non tm̄ in animalibus imperfectis eum posuerunt, sed etiam in plantis, pro quanto aluntur relinquendo nociuum, & attrahendo proficuum, & hoc pacto gustus non differt à tactu nisi vl̄itate, & ratione. Vniuersalitate quidē, quia tactus est communis toti, gustus alicui parti tm̄, vt lingue, vel ei proportionali, & sic argumenta illius boni hominis concedūtur. Ratione vero: nam gustus percipit primas qualitates, vt rationem subeunt alimenti, tactus vero vt rationē subeūt qualitatis. Aliomodo potest sumi, vt est saporū iudicium, vel virtus diiudicatiua, & hoc modo gustus differt à tactu, primo quia solum hic in animalibus perfectis vsitatur, ille in cunctis, secundo quia sapor qualitas est secunda ex primis resultās, tactile vero qualitas est simplex & prima, tertio quia tactus toti, & cuilibet parti propulsus est, gustus hic nonnisi linguę tm̄: & sic differunt forma, obiecto, & organo, saltem dispositiuo, nec hi legerūt verba Egidij. Hæc .n. in eius verbis aperte colligi, & legi possunt.

ARGYR.

Non igitur vt est ibi, sic & hic esse de medio dicere possumus, nullum.n. externum est mediū vt diximus, vt autem visibile est color, sic & gustatile sapor. Atque nihil absque humiditate saporis efficit sensum, sed omne quod ipsius efficit sensum, humiditatē aut actu aut potentia nimirū habet, vt salsum. nam & ipsum liquescere pōt facile, et linguam, vt patet cum liquescit, humidiorem efficere potest.

Tex. cōm. 102.

Vt igitur medium: nihil est. vt autem color visibile, sic gustabile, sapor est. Nihil autem facit saporis sensum sine humiditate: sed habet actu aut potentia humiditatem, vt sal. nā facile liquabile ipsum est, & colliquefactiuum linguæ.

COLLEC. *Tex. cōm. 102.*

Concludit comparationem inter gustatile, & visile. & vult q in ratione medij nō sunt comparabiles, sed bene in ratione obiecti sic Simp. exponit, inquit. § Vt quidem igit̄ medio §.i. quantum ad medium § nihil est §.s. gustatile corporabile ad visile § vt vero color visile §.i. comparatus ad visum vt obiectum § ita humor §.i. sapor § gustatile §.i. ad gustum se habet vt obiectum. ergo quātum ad rationem medij differunt: quantum vero ad rationem obiecti coeunt. Debes scire q color non attingit oculum cum videtur, nec partem nostri corporis. adhuc color non miscet se in medio realiter, sed solum intentionaliter, nec etiam aliq d defluit à corpore colorato, vt fiat visio, vt dicit Democr. econtrario in gustatili. id hoc.n. vt gustus fiat, corpus saporosum vel linguam tangit, vel totum, vel si ponitur in aliqua distantia. vtpote in aqua, per quā oportet vt defluat in linguam vsq;, ita vt realiter attingat ipsam. omnino ergo quantum ad medium nulla est conuenientia inter visile & gustatile, nam visile omnino mediū requirit extrinsecum, gustatile vero nullum. verum quantum ad rationem obiecti coeunt. nam ambo mouent sensus proprios ad iudiciū sensus. Nihil tamen facit. § Hoc potest referri ad id quod in textu proximo dixit. dixit.n. saporem fundari ī humido. hoc ergo nunc manifestare videt, vel (vt Simp. magis placere vr̄) hoc referendum est ad proxime dictum. q̄m .n. est colorem, & saporem in ratione obiecti conuenire, docet nunc qūo conueniunt. & primo proponit hoc, & inquit. Nihil tñ facit saporis sensum sine humiditate § quemadmodum nec coloris sensum sine lumine. sicut.n. lumen actuat colores, ita humiditas actuat saporem. probatur. & syllogismus est, quod oportet aut tactu aut potentia esse humidum ad h̄ vt gustetur, non facit sensum saporis absq; humiditate, sed gustabile oportet aut actu aut potentia sit humidum, ad h̄ vt gustetur, ergo sine humiditate nullū facit gustatile saporis sensum. huius tāgit minorem. d. § Sed habet actu aut potētia humiditatem § potētia quidem sup. § vt salsum etenim bene eliquabile ipsum est, & § bñ § liquefactiuum linguæ § actu vero vt mel, & vinū & huiusmodi.

Cōm. 102.

ISTE autem sensus. Primo præmittit quātum ad q d gustus, & visus, & sapor, & color non sunt comparabiles, & quantum ad quid sunt comparabiles, & hæc in textu dicta sunt. Et nihil recipit. § Secundo ostēdit gustatile non mouere gustū, nisi sit actu humidum. Debes scire (vt ex Alex. excipi potest hic) q nullū siccum absq; humore, nec humidum absq; sicco gustari pōt. nam si ponatur sal vel piper in lingua sicca, ipsa non degustabuntur, nisi vel ipsa liquefacerent linguam, vel ipsa ab saliua humectaretur. Ex hoc sequitur quædam esse sicca, quę potentia proxima reddūtur humida, vt piper, sal, & eiusmodi. nam ad hoc vt humectent sat est oris saliua. fiunt.n. actu humida sola saliua quædam eiusmodi sunt potētia remota, nam ad hoc vt gustentur, & humectentur, non satis est linguæ saliua, sed plurima adhuc requiruntur: vt lapis, & eiusmodi, quæ quidem potentia proxima dicuntur humida, talia quidē à leui causa, vt à saliua, liquescunt, & etiam linguam humectant dissoluta calido, vt Simp. ait vt sales, & hoc dicit Auer. v. g. inquit, sal est quid humidum in potentia propinqua, cum velociter

velociter.f.à leui cauſa diſſoluit, & diſſoluit humores, qui ſunt in lingua.ſal.n.humectat & humectatur.econtra etiã humida abſq; ſicco non ſentiuntur guſtu vt aqua.oportet .n.vt aliqua ſiccitate condureſcant, ſi deguſtari debeant. Et ideo§infert tria.primum, ꝙ natura non temere in ore præparauit ſaliuam, nam actuat ſicca:vt lumen,colores. ſecundum ꝙ natura præparauit branchos,& ſunt membra per quę ſaliua in ore congregatur. tertiũ ꝙ oĩs ſapor actu, eſt cum humido actu,veluti color actu, cũ lumine actu.

ARGYR. *At vero ſicuti viſus eſt viſibilis & inuiſibilis (& tenebræ nanq; ſunt inuiſibiles: quas etiam viſus diſcernit) & eius quod valde ſplendidum eſt (et hoc.n.inuiſibile dicitur: quãquàm nõ eodem, ſed alio mõ quàm tenebræ) ſicut igitur viſus viſibilis et inuiſibilis eſt.et auditus ſimiliter ſoni ſilentijq;, quorũ alterum audibile, alterũ inaudibile eſt,et etiam ſoni magni perinde atque ſplendidi viſus (nam vt paruus ſonus modo quodam inaudibilis eſt, ſic etiam & magnus ac violentus. Inuiſibile vero multifariam dici ſolet. quoddam perinde dicitur atq; in cæteris etiam id quod impoſsibile eſt. quoddam hoc pacto vt aptum quidẽ ſit id habere quo videri poſsit,illo autem careat,aut habeat remiſſe vel praue,vt informe dicitur aut indoctum) ſicut igitur viſus inquàm viſibilis & inuiſibilis eſt,et auditus ſimiliter: ſic & guſtus guſtabilis & inguſtabilis eſt,quod quidem aut exiguum habet,aut prauum, aut vaſtantem guſtum ſaporem,videtur autem potabile et impotabile,eſſe principium. vtrunque.n.guſtu percipitur, verum alterum eſt prauum, guſtumq; deuaſtat: alterum eſt amicum naturæ. eſt autem potabile guſtui cum tactu commune.*

Tex.cõm.103. Sicut autem viſus & viſibilis eſt & inuiſibilis (tenebrę.n.inuiſibiles ſunt.iudicat autem & has viſus) adhuc autẽ & valde ſplendidi (etenim hoc, inuiſibile eſt:alio autem modo quàm tenebræ) ſimiliter autem & auditus & ſoni & ſilentij,quorum aliud audibile,aliud inaudibile eſt,& magni ſoni ſicut viſus eſt ſplẽdidi,(ſicut.n.paruus ſonus inaudibilis quodammodo eſt, ſic & magnus & violentus. Inuiſibile autem, aliud quidem omnino dicitur ſicut & in alijs,quod impoſsibile.aliud autem, ſi aptum natura non habet,aut praue. ſicut τὸ ἄπουν, καὶ τὸ ἀπυρηνον) ſic vtique & guſtus,eſt & guſtabilis & inguſtabilis. Hoc autem,eſt quod paruum,aut prauum habet ſaporem,aut corruptiuũ guſtos. Videtur autem principium eſſe,potabile & impotabile. guſtus.n.quidam,ambo. ſed hoc quidem eſt prauũ & corruptiuum guſtus,illud autem ſecundum naturam.Eſt autẽ commune tactus & guſtus,potabile.

COLLEC. *Tex.cõm.103.* Secundum expoſitionem Simpl. & omnium Ariſt. nũc de obiecto guſtus perquirit,& videtur ipſe probare ꝙ guſtus eſt,tum guſtatilis tũ inguſtatilis.vtitur autem ad hoc argumento à ſimili,quod inductionis vim habet,& arguit ſic,viſus ẽ viſibilis,& inuiſibilis.auditus eſt auditilis,& inauditilis,ergo per idem guſtus eſt guſtatilis, & inguſtatilis. Circa hanc rationem primo ponit antecedens,& inquit.§Quemadmodum autẽ & viſus eſt viſibilis rei, & inuiſibilis.§ Et hanc probat.d.§Nam tenebra inuiſibilis,iudicat autẽ & ipſam viſus.§idem oſtendit in alio extremo, & inquit. § Adhuc autem & valde ſplendidi eſt, etenim hoc inuiſile eſt.Sed aliomodo à tenebra.§Syllogiſmus ergo poteſt eſſe expoſitorius ſic,hoc eſt inuiſile: demõſtratis tenebris: & ſplendido huius eſt viſus,ergo viſus eſt rei inuiſibilis. Debes ſcire vt ex Simpl.& Them.ſumi poteſt, ꝙ viſibilium duo extrema ponũtur.ſ.priuatio, vt tenebra, & exuperantia: vt ſplendidum,hæc vtraque viſus (vt dicit Ariſt.) percipit: ſed alio atq; aliomodo.nam priuationem diiudicat non ſentiẽdo,exuperantiã vero ſentiendo,vt dicit Simpl. Amplius priuationem periudicat illæſe,exceſſum læſe: vt Them. addit: non ergo male Ari.adijcit.Sed aliomodo à tenebra. Similiter autẽ.§Secundo idẽ inducit in auditu,inquit.§Similiter autem & auditus eſt, & ſoni & ſilentij,quorum hoc quidem auditile§vt ſonus§Illud vero non auditile§vt ſilentium.ſecundo idẽ probat.d.§Et magni ſoni§vt tonitrui eſt etiam, quẽadmodum (vt dicebatur) §viſus eſt ſplendidi§ accepit exceſſum eſſe fere inſenſile,propter hoc ẜm conſuetudinem atticam,vt Simpl. meminit,& inquit.§ſicut.n.paruus ſonus inauditilis,quodãmodo ſic & magnus & violẽtus§quaſi velit paruum eſſe inauditile,quia tenuiter tale, magnum vero inauditile, quia triſtitiam inferens auditui, & ideo inauditile dicitur quodãmodo: pro quanto eſt corruptiuum. Inuiſile aũt.§ vt Simpl. ait Ariſt.inuiſile,quot modis dicatur aduertit:vt videamus quale inuiſibile cognoſcit viſus, quale vero nõ.

Debes ergo ſcire.vt Them.& Simpl.formant.ꝙ inuiſibile triplex eſt.vnum cui nec actus nec aptitudo ineſt,vt videri poſsit:vt vox,& ſonus. Aliud vt cui ꝑ multa ineſt viſiuilitas,vt fulgidum.Tertium quod natum eſt videri licet viſilitatem non habeat: vt tenebra. vult ergo Ariſt. horum trium ſolũ duo à viſu cognoſci.ſ.ẜm & tertiũ,inquit§Inuiſile autẽ aliud quidem oĩno dicitur, quemadmodum & in alijs impoſsibile§.ſ.ꝙ nec actu,nec aptitudine põt videri, vt vox §aliud autem ſi quis aptum natum§ nõ actu.§habet§ .ſ.vt videatur§aut praue§& ħ eſt tertiũ Simpl. reducit diuiſionem ad duo ſic,inuiſile,vel quia non aptum, vel quia praue & hoc dupliciter,vel quia tenuiter,vel quia ẜm exceſſum læſiue,& totum bonum eſt. Sic ſane. Conducit nunc concluſionẽ,& inquit.§Sic ſane & guſtus eſt rei guſtatilis,& non guſtabilis,hoc autẽ.ſ.non guſtatile§eſt§triplex. Sed ipſe ſubmeminit duorum tñ,& inquit.§paruũ§ hoc eſt tenue§prauum§ħ eſt triſtem habens ſaporem§aut corruptiuum guſtus§vt venenum. prætermiſit illud quod non eſt aptum natum deguſtari:vt elemẽtum ſimpex,nam perſpicuum eſt ex viſilium diuiſione. Videtur aũt.§ Nũc (vt Simp.& Them.placet) quod cõmune guſtui & tactui reſumit,& primo accipit ꝙ humidum poculentum, vel nõ poculentũ tanꝗ principium eſt.ſ.ipſius deguſtationis, hãc videtur ſyllogizare ſic, ea quæ guſtus eſſe quodãmodo vř ſunt principia eius.Ponit minorem in textu.d.§Guſtus.n. vř§ ſenſus quidam ſup.vt §ambo§ illa ergo ea ſunt guſtus principia,ſed qũo poculẽtum ħ humidum ſit principium. aliter Them.aliter Simpl.explanat. Them.quidem inquit guſtabilium itaq; initium humor eſt,vtpote,qui pro materia ſit ſapori,materia porro initium ſui gñis & ipſa eſt. ſic ergo apud Them.humor eſt principium, vt materia ſaporis,& hæc videtur mens Ariſt.ſupra. Simpl.vero ait ꝙ ſapor & eſt actu,& eſt potẽtia,ſapor actu,eſt actu humidus. ſapor poteſtate,eſt poteſtate humidus. ſic ergo pro quanto humor actuat ſapores,vt ſint potẽtes mouere guſtum, principium ſaporum & guſtus eſt,velut lumẽ eſt actus & principium actuans colores, & hæc quodãmodo in idem incidunt. Sed hæc.§Dictum eſt guſtum eſſe vtrunq;.ſ.poculentum:& non poculentum,explanat nunc guſtum eſſe ambo hæc:modo diuerſo & inquit.§ſed hoc quidem§ſubaudi:vt§prauum & corruptiuum guſtus§ & ſic non poculenti eſt veluti praui.§Illud autem§.ſ.poculentũ eſt ipſius guſtus,vt§ẜm naturam§.i.cõueniens & amicum.ſic igitur (vt Them.& Simplicio placet) ſaporum quidam eſt poculentum.ſ.quod amicum & conueniens & naturale guſtui, quidam impoculentum,vt quod inimicum & præternaturale guſtui.Addit nunc conuenientiã.d. §Eſt autem potabile cõe tactus & guſtus.§ Sed aliter atq; aliter vt ſubſcribunt Them.& Simpl.nã poculentum: vt humidum eſt, ad tactum pertinet,vt ſaporem habens: ad guſtum. Tale aũt poculentum,ſi temperamentũ excedit: quatenus guſtatile: diſſoluet guſtum. quatenus vero tactile,collabefactat animal vniuerſum,nam tactus eſt vniuerſalis ſenſus.

Tex.cõm.104. SERMO eius &c. Præmittit primo textũ patere §& alienatio § præmittit 2.quot modis vniuerſaliter dicatur aliquid inſenſibile. & vult inſenſile tribus modis dici,vel propter carẽtiam formæ ſenſilis reſpectu ſenſus:cuius eſt vel quod in ſe intẽſum eſt reſpectu ſenſus illius,vel quod debile. Verbi gratia.§Nunc exẽplificat 1.in viſu 2. in auditu 3. in guſtu, & ſermo eſt perſpicuus. Omnia.n.iſta.§ Syllogizat quod dixerat ſic, quæcunq; priuationem ſenſibilitatis

bilitatis aliquo modo includunt sunt quodãmodo insensibilia, sed priuatio sensibilis, sensibile intẽsum, sensibile remissum respectu cuiuscunq; sensus: sunt priuationes, vel priuationes includunt. ergo insensibilia. Secũdum quod humidum.§ Tangit qũo idem est tactus & gustus subiectũ ẽm rem: sed non ẽm modum, & ait poculentũ inquantum humidum esse subiectum tactus, inquantum vero saporosum esse subiectum gustus. ergo re idem sunt, sed modo discrepant. hæc oĩa in textu sunt declarata. Quærunt noui, vtrum humidum percipiatur à gustu, & tactu. Sine argumentis nunc Egid. tenet ꝙ sic: aliter atq; aliter. à gustu quidem secundario, à tactu principaliter, & fundamentũ eius est, quia (vt dicitur primo pħorum) materia cum forma est causa oĩum accidentium, & sic materia coagit. 2. q̃a est materia, & necessario subiectũ immutationis sensibilis proprij. Rem hanc cõfirmat Auer. cõm. 101. ait. n. & ideo iste sensus non cõprehendit saporem, nisi cõphendat humorem, & ponit fundamentum Egid. d. Cum sit impossibile vt denudetur ab eo, & cõphendere humorem est aliquid tangere. Secundo arguitur principaliter, inimicũ & principium saporis percipiť à gustu. Sed vt Theñ. ait, humor est principium saporum, ergo percipitur à gustu. Tertio actus percipitur cum re actuata vt lumen cum colore, sed (vt Simpł. dicit) humor est actus saporum, vt lumen colorum, ergo sapor & humor percipiuntur à gustu. Sed ꝯtra hæc oblatrant nouelli, primo q̃a nullũ sensibile proprium percipitur per se à sensu exteriori, cuius nõ est proprium, sed per accidens. Secundo, quia tunc humor esset sensibile cõe, quia perciperetur per se à duobus sensibus. Tertio Auer. & Theñ. dicunt saporem & poculentum percipi à gustu, & tactu: sed à gustu vt saporem habẽs, à tactu vt humidum, ergo humidum non percipitur à gustu. Sed quot modis dicatur gustus, & quis gustum percipiat humorẽ, & quis gustus sit aliquis tactus: dictum est cõm. 101. Nũc vero tenemus ꝙ sumendo gustum pro potentia diiudicatiua saporum sic non percipit humidum: nisi per accñs, vt visus dulce in lacte, sed vtcunq;. Hæc argumenta contra Egid. non cogunt. Ad primum diceret Egid. humorem percipi per accidens à gustu, & per se inquantum mã & subiectum proprium saporis percipiť per se, & nõ principaliter, sed secundario. inquantum vero humidum absolute, per accidẽs percipitur, nam sic est obiectũ proprium tactus. Per idem ad secundam dicendum, ꝙ humidum, vt materia & subiectum est potentia remota sensile à gustu, & sic non est sensile cõe. vel dic ꝙ humidum est gustatile, vt materia, & subiectum, sed si esset sensile cõe, deberet esse inquantũ humidum sensile ab vtroq;, vt dixit Auer. Vnde sensile commune est, quod inquantum tale percipitur à sensu, inquantum sensus, modo humidum inquantum humidum non percipitur ab eis inquantũ sensus, & hæc fuit determinatio nostra supra facta. Ad formã ergo negatur consequentia, quia oportet vt percipiatur inquantum tale à pluribus sensibus: inquantum sensus.

Vtrum humidum percipiatur à gustu & tactu. *Quæ Egid.* *Quæ iuniores.* *Opio propria.*

ARGYR. *At vero cum gustabile sit humidũ, necesse est & instrumentum sensus ipsius neq; humidum esse actu: neq; etiam tale vt humectari non possit, humidumq; euadere. patitur .n. aliquid gustus ab ipso gustabili, ea nimirum ratione qua gustabile est. Necesse est igitur instrumentum gustus, potentia quidem humidum esse, humectari autem actu. ita aũt humectari vt eius conseruetur cum humectatur, & rõ. Signum autem est: linguam neq; cũ est valde sicca, neq; cum est nimiũ humida sentire. Is. n. tactus fit humidi primi: perinde atque si cum prægustauerit quispiam vehementem acremúe saporem: deinde alium gustet. & vt in ægrotantibus fit: quibus cuncta videntur amara, quia lingua sentiũt tali humiditate referta.*

Tex.cõm.104. Quoniam autem humidum est gustabile: necesse est sensorium ipsius, neque humidum esse actu, neque non potens fieri humidum, patitur. n. aliquid gustus à gustabili, secundum ꝙ gustabile est. Necessarium est ergo humectatum iri: quod potest humectari saluatum, non est aũt humidum gustatiuum sensorium. Signum autem est neque siccam existentem linguam sentire, neq; multum humidam. hic enim tactus, fit primi humidi. vt cum quis ante gustato forti sapore, gustat alterum. & vt ægrotãtibus amara omnia videntur: propterea ꝙ lingua plena huiusmodi humiditate sentiunt.

COLLEC. Tex.cõm.104. Sensere expositores Arist. nunc de gustatorio, ħ est instrumento gustus agere, & proponit hanc conclusionem, gustatorium neq; est actu humidum, neq; etiam tale vt humectari nõ possit, humidumq; euadere, & sic actu quidem nõ humidum, potentia vero sic, & proponit ad hoc enthymema, & inquit. § Quoniam autẽ gustatile est humidum § .s. denominatione accepta à materia, vt placet Theñ. vt dicitur albũ est corporeum. § Necesse est ipsius sensorium, neq; actu esse humidum, neq; impossibile fieri humidum § .i. actu non esse humectum, sed bene potentia. Hanc syllogizat sic, omne quod patitur à gustatili: inquantum gustatile, est actu priuatum humore, potentia vero humectabile. sed gustatorium est patiens à gustatili inquantum gustatile, ergo gustatorium est potentia humidum: actu vero non. Primo ponit minorem, & inqt. § Patitur. n. gustus aliquid à gustatili inquantum gustatile. § Hæc est minor. § Ergo necessarium humectatum fore, quod possibile est humectari § dico ipsum gustatorium § saluatum § .i. necesse est ipsum gustatorium esse potentia humectabile, ipso existente saluo. sensorium autem gustatiuum actu non humidum. Hæc est conclusio. Dixit saluatum (vt Simpł. notat) quia gustatorium à saporibus non patitur: ẽm subiectum: & ẽm transmissionem substantialem, sed vt seruatum qualitate participet. Signum autem. § Hæc probat à signo, & arguit sic. Signum autem. § neq; siccã existẽtem linguam, neq; multum humidam sentire § & ħ ostendit. d. § hic. n. § s. gustus semper fit § tactus primi saporis § .q.d. ꝙ omnia degustando tangit admodum primi saporis § sicut cum aliqs qui ante gustauit fortem saporẽ gustet alterum § ħ est primum exẽplum. deinde tangit. ẽm exemplum. d. § Et vt laborantibus § .s. febre cholerica § amara omnia vñr, propter id ꝙ lingua plena eiusmodi sapore § .s. amaro, sentit degustando. Ex his duobus (vt Simp. addit) collige gustatoriũ, nec esse ita aridũ, vt repugnet ipsum degustare, nec ita humidum: vt omnia humectet, & sic debet habere humiditatem quandam connaturalem, vt auris aerem habet. Hæc Arist. de gustatorio.

Cõm. 104. CVM declarauit. Videtur introductio Auer. altera à nostra, ipse. n. vult Arist. declarare quoddam proprium linguæ, & certe non est hæc diuersa à nostra, nam hic non est aliud q̃ pertractare de gustatorio. Et quia materia. § Arguit nunc illud proprium sic, materia saporum est humor, ergo recipiens saporem recipit humorem. ꝯñtia tenet, q̃a materia coagit cum forma, vt dixit Egid. vel qm̃ est materia immutationis. omnis. n. mã immutationis mouet eodẽ motu: vt forma cui subest, vltra, recipit humorẽ, ergo gustatorium actu caret humore, potentia vero humescit, vltimam ꝯñtiam probat. d. Cum sit innatus recipere saporẽ: quod est impossibile sine receptione humoris, quia igitur omne recipiens debet esse denudatũ à natura recepti, humor est receptum, ergo gustatoriũ debet esse denudatum ab humore. Et dixit. § Declarat cur oportet gustatorium nõ esse actu humectum, & hoc per illam maximam, omne quod est tale in actu non recipit aliquid eiusdem generis in actu, inquantum in actu. vt exemplo testatur. d. Visus. n. si haberet aliquem colorem in actu, non reciperet colores. Debes scire ꝙ Auer. declarabit hanc maximam. 3. huius: & 3. cęli declarauit. Nũc vero intellige, aliquod actu tale posse recipere aliud tale, vt oculus coloratus est, & tamen recipit colores. sed Auer. adijcit inquantum tale, nã accidit oculo inquantũ colorato videre. satis. n. est vt oculus inquantum videns non sit coloratus. Et tu attende verba superflua Ioannis 4. huius. vbi hanc maximam credidit exponere. Et est necesse. § Declarauit ꝙ gustatorium nõ potest esse actu humidum, nunc ꝙ sit potentia tale explanat, & ꝙ aliquo modo humidum sit, & arguit sic, gustatorium patitur à gustabili, omne gustabile est humidũ, ergo gustatorium

Cõm. 4. Cõm. 67.

gustatorium est possibile pati ab humido. vltra, est possibile ab humido, ergo est i dispositione qua pōt pati ab humore, & non in se humidum, & saluatum ab accidentibus. hoc est non aridum, neq; superflue humidum, & sic oportet vt sit in dispositione media, & signum ꝙ gustatoriū debet esse elongatum ab extremis prædictis, & in dispositione media, ostendit nunc signo tali. s. ꝙ gustatorium: vtpote lingua: cum fuerit vel intense sicca, vel intense humida: non sentit sapores. sed cum est cōtemperate in dispositione media: sentit sapores omnes, sic igitur vult ꝙ gustatorium habeat naturalem humiditatem, quēadmodum auditorium connaturalem aerem, & visorium connaturalem transparentiam. verum eiusmodi humiditas nō debet esse excessiua ad aliquod extremum. s. nec ad siccum: nec ad humidum. Et cū lingua. } docuit qualis debet esse humiditas, nunc docet ꝙ illa debet esse naturalis, & non extranea, &. 1. proponit hoc, & inquit. Et cum lingua sit innata recipere saporem, inquantum mista humiditati necesse est vt supra ipsam non dominetur alia, & extrema humiditas. Hanc probat, nam prima humiditas. s. saporosa dominans in lingua. s. intensa impediet eam ad recipiendam secundam humiditatem. Cuius exemplū est de eo qui gustauerit aliquem saporem fortem, vt fortissime amarum & postea gustet alium saporem. s. debilem. Tunc nō sentiet ſm saporem propter dn̄ium primi supra linguam. Etiam declarari potest idem & in visu, propter ea quia cum oculus videt solem, alia non videt bene, immo videtur omnia tanq̄ sol. Aduerte tamen ꝙ si secundus sapor sit fortior primo, sentiret quidem, sed confuse vt experientia docet, vbi vero remissus: vix sentitur. Ex his perspicuum est primo, ꝙ lingua, quę est gustatorium, debet esse ex aliqua parte humida, non intense ad aliquod extremorum vergens. Patet secundo, ꝙ eius humiditas non debet esse extranea, & præternaturalis, & sic debet esse connaturalis: vt diximus. Et sic infirmi. } Idem probat exēplo accepto ab infirmis, & vtitur similitudine hac, vt infirmæ linguæ ab humore cholerico infectæ non præsentiunt saporem deforis accedentem, propter pristinam linguarum alterationem, ita qui gustauit prius aliquem saporē cuius lingua remanserit infecta illo accidentali sapore, non apprehendit humorem saporis proprij, nisi admistum cū qualitate illius primi humoris. sic igitur secundus sapor admiscebatur primo, & neutrum seorsum percipiet, & tūc, vt dicitur necessario accidet: vt non cōprehendat saporem. nā non comprehendet māam saporis, hoc est humiditatē in dispositione illa, ſm quam est materia illius saporis. vult ergo ꝙ qñ lingua aliquo sapore intenso infecta est vt amaro, vel alio eiusmodi, non potest præsentire saporem nouum. & causa est, quia sapor nouus nō sentitur, nisi presentiatur eius humiditas, quę est illius materia, & illa non pōt presentiri, & lingua infecta non pōt sentire distincte eam, ergo nec saporem admistū illi humiditati, ex his perspicuū ad Auer. mentem humiditatē à gustu præsentiri: vt Egid. dixit, sed de hoc diximus. Ambiges vtrum humiditas cōnaturalis sit necessaria gustatorio? Et videtur ꝙ non, nam omne recipiens debet esse denudatum à specie, & natura recepti vt dicemus 3. huius. Dicunt quidam ꝙ illa humiditas est mediocris, & quia mediū est expoliatū ab extremis, ideo illa non impedit extrema. Sed pace horum: hæc responsio primo aberrare videtur, quia de mente Auer. medium, & extrema sunt eiusdem speciei, vt pluribus locis auscultationis phicæ notauimus 2. quia tunc gustus nō posset sentire aliquem saporem in tanta humiditate humidum. Et ideo mihi videtur esse dicendum, ꝙ aliqđ esse necessarium ad aliquem actum pōt dupliciter intelligi, vel vt medium dispositiuum, vel vt medium receptiuum: vt alibi diximus. hæc ergo humiditas est necessaria gustatorio: vt dispō: & medium dispositiuum, nō autem vt medium receptiuum, & vt ratio recipiendi. Ad argumentum perspicua est solutio. nā gustatorium humidū recipit humores: nō tamen inquantum humidum recipit, vt recipiens humores, caret humore. Nam humor non est de ratione formali recipientis: licet sit eius dispositio, & hoc nondum viderunt noui. Secundo ambigunt recentiores, nam Arist. dicit in textu

Vtrum gustatorio sit necessaria humiditas connaturalis. Cōm. 4.

excessiua sensibilia: non esse sensibilia: & tñ ait gustū esse perceptiuum omniū saporum. Soluunt quidam ꝙ sensibilia intensa possunt sentiri potentia dominata ab aptitudine; non aūt à potentia, nam sunt apta nata sentiri: licet defectu sensorij non possint sentiri. Sed hoc puerile est, nā aptitudo in ambobus extremis est potentia. mō sensile excessiuum est aptum natū sentiri, & sensorium est aptum natū ipsum sentire, ergo hæc duo pariunt potentiam. Amplius potentia nata ferri supra aliquod obiectū adequate, est potens ferri supra quodlibet illius. sed gustus supra gustatile æquate fertur, ergo supra quodlibet. Dicendū ergo vt Simpł. ait, ꝙ tam ex parte obiecti q̄ sensorij intense sensibilia possunt sentiri. sed dicuntur sensibilia, quia cum sentiunť cum offensione organi p̄sentiūtur, sicut male ambulans: non dr̄ ambulare, & sic tollitur ꝯdictio in textu.

ARGYR.

Species autem saporum ita sese habent quemadmodum colorum. Dulce nanq; & amarum, cōtraria simplicia sunt, hæret autem dulci quidem pingue, amaro autē salsum. At inter hæc collocantur: acre, acerbum, acidum, atq; acutum. hæ nanq; fere differentiæ videntur esse saporum. Quare gustu quidem instrumentum, id est quod est potentia tale. Gustabile autem, id quod ipsum actu facere potest.

Tex. cōm. 105.

Species autem saporum, sicut & in coloribus. simplices quidem contrariæ sunt, vt dulce & amarum. Consequuntur autem illud quidē pingue, hoc vero salsum. Media autem horum, acre, & austerum, & acerbum, & acidum. fere. n. hæ videntur esse saporum differentiæ. Quare gustatiuum est: quod potentia est huiusmodi. Gustabile autem est: factiuum actu ipsius.

COLLEC. *Tex. cōm. 105.*

Vt Alex. dicit in prioribus, & in lib. Perihermenias, qñ genus est analogū, eius declaratio non perficitur, nisi enumerando illius species, quia ergo gustatile & sapor quod est genus obiecti gustus, vel est quid equiuocum, vel quid analogum: ideo opus erat Arist. in declaratione eius enumerare omnes, vel famosiores species saporis, & inquit. Species aūt saporum quemadmodum & in coloribus simplices quidem contrariæ. i. extremæ: sunt dulce, & amarū, contiguæ vero cum his sunt cum hoc. s. dulci pingue, cum illo vero. s. amaro salsum. media aūt horum. s. dulcis & pinguis ex vna, & amari & salsi ex altera: sunt acre & austerū. i. acerbum & pōticum. i. acidum & acutū, & sic septē sunt in tex. enumeratæ species ab Arist. & qm̄, vt Simpł. ait incomprehensibiles fere sunt saporum spēs, & formæ. nam quidā his addunt, quidam etiā minuunt, oēs reduxit ad has septem tanq̄ ad euidētiores & famosiores, & inde subscripsit. { fere. n. hæ vn̄r esse saporū dr̄iæ. } hic perspicuū quantum vacuus est labor eorū qui enituntř reddere sufficientiam earū cum numerus earum ab Aris. tradatur incertus, deinde concludit quid gustatorium, & sermo patet.

Cōm. 105.

ET dispositio. Resumit Auer. primo tex. sentētiam, & vult de saporibus ita esse dicendū: vt dici solet in coloribus. nam in coloribus ponuntur extremi simplices, medij ex extremis cōmistis euariati ſm propinquū & remotum ab extremis: ita & in saporibus differēdum, & q̄ dicit perspicua. Posset hic quæri de cōpositione medio, quę omnia etiā tāgit Auer. primo auscultationis phicæ. & ēt in 5. eiusdem, & primo primæ philosophiæ. & 4. cœli. & alibi etiam nos tetigimus, propterea bona fronte hic p̄termittimus. Et hoc quod dixit. } Hic digreditur, & primo mouet. q. circa verba Arist. & ait, & hoc quod dixit in coloribus manifestum est, nam in eo omnes concordant. in saporibus vero habet. q. nam non oēs concordant. Gał. n. } Declarat cām. q. & primo narrat Gał. positionem. Gał. enim discordat ab Arist. in multis. sed potissime quantum ad extremas dr̄ias saporum. Nā Gał. ponit in vno extremo pōticum, & acetosum: & hos frigidos, ex alio vero extremo ponit acutum, & amarū: & hos calidos. ponit secundo in primo gradu ponticū: & in secundo illi contiguum acetosum, & hoc q̄a ponticum frigidius est acetoso. in alio extremo in primo gradu ponit acutū, & secundo illi cōtiguū ponit amarum, quia acutū calidius est amaro, reliquos vero oēs enumerat

Cōm. 47. et 56. Cōm. 6. & 51.

Cōm. 33. Cōm. 34.

merat medios,vt in eius figura eſt perſpicuum. Et ſi conceſſerimus.§Tangit nunc fundamenta pro & cõtra. Nam vel ponimus oẽs ſapores cõſequi calorẽ tm̃ & frigus.ſ.aliquos calorẽ tm̃ & aliquos frigus,vel ponimus indifferenter ſaporẽ poſſe ꝯſequi dñium vel caloris vel frigoris.Tũc tangit duo,&.d.primo ꝙ iuxta primum fundamẽtum Gal. bene dixit,& hoc inquit.Et ſi nos conceſſerimus ꝙ iſti ſapores conſequuntur calorem: & frigus. hoc eſt ꝙ quidam ex vno extremo conſequantur dñium calidi,quidã ex alio extremo dñium frigidi,tũc neceſſe eſt ꝙ ꝯrietas in iſtis attendat̃ penes vltime calidum,& penes vltime frigidum,& quantum ad hoc Gal.bene dicit,& ſic conſiderando ꝯrietatem in ſaporibus ex nã rei, & penes dñium ſimplicium Gal.non errauit. Et ſi conceſſerimus.§Oñdit ſm.ſ.quantum ad quid eſt error,& inquit. Et ſi conceſſerimus,ꝙ iſta eſt de ſaporibus ſicut de coloribus.ſ.ꝙ ſunt extremi & numerati penes relationem ad ſenſum,& non penes nãm rerum,& dñia ſimplicium,ſic idem ſapor eſſe põt à caliditate & frigiditate, & ſic non accidet illud impoſſibile Gal. quod accepit in ſua põne.Et quaſi velit ꝙ ſapores põt dupliciter conſiderari,vel vt obiecta guſtus vt.ſ.mouent,vel apta nata ſunt mouere guſtũ,& ſic non ordinant̃ penes oppoſitionẽ calidi & frigidi,vel humidi,vel ſicci. ſed penes aptitudinẽ mouendi: vt quia amarum eſt aptum natũ ſumme affligere guſtum,ſortit̃ extremum vnum,& quia dulce eſt aptum natum ſumme oblectare eum ſortit̃ alterum extremum,& ſic quo ad aptitudines nãles mouendi ſenſum ſunt dulce & amarum extremæ dñæ. Aliomodo cõſiderari poſſunt ſm naturas rerum,& dñia qualitatũ: & ſic in vno extremo eſt ponticum,eo q̃a in eo pluſq̃ in cæteris ſuper excedit frigidum,& in alio extremo reperit̃ acutum,eo q̃a in eo pluſq̃ in cæteris ſuperexcedit ipſum calidũ. nec exceſſus horum eſt in alijs tantus quantus in his, & propterea penes dñium harum hæ qualitates ſortitæ ſunt extremitates,& hæc vr̃ mens Gal.põt etiam fieri alius ordo penes humoris exuperantiã & ſicci:& tũc dabunt̃ alia extrema,ſed quia qualitates actiuæ ſunt ſimplr̃ primæ, ideo ſortitę ſunt rõnes extremas,& hoc mõ poſſunt oẽs concordari,nec vllus recentiorum intellexit Auer. hic, nec per ꝯñs Gal. Et videtur ꝙ hęc.§Nunc rephendit Gal.ſi ipſe velit ſapores:vt obiecta: ordinari penes dñia:& arguit ſic: quęcunq; indifferenter poſſunt reperiri: nunc ſub caloris dominio: nunc ſub frigoris exceſſu non ſentiunt̃ gradus altitudinis penes calidi & frigidi variationem:vt obiecta guſtus ſed amarum & dulce reperiunt̃ indifferenter,vt amarum in primæua fructuum origine ſuperabundat in frigore,amarum vero in rebus aduſtis ſuperabundat in calore, ſimiliter & de dulci,nã fructus frigidi ĩ principio ſunt inſipidi,in fine dulceſcunt,& nõ euariant tẽperiem.ergo ſapores & obiecta guſtus non euariant̃ penes dñia qualitatum primarum.hoc argm̃ concludit demr̃atiue ꝙ ſapores, vt obiecta guſtus,nõ graduant̃ penes dñia qualitatum ſimplicium.Sed Gal.intelligit ſapores graduari penes nãs rerum ſm dominia ſimplicium qualitatum.Debes tñ ſcire ꝙ extremæ ſaporum dñæ,acceptæ ſm nãs rerum, ſunt inuariabiles:vt tenent extremum. ponticum in ſummo non põt dari: niſi in eo ſuperexcedat frigidum pluſq̃ in alijs. ſimiliter nõ põt eſſe in ſummo acutum,niſi in eo ſuperabũdet calor pluſq̃ in alijs.ſed capiendo eos:vt non tenent extrema poſſunt euariari de calore in frigus, & ſic ſequit̃ apud Gal. acutum in extremo tenere extremum,vt remiſſe acutum tenere medium,q̃a calore minuit̃. Et ſignum eius.§ Secundo arguit Auer. ſapores,quibus tranſitur ab amaro in dulce,magis hñt rationem mediorum q̃ extremorũ,ſed ponticum & acutum ſunt ſapores q̃bus fit trãſitus ex amaro in dulce.ergo ſunt potius medij q̃ extremi. Minor declaratur in fructibus,in quibus aliqñ fit tranſitus mediante charopo.i.pontico,& aliquando mediãte kiano & acuto. Similiter ẽt debes ſcire ꝙ argm̃ iſtud nõ probat plus, niſi ꝙ ponticum & acutũ reſpectu guſtus,& vt illius obiecta,non ſunt extremi. nã contingit per ipſos reſpectu guſtus tranſiri ab amaro in dulce,vt perſpicuũ eſt in fructibus aliq̃bus,& aliqñ etiam contingit ecõuerſo,ꝑ dulce & amarum pertranſiri de pontico in acutum,vt in piperibus narrant,& ſic reſpectu guſtus non tenent extremũ. ſed ſm dñia ſimplicium qualitatum,& vt in ſummo ſumuntur,reſpectu vero guſtus amarũ tenet vnum extremũ pro quanto ſumme affligit eum, & dulce aliud pro quanto ſumme oblectat. cæteri tenent medium: pro quanto mediocriter affligunt:vel oblectant. nam qui plus oblectant ſe tenent cum extremo dulci: vt pingue,qui plus moleſtãt cum extremo amaro vt ſalſum,& ſic rõ Auer.vno mõ eſt demonſtratiua. altero modo nec probabilis. Non.n.§Remouet *Inſtantia.* .q.nam dixit: ex amaro in dulce pertranſitum fieri:per acutum,& põticum,& alios medios, quis ambigeret,vtrum ꝑ oẽs ſapores medios. Rñdet,& dicit. non.n.eſt neceſſe: vt *Reſponſio.* trãſlatio in extremis,hoc eſt de extremo ad extremum, ſit ſuper omnia media. Debes ſcire ꝙ medium eſt duplex.ſ. forma,& tranſitu. medium forma eſt ꝙ inter extrema ponitur,differens noĩe & ratione ab eis,vt inter album, & nigrum rubeum vel viride.Tranſitu eſt forma acq̃renda ſub eſſe diminuto:vt inter album & nigrum, in motu ab albo in nigrum nigredo remiſſa,in motu econtrario albedo remiſſa.vult ergo Auer. tranſitũ de vno extremo in alterum non debere fieri ſuper oĩa media ſm formam dicta,q̃a illa ſunt per accñs media reſpectu trãſitus. ſed bene ſuper oĩa media tranſitu quæ ſunt tot quot ſunt intenſiones eorum vſq; ad ſummum. Et vniuerſaliter per ſe.§ Nunc concludit rem,& dicit primo,ꝙ ex his apparet primo, ꝙ amarum & dulce,vt ſapores hoc eſt inquantum obiecta guſtus tenent extremum vt diximus. dicit.2.ꝙ propter hoc neceſſe eſt vt cæteri ſint medij,& compoſiti ex extremis,vel proportione,vel miſtione,& hoc etiam reſpectu guſtus. dicit tertio ꝙ oportet ſapores graduare ſm relationes ad guſtus,& non ſm naturas rerum,& ſic non debemus aduertere opinionem Gal.ſic igitur perſpicuũ eſt dulce & amarum tenere extrema penes relationem ad guſtum: & non ſimpliciter. Suus.n.ſermo.§Sed quia quidã non fecerunt dñam inter eſſe tale per nãm rei, & eſſe tale reſpectu nr̃i, oñdit ꝙ dato ꝙ ſapores graduentur penes naturas rerum non propter hoc graduãtur ſic penes guſtum noſtrum, & inquit. Suus.n.ſermo non eſt verus in complexionibus ſaporum ſm ſuas naturas.ſ.& ꝙ propter hoc ſint tales reſpectu nr̃i. Et ſi conceſſerimus.§Et hoc probat.ſ.ꝙ eſſe tales extremos ex natura rerum,non inferat eſſe tales reſpectu noſtri,nec econuerſo,& declarat cõuerſum,nam reſpectu noſtri amarum eſt calidum,quia inducit calorem,& dulce frigidum;vel temperatum, & tñ ex naturis rerum nõ ſunt eiuſmodi. Nam licet experientia demonſtret eos eſſe tales reſpectu noſtri corporis,non propter hoc erunt tales ſimpliciter,& reſpectu alterius aĩalis, ergo econuerſo ẽt, eſſe tales ex natura rerum,non dat tales eſſe reſpectu noſtri. Ecce ꝙ Auer. non rephendit Gal.vt quidam credunt ſimpliciter,& omnino: ſed ſolum ſi ipſe velit ſapores graduari ſm reſpectum ad nos, ſed eos graduari ſimpliciter: & econuerſo,& hoc non viderunt noui. Et vr̃.§ Quæret *Inſtantia.* quis,dato ꝙ ſi ſapores graduentur penes dñia, & propterea graduẽtur penes nos, vtrum penes ſimplices actiuas, vel paſſiuas. Rñdet, & vult primo ꝙ dato ꝙ non differat *Reſponſio.* eos graduari ſm naturas,& quo ad nos. ipſi tñ debent graduari potius penes qualitates paſſiuas.ſ.penes humidum & ſiccum. nã complexio in qua ſuperexcedit ſiccũ, eſt ſapor amarus. in qua vero ſuperexcedit humidũ eſt dulcis. omnis.n.cõplexio eſt miſtio terminata,qñ ergo miſtio terminatur ad dulce excellens eſt humidum, qñ ad amarum eſt ſiccum. Dicit ſecundo ꝙ huius cõplexiones ſic terminatæ ſunt contrariæ hoc modo.ſ.ſm dominia harum qualitatum,habere ergo vult,ꝙ ſi ſapores graduari ſm naturam ſit eos graduari quo ad nos,illi potius debẽt graduari penes humidũ & ſiccum,q̃ penes exceſſum calidi & ſicci,& tunc excuſat ſe à duobus: primo an hoc ſit verum,ſecundo de numero ſpecierum ſaporum. ait,i.locum eſſe in lib.de ſenſu & ſenſato. Ex his perſpicuum eſt Auer. non reprehendere Gal.ſimpliciter & abſolute,ſed ſolum hypothetice.inquantũ.n.Gal.voluit ſapores ex naturis ſuis graduari,& numerari penes dñia qualitatum ſimplicium actiuarum Auer.non reprehendit eum, nec argm̃ aliquod eſt ꝯ hoc,vt perſpicuũ eſt exponendo commentum.ſed ſi ipſe velit

velit

velit q eos graduari penes rerum nãm,sit eos graduari pe nes gustum peccat dupliciter.primo quia falsum est. quia pñtia non videlicet,vt vidimus. secundo quia insufficiens. nam potius graduarentur penes excessus humidi & sicci q̃ calidi & frigi.& sic Auer.absolute Gal.contradicit,sed solum si velit illa , & tunc perspicuum est qualiter oẽs noui sunt in maximo errore,& salua eorum pace mẽtem Auer. non habent,nec bene legunt cõmentum. De numero saporum quærere est superfluum.nam hæ sunt species famosiores,& Alex.in suo de Anima lib.& Simpl.hic.& Them. & omnes græci concordant cum Auer.& Aristo.

ARGYR. *De tangibili autem & tactu,eadem ratio est,nam si tactus non vnus sit sensus: sed plures, necesse est, & ea quæ tactu percipiuntur, plura sensibilia esse.*

Tex.cõm.106. De tãgibili autem & tactu,eadem ratio. Si.n.tactus non vnus est sensus,sed plures,necessarium est & tangibilia,sensibilia plura esse.

COLLEC. Tex.cõm.106. Nũc vltimo de tactu,& potest litera dupliciter exponi. vno modo vt sit sensus § De tactili autem & tactu eadem ratio§.s.quæ de gustu & gustatili,nam quemadmodum gustus est gustatilium apphensio,& susceptio,sic & tactus tactilium,& hoc pacto Alex. paraphrizat.sed rectius cũ Simplicio lego sic.§De tactili autem & tactu,eadem rõ§.i.eadem proportio quantum ad vnitatem & pluralitatem.& h̃ declarat.d.§Si.n.tactus nõ vnus est sensus,sed plures necesse est tangibilia esse plura sensibilia,§& ecõuerso,si tangibilia plura sensibilia & tactus plures sensus.ergo est eadem rõ,& proportio de tactu & tangibili,quãtum ad vnitatem & pluralitatẽ.& cum demonstrasset eorum eandem esse rõnem,statim ambigit,& inqt. Sed habet dubitationem vtrum plures sint aut vnus. Sed quæret quis cur potius incepit quærere de vnitate tactus q̃ de vnitate tangibilis.si.n.videlicet,tactus non vnus,ergo nec tactile .& econtra etiam tactile plura,ergo tactus non vnus,ergo cur potius incepit à tactu? Respondet Simpl.& bene q Aris. vult facere argm̃ per contrapositionem.s.ab opposito consequentis ad oppositum antecedentis , primo.n.probat q si tactus non sit vnus,nec tactile. secundo infert,sed tactile vnum est,ergo & tactus.

Quæstio.

Responsio.

Cõm. 106. MODO vult. Exponit Auer. partem primam tex . vt Simplic.dixit,& reddit causam cur dubitauit de tangibili, vtrum sit vnum vel non,& vult q quia est dubiũ an tactile sit vnum vel plura : ideo est dubium,an tactus sit vnus vel plures,in alijs autem non sic fuit,quia in quolibet eorum obiectum esse vnum est per se notum,& propter hoc mouit.q.in hoc sensu: & non in alijs. Et sermo.duo sunt syllogismi.Primus, si tactus non est vnus,tactile non est vnũ genere. Secundus est,si tactile nõ est vnum,nec tactus est vnus,& sic intelligit per syllogismos enthymemata . dicit Auer. q in ambobus his syllogismis.consequens est per se nota,sed destructio consequentis, vel positio antecedẽtis est ignorata,de quibus statim dicet Aristo.

ARGYR. *Dubitationem autem iste locus habere videtur , vtrum plures sint tactus, an vnus tantum: & de instrumento tactus quid tandem sit,vtrum ipsa caro & id quod in cæteris simile est carni,an ita non sit,sed id quidem ipsum sit sensus huiusce medium: instrumentum autem ipsius primum aliud quoddam sit intus. Omnis.n. sensus,vnius contrarietatis esse videtur.vt visus: albi nigriq;.et auditus,acuti grauisq;,& gustus: dulcis atque amari. At in tangibili plures insunt contrarietates,vt patet . est.n.calidum frigidũ humidum siccum, molle durum: & istiusmodi alia.*

Tex.cõm.107. Habet autem dubitationem vtrum plures sunt an vnus: & quid est sensorium tangibilis,vtrum caro & in alijs proportionale,an non:sed hoc quidẽ est medium, primum autem sensorium aliud quiddam est intus. Omnis etenim sensus,vnius contrarietatis esse videtur. vt vsus: albi & nigri , & auditus grauis & acuti , & gustus: amari & dulcis.In tangibili autem, multæ insunt contrarietates: calidum frigidum,humidũ siccum,durum molle,& aliorum quæcunq; sunt huiusmodi.

COLLEC. Tex.cõm.107. Mouet.q.secundam de organo tangendi & inquit. § Et quid est sensorium tactiuum tangibilis,vtrum caro§. s. sit tactorium in sanguineis animalibus§& in cæteris§.s.exanguibus§proportionale carni.§Hæc est.q. Aut nõ.§ Apud Simpl.hæc est quasi solutio qõnis breuiter hic præscripta, nam copiosius postmodum dicet,& ait.§aut non.§ s. caro est tactoriũ §aut§.n.solutionis nota est.§Sed hoc quidem vt medium§.s.caro est medium tangendi.primum aũt sensorium.s.cor vt exponit Simplicius & non neruus,nã neruus non est primum sensorium . primum ergo sensorium. §Aliud quidam est intus§.i.clausum carne, vt cor, & dixit primum sensorium. nam caro dici potest secũdum sensorium,& omne medium põt dici sensorium secundario. est ergo solutio q caro est medium,cor tactoriũ & organum. Omnis.n.§ Arguit ad primam.q.sic,cuiuslibet vnius sensus est vna contrarietas,vt inducit in oĩbus,tactus non est vnius contrarietas,vt declarat exemplo . ergo tactus non est vnus sensus,primo ponit minorem.secunda ibi §In tactu autem.§Ponit minorem & tex.est perspicuus.

Cõm. 107. CVM narrauit. Primo ponit intentionem, & inquit. Cum narrauit q dubium est, vtrum sensus tactus sit eiusdem virtutis.s.vna virtus in specie,aut tot quot contrarietates, incepit dicere sermones dubitabiles in h̃.q.d.argumenta probabilia,& post mouet secundam.q.& patet. Et dixit hoc.§reddit causam. secundæ.q.cur.s.quærit de organo an caro,an aliud quid sit,& vult q solutio huius secundæ.q.faciat ad declarationẽ primæ & principalis.q.& hoc probat,quia bene,videlicet, caro est organũ tactus , ergo tactus est vnus specie.nam vnum instrumentum specie est vnius virtutis specie,sed caro est vnum instrumentum specie ergo vna virtus erit tactus,& etiam,videlicet, à destructione consequentis,tactus est plures vno in specie, ergo caro nec est medium nec instrumentum.Alia litera est affirmatiua sic,si tactus est plures,ergo caro est medium, & non instrm̃,& sic credo debere legi. Noui laborant circa has consequentias,& tandem nihil boni dicunt. nõ debes scire q in neruo est vna complexio, sicut in carne simplici . sed in carne neruosa sunt duæ dispositiones specie diuersę,& propterea bene sequitur,si caro simplex est instrumentum,ergo tactus est vnus,quia simplici existẽte organo,& potentia est simplex,nõ sic sequitur ea existẽte medio.nam medium non est de definitione potẽtię,vt est organum , & propterea si caro simplex est medium nec tollit,nec ponit vnitatem in potentia tactiua,similiter sequitur,si neruus simplex sit organum . nam organo existente simplici,& potẽtia erit simplex,& sic bene sequitur,tactus est plures,ergo nec caro simplex,nec neru⁹ simplex est organum. sed caro neruosa,ratione nerui est organum,rõne carnis est medium,licet Simpl.velit cor esse organum , & carnem esse medium,vt dixi in textu,& sic quæ dicunt noui possunt stare,sed sunt superflua. Et cum narrauit hoc.§ narrat intentionem partis & vult q Aris.arguat pro vtraq; parte,& primo arguit q plures.2.arguit q vna & q sit vna probat.nam caro est instrm̃ tactus, nam posito tactili sup. carne mox tangimus,ergo caro est organum tactus,& caro est simplex,ergo tactus est vnus. Vtrum sensus§ nunc mouet.q.& vr̃ q de his ambabus qõnibus ipe faciat vnam tm̃,& certe contra oẽs grecos,& contra tex.græcum.Debes scire q quia,videlicet,caro est instrm̃.ergo virtus h̃ est vna,& econtrario,caro non est instrm̃,ergo virtus hæc potest esse plus vna,ideo quærere de hoc.s.vtrum caro sit instrm̃ est quærere de illo. vtrum.s.sit vna virtus vel plures. Põt.n.§Ponit quasi solutionẽ,& vult q dici põt.1. q caro sit mediũ.2. q organũ istius est intra carnẽ,vtpote neruosa caro apud ipsum vel cor apud Simp. 3. q instra sunt plura saltẽ dispositiue & tactus plures.Hęc vr̃ quasi solutio. Et signum.§ Nunc cõponit syllogismum,quem in litera formauimus,& verba eius patent. Et hoc quod.§Confirmat rõnem Arist. Nam vna virtus est vnius contrarietatis.spe cie vel genere,ergo per conuersionem per contrapositionem,quæ non est vnius contrarietatis sed plurium, nõ est vna virtus,sed plures. Hæ sunt rationes Auer.

Sed

ARGYR. *Sed esse videtur ad hanc dubitationem quædam solutio. Nam in cæteris etiam sensibus plures sunt contrarietates. in voce nanq; non solum est acumen & grauitas, sed etiam magnitudo & paruitas. & lenitas et asperitas vocis, et alia huiuscemodi. Sunt & circa colorem differentiæ aliæ tales. Verum quidnam sit vnum obiectum tactui, sicut est vnum auditui sonus: non esse manifestum videtur.*

Tex.cōm.108. Habet autem solutionem quandam, ad hanc dubitationem ꝙ & in alijs sensibus sunt contrarietates plu res, vt in voce, non solum acumen & grauitas, sed & magnitudo, & paruitas, & lenitas, & asperitas vocis, & huiusmodi alia. Sunt autem & circa colorem differentiæ huiusmodi aliæ. Sed quid sit vnum subiectum, sicut auditui sonus, sic tactui, non est manifestum.

COLLEC. Tex.cō.108. Soluit primā, & breuiter negat maiorē, nam vnius sensus possunt esse plures contrarietates, vt per inductionem docet. Inquit. §Habet aūt solutionem quandā, ad hanc du bitationē, ꝙ & in cæteris sensibus sunt ꝯrietates plures, vt in voce non solū acumen & grauitas, sed & magnitudo & paruitas, & lenitas, & aspitas vocis, & similia alia, § vt addit Them. durū & flexibile, fuscū & candidum. § Sunt āt & circa colores differentiæ hmōi alteræ. § Et hoc Simpℓ. exponit, vt magnitudo quidem in resplendente colore, vt au ri color & argenti puritas, vt in eo ꝙ ampliori eget lumine ad hoc vt videatur, & hebetius mouēte visum: vt plumbum, & lenitas quidē in blandis visu, qualisq; florū & aspe ritas in tabefactis, & sic concludit Simpℓ. solutionē & inquit. Non mirum ergo si circa vnam tāgibilium naturam multæ accidant differētiæ. igitur à multitudine oppōnum dubitatio soluta est. quærit āt reliquū. Sed quid sit subie ctum. § Debes scire, sicut Simpℓ. notat hī, ꝙ hæc solutio satisfacit. vno mō, & alio modo. Quantū ad hoc ꝙ vnius sen sus est vna contrarietas, satisfactum est negando, & inducendo instantiam in cæteris. Quantū vero ad hoc ꝙ vnius sensus est certum, & vnum subiectum, vt visui color, auditui sonus sic quidē non est satisfactum, nā non apparet illud subm tactui, ergo bene appellauit solonem hāc quandam: & nō absolute solutionē, quia non satisfacit in toto, & hoc scribit. d. § Sed quid subiectū, sicut auditui sonus: sicut tactū, nō manifestū est. § græci hn̄t. § Sed quid sit vnum subiectū. § In textu græco meo non reperi ly § vnū § & propterea Arist. ait ꝙ licet sit satisfactum quantum ad ꝯrietatem: non tn̄ quantum ad subm tactus, nam non apparet illud, vt dixit, vt notat Simpℓ. § Non est manifestum. § Nam dubō non est ex natura rerū, sed ex nr̄a proficiscit̄ ignoratione: quare nō dixit non esse, vel nō esse vnū, sed non esse manifestū. fortasse quidē quia non est impositum cōe nomen. Debes scire ꝙ Alex. hic aliter obijcit contra hāc solutionem. Nā hæc solutio peccat, qa hæ ꝯrietatum gn̄a, magnitudo, exilitas, lenitas, asperitas, propria vocis sensilia dicenda non sunt. hæc. n. sensilia cōia vident̄. Sed Alex. contradicit Simpℓ. nam hæc sunt sonorum propria. quorū solus cognoscitiuus auditus est. propter quod & vocis au ditum est, vt recte Plutarchus notauit, & sic vr̄ Simpℓ. velle eiusmodi drīas esse alterius rōnis in voce, ab his q̄ sunt in sensilibus cōibus. Sed Them. hic vr̄ sequi Alex. arguit . n. solutionem primo peccare, quia magnitudo & exilitas cōia sunt sensibus oībus, & per se etiam à singulis cognoscuntur. Secundo quia asperitas & lenitas, aut trāslatæ de tactilibus sunt, aut ad figuram, quæ est sensile cōe referuntur, & hi sunt errores Simpℓ. propter ꝙ videtur ꝙ ambo di cere possunt vera, & ad textum cōsona. Tu vero inter hos considera. Vlterius Alex. arguit ad solutionem quandam, dicebat. n. quidam tactile esse nomen subiecti tactus & ipsum esse vnum omnium contrarietatum. Contra obijcit: neque enim tactile nomen est ad subiectum sed ad habitum pertinens, velut visile & auditile, quorum nomina co lor & sonus sunt. Tactili vero nequaquā vnum & peculiare nomen inditum est. Them. vero addit ad dubitationem. Nam adhuc restat scrupulus, quod nam genus, aut quæ na tura sub sensum hunc cadat. secūdo vtrum natura vna vel plures. tertio quale nomen ei inditum sit, & sic per subiectum græci genus intelligunt.

Cōm. 108. CVM dedit sermonē. Cōmentum diuido in duo. Primo. n. ipse cōmentatur tex. secūda ibi § Et hoc quod dixit § digreditur. Quantum ad primā partem Auer. vult ꝙ Aris. non soluat, sed ponat argumētum ad oppositum, & potest ratio esse sic, quilibet aliorum sensuum est vnus & cuilibet aliorum sensuum est plusq̄ vna contrarietas, ergo plures cōtrarietates pn̄t esse vnius sensus. Et cum dedit. § Apud Auer. Arist. soluit aliqualiter, & vult ꝙ licet tactus conueniat cum cæteris in hoc, ꝙ est plurimum contrarietatum, vt alij, differt quantum ad hoc qm̄ illarum contrarietatum in cæteris est assignare vnum genus subiecti & contrarietatum, in tactu non est illud inuenire, & si inuenit̄ non est vnum, sed dictum multipliciter, sicut & contraria sunt in multiplici drīa, & sic concludit ꝙ per subiectum intelligit genus quod diuiditur in hæc contraria, & quod hæc continet. Hæc est expositio Auer. quæ quantum differat ab illa græcorū tu scis ex dictis. Et hoc quod dixit § digreditur, & primo declarat ꝙ si vna potētia genere percipit plures contrarietates, oportet & oēs illas contineri sub vno genere. nā oportet aliquod esse cōe omnibus illis quod primo apprehendatur ab illa: & hanc probat, quia si non, det̄ oppositum. s. ꝙ potentia sit vna, & contrarietates plures, & genus non sit vnum. Tunc non erit illic aliquid per quod ille sensus poterit dici vnus: qm̄ sensus non est vnus, nisi per vnam intētionem. i. vnam rōnem subiecti primi. vel ergo erit vnus rōne contrarietatum, vel rōne vnius generis subiecti primi. non ratione contrarietatum, ergo ratione vnius generis subiecti primi. Et cum § probat cōuersam. . s. ꝙ si contrarietates plures non conuenerint in gn̄e, tunc virtus seu potentia nō erit vna, sed diuersa. nam quia contrarietas in coloribus, & in saporibus differunt genere, visus & gustus differunt genere, ergo quando contrarietates differunt genere, potentiæ illarum perceptiuę differūt genere, & sunt plures. Vnde necesse § Ex his suppositis arguit sic, Si tactus est vnus oīum cōtrarietatum tactilium: illæ contrarietates sunt vnius generis subiecti vniuoce dicti, vt sonus vniuoce dictus de omnibus sonis: color de omnibus speciebus coloris, destruit ꝯns, sed cōtraria tactus non vr̄ habere genus, qd̄ dicatur de is, nisi æquiuoce. con cludat̄ ergo oppositū antecedentis. s. ꝙ tactus nō erit vnus specie. Quale. n. § Remouet dubiū, nam q̄s dicet ꝙ genus cōe omnibus illis contrarijs est quale. nā quale est genus vnum. Contra arguit, nam quale dicitur pure ęquiuoce de calido, frigido, graui, leui. dr̄ etiam vr̄ æquiuoce de omnibus generibus omniū sensuum, vt de sapore, calore, & frigore, odore, & colore & cæteris. Nam omnia hæc sunt in pdicamento qualitatis, graue vero & leue, in pdicamento substantiæ. quasi arguit sic: si quale est illud cōe, quod con tinet oīa illa cōtraria vel est vnum genus prædicamenti, vel vnum genus obiecti. si vnum genus pdicamenti: tunc oēs sensus essent eiusdem speciei: quia obiecta oīum con tinentur sub vno pdicamento. Et etiā falsum, nam graue & leue non sunt in prædicamēto qualitatis, sed subę. si vnum genus obiecti, hoc nō videtur qūo, & sic falsum est totum hoc. In lib. de cęlo declarauimus ꝙ graue & leue possunt sumi pro inclinationibus ad motus: & pro principijs incli nationū. inquātum sumūtur pro inclinationibus sunt qualitates, vt vero sumuntur pro principijs sunt subæ, diximus etiā aliter, ꝙ graue & leue apud Auer. sunt formę subales, propter carentiam noium. Nam noīa formarum latent, & propterea noīamus eas noībus propriorum accn̄tium. Et ideo. § Remouet secundam dubitationem, nam quis dicet sensus non potest esse: nisi accidentium. secundo videtur ꝙ subæ & accidentis non sit vnus sensus. Rn̄det ꝙ tactus nō apphendit graue & leue per se, sed mediāte motu, apphendit. n. graue pro quanto manum cogit deorsum descen dere, leue vero pro quāto cogit manum scandere sursum, ergo apphendit hæc mediante accidente, & per idem dici pōt ꝙ tactus est aliquo modo vnus respectu contrarietatis inter graue & leue, & respectu cōtrarietatis inter calidū & frigidū. nam ambas apphendit mediante accn̄te. Et iō. § Nunc concludit intentū, & dicit primo ꝙ apparet sen

suum tactus esse plures, quia apphendit plura contraria, dico plura non contenta sub vno gñe, dicit secundo ꝙ caro est quasi medium, nã si esset organũ tactus non esset plus vno, vt dixit. Licet iste sermo. ¶Remouet contradictioné, nam Aris. in lib. de animalibus voluit carné esse organum, hic dicit aliquod intra carné, vt neruus. Sed tamen respondet, ꝙ tépore quo scripsit librum de aialibus, non scripsit nisi carnem, & non neruũ: quia non erat tunc perfecta anatomia. Tépore vero quo scripsit hũc librum erat perfecta apud ipsum, & sic nouit neruos intra carné contentos: & sic illic dedit carni rationem instruméti: hic dedit rõnem instrumenti ei quod cõtinetur intra carnem. Et hoc conuenit. ¶Cõfirmat hoc, nã per anatomiam perceptũ est neruos habere aditum in sensu & motu, & sic quod Aris. percepit ratione, apparuit post modum per sensum. Simpl. vero, per aliquid intra carnem, intellexit cor, nam cor dixit esse primum organum, carnem vero secundum, nec repugnat carnem esse organum secundum & medium.

Sed circa hæc dicta plures emergunt qõnes. I. est cõtra rõnem Auer. probauit. n. tactus esse plures: quia contrarietates non cõueniunt sub vno genere vniuoco. Vr̃. n. ꝙ hęc ratio nulla sit, nam perfecta vniuocatio non est nisi in specie specialissima, & sic nullus sensus esset vnus, qm̃ nullum genus eius obiecti est vniuocum, specie hac vniuocationis. Secundo ambiges, qm̃ dixit Auer. tactum percipere graue mediante motu, quod videtur falsum, nam sic esset sensile per accidens, & per ꝯñs non esset in numero cum tactilibus. Secũdo, motus est sensile cõe: modo sensile cõe potius percipitur mediante proprio: q̃ ecõuerso, & sic potius mediante graui perciperetur ipse, q̃ econuerso. Tertia, vtrum omnibus contrarijs tactus respondeat vnum genus cõe. hoc. n. non satis ex cõmento habetur. Ad primum noster Egid. vir grauissimus respondet ꝙ vniuocatio accipitur ẜm prædicationé, & ẜm immutationem. vniuocatio ẜm prædicationem solum perfecte reperitur in specie. sed ẜm immutationem potest in diuersis generibus inueniri, & ipse prolixe ac clare loquitur, & sic vult ratioñé Auer. esse optimam, nam contrarietates non cõueniunt sub vno genere vniuoco immutationis. Sed contra obijciunt quidam æmuli veritatis. Nam vera vniuocatio etiam in genere inuenitur, vt multis verbis accumulate declarat, vt solet. Secũdo, quia si genus prædicationis non est vniuocũ, nec genus immutationis, vt pono ꝙ color genus cõe sit A. & ratio cõis vniuoca immutationis sit B. & arguitur, sicut homo ad animal, ita A. ad B. sed animal non est vniuocum in prædicatione partis. ergo nec B. in immutatione. nam vt est assignare superius & inferius in prędicatione, ita & in immutatione. Tertio si põt Egid. assignare vnum genus in immutatione oĩum sensibilium propriorum respectu sensus cõis, ergo & in ĩmutationibus oĩum tactilium, cũ vtrobiq; tale genus sit innominatũ. difficilius est. n. ꝙ oĩa sensibilia propria cõcurrant in vnam rõnem, q̃ ꝙ omnes tactiles formæ. Tenent ergo ꝙ oĩbus tactilibus in rerum natura est dare vnum cõe, quod est vniuocum ꝑdicatione, & immutatione, licet sit innominatũ. nec verba cõmenti sunt ꝯ hoc, vt dicunt. nam Auer. vult graui & leui ex vna, & calido & frigido ex alia, nõ esse assignare illud cõe, quia ipse credit graue & leue esse substantias, illa vero esse accñtia quibus nihil est cõe. Debes scire ꝙ ratio vniuoca immutationis põt dari aliquibus, & de illis non prædicari vt lux oĩbus coloribus. Nã si debent videri, debent oẽs lucé participare, & humiditas in saporibus: & sic in cæteris. ergo ratio vniuoca immutationis est quædam natura participata ab obiectis, propter quã sunt apta nata mouere potentiam. Tunc supponit Auer. vt vult Egid. primo ꝙ calidũ & frigidũ conueniunt in vna rõne immutandi seorsum, humidũ & siccum in alia seorsum & sic in cæteris. Hãc positionem non probat Auer. sed tanq̃ notã petit. Nam ꝯria oĩa sunt vniuoca sub vna rõne immutandi. Secundo petit Auer. ꝙ potẽtia dicat vna ab illa rõne vna & vniuoca imutandi. Tunc syllogizat sic, potentia est vna propter rõnem cõem vnam & vniuocã immutationis. Tactus nõ est vnius & vniuocæ rõnis immutatiuę, ergo in secũda figura tactus non est vna potentia. Quæ vero cõtra Egid. inducũt sunt puerilia. primum. n. ipsimet soluunt. Nã dicunt in genere non esse vniuocationem simpl'r dictã, & de hac sentit Egi. Solitus sum ego ẽt dicere, ꝙ in genere est vniuocatio, sed non inquantum genus, sed inquantũ subit rõnem speciei, & propterea generalissimũ, quod speciei rõnem subire nõ potest, est tm̃ analogum. & sic nihil contra Egid. Ad secundum patet solutio, illa. n. similitudo nõ currit quatuor pedibus, etiã dato ꝙ quibus inest vna rõ immutationis, eisdẽ insit vna rõ prædicationis, qđ non credo, non propter hoc illa rõ immutationis de illis ꝑdicatur, quibus inest, vt diximus. Ad tertium sol. constat, nã contrarietates tactiles sensum cõem non immutant propter rõnem ꝯrietatis, sed sub rõne alia, respectu tactus vero non pñt, quia eiusmodi sentiuntur propter rõnem ꝯrietatis. Nam sensus cõis non immutat̃ immediate à tactilibus: sed à speciebus tactiliũ, vel ab ipso tactu actuato ab illis, & hoc ipse non vidit. Ad secundã principalem dicẽdum, ꝙ apud Auer. tot sunt tactus quot cõplexiones: & quia duæ tm̃ sunt cõplexiones. altera ex téperantia in actiuis: altera ex téperantia in passiuis, iõ duo tactus. vnus quidem qui rñdet actiuis: alter qui rñdet passiuis, & sic graui & leui non rñdet alius tactus. Tũc dicendũ ꝙ graue & leue, vt subię, sunt sensilia per accñs, vt argumentũ cogit, & sentiunt̃ mediãte sensibili cõi, & sic secundum argm̃ non valet, apud. n. Auer. nullo mõ sunt sensibilia per se nisi reductiue, vt dicemus. Ad tertiam. q. respondet Expositor, ꝙ tactilibus respondet vnũ subiectum subijcibile, & non vnum genus prædicabile. Sed ꝯ arguũt recentiores primo: qua rõne vni ꝯrietati corrñdet vnum genus prædicabile, eadem rõne & oĩbus. Secũdo vna est nã & cõis prædicatione, & si innominata, in diaphano, coloribus, & odoribus, ergo per idem oĩbus tactilibus. Tertio vna est nã prædicatione elementis & corporibus cœlestibus, ergo à fortiori oĩbus tactilibus. Quarto omnia elementa conueniunt in vna natura ꝑdicatione, ergo oẽs qualitates elemẽtales. nã non maior ratio est in subiectis, q̃ accidentibus proprijs. Antecedens perspicuũ, nam oĩa mista inaĩata conueniunt in vno gñe, ergo oĩa elementa. Tenent ergo ꝙ oĩbus tactibus rñdet vnum genus ꝑdicabile, licet innoĩatum, quod cõuertitur cum isto cõplexo: qualitas tactilis. qualitas. n. tactilis, vel illud quod circunscribitur ꝑ hoc est vnum ꝑdicatione. Mihi vr̃ ꝙ isti nõ intelligunt D. Tho. quemadmodum nec aliqui Aristo. D. n. Tho. opinatur ꝙ omnibus tactibus non respondet vnum genus vniuocum vera vniuocatione, vt Egid. suus discipulus exposuit. non. n. erat ita crassus & hebes vir ille, vt non videret tactilibus esse quid cõmune vniuocum ẜm genus: vt quale, vel tactile, vel circũscriptum per hoc ambo. sed voluit tactilibus non correspõdere vnum vniuocum perfecta vniuocatione. nã in vno genere non est nisi vna contrarietas. secundum Arist. & ideo quot cõtrarietates sunt in tactilibus, tot & genera vniuoca propria vniuocatione, & hæc est sententia Arist. I. auscultationis physicæ. Et tũc ad rões. Ad primã dicendum, ꝙ oĩbus respõdet vnum genus, sed non vniuocũ perfecte. Ad secundã dicendum, etiã ꝙ concludit dari aliquod cõe, sed non ẜm vniuocam rationem & perfectam. Ad tertiã similiter, similiter & ad quartam. omnes. n. concludunt dari genus vnum, sed non dari genus vnum immediate diuisum per contrarias differentias. Sed illud quod sumit iste homo ꝙ qualitas tactilis est primum obiectum cõe vniuocum prædicatione & immutatione, est falsum. nam tunc in corpore misto tangente, vna tantum daretur complexio, nam tangens non tangit nisi complexione tanq̃ dispositione, vt ipse etiã dicit: ergo si vnum tantum esset obiectum ꝑdicatione & immutatione, vna tantum esset dispositio & complexio ex parte tangentis, hoc autem est falsum apud medicos: & phos. nam alia complexio respondet actiuis & alia passiuis. hæc sunt quæ sunt dicenda apud bonos & probatos viros.

Huius autem, vtrum instrumentum tactus intus sit post carnẽ an non sit, sed statim sit ipsa caro, id non esse signum videtur sensum inquàm illico fieri cum res tactu percipiendæ tanguntur. Etenim si quis nunc circa carnem, subtilẽ pellem extenderit, deinde rẽ tactu percipiendã tetigerit, sensus statim

Marginalia: Quæ Egid. — Obiectio quorundã. — Quæ ipsi. — Responsio. — Rñsio Tho. — Obiectio. — Rñsio iuniorũ. — ARGYR.

statim similiter fiet.& tamen patet, in illa pelle tactus instrumentum non esse. Quod si copulata fuerit, velocius, vt patet, sensus perceptio fiet.

Tex.cōm.109.

Vtrum aūt sit sensorium intus an non, sed mox caro, nullum vr̄ esse signum, fieri sensum simul atq; res tanguntur. Etenim nunc siquis circa carnem extēderit, vt pelliculā faciens, sīr sensūm mox cū tetigerit, insinuat. & tñ constat, ꝙ non est in hoc, sensorium. Si autem & coniunctum fuerit, citius pertinget vtiq; sensus.

COLLEC. Tex.cōm.109.

Nunc pertractat secundam.q.vbi debes scire de mente Simpl.quod & Auer.supra tetigit: quod hæc.2.q.est vtilis ad primā.nam multum refert ponere carnem sensoriū, vel aliquod intra carnem, vbi.n.caro ponitur, tactus vnus est tm̄.vbi vero aliquid intra eam, plures eos esse oportet, vt Auer.supra testat̄.Remouet ergo primo argm̄ eorum, qui probarūt carnem esse tactorium, vel ꝙ idem est organum tactus.arguebant.n.sic, tactorium est quo tacto fit tactio, caro est qua tacta fit tactio, ergo caro est tactorium, in tertia figura. respondet ergo Arist.& negat maiorē, & dat instantiam in membrana. nam si vola membranula obducta sit, ea tacta, mox fit tectio, & tñ membranula nō est tactorium. Inquit§vtrum vero sensoriū intrinsecus sit, vel non, sed mox caro, nullum vr̄ esse signum fieri sensum simul tagentibus§.s.nobis.& sic negat maiorem, & hoc oñdit per instantiam.d.§Etenim siquis circa carnem§.s.volæ & digitorum quicq̄§extenderit, vt faciens§supra illa§ membranam§similiter tangēs§sane mox sensum insinuat, & tamen constat non esse in hoc §.s.membrana§ sensorium§ & sic maior predicti argumēti à signo falsa est, propter hanc instantiam. immo siquis vellet, potest argumentum contorquere, quia sensibile positum supra sensorium non sensum facit: sed tactile positum supra carnem facit tactum, ergo caro non est sensorium. Si autem dicet quis instātiam non esse similem. nam caro est connaturalis tactui. membrana vero extranea & aduentitia, respondet ꝙ esse naturale vel extrinsecum non variat tactionem essentialiter sed bene variat facilitatem vel difficultatem, nam vbi esset connaturalis tactio, mox & facile fieret. vbi vero esset extrinseca, tactio fieret tarda & difficulter. ergo quantum ad esse naturalem tactionem non refert sic vel aliter facere. Inqt § si autē & connaturale quid fuerit: citius adhuc sane pertinget sensus § ergo quantum ad essentiā non est differentia, & per consequens bona fuit obiectio.

Instantia.

Responsio.

Cōm.109.

CVM dedit sermonem. Commētum istud debet legi suspensiue vsq; ibi.§Et cum iam compleuit hoc.§ præmittit ergo primo quæ fecerat.& vult Aris.duo declarasse, primo ꝙ tactus sint plures. secundo ꝙ caro sit quasi mediū, & non quasi organū. Licet sit ꝯ.§Confutat hic Alex.& Thē. Nam Alex.opinatur carnem esse tactorium.i.organum tactus:& sic exponit Thē.licet velit nolit Thē.dicat opinionem Aris.esse ꝙ caro sit mediū, & non tactorium. Sed isti.§ponit illud in quo oīno defecerunt. nam in hoc ambo defecerunt, ꝙ Aris.rōnem penitus ignorarunt, ꝑ quam voluit carnem non tactorium, sed quasi medium esse:& ponit rationem breuem quæ est, tactilia non conueniunt in vno genere, quod de eis dicatur vniuoce, ergo tactus non est vnus, sed plus vno. deinde excusat se.d.Et nos dicemus rationem Alex.in hoc, & dissoluemus eam, & hæc terminatur suspensio, Reliquum commenti, per ea quæ in textu declarauimus perspicuum est. Qūo tactilia nō conueniūt in vno genere vniuoce dicto in proximo commēto declarauimus. Sed circa enthymema Auer.emergit difficultas, quidam aiunt ꝯñtiam esse illam, tactilia non cōueniunt in vno genere vniuoce dicto, ergo caro est quasi medium & nō organum. Sed pace eorum hæc ꝯñtia non reperitur in verbis eius. Auer.n.facit hanc, tactilia non conueniunt in vno genere vniuoce dicto, ergo tactus est plus vno. Sed bene concedo ꝙ ex hac sequitur illa. nā bene valet, tactus sunt plures, ergo caro non est organum, sed potius quasi medium. Et propterea prima ꝯñtia deducitur supponendo primo ꝙ potentiæ distinguuntur & numerātur per genera subiectorū. secundo peto ꝙ tactilia non conueniunt in vno gn̄e vniuoce dicto, nec prædicatione, nec immutatione, vt in cōmen. proximo diximus. Ex his sequitur tactum non esse vnū, & cum tactus sit: ergo erunt plures & tot quot genera tactilium. Secunda consequentia deducitur: nam tactus vel est complexio, vel potentia numerata ex numero complexionum, ergo si tactus sunt plures, tactorium debet esse pluribus modis complexionatum. sed caro est simplex & vnius tantum complexionis, ergo caro non potest esse tactorium. quare si habet introitum in tactione, erit quasi medium. quid vero sit organum, dicemus postmodū, nam neruus est multipliciter complexionatus vt videbitur: & per consequens esse pōt organum tactus.

ARGYR.

Quapropter talis pars corporis, perinde sese habere videtur, atq; si circunfusus aer coniunctus esset nobis ac copulatus. tunc.n.vno quodam instrumento profecto sonum: & colorem & odorem, videremur sentire, et vnus quidam videretur esse nimirū sensus, visus, auditus, atq; olfactus. nunc autem quia seiunctum est id per quod fiunt motus: patet instrumenta iam dicta sensuum esse diuersa.

Tex.cōm.110.

Quapropter & talis pars corporis videtur sic se habere, sicut si circulariter nobis adnatus eēt aer. videremur.n.vno quodam sentire & sonū, & colorem, & odorem, & vnus quidam sensus esse, auditus, & visus, & olfactus. nunc aūt qm̄ determinatum est per quod fiunt motus, manifesta sunt prædicta sensoria, diuersa esse.

COLLEC. Tex.cōm.110.

Thē.vr̄ in sua paraphrasi velle ꝙ Aris. tangat difficultatem qōnis: vnde.s.tactus esse plures, vel vnum difficultatem faciat, & hoc innuit in calce paraphrasis horum verborum, in principio vero innuit, ꝙ Arist.ostendat carnem esse medium, ita, scilicet ꝙ licet sit vnum possunt plures esse tactus. Alex.autem digreditur, sed textum hūc parum tangit, Simpl.in cōm.huius partis confuse loquitur, ergo vr̄ mihi ꝙ Arist.velit oñdere ꝙ medium sit caro, & ꝙ propter ipsam esse medium, nō oportet vnum esse tactum. est alia vtilitas: vt Simpl.meminit, ꝙ.s.per hæc ostendetur medium non debere semper esse connaturale, sed illud accidere medio inquātum medium. Inquit. Quapropter eiusmodi corporis pars sic sese habere vr̄, quemadmodū sane si circulo nobis circūnasceretur aer.§ & sic dato ꝙ aer circulo nobis connasceretur, adhuc esset medium. arguit ergo sic, ita caro se habet, ac si aer circumnasceretur. sed aer circūnatus esset medium. ergo & caro est medium. deinde explicat difficultatem rei.d.§Videremur.n.sane vno§.s.medio §quodam sentire & sonum & odorem:& colorem, & vnus quidam sensus esse§.s.videretur§ auditus, visus, & olfactus. § Hæc ergo adnatio esset causa difficultatis differentiæ illorum, & tunc docet vnde facile percipitur illorum differentia, & inquit § nunc vero cum distinctum id per quod motus fiunt.§ hoc est organum ab organo§manifesta sunt prædicta sensoria altera § atque diuersa esse. Aristo. ergo in hoc tex. Primo dedit similitudinē carnem esse medium circumnatum. Secundo docet quòd propter adnatum esse medium, videtur esse difficile diiudicare tactus esse plures: vt in alijs sensibus visitatur, vbi medium esset adnatum. Tertio docuit in illis facile videri sensuum differentiam, propter extrinsecum esse medium, & organa esse distincta: & sic omnes expositiones stare possunt.

Cōm.110.

CVM declarauit. Enumerat omnia declarata:& sunt tria. Declarauit.n.primo tactus esse plures. Secundo, ꝙ propter tactus plures esse, caro non est tactorium, sed medium. Tertio ꝙ argm̄ dictum, videlicet, quia tacta carne fit tactio:& sic videtur organum, non sufficit ad probandum eum esse vnum. Nunc vult declarare quo argumento fere omnes credunt carnem esse tactorium, de quorum numero videtur ipse in lib.de animalibus, & sic apud Auer.Ari. tangit rei difficultatem. Reliqua cōmenti perspicua sunt vsq; ibi§caro autem§vbi docet difficultatem in tactibus, & inquit §caro autem, quia est pars nostri corporis§ non apparuit hoc.s.hæc differētia in sensibus tactus:& fuit æstimatū eos esse vnum sensum: sed demū coegit ꝙ esset plures vno sensu. sētit.n.plura sensibilia: vno sensibili ī carne.

Argumentum ergo Auer.est,in carne sentiuntur plura tactilia,non conuenientia in genere vniuoco, nec prædicatione,nec immutatione,ergo tactus plures. ergo caro nõ est organum: & ipsa habet introitum in tactione,ergo est medium, hæc omnia sunt pluries declarata in his cõmentis; nec puto esse vtile replicare hæc.

ARGYR.

In tactu aũt,idipsum nunc latet.fieri.n.nequit,vt ex aere vel aqua corpus aĩatum tantũmodo constet,quippe cũ solidum quoddã esse oporteat.Restat igitur,vt ex his atq; terra sit mistum,quale est ipsa caro,et id quod vicem ipsius subit. Quare necesse est ipsum corpus copulatum,medium esse inter instrumentum ipsius tactus & res ipsas tangibiles,per quod fiunt ipsi sensus,qui quidem sunt plures.

Tex.cõm.III.

In tactu aũt,hoc nunc immanifestum est.ex aere.n. aut aqua,impossibile est constare aĩatum corpus. oportet.n.aliquid firmum esse.Relinquitur igitur, mistũ ex terra & ex his esse,quale solet esse caro,& proportionale.Quare necessarium est,& corpus adnatum esse medium tactiui per quod fiunt sensus qui plures sunt.

COLLEC. Tex.cõ.III.

Hæc particula debet legi cum textu pcedenti sic.nunc autem,qm̃ distinctum est id per quod motus fiunt, manifesta sunt pdicta sensoria altera esse.In tactu vero hoc nunc immanifestũ est.hęc est continuatio literę,vt perspicuum est omnibus. Ex aere quidem.§sed quid faciat hic non est leue intelligere.Them̃.vr̃ velle in paraphrasi pręsentis literæ,φ Arist.conclusit carnem esse mediũ. Nunc vero declarat quid sit caro,& primo quid non est caro.Nã φ non sit aliquod elr̃torum simpliciũ. Primo docet per hoc, qa tangens est mistum.Secundo cõcludit carnem,vel ei proportionale esse mistũ ex elr̃tis.Tertio per hęc concludit, aliquod corpus esse mediũ tactui adnatum,per quod fiunt tactiones. Hæc videtur expositio Them̃.breuiter. Simpl̃. velle vr̃ Arist.dicere duo,vnum per se,alterum quasi p accidens.per se.n.reddit cãm,quare in tactu latet primũ sensorium.& mouetur,quia Arist. vtitur nota causali §.n.§ & sic vr̃ dare causam proximi dicti.Per accidens vero declarat quale in actu medium sit,& quantum ad hoc conuenit cum Them̃. Sed pace horum,vr̃ mihi esse dicendum cum Alex.nam Arist. declarauit medium tangẽdi esse circumgenitum tangenti:media vero aliorũ esse extrinseca.apud ergo Alex.Arist.nunc reddit cãm: quare tactio fit per medium adnatum: & ceteræ sensationes per mediũ extrinsecum.Illa ergo particula §.n.§ nõ reddit causam:sed est inchoatiua sermonis,quod apparet per illã particulam quidem. sic ergo Arist.petit animal tangens non posse cõstare ex intermediis,quibus cæteræ sensationes fiũt,& vtitur hac rõne:Animatum corpus non põt constare ex aere vel aqua.sed tangẽs est aĩatum corpus, ergo tangens non põt constare ex aere vel aqua.Ponit maioré.d.§Ex aere quidé .n.aut aqua impossibile est constare aĩatum corpus.§Hęc est maior,hanc prosyllogizat,omne aĩatum corpus oportet esse firmũ,& solidum,ex aere vel aqua nihil est firmum & solidum, ergo ex aere vel aqua nullum aĩatum corpus. Ponit maioré.d.§Oportet.n.firmũ esse§.s.aiatum corpus: ex his concludit quale tangens sit,& arguit à destructione vnius partis sic,tangens oĩno vel simplex oportet esse,vel mistum.declaratum est non esse simplex,quare erit mistũ, & hoc subscribit. § Relinquatur igitur § subaudi tangens §esse mistum ex terra,& ex his§.s.aqua & aere,& igne. tũc concludit tale esse carnẽ & inquit. Si.n.oĩs sensus fit per medium,subaudi tactus est sensus §& tactus§.s.fit per medium.vltra tactus fit per medium,& non per medium extrinsecum,quia debet constare ex medio concludit§quare necessarium est,& corpus esse medium tactui adnatum, per φ fiant sensus§.i.tactus§qui plures sunt.§Ecce qũo apud Alex.Arist.probauit tactum fieri per medium intrinsecum tangens,sed in ceteris fit per medium extrinsecum.

Debes scire φ apud Simpl̃.illud corollarium§quare necessarium§non est illatum ex nũc dictis,sed ex posterius dicẽdis:vt ipse docet multis verbis,apud Alex. hoc sequitur ad non dicta,vt perspicuum est. & Them̃.cum Alex.in paraphrasi præsenti docet modum,quomodo illud ex nũc dictis infertur,& inquit:Sensus omnis per medium aliqd̃ in actum prodijt:prodibit & tactus,nã tactus sensus est.vltra, intra tactile vero & tactum nihil esse medium præter corpus potest.corpus igitur hoc quo medio tactilia percipiuntur à tactu videtur ab aqua & aere differre,quæ cæteris sensibus media sunt, φ aer & aqua in tribus sensibus abiuncta direptaq;,corpus id quod præferuit tactui ab eo separatum esse non potest.nam neq; aer,neq; aqua,neque aliud tale. quare oportet cohærere & congenitum esse & innexum oportet. ecce quo pacto doctissimus Them. induxit rationem hanc cum Alexandro.

Cõm.III.

CVM declarauit. Ecce qũo Auer.literam introducit modo Alex.& non modo Simpl̃.inquit. Cum declarauit modum ex quo cõtingit ista æstimatio in sensibus tactus, & non contingit in alijs sensibus per hoc,quia medium tactus est circumnatum,in cæteris est disiunctũ,incepit narrare causam & necessitatem in hoc, scilicet cur in tactu medium sit applicatum & circumnatum,in alijs non sit applicatum, immo disiunctum. ecce quomodo Auer. exponit more Alexan. Tactui autem accidit.§Reddit causam vel continuat sermonem ad dicta. Et primo colligit quomodo in tactu,& quid latet.d. Tactui autem cecidit hoc, ita φ ista intẽtio latet in eo.s.φ est plus vno sensu,ex hoc φ omnis sensus indiget medio,& animalia indigẽt pro sua salute,vt sentiant tactilia,ideo fuit necesse vt medium esset pars eius. Dixit ergo duo,Primo φ an tactus sint plures latet,& hoc propter medium esse congenitum.Secundo φ medium fuit circumgenitum propter salutem,vbi.n. medium esset extrinsecum, non semper saluaretur, & hoc dicemus statim. Et fuit.§declarat quale est hoc medium circumgenitum, & dicit φ tale medium non põt esse aer, vel aqua,& syllogismus est,nullum animal constituitur ex aere vel aqua,omne animal constituitur ex eiusmodi medio, ergo eiusmodi medium non est aer vel aqua. Maior prosyllogizatur, omne animal constat est corpore solido vel duro,nullum elemẽtum est solidum:ergo nullum animal ex elemento constat. Tunc concludit φ illud mediũ sit corpus mistum in quo terrestreitas superabundat:vt est caro in sanguineis,vel ei proportionale in exanguibus.& hoc pacto iubet hunc locum esse intelligẽdum,& ipse remouet dubium,nam per hæc verba literæ nõ habemus an tactus ĩdigeat medio. Primo enim debuit terminare quæstionem an indigeat,deinde quali indigeat:& sic sermo videtur diminutus.Respondet φ in declarando medium tactus esse circumgenitum excitauit nos ad concipiendum tactum indigere medio. nã dixit omnis sensus est per medium,cum sensus non sentiant sua sensilia tãgendo.i.absq; medio:& cũ tactus sit vnus sensuum,ergo indiget medio, & qa animalia indigent,vt sentiant sensibilia occurrentia, fuit necesse vt medium sit applicatum,& pars corporis,& sic duo dedit intelligere.s.φ indiget medio,& h̃ per rationem sensus inquantum sensus, & φ illud medium sit pars sentientis,& hoc,quia debet animal sentire nociuũ & vtile tam absens,q̃ proximum. Hæc est declaratio cõmẽti, h̃ possunt esse plures quæstiones quæ post decidentur.

ARGYR.

Indicat autem plures esse tactus,isce qui in lingua consistit. nam eadem in parte,& omnes res tangibiles,& saporẽ etiam sentit. Si igitur et cæteræ partes carnis, sentirent saporem,vnus idemq; tunc sensus videretur esse profecto, gustus & tactus. nunc autem quia non fit cõuersio,duo diuersi sensus esse censentur.

Tex.cõm.III.

Demonstrat aũt φ plures sint, qui in lingua tactus. oĩa.n.tangibilia sentit,secũdum eandẽ partem, & saporem. Si igitur & alia caro sentiret saporem, videretur vnus & idem esse sensus,gustus & tactus. nunc autem duo,propterea quod non conuertitur.

COLLEC. Tex.cõ.III.

Latini non pñt tex.hũc intelligere:& propterea sequendo Them̃.& Simp.& Ari.hic contorquet argm̃,quo pbabatur oĩs tactus vnum esse organum. est.n.oẽs tactus esse vnũ,quia caro vna sit,p quam tactilia oĩa cõphendantur à tactu.Euertitur nunc tale argumento linguæ,nam certa sui parte,tũ sapores,tum tactilia percipit, & tamẽ gustus, & tactus

& tactus non vnus sunt sensus,imo si vniuersa caro q̃ tangit ipsa etiam gustaret,adhuc differunt,quia licet oís caro gustans tangeret,non tñ omnis caro tangẽs gustaret, quia tactile differret à gustatili,propterea quia oẽ gustatile tactile,& non econuerso.ergo stante vnitate medij,vel organi potest stare dña sensuum : propter solam obiectorũ differentiam.Inquit.§Demostrat aũt ꝙ plures sunt, is qui in lingua est tactus,nã tactilia oĩa atq; saporem eadẽ parte§ .s.carnis§sentit§.s.lingua subaudi:& tamẽ tactus,& gustus differunt,ergo argm̃ prædictum,vnum.s.est organũ vel medium oĩum tactus quod si dicas,ergo tactus vnus,non militat,nam per eiusmodi euertitur instantia.Tunc subdit in quo casu esset difficultas,& dicit.§Siquidem igitur alia caro à carne linguę.§i est vniuersa corporis caro sentiret saporem,videretur sane vnum esse sensum gustus & tactus, & tunc esset aliqua difficultas, non ad rẽ, sed ad apparentiam,propter ꝙ dixit§videretur§subscribit ꝙ adhuc essent duo,& inquit.§Nunc autem sunt duo§ intelligo, nunc aũt vbi vniuersa caro non sentit omne tactile, & subaudi etiã vbi vniuersa caro sentiret omne tactile,essent duo.Cuius causam subdit.d.§Propter id quod non conuertitur.§nam licet omnis caro quę saporis est esset & tangibilium diiudicatiua, non vero quæ esset tangibilium esset omnino & saporum.Nam differentia tactilium & saporum sufficit ad diuersitatem sensuum,& sic argumentum ab vnitate organi non sufficit,cum habeat instantiam. Debes scire ꝙ hæc instantia est optima. nam gustus aliquis est tactus,& propterea videtur quasi instantia facta esse fere in similibus. Et hanc expositionem Simpl. & Them.sentire videtur, & certe bona est,licet latini laborent.

Cõm. 113. ET demonstrat ꝙ sensus.Ostendit qũo tactus est plus vno & hic,etiam quod lateat.nam caro est quasi mediũ tactus,qui est in lingua, qm̃ sentimus omnia sensibilia tactilia per hoc mẽbrum,& etiam saporem, ꝑ hoc ergo latuit, & hic concludit,qũo se habet caro,& dicit ꝙ propter hoc se habet caro,vt non instrm̃, sed vt quasi medium, & hoc probat, qm̃ si esset instrm̃ saporis non cõphenderet tangibilia,& sic tangibile.s.cõphenderet, nõ saporem. nam vnus sensus nõ habet nisi vnum instrm̃.Ex his patent duo, primum qũo latet quæstio illa. secundum ꝙ caro linguæ est veluti medium,& nõ tanq̃ organum, nam vnius sensus vnum est organum tm̃, sed plurium nihil prohibet vnum esse medium. Tertio quomodo facit difficultatem, an tactus differat à gustu.d.Si igitur alia caro,quæ est in corpore,vtpote quæ est in manibus, vel alibi sentiret saporem : vt sentit caro linguæ,tunc æstimaretur ꝙ gustus & tactus essent idẽ omnino,& tamen nulla esset via discernendi inter illos. modo autem istud non accidit, quia non conuertitur.s.ꝙ omnis caro gustans est tangẽs : sed non ecõuerso.vl̃is.n.affirmatiua non conuertitur,nisi in parte. hæc ergo vl̃is nec secundum mãm,& per accñs conuertitur: nec per se:& ẽm formam. Debes scire,ꝙ ex isto cõmento non capitur intentio textus,hec illius introductio:sed tm̃ habetur declaratio crassa verborum Ari. quantum ad mãm,sed ex verbis his nõ habemus aliquã formam in textu, & propterea si petis formam, sequere Them̃. doctorẽ lucidum.

Quæstio. *Responsio.* Sed ambiges,nam supra visus est dicere,linguam esse gustatorium & organum,hic dicit esse medium. Dic ꝙ si linguam dixit esse gustatorium,id dixit propter neruos quosdam : re tamen vera est quasi medium. *An tactus sint plures.* *Qua iuniores.* Quærunt vtrũ tactus sint plures vno,& primo ꝙ non,arguunt.nã tunc non tm̃ quinque essent sensus exterius. Deinde ad oppositum sunt omnes veteres,vt Alex.Them̃.Simp.& Auer.& Aris. In isto quæsito recentiores quidam dixerunt tactum esse vnum potentia,& plures dispositione. Nam tactus,vt potentia tactiua est vnus.sed qa vtitur in vno organo diuersis dispositionibus,dici potest esse plures.quãtum ergo ad potentiam vnus est: quãtum vero ad organi dispositiones plures,& sic concordant dicta sapientũ,hincinde. *Confutatio.* Sed hæc positio stare non potest primo quia forma multiplicatur ad multiplicationem dispositionũ proximarum,sed dispositio proxima tactiua calidi & frigidi differt specie,à dispositione frigidi & humidi,vt ipsimet dicunt,& Alex. testat: ergo forma seu tactiua potentia quæ forma est organi,est multiplicata.Secundo vna virtus non potest ęqualiter vti duobus organis proximis,vt dicit Auer.3.huius,omnis virtus est in aliquo subiecto proximo, tactus ergo vel est in proportione calidorum & frigidorum,vel in proportione humidorum & siccorum,vel in ambobus. *Cõm. 3.* Dicere eum esse in ambobus,primo & per se est dicere vnam virtutẽ esse principaliter in diuersis subiectis proximis,& sic in infinitis,quare erit in altera tantum.& sic oportet ponere alterum tactum in altera dispositione. hæc etiam positio palam est contra omnes gręcos,& contra Auer.& Auic.& ꝯ omnes directe. *Opinio Tho. & Egid.* Antiqui expositores,vt Tho.& Egid.quos Ioan.in q̃onibus secutus est, opinantur sensus tactus plures esse formaliter, vnũ vero materialiter. plures quidem formaliter pro quanto est duarum contrarietatũ,vnus vero materialiter,quia fundatur in eodem neruo qui est tactorium, crediderunt.n.quod quemadmodum eiusdem subiecti possunt esse plures proprietates, sic in eodem neruo plures potẽtiæ tactiuæ, per quarum vnam percipimus calidum & frigidum,per alteram humidum & siccum; sic ergo sunt tactus plures forma,vnus vero materia & subiecto. *Contra eos.* Sed quidam noui contradicũt hic, Primo quia si vnũ organum numero sufficit pro perceptione oĩum qualitatum tactilium,etiam vnus sensus ad easdem satis erit:ergo non oportet ponere plures ẽm formam. Secũdo,quia accidentia plura non possunt inesse eidem, nisi ordine quodam.sed oẽs tactus insunt æque primo ipsi neruo.Tertio, si sensus tactus sunt plures potentiæ : hoc ideo esset : quia contrarietates tactiles essent non reducibiles ad idem genus.vltra si ita est,tunc sensus cõis non esset vnus,quia sibi obijciuntur oẽs contrarietates omnium sensibilium non reducibiles ad idem genus. Quarto, lux & color plus differunt,quia eiusmodi contrarietates sunt vnius potentiæ, ergo & tactiles cõtrarietates. *Defensio.* Hæc argumẽta nulla sunt, ideo debes scire,ꝙ hi antiqui imaginantur duplex organũ .s.proximum,& est quædam dispositio media inter extrema.v.g.dispositio media inter calidum & frigidũ est organum proximum tactiuæ potentiæ calidorum & frigidorũ, & dispositio media inter humidum & siccũ est proximum subiectum & organum potentiæ tactiuæ humidi & sicci. Aliud organum est remotum: & hoc est neruus:vel complexio radicalis nerui,data ei ex primis principijs spermaticis.Volunt ergo ꝙ tactus sint plures quantum ad potentias,& quantum ad proxima organa: sunt tamen vnus materialiter,& quantum ad organum remotum. Tunc ad primum patet qualiter nõ sufficit vnum organũ proximum, licet sufficiat vnum remotum. Ad secundum dicendum, ꝙ illud est verum,quando illa accidentia insunt immediate vni subiecto proximo.mõ illæ duæ potentiæ insunt pluribus subiectis proximis.vni vero remoto,& sic non oportet vt insint ordine quodam.Ad tertium iam Egid. noster soluit. nam respectu vnius obiecta differunt,& non respectu alterius,respectu.n.sensus cõis obiecta non habent rationem contrarietatis,sed bene respectu obiecti particularis relati ad potẽtiam particularem. Ad vltimum de luce & colore soluit Ioan. in q̃onibus,vide quia nõ oportet adimplere quinterniones,sic igitur constat eiusmodi argumenta non concludere. Sed vtcunq; sit hæc positio est valde insufficiens. *Propria vñsio.* Dicendum ergo tandem,ꝙ dum quæritur vtrum tactus sint plures,non volumus intelligere ẽm differẽtiam numeralem,nam constat apud oẽs plures esse tactus numero,saltẽ in diuersis indiuiduis numero. nec volumus dicere plures res respectu subiecti,quia forte tact⁹ hominis differt specie & genere à tactu leonis, vt cõplexio differt à cõplexione. sic.n.in alijs dicere possumus, nã fortasse visiua aquilæ differt specie à visiua bouis. nec volumus intelligere plures essentialiter ordinatos: ita vt differant specie & gradu vt visus,& auditus,& gustus, qa sic esset sextus sensus. Nec volumus intelligere plures genere,nam apud nullos differunt tactus genere remoto:sed solum specie.Tunc dicendum, ꝙ quærimus vtrum tactus differunt specie in rõne sensus,ita ꝙ sub tactu qui est quintus sensus contineant̃ plures specie differẽtes. Ad q̃d dicendũ,ꝙ tactus põt capi pro aptitudine,& pro potẽtia. vt .n.capitur pro aptitudine,sic est quędam aĩæ sensitiuæ idoneitas,

neitas,quæ est principium tãgendi in corpore,& hoc modo consideratur,vt dria essentialis aïalis,à qua aïal est aïal. nam (vt diceř)aïal est aïal propter tactũ. & non est intelligendũ nisi capiẽdo tactũ pro tali aptitudine essentiali,qua aïa est apta esse principiũ in corpore tãgendi,& sic tactus est vno gñe:vt aïal vnum est,est vero plures specie inquãtum p drias essentiales aïal descendit ad diuersas species. imo de tactu ita dicẽdum est,quemadmodũ & de aïali ipso,& sic nullus negat hoc.Alio mõ potest capi pro potentia,& quia potẽtia nõ est aïæ,nec corporis tm̃,sed misti ex aïa & corpore: dicimus tactum esse potentiam inhærentẽ cõposito mediante aïa essentialiter: & cõplexione instrãliter seu dispositiuẽ.nam vt Alex.ait sensum tactus mediocritatem quãdam appellare possumus,q̃ in rerum sensibilium cõtrarietate versatur.Illud nãq; quod in medio sistitur,extrema iudicio cõsequi natũ est, cum vtriq; extremo & diuersum & contrarium est.idcirco fit,vt ad illa trãsmutari valeat.enimuero ad contraria trãsmutatio tẽndit. Sic igitur capiendo tactũ pro potentia,vel est mediocritas illa essentialiter:vel inest composito mediante illa mediocritate,& quia non vna tm̃ est specie mediocritas,nã altera est specie mediocritas in actiuis,altera in passiuis,oportet & tactus esse plures iuxta illarum multitudinẽ, & differentiam.sic ergo breuiter tactus,vt forma & dria essentialis aïalis est vnus gñe,vt aïal est,vt vero potentia,tot quot mediocritates,vt Alex.dicit. Sed tũc emergit difficultas: cur tactus fuit extremorũ tactiliũ mediocritas, cæteri sensus non fuerunt extremorum suorum sensibilium mediocritas,vt visus non mediocritas visilium extremorum,nec auditus auditilium extremorum.Hæc qõ pulchra est,& ardua,nec ab aliquo nostrorũ inueni eã tactam fuisse,& exquisitam. Ad hanc Alex.Aphrodisæus in lib. de Aïa rñdet .d.in tactu hæc apprime necessaria sunt: in cæteris aũt sensibus non itidẽ est eadem causa,quod eorũ sensoria haudquaq̃ in sua subã eorum quidpiã continent, quorũ misterijs delegantur.Nanq; pupilla,cũ constet ex aqua,vt cũ colore sit minime opus est,neq; vt auditus cum sono,neque item olfactui innatus & insitus vllus odor necessarius est. quod si in se quid haberent eorum, quæ recipiũt,iam & hi sensus mediocritates quædam viderentur,velut tactũ esse prædiximus.Vult ergo Alex. ꝙ nullus aliorum sensuũ fuit mediocritas suorum sensilium extremorũ,quia nullus cõstat ex illis: nam vbi ex illis constaret, proculdubio oporteret mediocritatem illorum esse, quemadmodum tactus.

Qua Alex.

Quæstio. Sed tunc ad hoc emergit altera qõ,cur non fuit necessarium alios sensus constare ex suis sensibilibus. nã sicut tactus fuit necessarium, vt constet ex tactilibus, sic & visus ex visilibus,& si non,cur non. Certe hæc qõ difficilis est.

Responsio. Ad hoc colligi p̃t solutio ex Alex.ibidem.nam cæteri sensus dati sunt principaliter propter perfectionem,& secundario pp̃ salutem. tactus ergo propter necessitatẽ primo, & secũdario propter perfectionẽ.Tu vero considera. Attende ꝙ non parũ ætas nostra debet Hieronymo Donato patricio Veneto tẽporum nostrorũ decori & lumini. nam ipse fecit latinum Alex. Aphrodisæum: qui licet apud me inueniatur græcus: tñ adeo me delectat eius ornatissima translatio,& suorum verborum ornamẽtum, vt vix curem plus eum in græco legere. profecto Alex.latinus,Hieronymo illo interprete securior & vtilior est,eo græco. debet ergo multum cetus nostrorum phorum ætatis huius tanto viro. His expeditis perspicua est solutio ad conclonẽ,& tunc patet quař tactus sunt plures,& sensus quinq;. nã ad numerũ non sufficit distinctio sed ordo. ordo autem est in his qui gradu essentiali differunt,vt.8.sumitur meta. quia igitur in tactibus non est ordo.ergo est pluralitas,& nõ numerus,& sic quinq; sunt sensus essentiali numero distincti,licet tactus plures. Tũc sequitur.2.qõ si tactus plures,quot sunt?Expositores nr̃i credunt esse duos tm̃,iuxta numerum contrarietatum in primis qualitatibus, reliqua oĩa tactilia dicunt vel cõia esse sensilia,vel ad ea reducibilia,vel ad primas qualitates, nã graue & leue reducunt ad motum,asperum & lene ad figuram, durũ & molle ad siccum & ad humidum. quidam addunt tertium.s.perceptiuum grauis & leuis,& videtur Auer.dictum. Alij addunt quartum diiudicatiuum solutionis continuitatis ex verberibus contingentis,vel alio modo & sibi opposite consolidationis. Alij reducunt hæc ad figuram. Alij addũt quintum.s.diiudicatiuum delectationis:quæ in venereis,& dolorosis,sed apud alios hæc reducuntur ad motum.Addunt & alij sextum,scilicet diiudicatiuum conuenientis, & nociui in cibo & potu. Alij reducunt hæc ad calidum & frigidum. mihi videtur ꝙ plures esse sensus tactus sciri potest ratione vel demõstratione,vt diximus cõm.108.sed an duo tm̃,vel tres, vel quatuor, vel plures nõ potest ratione demonstratiua sciri. In hoc.n.nec græcos,nec latinos inueni firmos,& propterea dicatur:sicut placet consideranti in hac re. Hæc de pluritate tactuum dicta sunt.

Quæstio. *Opĩones aliorũ diuersæ.* *Opĩo propria.*

ARGYR. *At vero dubitabit hoc loco non iniuria quispiam. Nam si corpus quidem omne profunditatem habet, atque hæc est tertia magnitudo, fieri vero nequit vt ea corpora sese mutuo tangant inter quæ corpus aliquod medium intercedit, humidumq; non est sine corpore nec humectatum, sed necesse est vel aquam esse vel aquam habere, qui fieri potest, vt corpus tangat corpus in aqua? etenim necesse est, cum extrema nõ sint sicca, in medio aquam esse, qua repleta sunt ipsa extrema. Quod si hoc est verum, fieri profecto non potest, vt corporum tactus fiat in aqua. Eodem etiam modo de ijs dici potest, quæ in aere collocantur. simili nanque modo, sese habet aer ad ea quæ sunt in ipso, & aqua ad ea quæ sunt in ipsa. latet autem nos magis in hisce quæ in aere collocantur, quã in animalibus quæ sunt in aqua, si humectatum humectatum tangit.*

Tex.cõm.111. Dubitabit autem aliquis.Si.n.omne corpus profundum habet,hæc aũt est tertia magnitudo, quorum ãt corporum mediũ est aliqđ corpus non contingit ipsa seinuicẽ tangere, humidum aũt non est sine corpore neq; humectum sed necesse est aquã esse aut hr̃e aquã, q̃ vero tangunt seinuicem in aqua cum extrema sicca nõ sint necesse est aquã hr̃e mediam qua repleta sunt vltima. si aũt hoc verum, impoře est tangere aliud aliud in aqua. Eodẽ autem mõ,& in aere. similiter.n.se habet aer,ad ea q̃ sunt in ipso, & aqua,ad ea quæ sunt in ipsa,latet autem magis nos. sicut & quæ sunt in aqua animalia,si humectum tangit humectum.

COLLEC. Tex.cõm.111. Nunc de medio tactus inquirit, & quoniam duplex est medium.s.per se adnatum,& per accidens extraneum, primo de extraneo,deinde de adnato perquirit.Causa autem (vt Simpř.inquit)huius inuestigationis est, nam dixit modum tangendi adnatum esse,deinde accepit pellicula prętenta fieri tactum, vbi & per extraneum medium videtur. vult nunc ostendere discrimen huius medij extrinseci ad medium requisitũ ad tres sensus. Dubitatio ergo sic componitur,nulla in aqua extrinseca se tangere possunt, similiter nec in aere,sed quæcunq; sunt vel in aqua vel in aere sunt,ergo nulla possunt se tangere. Duo ergo facit, quia primo probat primam partem maioris.s.ꝙ nulla existẽtia in aqua possunt se tangere,deinde ostendit secundam partem.s.ꝙ nec se tangunt quæ existũt in aere,& syllogismus primæ partis,est,quorumcũq; est aliquod mediũ non contingit ipsa seinuicem tangere. quæ se tangunt in aqua habent aliquod medium quo repleta sunt vltima, ergo quæ sunt in aqua non se tangunt. Primo ergo petit duo, Inquit. § Dubitabit autem aliquis, si omne corpus profundam habet.§ Hæc est prima petitio. § Hæc autem est tertia magnitudo,§ nam longitudo est prima causata ex motu puncti, secunda latitudo causata ex motu lineæ: tertia profunditas ex motu superficiei. Hæc est secunda petitio. His acceptis sumit maiorem. d. Quorum autem duorum aliquod medium est corpus, non contingit ipsa seinuicem tangere.§ Hæc est maior syllogismi primæ partis,deinde interponit probationem minoris. Erat aũt minor hæc,sed quæ se tangunt in aqua habent aliqđ medium aquã.s.qua repleta sunt vltima,& hoc probat,quia mediat humi-

humidum,nam videmus margines humectas vel humidas, mō constat humorem non posse esse absq; aqua,& sic mediat aqua,est aūt aqua corpus , ergo mediat corpus, & sic patet minor à primo ad vltimum dr̄. § Humidum aūt non est sine corpore,nec humectum,sed necesse est aquā esse§ si mediat humidum§aut hr̄e aquā§si mediat humectum.nā humidum est elnti,humectum est misti,ex qua hæc est minoris persuasio : deinde sumit minorem.d.§Quæ vero tangunt adinuicem in aqua cū non aridæ sint margines:necesse est aquā hr̄e in medio qua repletæ sint margines.§ & sic dedit minorem,& tetigit eius probationem. Tūc subscribit cōclusionem.d. §Si aūt hoc verum, impo'e est aliquid aliud tāgere in aqua.§& hec fuit prima pars,Deinde subscribit secundā.d.§Eodem āt modo & in aere, nam similiter se habet aer ad ea q̄ sunt in ipso ei quod est in aqua.§ addit tamen differentiam ex parte nostra.d.§Latet āt magis nos§.s.ꝑ assuetudinem quā in ipso habemus § quemadmodum,& quę sunt aīalia in aqua§latet§si humectū tangit humectum§.s.propter assuetudinem eorum in aqua.

Quæstio. Sed circa textum hunc ambiges primo,ad quid duę primę petitiones sunt acceptæ.videtur.n.superflue. Responsio. Dici potest, quia quis potest dicere elemētum simplex carere profundo,vt quidam veterum dixere,accepit ergo omne corpus habere profundum,siue simplex sit,siue mistum. Quæstio. Secūdo ambiges, quia non videtur necessarium ꝙ vbi humidum, ibi aqua,& vbi humectū,ibi aqueum. Responsio Cōm. 67. Dici potest,vt Auer. sentit.3.cœli.ꝙ humor aqueus est accn̄s proprium aquæ, humor aereus accidens primum aeris : calor accidēs proprium ignis,siccum terræ &c.modo impossibile est accidens proprium esse absque subiecto eius : & propterea si inter margines inuenitur humor aqueus, vel humectum , necesse est ibi esse aquam vel aqueum , similiter si humor aereus dicatur. Ex hoc perspicuum q̄ subtilissime Auer. .3.cœli prædicto commento accepit contra Auic. omne elementum intendi & remitti. Nam supposuit accidētia elementorū esse propria elementis, ipsaq; intēdi & remitti,quare & subiecta,aliter posset subiectum stare absq; toto proprio tu vide nostrum librum de mistione Antonio Iustiniano patricio Veneto ætatis nr̄æ decori dicatum.

Cōm.113. CVM declarauit. In presenti continuatione notatur intentio:& causa intentionis,sed causa intentionis à Simplicio dicta est aliter.Dixit.n.hanc.q.esse inductam,vt oñdatur differētia inter tactum,& cæteros tres sensus.Auer. autem.d.necessitatem qōnis esse ad ostendendum, an sola caro sufficiat,& ambæ bonæ sunt. Et cum ita sit.§ hic recentiores colligere enituntur de mente Auer.corpora similia in dissimili regione non posse esse attigua & immediata,vt sicca in aqua,& humida in igne. nam Auer.ait dura,& sicca non posse esse attigua & contangentia in aqua, quin margines humectent,& humor nullus pōt esse absq; proprio corpore,quare mediat corpus.an corollarium sit in se verū posterius dicemus, nunc vero scias istud nec sequi,nec colligi ad dicta posse. nam ex vna singulari nō sequit̄ vniuersalis.modo hæc est vna singularis,sicca corpora non possunt se tangere in aqua.hec est vniuersalis,quęcunq; similia non possunt se tangere in regione dissimili, & faciunt Auer.in logica mācum. Et ita est de aere sicut de aqua§.d.hæc tria. Primum est durum non tangere durum in aqua,quin mediet aliquid,patet ad sensum,nam sensu videmus margines humectas. Dicit secundo,ꝙ hæc humectatio in aere latet,sed ratione probatur.Est autem ratio à simili: nam non maior ratio est de duris in aqua, q̄ in aere. Addit tamen ꝙ aīal aquatile, vt piscis sentiret, hanc humectationem aeream,quemadmodum nos illam aquæ. At addunt quidam esse ad intentionem Auer.ꝙ nos in rei veritate nihil tangimus nisi ꝑ mediationē aeris vel aquæ, & hoc est contra quosdam.d.Arist . hæc non dixisse determinatiue,sed disputatiue. sed an hoc verum sit, postea dicemus. Reliqua commenti perspicua sunt.

An duo corpora dura possunt se tāgere in aqua vel aere. Ambigunt recentiores circa dictum Aris. an.s.duo corpora dura se possunt tangere in aqua vel in aere.In isto q̄sito recentiores fecerūt chaos,& maxime sophistæ,& nos accipiemus probabiliora,& magis consona Aris.& Auer. & græcis, & latinis expositoribus. nam illud probabilius est,quod pluribus sapientioribus videtur.

Quidam ergo volunt propōnem Ari.esse sic intelligendam, impossibile est duo corpora mista dura discontinua se immediate tangere. Dicūt primo dura : propter vinum & aquam. Dicunt secundo mista propter elemēta, quæ se imediate tangunt. Dicunt tertio discontinua,ꝑpter duas medietates columnæ q̄ se tangunt. Dicunt quarto propositionem esse legendā in sensu composito,& nō diuiso, q̄a inductiue duo corpora dura mista discontinua pn̄t se immediate tangere.nam demr̄atis duobus corporibus plumbeis,ita pn̄t seinuicem tangere : cum possint liquefieri,& inuicē misceri,& sic sunt,vel possunt esse duo corpora dura mista discontinua, quare &c. Probant hi ratione extra Aris.verba inducta,& est ratio cōis omnium sophistarum. nā dato opposito, aut aliquid moueret̄ ita cito ad partem remotam,sicut propinquam: aut daretur vacuum,q̄m sumptis duobus corporibus planis,si ipsa tangerent se immediate, sequetur ꝙ si incipiens vnum ab altero eleuaret : ꝙ partes laterales aeris immediate post hoc erunt in centro vel non,si sic,ergo æque cito mouebuntur ad partē remotam,sicut propinquā.si non,ergo immediate post hoc erit vacuum in centro, quod erat probandum . Addunt & alij verbum Arist. esse intelligendum de corporibus duris ad planiciem vergentibus . nam si sunt duo corpora.s.vnum sphæricum perfecte : alterum perfecte planum, non oportet sphæricū tangi à plano mediante aere,quia sphęricum planū tangit in puncto.Vr̄ mihi primo ꝙ conditiones hic notatæ sunt superfluæ & non sunt addendæ, nisi illæ Aris. in litera.Nam si dr̄ dura, superfluit dicere mista , quoniam nullum corpus simplex est durum,sed bene siccum. Durities.n.est qualitas misti.4.meteo.si etiam dr̄ duo corpora, superfluit dicere discontinua.nam partes continui nō sunt duo corpora nisi potentia . similiter virga , cuius vna pars viridis,altera sicca est, nō est duo corpora,sed vnum,propter mām,licet partes differunt forma. Quod vltimo additur.s.ꝙ ambo sint plana superfluit.nam non datur perfecte sphæricum in nā,vt diximus cōm.13.huius primi:& sic omne sphæricum tangit,planū in plano,licet illud sit paruum. an propositio legenda sit de sensu cōposito,an diuiso Arist.non aduertit in textu nec ab aliquo expositore illud annotatum est.propositio ergo Arist. sic nude intelligitur vt iacet,quæcunq; corpora dura se tangunt in aere, vel aqua necesse est inter ea aerem vel aquā mediare. Inquantum dicit corpora dura notat illa esse mista . inquantum dicit se tangunt,notat illa esse duo,& discontinua,nā se tangentia esse duo constat.Hęc propō est necessaria de necessario, & intelligas de corporibus duris inquantū dura,q̄a inquantum reddun̄t mollia possunt tāgere se immediate.Arist.ad hoc mouet̄ necessitate materiæ.Nā hæc ꝑpositio est necessaria,ꝑꝑ ipsa corpora esse dura:& hoc nouit experiētia. nā inuenit ꝙ si corpora dura plana cōpacta in aqua mergant̄,margines erunt humectæ,& per ꝯns mediauit humor,& cū humor non sit absque aqua , mediauit aqua,& ꝑ idem à simili cōiectauit in aere , & sic hæc fuit necessitas materiæ. Alij addūt hāc esse necessariā necessitate finis. nā tactorium plus lęditur à duro corpore q̄ molli,quia durū actiuius est,ergo fuit ꝑꝑ tutelā tactorij necessariū semper inter tactoriū,& rem durā tactā mediare mollem,vt aerē vel aquā. & sic durum non immediate tangi à duro fuit necessariū,& propter mām,& propter finē. Hæc sine dubio vr̄ positio oīum peripateticorū,vnde Them.& Auer.clare enitunt̄ hanc positionē defendere . Sed quidā nouelli instāt ꝯ hanc pōnem,Primo q̄a si quiescēte.A.molari sup terra.B.molaris moueat̄ in aere , certa velocitate versus.A.Tūc aer debet recedere, nā aer interclusus nāliter appetit moueri supra.B. sicut nāliter oē leuius supra grauius,nec aer ille resistit:q̄a tota sphæra nō resistit grandini: ergo nec ille paruus aer illi molari.imo parua gleba terræ descendit in aqua,ergo B.molaris in illo aere.Secundo aurū & argentum inuicem consolidari pn̄t,quæ tamen sunt corpora dura.Tertio,tūc securis nō posset immediatē tangere lignū. Quarto,tunc q̄libet domus esset discontinua ĩ tot partes quot sunt lateres. sir̄ oīs domus esset in aere. Sexto tūc vulnerans non tāgeret immediate vulneratum.

ratum. Septimo sequitur ꝙ dentes teretes panem immediate non tangerent eum. Octauo, tunc campana nō immediate tangeret à martello. Nono addunt Vrbani, tunc ortopigium nō tangeret vuluam. nam intercideret aer, & multa alia addi pñt. Videtur mihi ꝙ conclusio Arist. sit satis probabilis, nō tñ est inducta per demrones necessarias. eam.n. acceptamus non tanq̃ simpliciter certam, sed tanq̃ minus erroneam. Hęc argumenta soluuntur à recentioribus. Dicunt.n. ad primum, ꝙ ille reductus ad minimũ resistit in virtute naturæ vl̃is, vz.s. saluatur necessitas materiæ, & necessitas finis, & esse minimi, quo minus dari õn pōt, & sic ille aer intercisus nã propria appetit moueri super graui, sed nã vniuersali appetit stare illic. similiter aer ille resistit toti molari, sed totus aer non grandini: quia ibi cōcurrit resistentia vniuersalis naturæ. in grandine non, & similiter de parua gleba dicatur. Ad secundum dicendum, ꝙ illa sunt vnum corpus ẽm materiam, non autem ẽm formam. Ad quartum dicũt ꝙ securis simul, vt dicit Aris. percutit aerem, & lignum, vt in exemplo de scuto vr̃. Ad tertium dicendum, ꝙ est continua ẽm materiam: licet forte ẽm formam sit discontinua, & sic non oĩs domus est in aere, quia continuatur ẽm materiã ei in quo residet. Ad oĩa alia dicatur, vt dictum est de securi. vide nouellos: q̃a pulchrè dicunt ad hæc. Sed ꝯ nonnulla horum instant aliqui fortissime. nã cum infinito modico aere pōt saluari intentio naturæ vl̃is, ergo. B. molaris semper descendet. Secundo pōt saluari vacuum in eleuatione duorum molariũ, ergo illud non est intentio naturæ vl̃is. Antecedens patet, quia potest. B. molaris successiue eleuari ab. A. molari, & successiue aer intrabit. Tertio eadem ratio est de molli & de duro, quia molle corpus pōt ab alio corpore eleuari, & tunc arguatur vt prius de duris. Quarto ꝙ A. corpus durũ tangat. B. corpus durum, nihil ad nãm vl̃em, ergo solum illud esset verum in tactu, quia tunc saluatur intentio naturæ. Et multa alia dici possunt quæ diligens studiosus perquirat. Ad hæc dici pōt ad primum ꝙ intentio naturæ nō pōt saluari cum infinito modico aeris, q̃a illud non est dabile. nam oẽ ens nãle est determinatum ad maximum, & ad minimum apud Ari. & Auer. vt nunc suppono. intentio ergo vniuersalis saluatur cum aere certæ quantitatis, vt. v. g. vsq; ad minimam. nam infinitus modicus aer est res imaginabilis. Ad secundum vel saluatur vel non vacuum, hoc argumentum non mouit Arist. sed Arist. mouetur ab experientia, & necessitate materię & finis. s. propter vtilitatem tactori. Illud aũt argumẽtum additum est disputatorium. similiter & ad tertiũ dicatur. nam licet quantum ad eleuationẽ fortasse esset eadem rō, non tñ quantũ ad vtilitatem aĩalis. & necessitatem materiæ. Ad quartũ dicendũ ꝙ actio naturæ est vl̃is, nec est inconueniens finẽ esse particularẽ, sed effectum esse vniuersalẽ natura. nã.n. propter tactoriũ ne lædatur, fecit vt nullũ durum tangat durũ, & sic finis est particularis, & effectus est vniuersalis, quia nã agit vl̃r. sic igit̃ probabiliter vr̃ esse tenenda opinio peripateticorum. Sed circa argm̃ additum à sophistis de A. & B. molaribus. Nouelli faciunt longas orões: & vtinã dicerent aliquid certi. habemus.n. solũ hoc certum ꝙ ipsi sunt incerti. & ꝙ argm̃ est disputatorium. Nã quidam dicũt ꝙ in eleuatione. B. ab A. aer extrinsecus existens subito mutabit ad centrum, & sic aer mutabit̃ infinita velocitate. Ex hoc tñ non sequitur aerem mouere in instanti. nam in aliquo instanti B. incipit eleuari per remotionem de presenti, & in eodem incipit aer mutari ad centrum ꝑ remotionem ẽt de p̄senti. causæ aũt quare infinita velocitate moueret̃ aer, sunt, primo quia ibi deficit resistentia intrinseca, nam nihil resistit sibi, vt dicit Auer. 3. auscul. physicæ. similiter aer ille appetit replere spatium ne det̃ vacuum, nec est ibi resistentia extrinseca. cũ nihil mediet inter margines. A. & B. corporũ, & sic infinita velocitate aer mutabitur. Hæc r̃nsio videtur dissona, nam licet saluet eleuationem q̃ est de approximatione, tunc.n. aer expellendus infinita velocitate expelleretur, quia immediate ante primum instans contactus expelleretur à centro ad circunferentiam illorũ corporum. hoc tamen falsum esse vr̃, nam aer expellẽdus est finitæ potentiæ, potentia ẽt ipsum expellens est finita: & aliquanta

Cōm. 71.

est resistentia, saltem extrinseca, q̃a aer lateralis continue resistet tali expulsioni: vt patet. aer ẽt expellendus illi expulsioni resistet, licet cōtinue minus, & minus. Certe hæc replica non cogit, & supponatur (vt dicunt primi) ꝙ si ille aer successiue expelleretur, tunc daretur vacuum. secũdo puto ad mentem illorum, ꝙ (ne detur vacuum) non est inconueniens aliquod mutari subito, vt dixerunt. Tunc dicendum ꝙ aer expellendus non resistit expulsioni, q̃a non expellitur extra propriam sphæram. in propria.n. sphæra nullum elementum violenter mouetur. Secundo non resistit expulsioni ad saluandum vacuum, vt diximus. Tertio aer lateralis non resistit: quia est in propria sphæra. & vt ne detur vacuum, quare argumentum est solutum. Nã infinita velocitate expellitur aer, propter carentiam resistentiæ intrinsecæ, vt dicebatur ergo in approximatione infinita velocitate expelleretur aer, & ĩ eleuatione similiter infinita velocitate, mouebitur aer ad centrum. Quidam alij sophisticando magis, ad argumentum illud principale dicunt, ꝙ loquendo de aere totali non æque cito veniet ad centrum, & ad punctum medium, sed quilibet qui aliquando veniet ad centrum prius deueniet ad pũctum medium, & tunc non dabitur vacuum, quia q̃ cito erit aliquis aer in puncto medio: tam cito erit alius in centro, & formãt casum ad hoc quem videte si placet. Prima tamen responsio fortasse esset Auer. in. 4. auscult. physicæ. Et hæc secunda licet differat verbis ad prima, oportet vt tandem cum tota sophisticatione sua veniat ad illam, vt considerãti patet. Sunt quidam qui respondent ad experientiam Arist. dicunt.n. ꝙ si de facto. A. & B. se tangerent adæquate, & tũc sine aliqua ipsorum, vel suarum partium eleuatione ponerentur in aqua, deinde extraherentur, ꝙ margines illorum non essent humectæ, quia vero raro inueniuntur molaria perfecte plana, ideo dictum Arist. est, vt in pluribus. Miror profecto arrogantiam horum, credunt enim intãtum sophisticationibus ꝙ ad tantam veniunt insaniam, vt negent sensum, nec verbum Aristo. considerent. Arist.n. ait, ꝙ duo plana, etiam perfecte plana dura nō possunt se tangere in aqua, vel aere, quin mediet aliquod horum. Nam si in medio aquæ fiat hæc approximatio, & contactio: dicit ꝙ eleuatis inueniuntur centrales margines lotæ: & hoc docuit experientia, & similiter si talis attiguitas fiat in aere. isti vero temerarij aiunt ꝙ molaria debent cōtigua existentia submergi in aqua, & postmodum iterum detrahi ad aerem olfactui, & Aristo. ponit casum de contactu qui fit in aqua, quia ibi reperitur aqua. de aere vero ꝙ nō sentitur, at isti euertunt, & verba, & casum, & omnia confundunt, vtinam certe viri isti laborassent ad intelligendum Aristo. quemadmodum ad euertendum eum, & ad apparentiam ostentandam. Hæc ergo sint quæ de hoc quæsito mihi videntur.

Cōm. 71.

ARGYR.

Vtrum igitur oĩum simili modo sit sensus, an sensuũ quidam, vt nũc videtur, eodẽ, quidam diuerso modo obiecta sua percipiant, gustus quidem profecto non ita est, sed durum etiam & molle per alia & tactus tangendo, cæteri aũt eminus? At id plane sentimus, quemadmodum & id quod sonat, & visile, ac odorabile. verum hæc quidem, eminus, illa vero, cominus sentiuntur. Quapropter latet, si per medium illa percipiantur. nam sensibilia cuncta, per medium sentiuntur, sed in illis idipsum latet, vt diximus. Enimuero si per subtilem pellem, vt prius etiam est dictum, positam circa carnem sentiremus omnia tangibilia, idipsum non animaduertentes, sic nos tum vtiq; sentiremus vt nunc in aere sentimus & aqua. nunc enim videmur res ipsas tangibiles tangere, & nullum medium esse.

Tex. cōm. 114.

Vtrum igitur omniũ similiter sit sensus, an aliorum aliter sicut nunc videtur, gustus quidem & tactus tangendo, alij aũt de longe? Hoc ãt non est, sed durum & molle ꝑ alia sentimus, sicut & sonatiuũ & visibile & odorabile. sed alia quidẽ de longe, alia vero de ꝓpe. Quapropter latet qm̃ oĩa sentimus ꝑ mediũ, sed ĩ his latet.

Et quidem

Et quidem ſicut diximus prius, & ſi per pelliculã quæ nos lateret ſentiremus omnia tangibilia, ſimiliter vtiq; haberemus, ſicut & nunc in aqua & in aere. putamus enim nunc ipſa tangere, & nihil eſſe per medium.

COLLEC. Tex.cõm.114.

Concluſit tactorium indigere extrinſecus medio, tunc ambigit.d.§Vtrum igitur omnium§.ſ.ſenſoriorum vel virtutum ſenſitiuarum§ſit ſimiliter ſenſus§.i.tactus ſentiendi. §an aliorum.§.ſ.ſenſoriorum vel ſenſuum§aliter§actus & modus ſentiendi§quemadmodum nunc vr̃. guſtus quidem enim & tactus in tangẽdo cæteri vero§in ſentiendo§à longe§qõ igitur hæc eſt aliquid.ſ.petens, aliud vero quærens. petit enim per determinationem præcedentem, tactũ indigere medio extrinſecus, quærit aũt vtrum eodem modo oẽs ſenſus indigeant medio illo extrinſecus, & quia quæſtio hæc emergit ex ſolutione prætacta, appoſuit illationis notam igitur. Hoc aũt§vt Themiſtio vr̃: ſoluit,& vult ꝙ omnes in ſentiendo indigeant medio,vt diximus,ſed tactus & guſtus indigent medijs iunctioribus,atque propinquioribus,cæteri vero remotioribus, vnde tactus & guſtus per breuius allici atque agitari videntur,cæteri ꝑ longius,atque diſtantius.Inquit.§Hoc autẽ non eſt.§.ſ.ꝙ non indigeant medio §ſed & durum & molle ꝑ altera§.i.ſeiuncta media§ſentimus quemadmodũ,& ſonatile, & viſile, & odoratile.§& ſubſcribit differentiam.d.§Tamen hoc quidem à lõge§.ſ.apud tres ſenſus. §illud vero à prope§ apud tactum & guſtum ſit & ſentitur,ſic ergo patet primo conuenientia.ſecundo differentia horũ. Sed ambiges ſi molle ſentimus per medium alterum & extraneum, tunc eſſet proceſſus in infinitum. Reſpondetur, ꝙ durum ſentimus intrinſecus,& extrinſecus medio, molle vero per alterum non.ſ.extrinſecum,ſed ab organo:vtpote per carnẽ quæ altera eſt à neruo, qui eſt organũ. Propter quod§ quaſi cõcludit ſecundam differẽtiam ex dictis. ſequitur.n.ex dictis, ꝙ nos tãgere vel guſtare medio extrinſecus lateat, & hoc propter eſſe prope. Addunt nunc & ſecundam rõnem acceptam ex cõgenitura.latet enim medium illud, tum quia prope pertenue atque exile eſt: tum quia(vt inq̃t Them̃.) congenitum & aſſuetum,& hoc ſubſcribit.d. §Propter qđ latet nos omnia ſentire per medium, ſed in his§.ſ.guſtu & tactu§latet, & quidẽ vt & prius diximus§ ſi & per mẽbranam.ſ.chirothecam tenuem §cũcta tactilia perſentiremus, intercidente ignorato§& non aĩo aduerſa chirotheca §ſimiliter ſane haberemus veluti & nunc in aqua & in aere. nam putaremus ipſa§.ſ.tactilia §tangere & nihil eſſe inter medium.§ergo ſecunda differentia eſt, ꝙ medium extrinſecum in guſtu & tactu latet,in cæteris medium patet. Debes tamen ſcire ꝙ etiam apud græcos altera eſt dr̃ia. nam in cęteris medium extrinſecum eſt vr̃e ad oĩa ſenſibilia, in tactu vero & guſtu: particulare.ſ.ſolum reſpectu aridorũ, licet Auer.commen.115.infra facit etiam illud vniuerſale,ſed poſt videbitur.

Quæſtio. *Reſpõſio.*

Commen.114. Confutatio.

E T cum fuerit. Auer.textum paraphraſtice exponit,& præmittit primo quid Alex.accepit:vt conceſſum.ſ.ꝙ corpora arida non pñt ſe tangere in aqua:vel in aere, & vr̃r in corpore molli niſi mediet aer,vel aqua: vt diſputatum eſt. Tunc dubitat vtrum ſenſatio fiat in omnibus eodem mõ: vel in quibuſdam quidem ſic:vt in tribus, in quibuſdã vero non: vt in duobus:& Auer. aliter introducit textũ q̃ græci.Auer enim petit de medio,græci ſupponunt medium:& petunt de modo medij. Aut non eſt.§reſpõdet ꝙ in omnibus per neceſſarium eſt medium extrinſecum:vt argm̃ cogit. Sed tamen.§ponit dr̃ias.Prima eſt, quia tactus & guſtus indigẽt medio pertenui:& paruo:cæteri amplo & magno. Sed illud.§Secunda differentia eſt,q͞a medium apud guſtum & tactum latet,apud cæteros conſtat. probat, q͞a ita eſt de illo medio,vt ſi inter noſtrum tactorium: & rem tactam mediet membrana,illam non animaduertentes.ſed tunc per eiuſmodi oĩa ſentimus, ergo ꝑ id medium poſſumus omnia tangere,& ſic concludit,ꝙ in rei veritate nihil ſentimus:niſi per mediationem aeris vel aquæ: vt in cæteris fit. Ambigit Them̃.quõ poteſt alias tangere: cũ nec ipſum res tangat: nec tactus eius, ſed medium illud ꝑ qđ tactus impellitur? vnde poteſt ſyll̃s componi ſic, ſe tangentia ſunt,quorum nihil mediat.5.Phyſic.ſed inter tactorium & rem tactilem aliquid mediat,ergo non ſe tangunt.

Quæſtio.

Reſpondet Them̃.ꝙ tactus vno modo ſumitur vniuerſaliter prout ſe extendit ad attiguas, vt dicimus, magnitudines,circulos &c.id genus ſe tangere, & ſic loquit̃ Ariſt.5. Phyſi.Secundo modo tangere dicimus.cum percipiuntur à tactu,& hoc modo capitur hic, quia igitur in tactu tangere non eſt coniungi: ſed percipere & ſentire,& nihil ꝓhibet quin aliquid intermedium ſit. Argumẽtum ergo eſt ſophiſticum, quia tactus eſt nomen æquiuocum ad ſenſum,& ad corporum diſpoſitionem, qua aliqua dicuntur ſe tangere, quorum vltima ſunt ſimul.Tu vero conſidera, quia diffuſe loquitur.

Reſponſio.

Intereſt autem inter tangibile,& ea quæ ſonant, & viſibilia.nam hæc quidem ſentimus, medio in nos aliquid agente. at tangibilia ſentimus, non à medio, ſed vna cum ipſo medio moti, vti fit cum quiſpiam per clypeum eſt percuſſus. non enim percuſſus clypeus percuſſit, ſed fit vt ambo ſint ſimul percuſſi, clypeus atque miles.

ARGYR.

Sed differt tãgibile, à viſibilibus,& ſonatiuis. ꝙ hęc quidem ſentimus ex eo quod medium mouet aliquid nos,tangibilia vero non à medio, ſed ſimul cum medio,ſicut per clypeum percuſſus.nõ enim clypeus percuſſus percuſſit, ſed ſimul accidit vtraque percuti.

Tex.cõm.115.

Apponit dr̃iam inter medium extrinſecũ tactus,& aliorum trium,& inquit.Sed differt tangibile à viſibilibus, & ſonatiuis, ſubaudi q̃tum ad hoc, vt ꝑ media ea ſentiamus, quod declarat,& inquit,qm̃ illa.ſ.viſibilia ac ſonatiua ſentimus,ex eo ꝙ aliquod medium mouet nos, tangibilia vero non ſentimus à medio: ſed ſimul.ſ.tempore ac natura: cũ medio ſup.ſentimus, ſicut ꝑ clypeum percuſſus ſup. ſimul ictum cum ſcuto ſuſcipit.Quod declarat.d.Non enim clypeus percuſſus prius percuſſit, ſed ſimul accidit vtraque percuti,& ſic patet differentia vna tantum in litera.

COLLEC. Tex.cõm.115.

S E D licet conſequitur.Auer.reſumit.Primo quodammodo conuenientiam.d.Sed licet conſequitur ex hoc ſermone,quod tangibilia non ſint niſi per medium ſicut tres ſenſus. Eſt ergo h̃ conuenientia.ſ.ſenſus hos oẽs ꝑ extrinſecum medium ſentire. Subdit differentiam.d.tamen opinandum eſt,ꝙ actio medij in hoc ſenſu non eſt ſicut actio medij in illis. Quod exponit.d.ſed tangibilia differũt à coloribus,& à ſonis in hoc,ꝙ indigent medio,quia ſenſibilia in illis tribus primo agunt in medium, deinde medium in nos,tangibilia aũt inſimul agũt in nos:& in medium.h̃ igitur eſt dr̃ia prima. Sed debes ſcire.§mouerũt veteres hoc in loco.q.ad Ariſt. videtur enim ꝙ ſimul fiat medij motio in viſu,ac medio viſus,cum viſio in inſtanti multiplicatur, ergo viſus eſt quidam tactus. Hoc perſoluit Auer. & inquit. Sed debes ſcire hic per ſimul non ſup.ſimul tempore.ſ.ꝙ in eodem tempore patitur medium & ſenſus à tangibilibus:ſed in illis duobus temporibus diuerſis. æſtimat̃ enim ꝙ viſus & aer alterantur à colore in eodẽ inſtãti, ſed intendit hic per prioritatẽ & poſterioritatẽ prioritatem ſecundum cãm.i.ſecundũ nãm. in tactu aũt medium & ſenſus mouentur inſimul à tangibilibus.Eſt ergo ſol.q.ꝙ, per ſimul intelligit ſimul natura: in tactili, & tactu,& medio, in illis vero intelligit prius ẜm naturã & non tẽpus. Sed adhuc petes ſi prius ẜm cãm & nãm immutet̃ mediũ in viſu q̃ viſus: non ſic vero in tactu medium,quo genere cauſæ immutat ſenſum viſus? Prioritas.n.naturæ dicitur tot modis quot ſunt cauſæ. Dicerem ꝙ eſt ibi prioritas cauſæ agentis inſtr̃alis: vt Auer.dixit.viſibile.n.primo mouet medium in genere cauſæ agentis, medium quippe motum mouet: & viſus ſenſorium in genere inſtrumenti: & hoc ſat eſt. Sed medium.§Quodammodo ponit ſecundã differentiam medij reſpectu tactus, & aliorum.d.Sed medium ſup.in tactu nihil facit in hoc.i.in tactiua operatione, ſed eſt aliquod accidens ex neceſsitate, non ꝙ eſt neceſſariũ in ſenſu,ſicut medium eſt neceſſarium in eſſe aliorum. Et ideo aſsimilauit.§Huius differentiæ reddit ſignum quoddam ſumptum ex Ariſt.verbis & inquit. Et ideo aſsimilauit paſsionem noſtram à tangibilibus paſsioni noſtræ à percuſsione

Commen.115. Dubitatio. Solutio. Dubitatio. Commen.73. Solutio.

percussione mediante scuto. quod declarat per id qđ subdit.} Quemadmodum igitur,} & sermo hic patet. Et tũc recolligit sol.d. Simul igitur debemus intelligere priuationem prioritatis, & posterioritatis in cã, non in tẽpore: & tunc iterũ resumit dñam dictam.d. Et intẽdebat ꝑ hoc declarare, ꝙ istud non est medium: nisi quod est necessarium omni sensui in sentiendo, sed medium quod hmõi est. s. sĩr ad medium triũ sensuũ: in hoc sensu est caro: & hoc si diceretur medium erit ẽm accidens. sic igitur intelligẽdus est iste locus, non ꝙ Arist. dubitauit in hoc: & nõ compleuit, nec declarauit modũ ẽm quem dicitur ꝙ tangibilia nõ sentiuntur: nisi ꝑ mediũ extrinsecũ. Sed ambiges, qũo mediũ extrinsecũ est necessarium tactui ꝑ accidẽs, vř. n. quod per se. quod enim inest alicui ꝑ naturam cõem ei, inest ei ꝑ se. modo sentire ꝑ medium est tactui per sensum cõiter acceptum omnibus. Et dicendum: ꝙ in actione duo sunt consideranda. s. sentire per medium. & sentire ꝑ medium extrinsecum. sentire quidem ꝑ medium inest ei ꝑ se: inq̃tum sensus, sed sentire ꝑ medium extrinsecũ inest ei, inq̃tum est in organo: ac medio duro, sicut est caro: qđ non põt tangi à tangibili, nisi mediet aer vel aqua: & sic ꝑ accidens competit tactui, cũ sibi ꝯpetat per rõnẽ corporis duri, quod vt sic extraneũ est à rõne tactus & hoc pauci cõsiderant, & negant Auer. propter ignorantiã eorũ. Secundo põt quæri quæcunque duo patiuntur ab aliquo agente æquo: primo sunt in eodẽ loco adæquate, ergo si caro, & aer à duro paterentur adæquate, tũc aer, & caro sunt in eodẽ loco adequate. Respondetur ꝙ instantia deest de visu & visibili. Ideo dicendum ꝙ non est verum in actione spiritali. Neq; etiam.} Tũc ex dictis Auer. remouet. q. antiquorũ. d. Alex. in lib. de sensu & sen. & Them. non hic: vtputo, sed ibidem, & primo proponit eorum motiuum. d. Neque etiam Aris. in hoc sermone fuit valde oblitus: sicut dicit Them. & alij, & ponit cãm obliuionis eius: vt dicunt, dicunt. n. ꝙ nos, si concesserimus ꝙ tangibilia non cõpræhenduntur in aqua & aere: nisi mediantibus istis, quid possumus dicere in cõpræhensione qualitatũ sensibilium in istis duobus medijs, & hec fuit Arist. obliuio cũ nõ soluit hãc. q. Et ego dico} Auer. soluit. d. & ego dico ꝙ obliuio fortis nõ fuit: nisi ad iacẽtẽ hũc sermonẽ, licet sit valde difficilis vt apparet. obliuio ergo est ab expositoribus, qm̃ Aris. cũ erat vir tãtæ auctoritatis nõ ꝯsentanee debuit in hoc leue descendere, sed hoc officium erat eorũ. quare cũ solonẽ nõ dederũt, obliuio ascribatur eis. Omne. n. animal.} Soluit tñ, & inquit. Omne. n. animal quod innatũ est esse in aqua, aut aere, nõ sentit aliq̃ qualitatẽ caliditatis aut frigiditatis in eis, si fuerint in simplicitate, quam debent habere. Quia est locus eius.} Sol. hanc probat dupł, primo sic, omne sensibile est ꝯtrariũ sensui. sed aer vel aqua est vnigeneũ: & non cõtrarium: cum sit locus naturalis, quemadmodum in 4. physice auscultationis dixit Arist. & ipse ibidem. Et cum ita.} Sed quispiam ad Auer. instaret, nonne sentimus aeris frigiditatem, ac q̃dẽ aquæ, vt hyeme & alio tẽpore? Cui Auer. respondet, & inquit. Et cum ita sit, aĩal non sentit calorem, aut frigus in aere, aut in aqua, ipsis entibus puris, nisi qñ cum eis admiscentur corpora calida: vt æstate, aut frigida. s. hyeme. s. vapores, quorum alij ab aqua, alij à terra eleuantur. & dices porro. d. Auer. quid tunc sentimus, an quidem aerem sic mistum, an vapores mediante aere. s. mediatione ente inter nos: & corpora. Soluit quippe. d: Illa ergo corpora sunt alia ab aqua & aere naturali, & cũ ita sit, id quod accidit ex hoc: qñ sentimus ꝙ aer & aqua calefactus est, aut infrigidatus, id idẽ accidit in corporibus quæ apparent visui esse alia ab aere & aqua. Et declarat q̃d velit dicere, & inquit. Et dico sup. esse sic, ꝙ nos nõ sentimus ea corpora calida vel frigida entia ĩ aere: vel aqua: nisi mediante aqua vel aere naturali: vt declaratum est in sermone prædicto. vult ergo nos sentire vapores mediante aere vel aqua: tanquam per medium extrinsecum, vt in visibili accidit respectu visus. Et si aer & aqua.} Dat & secũdam rationem propositæ sol. d. Et si aer & aqua cõtinentes animalia haberent qualitatem contrariam: tunc impedirent compræhensionem qualitatum cõtrariarũ ab animalibus. Consequentiam probo, qm̃ (vt superius diximus) oportet medium esse denudatũ à natura rei; cuius medium est delatiuum: sicut dixit. medium enim soni absonum & coloris incoloratũ: dixit etiam. Et propter hoc quod diximus.} Redit Auer. adhuc ad primam, nonne aqua pura calefieri potest, atque aer purus, ipso ente puro? Soluit quasi corollarie. d. Et propter h̃ quod diximus, non est opinandum aquam calefieri: dum est aqua pura, neque ꝙ aer infrigidetur: dũ est aer purus. sed hoc. s. calor & frigus accidit propter corpora. i. vapores admista cum eis calida aut. frigida, & hoc fecit dubitare hoĩes. huius reddit cãm. d. itaque frigiditas est accidens inseparabile aquæ, sicut calor ignis. ergo sicut oẽs tenent ignem nõ posse frigescere remanentem in sui puritate, ita & de aqua. Et ita æstimatio.} Reddit aũt cãm, cur contrarium huius potius ac facilius creditur. d. Et ista æstimatio accidit sup. in credendo ea posse alterari, quia vulgus consueuit vocare aquam, dum liquæfactio remanet in ea. i. omne humidum & liquidũ, licet in rei veritate nõ est aqua pura, sed admista. Ista. n. qualitas. s. humor est magis cognita omnibus qualitatibus aquæ sicut calor in igne, & ideo vulgus non absolute vocat ignẽ, qui infrigidatus est, propter admistionem corporum frigidorum, & forte vocant ignem corpora calida, vt flammã ac carbones, licet sint humefacta per mistionem, dum remanent calida colore igneo. ecce igitur causa dubitationis vulgaris æstimatio. quod enim famosius notius est.

Sed primus expositor obijcit ad Auer. ĩ duobus. primo in eo ꝙ inq̃t Auer. corpora nostra nõ pati ab aere aquaq; quia loca sunt. ad hoc Hercules instat: qm̃ primo elemẽta patiuntur à locis, & nos non sumus in loco nisi per elementa, ergo & nos patiemur & à locis.

Secundo ad idem, qm̃ nos sumus in medio, elñta aer, vel aqua in extremo. Sed medium: cum sit potentia extrema, potest pati ab eis ergo & nos ab aere vel aqua. Propter quod dicit duplicem esse considerandã qualitatem. s. qua aer vel aqua nos locant. & id est forma substantialis, alio modo secundum qualitates actiuas vel passiuas, & sic in nos agunt & continue, & h̃ sunt quæ expositor inducit. Amplius repræhendit & Auer. in alio: dixit. n. elementa pura alterari non posse, ad hoc obijcit, qm̃ sunt generabilia, ergo alterabilia prius: oẽm. n. generationẽ præcedit alteratio, oẽmque corruptionem, & ideo vult ꝙ aqua pura ipsa stãte pura põt alterari in suis qualitatibus. motiuum Auer. soluit suo modo. Ioan. fugiens argumenta h̃ dixit, ꝙ elñta h̃ pñt dupł considerari. vnomodo vt loca viuentium. aliomodo vt elñta sunt. primo modo non hñt qualitates contrarias: secundo modo bene. Iterũ primo modo non pñt alterari. secundo modo bene. Sed pace sua dicã, errauit & in primo, & in 2. In primo quidem, qm̃ eo modo Auer. dicit ea nõ posse alterare sensum tactus, quo modo est vel sunt media, quia oportet medium esse priuatũ à natura recepti. sed hoc quidem modo quo sunt media non sunt loca, ergo non tm̃ propter esse loca non pñt mutare tactum. In 2. vero errat, & peius, qm̃ eo mõ dicit Auer. ea non posse alterari, quo dicit qualitates primas esse sibi accidentia inseparabilia. sed constat accidentia illa esse inseparabilia ab eis: inquatum elementa, & non inq̃tũ loca viuentium, ergo hic hõ pace sua non percepit Auer. Aliter ergo ad primã oportet dicere, ꝙ aer, & q̃dẽ aqua tripliciter pñt ꝯsiderari. Vno modo inq̃tũ media extrinseca tangibiliũ. Alio mõ inq̃tũ sunt loca nãlia viuentiũ. Et 3. mõ vt receptiua peregrinarũ impressionũ. v. g. vaporũ calidorũ, frigidorũ, & reliquarũ qualitatũ mortificatiũ. Primo q̃dẽ nõ manifestũ est ꝑ se ea nõ posse esse calida, neque frigida respectu tactus sensus, qm̃ oportet medium esse vacans à sensibilibus: vt dixi. Secundo vero mõ & minime. locus. n. in eo ꝙ locans nãlis est, & cõseruatiuus rei, ergo eo pacto quo cõseruatiuus est, proculdubio nõ erit destructiuus. Si igitur 3. considerant, sic alterãt corpora nrã, & nos ab illis vaporibus alteramur: mediãte aqua vel aere. Ad argm̃ expositoris, dicendum ꝙ nec elñta patiunt. à locis vt locus, sed vt ꝑ nouã ꝯstellationẽ fit ibi in nãlis, & iam exẽplũ ponit Alex. in lib. Metheo. & tu vide. Ad secũdũ dicendum, ꝙ locus: eo respectu quo locus non extremus est, sed cõsimilis summæ, seu eo respectu quo susceptiuus est impressionum.

Marginalia (left column): Dubitatio. — Solutio. — Dubitatio — Solutio. — Dubitatio. — Solutio. — Commen. 23. — Instantia. — Solutio.

Marginalia (right column): Instantia. Solutio. — Quæ expositor cõtra Auer. — Defensio Ioan. — Rñsio propria.

sionum. Nouus vero expositor ꝯtradicit primo expositori in sol. huius, qm̃ non vr̃ elntum per suã formã subalẽ posse cõseruari, qm̃ suba non immediate agit: nisi ꝑ qualitatẽ mediam. Sed hoc nihil est. Expositor. n. antiquus nõ intelligit formã immediate ꝯseruari, sed vult formã duplr cõsiderari. Vno modo inqtũ à cœlo regulat, & alio modo inquãtum elntũ purũ est. sic & qualitates duplr ꝯsiderant elemẽtorũ. Vno mõ inqtũ instrm formæ elntalr: & vt elementum, & sic alterat. Alio modo inqtum instrm formæ regulatæ ꝑ ordinẽ totius, & sic eedẽ qualitates ꝯseruant & destruunt, alio tñ, & alio respectu. Ad secundũ principalem dicerẽ, quicqd alij dicant, ꝙ elntũ est elntũ, ac suba ꝑ suã formã subalem: qualitates aũt primæ sunt accñtia ꝑ se, ꝓpria ac inseparabilia ab eis: vt Auer. tradit in 3. cœli. quia igiꝛ expositor qualitates primas posuit accña ꝑ accñs elementorum, ideo dixit ea pura. i. stante forma substantiali, nec intensa, nec remissa posse alterari, qa vero Auer. accidentia elementorum propria dixit, ideo voluit elnta pura stantibus formis subalibus, nec intensis, nec remissis non alterari posse. Si igitur alterant, est propterea qa substantiales formæ eorũ remittunt: quẽadmodum accñtia, quo fit vt non pura remaneant, sed sicut remittunt, ita miscentur, & fiat mistum elntũ, ergo purum non põt remanere in suba propria ꝑfecta, & perdere qualitates ẽm Auer. Sed dices det aqua pura ꝑ poꝛe vel impoꝛe, & fiet calida, quonam modo calefiet. Diceret Auer. ꝙ qñ calefit remittitur in suba, quẽadmodũ & in suis proprijs accñtibus. s. humore, & frigore, & sic non remanet pura. Verũ si ibi essent vapores calescerent illi, aqua tñ non, vel parũ, & remitteret, & sic argumentum expositoris, pace sua, nihil est.

Commen. 63.

Dubitatio.

Solutio.

ARGYR.

Omnino autem vt aer & aqua sese habent ad visum, & auditum atque olfactum, sic caro ac lingua sese ad huius instrumentum sensus habere videntur. atque nec ibi profecto, nec hic perceptio sensus fiet: cum instrumentum sensus à re sensibili tangitur. vt si quispiam super extremum oculi corpus posuerit album. Ex quo etiam plane patet, instrumentum sensus ipsius quo res percipiuntur tangibiles, intus esse collocatum, vt diximus. Sic enim & in hoc sensu fiet id porro, quod in cæteris sensibus fieri solet. sensibilium enim si in ipsis instrumentis ponantur sensuum, non fit, vt patet, perceptio. at si super carnem ponatur tangibile: fit vt docet experientia, sensus. Quare sine dubio ipsa caro, medium est in tactu.

Tex. cõm. 116.

Omnino autem videtur caro & lingua, sicut aer, & aqua ad visum & auditum & olfactum se habent, sic se habere ad sensorium. ipso autẽ sensorio tacto, neque ibi, neque hic fiet vtique sensus. vt si quis ponat corpus album super oculi vltimum. Quare & manifestũ est, quòd intus sit tangibilis sensorium. sic enim vtiq; accidet, quod quidem in alijs. apposita enim super sensorium, non sentiunt. super autem carnem apposita, sentit. Quare, medium tactiui, caro.

COLLEC. Tex. cõm. 116.

Declarat Arist. quemadmodum Auer. sentit id quod est medium in rei veritate: in hoc sensu. s. id quod est impoꝛe vt sine eo sentiat hic sensus. mediũ. n. duplex est. s. sine quo non fiet tactio, verum ꝑ accñs: vt aer vel aqua. Et causale medium: quod. s. actuatum ab obiecto reddit actum sensorio. Et primum quidem dicitur medium improprie. Secundum vero medium in rei veritate, cuius est caro, cuius ꝓportio ad ipsum est sicut proportio aquæ & aeris ad alios tres. Syllogizat ergo Arist. hanc cõclusionẽ, caro est medium tactus, lingua gustus, & inquit. Apponens maiorem. Omnino aũt vr̃ caro, & lingua sic se habere ad sensum. i. organũ sensus tactus. & gustus, sicut illorũ vnũquodque, videlicet aer, & aqua ad visum, & auditũ, & olfactũ se hñt. Hæc est maior quam probat. d. ipso. n. sensitiuo tacto. i. organo tactus ab obiecto tacto immediate, neque ibi, neque hic vtiq; fiet sensus, vt si qs ponat in oculum vltimum. i. ꝓxime corpus albũ, & sic maior patet, addat minor, vt Auer. addit, sed aqua, & aer sunt media, ergo & caro, & lingua media erunt. Quare manifestum. ʒ Tunc Arist. concludit quoddam à primo propositum. d. Quare manifestum est, ꝙ intus sit tangibile sensuum. i. quare constat organum tactus esse intus carnem. Sic enim vtique ʒ Nunc Aristot. Auer. interprete apponit & secundam rõnem, quæ solum forma differt à prima, cum enim prima syllogizet loco à simili, secunda ducit ad incõmodum. Inqt enim Auer. manifestum est ꝙ sensus tactus est intra carnem, & ꝙ caro nõ est quasi primum instrm ei, qm̃ si ita esset contingeret in eis quod contingit in alijs. s. ꝙ cum sensibile esset positum supra carnem non sentiretur à virtute tangibili. Tunc accipit oppositum ꝯñtis. d. Modo autẽ qa videmus ꝙ virtus tangibilis non sentit: nisi qñ tangibile fuerit positum supra carnem, necesse est vt caro sit medium & non instrm, & sic patet vis rationis, & textus.

AVERROIS in commen. ꝓñti digreditur, & primo efficacem reddit rõnem Arist. secunda ibi. ʒ Et hoc quod dixit Alex. ʒ Ad Alex. obijcit. In prima igitur parte vr̃ reddere rõnem Arist. duabus acceptionibus, accipit enim primo ꝙ tres primi sensus, videlicet, visus, auditus, & olfactus indigent medio ꝑ se, & hoc probat. d. Et hoc quod dixit manifestũ est per se, qm̃ hoc ꝙ tres sensus indigẽt medio aut est quia accidit suis sensibilibus: qm̃ sunt remota ab eis. i. aut accidit rõne distãtiæ, aut quia impoꝛe est vt recipiant sua sensibilia: nisi sint prius in medio, vt plura videntur cõtraria. s. ꝙ non transferunt ad extrema, nisi prius transferantur ad medium, & dixit ʒ plura cõtraria ʒ qm̃ non est vr̃ verum nisi in contrarijs positiuis suscipientibus magis & minus. Confutat primum. d. Et si hoc esset ꝑꝑ hoc ꝙ sensibilia sunt remota, cõtingeret ꝙ sentirent: qñ essent posita supra eos. tunc enim non indigent medio, sed tunc non sentiunt, ergo non indigent medio, nisi ꝑꝑ ipsum sentire, & sic patet primum. s. ꝙ sentire ꝑ medium inest tribus sensibus per se. Accepit secundo ꝙ si aliquod ꝑ se competit pluribus, & non vni per alterũ, nec alteri per alterum, eis inerit per nãm cõmunem illis omnibus, & inqt. Et qa hoc accidens. s. sentire per medium, nõ põt tribui vni eorũ essentialiter, cũ cõe sit eis, remanet igitur ꝙ hoc sit eis cõmune ꝑ naturam cõmune tribus sensibus. sed nulla natura cõmunis est cã in hoc accidente: nisi hoc ꝙ sint sensus: ergo indigentia medij ad sensus est eis in hoc ꝙ sensus, nõ secundum ꝙ quidam sensus: ergo omnis sensus indiget medio in ipso sentire. propter quod cõfutat Alex. verbũ. d. nõ ꝙ medium est in istis tribus sensibus tm̃, quia sensibilia eorum sunt remota. qm̃ si ita esset, ꝯtingeret ꝙ cũ essent posita super eos vt sentirent: vt dictũ est, & sic non egerẽt medio: nisi vt nunc, & ꝑ accñs. Et hoc quod dixit. ʒ Obijcit ad Alex. & confutat suũ argumẽtũ, primo tñ inducit id, & inquit. Et hoc quod dixit Alex. cõtradicẽdo huic opinioni. s. ꝙ si caro esset quasi medium, cõtingeret vt sub carne esset aliquod membrũ, per quod fieret iste sensus. s. hæc sensatio tactiua. Quod membrum nihil esse mõstrat Alex. d. & id necessario esset vnũ, si iste sensus est vnus & plura si iste sensus esset plures, id inq̃ membrum nihil est, qm̃ non vr̃ ad oculum per anatomiam. Rñdet ad hoc Auer. d. Iam enim apparuit post Arist. in tẽpore eius. s. ꝙ in animalibus sunt quædam corpora, quæ dicũtur nerui, quæ hñt introitum in sensum & motum: vt Gal. testat. quod igitur apparuit Aristot. rõne manifestum est post sensum. i. per anatomiam. Et nihil est. ʒ Hic soluit aliud motiuum. dixerũt. n. quidã vt Auic. in 2. de Anima, ꝙ nerui, pili, & ossa non sentiunt, qm̃ terrea sunt, & sicca, & frigida. Rñdet Auer. & nihil est hoc quod dicunt posteriores peripatetici. s. ꝙ nerui non hñt introitum in sensum tactus, cuius rõnẽ reddit. est enim sermo Arist. in propinqua potẽtia, & est sensibilis. i. patẽs ad sensum & per anatomiam, & dixit ʒ esse sermonẽ Arist. in propinqua potentia ʒ qm̃ verbis suis nullibi Arist. expressit id in hoc lib. sed bene ait, organũ tactus esse intra carnem. modo non videtur aliud esse intra carnem: nisi neruus, ideo sermo Arist. fuit propinquus vt diceret neruos esse organum tactus, cum non expressit, sed sequitur ad verba eius.

Tex. cõm. 116.

Sed hic debemus ambigere: tum de tactus organo: tum de tactus vnitate. Ad primam. q. antiqui sunt differentes multum.

De organo sensus tactus. Alex. & Auic. opinio.

multum. Auic.quidem 2.de anima vr̃ sentire tactum & gustum sine medio sensus esse: carnem quoque organum dicit,cuius sententiæ vr̃ Alex. hic & in lib. de sensu & sensato,& Auer. in principio de sensu & sensato vr̃ idem sentire. Amplius & in 2.colliget: cap.de iuuamento carnis, & ibidem de iuuamento sensus tactus. Item Arist.ait in primo de animalibus libro. omnibus vero sensus vnus tactus inest cõis,itaque pars,qua sentiendi vis ista cõtineat̃, noĩe vacat.alijs enim eadem, alijs ex proportione habetur vbi carnem innuit. Item 2.de partibus idem sentire vr̃. Hoc & rõnibus probat Alex.d.Quid nam afferri aliud poterit qñ necesse est omnino sedem sensoriam tactui descriptam & certam haberi. Videtur.n.ꝙ nihil aliud nisi caro, qm̃ vt 4.Meteo.testatur Alex.tactus existit in quadã media proportione qualitatum tangibilium: hoc aũt nõ nisi caro est, & hanc rõnẽ vr̃ Arist.tangere post. Amplius secunda rõne occurrit Alex.si cõem (inquit) rõnẽ vicissim sensus ineũt: quemadmodum quæ in media & internuntia reliquis sensibus sunt, ipsa non sentiunt, ita par sit vt caro non sentiat, cuius oppositum videmus carnem.s.sentire:immo magis. Post hos Simpl̃. vir grauis hoc in loco sentit sensorium tactus esse iuxta cor,medium vero esse carnem propter verbum Arist.in lib.de sensu & sensato. vbi Arist. inquit iuxta cor sensitiua tactus & gustus esse. Q. & Aristot.in lib.de partibus secũdo sentire dicitur,vbi plane ait cor esse principium tactus, quemadmodũ & sentiendi & mouẽdi & nutriendi.Idem in lib.de somno & vigilia:& in 3.lib.de partibus idem ponit.Idem & in lib. de iuuentute & senectute inquit.Et rõ est vt patet,qm̃ animal est animal ꝑꝑ sensum tactus,aĩal aũt est animal ꝑꝑ cor,ergo cor est primũ sensorium primi sensus. Et hoc est quod Simplic. inquit verba Arist.exponens, quare manifestum quod intus tangibilis sensuum,in corde.n.& alibi dictum est. Post hos fuit & tertia positio quam Auer.in hoc 2.exclamat, & in alijs locis,organum tactus esse neruum,medium vero esse carnẽ; & hoc Arist. dicit sentire hic potẽtia propinqua vt patuit: non enim expressit id,verum dedit ipsum intelligere. ꝙ.n. tactus medio egeat Arist.testat̃ hoc in loco,& Auer.syllogizat idem argumento demonstratiuo sumpto ab accidẽte proprio sensus in eo ꝙ sensus, & huius sentẽtiæ Them. plane est in paraphrasi huius loci. Si igit̃ tactus eget medio,& palam ꝙ eodem modo & organo eget, vel igit̃ idẽ simpl̃r medium & organũ,vel aliud. Idem quidẽ dicentes credunt impoẽ, diuersum vero ꝯsitentes partiti sunt: qm̃ alij vt Simpl̃. organũ cor, medium vero carnẽ aiunt. Alij, vt Auer.& latini medium quidem carnẽ, organũ vero neruos inquiunt. Istæ igitur tres opiniones reducunt̃ in duas, qm̃ vel dicunt carnem esse medium tm̃,& hi sunt Simplic. & Auer.vel carnẽ esse organũ,& hi sunt priores. Si q̃dem dicat̃ caro medium,pñt subdiuidi,vel dicent neruos organum,& est põ Auer.vel cor,& est põ Simplicij. Sed quidã volunt mitigare primas duas sectas. dicunt.n.carnẽ q̃tum ad eius formã medium esse, q̃tum ad mãm esse organũ eo qa medij propriũ agere est,organi vero pati,& ideo aliud materiæ,aliud formæ carnis ascribunt. Alij volunt ꝯcordare duos, & dicunt neruos posse cõsiderari dupl̃r. vnomodo vt attestant̃ radici & origini.s.cerebro à quo mediante nuca oriunt̃:& sic nõ sentiunt,sed simul cũ carne medij rationẽ hñt.Aliomodo pñt ꝯsiderari vt separant̃ à cerebro & nuca,dydimũ acqrens:& sic organi rõnẽ hñt tm̃.Sed prima quidẽ sententia peccat, qm̃ organũ vt sic debet esse viuum:viuũ aũt est rõne formæ,non aũt medium est viuũ:vt Arist.ait. Itẽ organũ inq̃tum organum debet esse terminatũ: vt Politico.primo ad Solonẽ testat̃ Arist. terminatum aũt rõne formæ fit,vt Auer.ait in locis q̃ plurimis.Rursum de rõne medij est primo moueri, vt in 8.Phycæ auscultationis dicit Arist.sed res primo mouet̃ rõne materiæ, quare illa distinctio pura est fictio. Ad secundam quoq; ꝯcordiam non cõsentio,qm̃ Simpl̃.in cõmento suo hic æstimat simpliciter organũ tactus & gustus præcipuum esse cor,reliquorum sensuum nõ.Et si distinctio esset vera, tunc non coactus esset dicere cor. Videtur igit̃ mihi, saluo iudicio meliori,tactum posse dupl̃r ꝯsiderari. vnomodo inq̃tũ forma,& perfectio animati,& sic est in toto corpore. radicat̃ aũt primo & ꝑ se in corde, & hoc mõ oẽs partes corporis sentiunt tactione: ꝑ accidens tñ rõne totius & primi organi,& sic verba Arist.& Auer.sentiunt, cũ dicũt carnem & neruos sentire tactione. Aliomodo põt ꝯsiderari vt iudicium est tãgibilium,& sic tactus est in cerebro primo, qm̃ licet cerebrum propter sui frigiditatẽ & humiditatẽ nullũ habeat tactum,tñ ab ipso confundit̃ spũs aĩalis, q. dicit primum principium sensuũ,vt Alga.inq̃t, ꝙ tactus pertingit ad partes carnis,& cutis,mediante corpore subtili, qđ est vehiculũ eius:quod dicitur spũs, & discurrit ꝑ cõpagines neruorum,quibus mediãtibus pertingit ad partes carnis. & hoc corpus subtile nõ haurit virtutẽ hãc nisi à corde, & à cerebro,& redit carni & cuti immutatio,ergo à tangibili simul tempore fit in carne & neruo, sed natura prius in carne,& sic caro q̃dam rõnem vr̃ habere, quam non habet neruus,vt vr̃ Arist.velle. Dico ergo ꝙ si consideraẽ tactus vt iudicium sensibilium,sic primo est in corde,delatiue in spiritu,cõtracte in cerebro, iudicatiue in neruo & in carne tanq̃ in medio. His habitis ad auctoritates pro prima põne. Dicendum Auer.dicere carnem esse organum, non quidem pro carne pura,sed prout neruosa est: sic & Arist. sentit verum. Auer.aliter dicit Arist.locutũ esse tũc secundum ꝙ apparuit.s.ꝙ sciuit de membris aĩalium tẽpore illo quo librum de aĩalibus scripsit. tunc enim nesciebat neruos. Obijcit ad hoc Petrus de Habano,vir grauis phs ac medicus integerrimus in suo ꝯsiliatorio. Primo qm̃ Arist. in libris de aĩalibus dicit nõ tm̃ carnẽ organum tactus: sed quod intus,quemadmodũ hic dicit. Amplius Arist.in animalium lib.tunc prudentior erat cũ vl̃ia oĩa scripsisset, & librum de aĩa primo fecisset. Rursum Auer.sibi contradicit,qm̃ in de sensu & sensato & colliget 2.capitibus de iuuamento carnis,& iuuamento sensus tactus: suam nõ seruauit legislationem,cum ibidẽ posuerit carnẽ organũ tactus.in lib.vero de aĩa quod intus.Sed (pace eius dicã) hic vir multum errat. Arist.n.non organũ tactus asserit in lib. de aĩalibus nisi carnẽ, verum ait.3.de partibus aliquod intra carnẽ esse primũ sensitiuum.s.cor, & hoc primitate radicis vt diximus, nec aliquo librorũ illorũ neruos cognouisset testatur,& sic primum amouet̃ argumentũ. Amplius quod dicit Arist.tunc prudentiorem esse, pace eius dicã, nihil est,qm̃ Auer.testante, liber de animalibus præcessit librum de aĩa.est enim octauus hic atque vltimus: vt diximus in primo huius, & ꝑpterea nihil ꝓhibet aliter Arist. tunc & aliter nunc sentire. Est.n.cõtradictio oppositio ad idẽ nunc, & respectu eiusdem &c. Rursum quod dicit Arist.sibi cõtrariari, salua pace in libro de sensu & sensato Auer.ẽm Auic.loquit̃, & alios. Summas.n.illas scripsit in iuuentute: & ideo retractauit se:& id dici põt de eo,quod ipse dicit: at de Arist.id.s.fuisse dictũ i diuersis tẽporibus. Quod vero dicit in colliget de carne intelligit neruosã vt visum est. Ad rõnes Alex. rñdet Them. in paraphrasi sua hoc in loco. ait.n.carnẽ esse medium tm̃: congenitum q.dem,media vero aliorum forinseca esse: & licet caro temperata sit,hoc quidem bonitatẽ arguit non organi, sed medij,vt dicã cõmen.190.secundo vero soluit Them.ꝙ Arist. dicit aĩal non carne,sed simul cũ carne sentire. Quæ vero iuuant Simplicium soluta sunt, cor quidem.n.primum sensorium Arist.inquit ẽm primitatem radicis, & hoc nõ tm̃ in tactu: verũ etiam & in omnibus:vt dixi. quid quidẽ igit̃ organũ sit tactus, & q̃d medium,& quot sunt q. hoc in loco loquunt̃ patet his. De vnitate tactus porro non parua est qõ. Videtur enim aspectu primo tactũ esse vnũ in spẽ, qm̃ omnis sensus: q. medio vtitur vnius rõnis. vnus est in specie,tactus carne vtitur vna,quæ vnius rõnis, ergo & tactus vnus debet esse. Amplius oẽs sensus:q. adæquate sunt in vna & eadẽ parte: sunt nõ tantum vnius rõnis: sed vnus numero sensus. sed constat in eadem particula esse oẽs tactus, fierique omnes sensationes tactiuas: ergo & tactus vnius est rõnis. Adhuc omnes sensus: q. ambiuntur vno & eodem medio naturali ac congenito, sunt vnius rõnis, sed oẽs sensus carne vna specie ambiuntur:ergo & omnes vnius sunt rõnis.In ista difficultate Auer. & pariter The. voluere tactus esse plures specie,& hoc ꝓbat Them. cap. 38. huius paraphrasis, & inquit. Sensus vnus circa vnum par

Marginalia: Cap.1. — Simp.opinio. — Capite.2. — Auer. opinio. — Capite.38. — Commen.116 — Petrus de Habano. — Contra Petrũ de Habano. — Quæstio de vnitate tactus — Qua Them. & Auer.

par cõtrariorum obit.tactus circa plura versatur, ergo tactus non põt vnus intelligi.Auer.aūt vr̃ aliter formare rationem:vt cõmen.18.innotuit. arguit.n.sic, oĩa contraria, quæ sunt vnius sensus: hñt vnum genus, qd' dicitur de eis vniuoce. sed contraria tactus nõ hñt genus vnum dictum de eis vniuoce,quod probat, qm̃ si quod esset, id maxime esset quale,quod aūt non sit ostendit,q̃a non dicitur de calido & frigido,& leui & graui: nisi pure æquiuoce, queadmodum dicitur de sapore,colore,frigore,& odore. omnia enim hæc sunt in pñto qualitatis, & graue & leue in pñto sub̃æ: quo fit vt tactus non sit vnus ab vnitate obiecti, q̃a obiectum.i.æquiuoce dictũ. Ex his constat tactus tot esse quot ꝯtrarietates.v.g.calidi & frigidi vnus est tactus susceptiuus: humidi & sicci alius.grauis & leuis alius. sed quot sint,nec Auer.nec Them.exponunt. Simpl'. velle vr̃ tactũ vnum esse sensum,quemadmodum visus est vnus, & auditus,& alii.& motiuum eius supra ex hoc excipit,ꝙ in vnoquoque sensu inueniuntur plura paria cõtrariorum.v.g.in visu inueniuntur magnum & paruum,vt in corpore luminoso magnitudo,paruitas vero in colorato. Amplius leuitas vt in floribus,& asperitas vt in tabefactis, ideo inquit. Q. quemadmodum omnia hæc contraria in vnam reducuntur nãm,sic non mirum si & circa vnã tangibilium naturam multæ accidunt differẽtiæ.igitur à multitudine oppositionum dubitatio soluta est: ait tñ exponẽdo literam illam.§Sed quid vnum sub̃m:quemadmodũ auditus sonus, sic tactiui non est manifestũ.§ꝙ dubitatio nõ ex natura rerum accidit,sed ex nostra proficiscitur ignoratione,quare, inquit,non dixit non esse vnum, sed non esse manifestum. fortassis quidem ꝙ non impositum cõe nomen. Ecce quã plane vult Simpl'. tactum esse vnũ quemadmodũ & visus. verum hæc differentia est, qm̃ forte omnibus cõtrarijs visus cõe nomen habet,sed non omnibus contrarijs tactus, eo quidem æstimabant tactus plures esse: veritas tñ est ꝙ tactus vnus est:quemadmodum & visus. Q. si dicas Arist. probasse tribus rõnibus tactus esse plures sensus, quarum prima sumitur ex diuersitate contrariorum. secũda ex vnitate carnis, tertia ex vnitate partis perceptiuæ: vt visum est,nunc in principio.q.Diceret Simpl'. quemadmodũ exponit ipse Arist.non probare pluralitatẽ tactus, sed confutare antiquorũ dicta, in prima.n.rõne arguit pro vna parte,& vtitur hac rõne ꝙ vnusquisque sensus est vnius contrariorũ cõbinatus &c.cui respondet ꝙ ita diceret quis de visu & auditu:tãdẽ ait, drĩam esse,qm̃ in tactu latet id cõmune,in alijs palam est nomen naturæ. ergo non vult rationem esse demonstratiuam. In secunda cõfutat opinionem eorum q̃ vnitatem tactus arguebant, ex vnitate medij,non ꝙ ipse velit propterea vt tactus essent plures. In tertia confutat secundam rõnem antiquorũ non põnẽ in se.Ex his ergo patet Arist.nihil aliud certi explicasse nisi ꝙ apparenter tactus plures videntur,qm̃ latet vnitas obiecti,& nomen appropriatum illi naturæ. Quibus facile põt solui rõ Themistij.debet.n.maior sic intelligi (vt ex Simp. excipitur)ꝙ sensus vnus est vnius qualitatis, vel pluriũ ad vnum sub̃m reducibilium,& hoc q̃dem modo minor falsa est,qm̃ etsi non pateat id vnum sub̃m in tactu, tñ ex rei natura est vnum,ad quod oẽs qualitates tactiuæ reducũtur. Ad rõnem Auer.plures fiunt instantiæ. Tũ primo de sensu cõmuni,q̃ plurium est cõtrarietatũ:& tñ vnus est. Tũ de alijs sensibus,vt visu,auditu &c. propter quod facile quis solueret.d.Maiorẽ esse necessariam. Minorẽ vero falsam, qm̃ vna est natura cõis tm̃ omnibus cõtrarijs tactus, cuius nomen ignoramus,vt Simpl'.ait.Et arguit ꝙ maxime esset quale &c. Dicerẽ pro Simplicio ꝙ id nõ est ita:sed quoddam.s.ꝙ sit.a.cõmune adæquatum omnibus tãgibilibus:& non pluribus:nec potioribus in rõne,cuius oĩa tangibilia mouẽt sensum tactus. Sed debes scire ꝙ Egid. Romanus hoc in loco cupiẽs defendere Auer.vr̃ ex dictis suis sic rationẽ Auer.aptare,oĩs sensus per se vnus proprius,& particularis habet ob̃m vnũ vnitate immutationis, sed tactus non habet obiectum vnũ vnitate immutationis, ergo nec est vnus dicit in maiori §sensus proprius, & particularis§ propter sensus interiores, qui sunt cões dixit §vnitate immutationis§ quia non oportet vt habeat vnũ vnitate prædicationis:tunc minor constat. cõtrarietas.n.tactus nõ immutant eodem modo sub eadem rõne formali. Et iudicio meo hæc ratio debilis est, qm̃ vnitas immutandi attenditur ab vnitate naturæ cõis, vel alicuius primo talis sub illo analogo,ergo eadem rõ est de vnitate immutationis,& prædicationis. Amplius minor non patet, qm̃ dicerem ꝙ oẽs immutant sub eadem rõne formali à nobis ignota,scilicet quæcũque sit illa. Aliæ plurimæ rões sunt inductæ à modernis, quæ oẽs sunt potius sophisticæ q̃ dialecticæ, vel demonstratiuæ:& ideo non expedit illas inducere. Et id quod mihi vr̃ tandem est, ꝙ hæc qõ non habeat pro aliqua sui parte demonstrationem, & ꝙ Arist. rões sunt inductæ tanq̃ probabiles, & ꝙ rõ Auer.fuit ad hoĩem.s.cõcedentem quale esset id cõe, queadmodum vr̃ esse Alexand. opinio,vt Simpl'.narrat.ad illũ.n.bene valet rõ, ad Simplicium aūt nõ. Et ideo possumus dicere tactũ posse dupliciter cõsiderari.vno modo vt forma & gradus aĩalis,quo animal est animal, & sic est vnus spẽs quemadmodum & aĩal quod constituit.Põt & rursum cõsiderari vt iudiciũ est tãgibilium,& quia iudicium sequitur cõplonem: ideo possumus dicere in neruo esse plures dispões.immo tot speciẽ quot paria sunt cõtrariorum, quo fit vt iudicia sint tot quot paria contrariorum,& ideo dicti sunt plures tactus à iudicio,non ab organo,vel forma eius. Et in hũc forte sensum rõ Auer.demonstratiua est. In alijs aūt nec vt forma, nec vt iudicium sunt plures, cum non fundat̃ in complexionibus diuersis.Alia enim cõplexione neruus sentit calidum & frigidum,& alia humidũ & siccum. Sed visus vnamet oĩa sentit visibilia,& sic auditus oĩa audibilia,& sic de alijs: ideo quilibet aliorũ vnus est:& iudicio & forma, tactus ergo solus est plures iudicio,vnus autẽ gradu & forma.Et hoc proculdubio probat rõ Them. & ratio Auer. Et sic isti viri pñt conciliari,& optimo concilio. dicta vero posteriorum sunt ad cœcum: nec attendunt nisi verba, & tu considera, qm̃ hæc mihi nunc sic videntur: nec dico asserendo sed dubitando. Rationes in principio ex dictis patent,& à Themistio soluuntur.

Simp.opinio.

Quæ Egid.

ARGYR.

Atqui ea tactu percipiuntur, quæ corporis sunt, vt corpus est, differentiæ. Dico autem differentias eas quæ rerum elementa distinguunt: calidum, frigidum, siccum, ac humidũ, de quibus antea diximus ijs in locis in quibus de elementis ipsis tractauimus.Instrumẽtum autem id quo dictæ qualitates sentiuntur, & in quo primo sensus is collocatur quem appellare consueuimus tactum, pars ea sane est quæ est potentia talis.

Tex.cõm.117.

Tangibiles igitur sunt differẽtiæ corporis secũdum ꝙ corpus. Dico autem differentias quæ elementa determinãt, calidum, frigidum, humidum, siccum, de quibus prius dictum est in ijs quæ de elemẽtis. Sensorium autem ipsarum tactiuum, & in quo sensus vocatus tactus inest primo, potentia huiusmodi pars est.

COLLEC. Tex.cõm.117.

Expositores multum differunt in huius loci commentatione.Themistius enim,quem expositor sequit̃: videtur velle Arist. hac in parte probare sensum tactus omnium maxime corpulentum esse, ita quidẽ vt hoc discrimine differat ab alijs:vt expositor ait.Et secundum hos Arist.syllogizat id, omnis sensus: cuius obiectum sunt corporis inquãtum corpus,differentiæ.est corpulentus.Sed differentiæ tangibiles sunt corporis,inquãtum corpus: ergo & tactus maxime aliorum corpulentus, & videtur Arist. accipere minorem, & expositionem minoris. Et amplius ibi. §Sensuum autem ipsarum.§Videtur probare maiorem,vt Themistius paraphrastice ordinat. Sed pace eorũ dicam ꝙ quæstio hæc superflua est.Primum,quidem quoniam ex litera præcedenti habetur.declarauit enim prioribus textibus ꝙ tactus sit sine medio forinseco ꝑceptiuus, & hoc designat ipsum esse corpulentiorem alijs. Amplius si hoc necessarium erat,cur & in capitulo de gustu id non apposuit meminitque. Aliter ergo Simplicius hoc in loco cõmentari videtur.cum enim Arist. (inquit)dixisset tactũ esse vnum,verum plures apparere, cum subiectum eius lateat,

teat, determinat naturam illam communẽ.s.esse naturam corporum quatenus corporũ non absolute, sed qualia per elementa distinguens differentias. Et hæc quidem expositio multum textui consona est, vt constat.

Commen.117. AVERROIS autem exponit verba sine partis intentione, quod forte fecit propter diuersum modum introducendi locum. possemus ergo dicere iuxta eum Arist. enumerare obiecta tangibilia vt eliciat diffinitionem tactorij, seu organi tactus: vt posteriores dicunt, sed quocũq; modo exponitur, Arist. sermo manifestus est per se, & commentum lege per te ipsum.

ARGYR. *Sentire nanque, pati quoddam est, vt diximus. Quare id quod agit, tale illud facit, cũ sit potentia, quale est ipsum actu. Quocirca simile calidum atque frigidum, & durum ac molle non sentimus, sed exuperationes, quia sensus est quasi mediocritas quædã contrarietatis eius quæ in ipsis sensibilibus inest. Et propter hoc, sensibilia ipsa discernit. nam medium ipsum, extremorum est iudex. fit enim ad vtrũque ipsorum, alterum extremorum.*

Tex.cõm.118. Sentire enim pati quoddam est. Quare faciens, tale quale ipsum est actu, huiusmodi illud facit, cum sit potentia. Vnde simile calidum & frigidum, aut durum & molle non sentimus, sed excellentias, tanquam sensus velut medietate quadam existente eius quæ in sensibilibus contrarietatis. Et propter hoc, discernit ac iudicat sensibilia. medium enim iudicatorium est. fit enim ad vtrũque ipsorum, alterum vltimorum.

COLLEC. Tex.cõm.118. Them. sentire videtur ꝙ Arist. probat, ꝙ sensorium tactus non sentit quæ æque calida, æque gelida, æque leuia, æque aspera, sed solas redundãtias: & defectus, & ideo ꝓponit secundum Them. aliquod quasi añs. Secunda ibi. §Vnde similiter.§ Addit aliquod quasi ꝯñs, & tu inspice eũ. Sed Auer. aliter hunc locum cõtinuat. d. Cum dixit ꝙ primum sentiens est id quod est in potentia istæ drĩæ: incepit declarare hoc. est ergo intentio partis: iuxta Auer. ꝙ cum Aristot. accepit tactorium esse tale potentia: quale tactile actu, hac parte rõnem reddit eius, & Auer. vera est expositio: ꝑp illam particulam § enim § quæ reddit cãm. Inq̃t ergo Arist. sentire. n. quoddam pati est, ex hoc infert id quod dixit. d. Quare faciens, quale ipsum est actu, hmõi id facit, cum sit potentia. est ergo vis rõnis Arist. vis enthimematis: vt Auer. inquit. Põt tamen sic rõ syllogizari, omne id quod patitur à tactili: est tale potentia, quale tactile actu. sed tactorium patitur à tangibilibus differentijs, ergo tactorium tale est potentia, quale tactile actu. minorem ergo dedit intelligere his verbis. § Sentire. n. quoddam pati est. § Et dixit § quoddam pati § vt Simplic. inquit, quoniam non simpliciter pati: sed quodammodo, scilicet perfectiue. conclusionem vero dedit intelligere, cum inquit. Quare faciens quale ipsum est actu huiusmodi id facit, cum sit potentia. Vnde similiter calidum. § Nunc ex hac conclusione verificata infert id quod Them. inquit, scilicet vnde similiter calidũ & frigidũ: aut durum & molle: non sentimus. i. æque calidũ calido nostri tactus nõ sentimus, neque æque frigidum: sed excellentias, & hoc Auer. exponit. d. Et quia agens nõ agit in eo ꝙ sibi simile in actu: sed in potentia: ideo necesse est vt membrum sentiens non sentiat corpus calidum æquale sibi in calore: neque membrũ frigidum æquale sibi in frigore, & similiter de duro & molli. sed sensus tactus compræhendit tantum intensiora: ex rebus tangibilibus ecõtrario sui tangibilibus: id est econtrario suis sensibilibus. Tanquam. § Reddit causam Arist. d. tanquam sensu velut medietate quadam existente eius, quæ in sensibilibus est, qualitatis: id est quoniam tactus, vel tactorium (vt Simplicius inquit) inuenitur in aliquo, quod est medium inter qualitatem aliquã in sensibilibus, cum impossibile est vt aliquod corpus denudetur à qualitatibus tangibilibus, econtrario alijs qualitatibus sensibilibus, in quibus penitus est sensorium vacans ab illis. Hũc locũ exponit Auer. d. & intelligo ꝙ sensus tactus, impoſſe est vt careat simpliciter calido, & frigido, & sicco, & humido: sicut fuit in visu carere colore, & in auditu carere sono, & ideo iste sensus cõpræhendit sua sensibilia secundum totum, sensus autem tactus compræhendit extrema. Et hoc quod dicit Auer. manifestum est. omne enim recipiens debet esse denudatum à natura recepti. tantum ergo recepti sensus recipit, quãtum eius caret. sed quia tactus excedentijs tantum caret, ideo illas tantum recipit. quia vero alij sensus non tantum excedentijs carent: sed simpliciter, ideo simpliciter recipiunt. reliquũ patet. Sed dubitatur quonam modo tactus mediocritas sit? Videtur enim ꝙ non, quoniam mediocritas est per æque distãtiam extremorum, sed tactus non æque ab extremis distat, non ergo tactus est mediocritas. Amplius nonne & alij sensus mediocritates sunt organorum? cur ergo tactum dicit tantum mediocritatem? Adhuc ex verbis Themistij soluere possumus. primum enim sic intelligemus, tactum nõ esse mediocritatẽ: per æque distantiam ab extremis, quẽadmodũ virtus mediocritas est vitiorum: sed ideo mediocritas tactorium dicitur, quoniam in medio est, quod medium vtrũque extremum potentia continet. est ergo medium continentiæ, & non distantiæ. Secundum sic intelligemus, tactum esse mediocritatem suorum sensibilium .s. calidorum frigidorum, siccorum, & humidorũ &c. Alij sunt mediocritates quædam suorum sensoriorum: non tamen suorum sensibilium. non enim (vt Them. ait) visus mediocritas est visilium, auditus sonorum, & si quilibet illorum si mediocritas proprij sensorij.

Dubitatio. Solutio.

ARGYR. *At vt id quod album nigrumq́ue percepturum est sensu, neutrum ipsorum actu, sed potentia sit vtrũque oportet, & in cæteris eodem modo: sic & in tactu neque calidum neque frigidum id actu sit oportet, sed vtrunque potentia, quod vtrunque est percepturum.*

Tex.cõm.119. Et vt oportet id quod debet sentire album & nigrum, neutrũ ipsorum esse actu, potentia vero vtrunque, sic autem & in alijs, ita & in tactu, neq; calidum, neque frigidum.

COLLEC. Te.cõm.119. Sermo Arist. manifestus est per se. Auer. ait. § Et debes scire ꝙ id. § Vbi soluit motiuũ Alexand. Auic. & multorũ oppositæ partis. Arguunt enim id organum est tactus, quod mediocritas est tactilium. sed caro mediocritas est tactilium caro ergo organum est. Soluit Auer. hoc argumentum. d. Et debes scire ꝙ id quod sequitur ex hoc instrumento istius sensus. s. vt si temperatum, & in mediocritate consistens, id idem consequitur in medio: ideo non possumus dicere ꝙ caro est instrumentum istius virtutis: ſm ꝙ est media inter cõtraria, sicut æstimauerunt plures. Est ergo solutio ꝙ esse mediocritatem in tactu: non tñ dicitur de tactorio: sed de medio tactus: & ideo non sequit̃ ꝙ caro sit organum tactus: sed bene ipsius medium.

ARGYR. *Præterea vt visus visibilis ac inuisibilis quodammodo est vti diximus, cæteriq́ue sensus oppositorum similiter: sic etiam est tangibilis ac intangibilis, tactus. Intangibile aũt: est etiam id quod exiguam admodum differentiam tangibilium habet, quale passus est aer, & exuperationes etiã tangibilium: qualia sunt ea quæ corrumpere possunt.*

Te.cõm.120. Amplius autem sicut visibilis & inuisibilis est quodammodo visus: similiter autem & reliqui oppositorum, sic tactus, tangibilis & intãgibilis. Intangibile autem, est paruam omnino habens differẽtiam tangibilium, quo se habet aer. & tangibilium excellentiæ, vt ea quæ corruptiua sunt.

COLLEC. Te.cõm.120. Auer. ait cum notificauit sensum tactus, & naturam rerum tangibilium, & quomodo fit tactus, & per quot, reuersus est ad dicendum aliquid commune omnibus sensibus, & ponit id. d. Compræhendunt enim alterum oppositorum per se: & alterum accidentaliter, & totus sermo Arist. manifestus est per se, & cõmentum etiam patet quãtum ad hanc partem. Inquit Arist. Amplius autẽ sicut visus erat quodammodo visibilis & inuisibilis, similiter autem & reliqui supple sensus erant oppositorum, sic & tactus

ctus tangibilis & non tangibilis,& dixit. §Quodāmodo.§ Qm̄(vt Auer.inquit)quia non eodem modo compræhendit habitum & priuationem. habitum enim per se. priuationem vero per accidens. Intangibile autem.§ Subdistinguit modos intelligibilis, & inquit. Intangibile autē supple vno dicitur modo quod omnino paruam habet differentiam,i.qualitatē tangibilium, vt aer est passus.i.quēadmodum aer qui continet nos, qui paruā patitur passionem tactiuam à tactu.i.qui parum nobis tactilis est.& hoc signat verbum Auer.esse verum dum ait animalia habitantia in aere non sentire eum, & habitantia in aqua non sentire eam. Et secundo modo excellentiæ tangibilium sunt intangibilia: sicut corruptiua: vt ignis,& glacies,& sic de tactu,& tactili sit dictum.

Commen 115.

ARGYR.

De sensuum igitur vnoquoq;, dictum sit hoc modo quasi figura. Hoc autē vniuersaliter accipere de omni sensu oportet, sensum inquam id esse quod sensibiles sine materia formas suscipere potest. perinde atque, annuli signum sine ferro vel auro suscipit cæra. suscipit autē æneum vel aureum signum, sed non vt æs aut aurum, neque vt signum est aureum, æneumúe. Simili patitur & sensus vniuscuiusque sensibilis modo, ab eo quod habet colorem, aut sonum, aut saporem, sed non vt vnumquodque illorum dicitur, sed vt est tale, & ratione.

Tex.cōm.121.

Secundum igitur vnumquemque sensum, dictū est figura. Oportet autem vniuersaliter de omni sensu accipere, quòd sensus est id quod est susceptiuū specierum sine materia, vt cæra, annuli, sine ferro & auro, recipit signum. accipit autem aureum aut æneū signū: sed non inquātum aurum, aut æs. Similiter autē & sensus vniuscuiusque: ab habente odorem, aut saporem, aut sonum patitur. sed non inquātum vnumquodque illorum dicitur, sed inquātum huiusmodi, & secundum rationem.

COLLEC. Tex.cō.121.

Quoniam continuatio in textu patet, ideo sine continuatione proposita inquit. Secundum vnumquemque igitur sensuum: dictum est figuraliter.i.descriptione & figura.in lib.n.de sensu & sensato loquitur de istis particulariter. diligentius enim ibi de sensibus & sensibilibus fit determinatio. Oportet autem§Proponit & nunc exordium ad posterius dicenda,& inquit. Oportet aūt vniuersaliter de omni sensu seorsum accipere.i.cum de vnoquoque sensu speculati sumus,cōem oportet repetere de omni sensu rōnem. Qm̄ quidem.§ Et accepit quæ cōmuniter tradere intendit.& accepit primum eorum.d.Qm̄ quidē susceptiuus est specierum sine materia,vt cæra recipit figuram annuli sine ferro,& auro.accipit.n.aureum,aut æneum signū, sed nō inquātum aureum,aut æs reddit:& tunc exemplum ad propositum.d.Similiter autem & sensus vniuscuiusque ab habente colorē,aut humorem, aut sonum patitur, sed non inq̄tum vnumquodque illorum dicitur, sed inq̄tū huiusmodi est ẜm rōnem. Reddit rōnē Auer. cur quilibet sensus recipit abstractum à materia, & inq̄t. Et opinandū est ꝙ receptio formarū sensilium ab vnoquoq; sensu est receptio abstracta à materia,cuius rōnē dedit. Si enim reciperet eas cū materia,idē esse haberet ī aīa: & extra aīam,hoc aūt falsum est,in aīa.n.sunt intentiones,& ꝓpræhensiones, & extra animam non sunt compræhensiones,neque intentiones,sed res materiales, quæ nō sunt cōpræhensæ omnino. Amplius reddit rōnem,cur sensus non patitur à sono: vt sonus est,vel à colorato: vt coloratum,& inquit. Quoniam si ita esset,contingeret ꝙ cum reciperet ipsum, esset ipsum receptum color,aut sonus,& non intentio,& sic organum coloraretur,& sonaret. Huius ꝓñtię ratio est,quoniam omne recipiens ab agente formā: ẜm ꝙ habet illam in fine,denominatur ab eadem forma, ergo in fine sensorium esset album vel sonorum &c. Et debes scire ꝙ Arist. in translatione nostra ait sensorium pati ab eis,non inquātum vnumquodque illorum dicitur, sed inq̄tum huiusmodi est secundum rationem. Et in arabica translatione inquit. §Sed inquātum est in hac dispositione & intētione.§ Vbi visus est ly §hac intentione§ vel ly§hmōi§ vt Auer. inquit,vt poneret differentiam inter intentiones, quas recipit intellectus. & illas quas recipit sensus.illæ.n.intellectus sunt vl'es,istæ aūt sensus sunt particulares. Sed expositores quærūt an proprium sensibus sit recipere formas sine materia? Et videtur ꝙ non,qm̄ vt Auer.ait receptum à sensu est singulare,sed singulare hoc est ꝑ materiam. ergo & sensatum erit receptum cum materia. Amplius intell's abstrahit à sensibilibus,sed nō abstrahit à sensibilibus: nisi vt sunt in materia, ergo sensibilia sunt propter materiam. Rursum de tactu & gustu non vr̄. tactorium.n.nō intétiones tactilium suscipit: sed formas ipsas:vt Arist.dicit. Adhuc videtur hoc non conuenire soli sensui,cum & phantasiæ,& materiæ competat: vt expositores probāt. materia enim non recipit agens totum: sed formā ab agente: absque eius materia,& sic phantasia, qūo ergo tanquam proprium sensui Arist.hoc tradit? Expositores nostri lōgam dederunt responsionem. nos autem breuiter cum Themistio & Simpl̄.dicemus breuē responsionē. Primo accipientes quid sit suscipere rem sine materia,& dicimus ꝙ ꝑ recipere formam sine materia non intelligit Arist. ꝙ recipiat sensorium formam solam: nō recipiendo materiam illius formæ,sine dubio enim & materiæ competit hic modus. Alio modo intelligitur vt recipiat formam sine materia.i. ad hoc vt formam recipiat, non oportet vt disponatur dispositione reddente materiam sensorij eiusdem modi cum materia agentis. Ad hoc quidem enim vt visorium intentionem accipiat coloris, non debet prius disponi qualitatiue & quātitatiue, ita vt reddatur penitus simile parieti, & hoc quidem modo recipit speciem sine ipsa materia, & hoc modo dicunt expositores Arist.intelligere, sed (pace eorum dicam) isti errant, quoniam tunc sequitur,ꝙ materia recipiens formam aliquam à stellis, eam reciperet sine materia, quoniam nunquam disponitur in dispositionibus reddentibus materiam similem soli vel lunæ. Ideo est & tertius dicēdi modus ꝙ recipere speciem sine materia, est recipere formam tantum, nulla habita dispositione penitus, nec simili agenti, nec simpliciter,nec huic,nec priuatiue, nec positiue.& dico nec priuatiue, nec positiue, qm̄ forte ipsa materia ad hoc vt primas recipiat formas, non prædisponitur positiue sat est vt remoueatur opposite, & hoc est priuatiue disponi. Est ergo recipere speciem sine materia.i.formam ipsam solam absque simpliciter dispositione omnino. Amplius secundo accipimus quodlibet sensorium dupliciter posse accipi, vno quidem modo vt subiectū & materia sensibilium est,alio modo vt iudicium sensibilium. Primo modo nihil prohibet (vt veteres dicunt Simpl̄.s.& Them̄.) sensorium recipere speciem cum ipsa materia in dispositione mediāte.oculus enim ipse mistum quoddam est, cui color aliquis annexus est, sed hoc sibi inest vt subiectum,& corpus est mistum,vt vero est iudicium sensibilium proculdubio recipit spēm tantū, absq; omni dispositione præuia. per accidens autem quādoque concurrit præuia dispositio saltem in medio eius: gratia materialitatis organi, quemadmodum in gustu & tactu. Imaginatur ergo Simpl̄. speciem per se recipi in sensorium, iudicium vero de sensibili amitti à potentia sensorij, quæ vita est illius. Tunc ad argumenta. Ad primum patet sol̄.sensatum est singulare, nō quidem à materia seu dispositione materiæ: sed ab appenditijs materiæ. Ad secundum dicendum intellectum non abstrahere à singulari ratione materiæ: sed ratione conditionis materiæ. Ad tertium, tactorium & gustatorium vt organa sunt & mista recipiunt, nihil prohibet recipere formas cum materia, & dispositione materiæ,vt vero iudicium sunt vacant ab hoc.vt enim iudicium recipiunt species tātum sine materia, & dispositione materiæ. Ad vltimum hoc est proprium sensui recipere speciem sine materia.i.dispositione materiæ tantum: & hæc differt à phantasia quæ non tantum recipit sine ipsa materia: sed etiam sine p̄ñtia materiæ. Et differt à materia ipsa,quæ recipit formas, vt disponatur positiue,vel priuatiue,& sic patet.

An sensus sit recipere formā sine materia.

Solutio.

Instrumentum

ARGYR. *Instrumentum autem id sensus est primum, in quo est talis vis atque potentia collocata. Atque sunt idem, ratio vero non est eadem, sed diuersa. nam id quod sentit, aliqua est magnitudo, non tamen ratio sensitiui, neque sensus est magnitudo, sed est quædam ratio potentiaque illius.*

Tex.cõm.122. Sensorium autem est id primum, in quo est huiusmodi potentia. Est igitur idem: sed esse, alterũ est. magnitudo enim quædam erit, id quod sentit, non tamen est sensitiuo esse. neque sensus magnitudo est: sed ratio quædam & potentia illius.

COLLEC. Tex.cõm.122. Cum accepisset quoddam omnibus sensibus cõmune, nunc ad diffinitionem sensorij cõmuniter transit, & sermo eius manifestus est per se. verũ abbreuiatio est. sensorium aũt primum & principale est id, in quo huiusmodi potentia sedet, & quãuis sensus, & primum sensorium subiecto non distãt, quemadmodum nulla forma subiecto distat ab eo in quod ipsa recipitur tñ diuersa sensorij, & sensus essentia est, qm̃ quod sensationem patitur est quædã magnitudo, sensus autem rõ est potentia illius. Et debes scire, vt Simpl. innuit facultatem sensitiuam duplicem hr̃e ad sensorium comparationem primã quidẽ vt actus. s. ipsum specificans, & sic vita dicitur sensorij, & rõ seu forma. Aliam vero prout vtitur eo ad iudiciũ sensilium, & hoc quodam modo potentia seu virtus & facultas illius dicitur, & ideo dixit. §Sed ratio quædam & potentia illius.§ hanc duplicem comparationem designans.

ARGYR. *Patet autem ex his, et cur sensibilium exuperationes sensuum instrumenta corrumpunt. nam si motus sit vehementior, instrumentique sensus superet vires, dissoluitur ratio. id autem, erat sensus. dissoluiturque, perinde atque concentus intentione, cum vehementer fides pulsantur.*

Tex.cõm.123. Manifestum autẽ ex his, & propter quid sensibilium excellentiæ corrũpunt sensoria. si nãque sit fortior sensorio motus, soluitur ratio (hoc aũt, erat sensus) sicut & symphonia & tonus, percussis fortiter chordis.

COLLEC. Tex.cõm.123. Expositor nouus credit Arist. reddere cãm, cur sensus, & sensationes ab excellentijs soluuntur sensilium. quod & si verum sit, porro textui non sonat, nec ad dicta sequitur ideo (vt expositores dicũt Simpl. & Them. & Auer.) Arist. tradit cur instrumenta sensuum corrumpuntur à fortibus sensilibus, & .h.d. Auer. hac parte, & ex hoc ꝙ diximus ꝙ sensus est intẽtio. i. actus sensorij, declarabitur causa, propter quam sensibilia intensa corrumpunt instrumenta sensuum, & reddit causam, qm̃ quando motus sentientis à sensili fuerit fortior q̃ sentiens posset tolerare, dissoluetur illa intentio, per quam sensus est sentiens, & remanebit corpus sine illa intẽtione. i. proportione, quæ est sensus. Sicut & symphonia§ qm̃ quis crederet sensorium solui simpliciter à sensili, addit vt Simpl. inquit. §Sicut & Symphonia, & tonus percussis fortiter cordis§ ac si dicat nõ ꝙ simpl̃r sensorium tollitur, sed distemperatur ac perturbatur. Et hoc exemplum ad sensorium vadit: vt Simpl. ait, & nõ ad vitalem sensum.

Dubitatio. Quærunt expositores propter quid sensilia corrũpũt sensoriũ. Videt. n. ꝙ non, qm̃ (vt dicitur) sensibilia agunt intentiones in sensorijs, sed intentiones non agunt. non enim sunt de potentijs actiuis. Longã dedit nouus expositor rñsionẽ quæ tandem perstringitur ad hoc ꝙ sensile tollit sensum, tum q̃tum ad iudicium, tũ quãtum ad potentiam sensitiuam.

Solutio. Sed hæc sol. (pace eius) plurimum deficit. primo quidem, q̃a etsi sensus & iudicium tollatur, non apparet modus quo tollitur, & hoc quærimus, intentio enim rei non debet agere.

Dubitatio secunda. Responsio. Secunda quæstio est de sensorio, de quo nõ apparet, quomodo soluitur à sensili. Propter quod aliter mihi videtur ad propositum dicere. declarauimus enim superius quõ sensorium corrũpitur per accidens à sensili spiritali prout secum accidit sensile reale. v. g. oculus corrumpitur à colore propter lucem quæ calefacit humorem glacialem, & tollit eum. auditus corrumpitur propter sonum realem qui motu forti percutit ad tympanum auris, & tollitur auditorium. Similiter olfactile tollit olfactorium, qñ odor realis peruenit ad ipsum, & sic de alijs. Sensorium igitur non corrumpitur ab intentionibus sensilium: vt nouus credit expositor, sed per accidens ab eis, per se vero ab ipsis realibus illis coniunctis.

ARGYR. *Patet præterea & quam ob causam non sentiunt plantæ, tam etsi partem aliquam habent animæ, atque ab ipsis tangibilibus patiuntur. frigescunt enim & calefcunt, vt patet. Nam huius causa est, mediocritatem non habere, neque principium tale vt sensibilium sine materia suscipiant formas, sed cum materia patiantur.*

Tex.cõm.124. Et propter quid plantæ non sentiunt, cum habeant quãdam partem animalem, & patiantur à tãgibilibus. etenim frigescũt & calescunt. Causa enim est, nõ habere medietatẽ, neque huiusmodi principium vt possit recipere species sensibilium, sed pati cum materia.

COLLEC. Tex.cõm.124. Ad dicta soluit. q. corollarie, & inquit. Et propter plantæ non sentiunt, habentes quãdam partem animalem, scilicet vegetabilem, & patientes à tangibilibus, & nanq; frigescunt, & calescunt, & hoc fuit argumentum Pythagore, quo plantis sensum tradit plantatiuum, receptiuũ. s. & non iudicatiuum. Causa enim non. §Reddit cãm. tum ex parte materiæ, tũ ex parte formæ: vt Simpl. ait; & inquit. Causa enim non hr̃e medietatem. s. qualitatũ primarum, & hoc quãtum ad cãm materialem, ac corporalem. neque huiusmodi habet primum principium pos̃e recipere spẽs sensibilium. sed plantæ patiuntur cũ materia. i. dispõne præuia, & hoc quãtum ad causam formalem, quæ est sensilis vita. Potest ergo syllogizari sic, oẽ sentiens est mediate consistens, & viuens est vita supra mãm. sed plantæ non huiusmodi sunt, quare & proculdubio plantæ non sentiunt. sed de his satis superius diximus. Them. aũt vltra has duas cãs assignat & tertiam ex parte finis. natura enim (inquit) nihil incassum, aut temere, viceque fortuita suscipit. Si igitur plantæ sensum haberent, vel propter vtile, vel propter necessarium, vtile quidem non: qm̃ nec salutaria & vtilia prosequi possunt, nec vitare cõtraria, quod tñ animalibus tributum est, at plantis negatum, quia immotæ à loco, & affixæ radicibus sunt. Propter necessarium vero minime, qm̃ succum hauriunt à terra: nec id agnitione: aut iudicio aliquo cernunt, ideo simpliciter plantæ ociosi sunt sensus, & hac de re plantas sensibus carere non ambiges.

ARGYR. *Dubitabit autẽ quispiam, si possit id ab odore pati, quod olfacere nequit, aut id à colore quòd haudquaquam videre potest. & in cæteris simili modo. Quod si odorabile sit odor, siquid in odoratum agit, odor profecto agit. Quare fieri nequit, vt ab odore quicquam patiatur eorũ quæ olfacere nequeunt. eadem est & in cæteris ratio. Nec etiam fieri potest vt à sensibilibus quicquam patiatur eorum quæ sentire possunt, nisi vt quodque est sensitiuum.*

Tex.cõm.125. Dubitabit autem aliquis, si patiatur aliquid ab odore quod non potest olfacere, aut à colore, quod non potest videre, similiter autem & in alijs. Si autem olfactibile sit odor, siquid facit, olfactum inquãtum odor est facit. Quare non potentium olfacere, nihil pati põt ab odore. eadem aũt ratio & in alijs. Neque potẽtium, nisi inquãtum vnumquodque sensitiuum.

COLLEC. Tex.cõm.125. Hic Arist. (vt Simpl. exponit) ad dicta ambigit, & inqt. Dubitabit aliquis, si id est an patiatur aliquid ab odore, quod impossibile est olfactũ habere, id est quod caret sensu olfactus, aut à colore non possibile videre, similiter autem & in alijs. Hæc est qõ, an aliquod insensibilium possit pati ab odore, colore, & alijs huiusmodi. Et huius. q. rõ est, qm̃ insensibilia patiuntur, & horum h̃ quidem cum materia, vt calefacta & frigefacta, illa vero sine materia, vt cæra recipit sigillum sine auro, & ferro, ideo petit Arist. an insensibilia pñt ab odore & colore moueri, dato ꝙ non sentiant. Si autem. §vult Simpl. Aristotelẽ. q. soluere sub ambiguo. d. Si aũt olfactile odor. i. si odor formaliter est olfactilis ad olfactum relatus, si aliquid facit olfactum odor erit, &

erit,& eō,si quid patitur ab odore olfaciet.Ideo concludit d.quare nihil pote pati ab odore, impossibilium olfactum hře.eadem aūt rō & de alijs.s.colore &c. neq; sup.sensatio est possibilium absolute, sed inquantum vnumquodq; sensorium sensitiuum est.patiuntur ergo à sensilibus sensoria, non absolute,sed vt sensilia sunt, & sic solutio constat. Nō dedit autem assertiuam solutio. qm̄ non palam hæc simpl'r eadem esse.s.color & visile,odor & olfactile,&c.

Cōm.125. AVERROIS autem ex defectu malæ translationis, velle vr̄ Ari.ponere drīam inter tactile & gustatile ex vna, & alia sensilia ex alijs, & inquit. Et licet aliquid quod non est innatum tangere patiatur à tangibilibus.v.g.plantæ frigescunt,calescunt &c. tñ non patitur ab odoribus propria passione odoribus.i.fm ꝙ est odor, nisi id quod pōt olfacere, nec patitur à coloribus passione propria coloribus fm ꝙ est color, nisi id quod potest videre, neq; à sono nisi id quod pōt audire. Et sic de alijs. § Ponderat hoc verbū § alijs § cum.n.pluraliter scribatur vr̄: & gustum, & tactū intelligere,cuius oppositum ipse dicit post. Inqt soluēdo Arist.dubitatiue loqui,nec aliquid asserere,& quantum ad h̄ cum Simp.conuenit.Si igitur oē olfaciens,§ ꝓbat Auer. in tribus sensilibus nihil pati ab aliquo illorum, quin sensum habeat illius, & primo accipit propositionem fm cōuersionem in terminis,dicens. Si igitur oē olfaciens patit̄ ab odore,& oē quod patitur ab odore est olfaciens. Tunc sequitur fm conuersionem oppositi.i.ꝑ contrapōnem ꝙ id quod non est olfaciens, non patitur ab odore, & sic virtus rōnis Arist.est enthymematis:cuius añs est vna,propō cōuersa & conuertens & ꝯñs conuertens ꝑ ꝯpositionē. tunc oñdit quid posuit Arist.de hoc,& inqt,& ipse non propalauit in sermone.i.in hoc textu:nisi postremū ꝯñs, cum dixit in arabica translatione. § Vnde necesse est vt nihil ex eis q̄ non pñt olfacere patiat̄ ab odore.§ Hoc quidē est ꝯñs, qđ est propositio conuertens ꝑ ꝯpositionē,& non posuit añs, sed primum principium.i. probationē eius, ex quo consequebatur.s. §ꝙ si odor est relatiuus.i.olfactus § necesse est vt olfactus sit olfacientis, & non propalauit propositionē dicentē: ꝙ oē quod patitur ab odore est olfaciens.neq; cōuersionem sui oppositi.s.illam, oē olfaciēs patitur ab odore, quæ est conuersio oppositi.i. propōnis, quæ conuertit̄ ad oppositum ꝑ ꝯpositionē. Et quasi opinatur.§ Soluit.q. quorundam ad Arist.quærunt.n.ꝑꝑ quid tactile pōt agere, & non tactoriū,& non sic odor & alia. Rñdet ꝙ tam tactile q̄ olfactile relatiua sunt, sed differenter, qm̄ qualitates primæ sunt tactilis per accñs prædicatione.s.per accñs,sed odor est olfactilis ꝑ se, & color ꝑ se visilis, & hoc dicit. & quasi opinatur ꝙ tactus.i.relatio tactiua est aliqđ contingens rebus ꝯrijs tangibilibus, faciens de eis denominatiuam prædicationē,& non opinatur ꝙ olfactile est aliquod contingens odori,imo est proprium odori,neq; visibile colori. sed opinat̄ ꝙ olfactui.i. olfactile est quasi ipse odor.i. prædicatū scđi modi de odore, & visibile ipse color:& auditile ipse sonus, & tunc verificat añs. erat.n.añs, oē olfaciens ab odore patitur,& oē patiens ab odore est olfaciēs. Verificatur.n.añs.d.Et ideo fuit necesse apud ipsum, vt oē quod patitur ab odore sit olfaciens, & à colore videns, & à sono audiens,& non fuit necesse,vt oē quod patitur à tactili sit tangens,& hoc indiget magna inquisitione.Et ipse.§quasi rñdet ad quoddam dubium, nonne.n.oīa sensibilia ad sensoria eodem respectu dñr?Rñdet ꝙ non & inquit. Ipse.n.quasi opinatur ꝙ sensuum quidam sunt in capitulo relōnis.s. referendo illos ad sensibilia, vt visus, auditus,& olfactus, & quidam sunt in capitulo actionis & passionis per se,sed accidit eis relatio.Vult ergo Auer.ꝙ drīe elemētorum sunt primo & per se actiuæ, per accñs aūt tactiles, in alijs autem actiuæ per accñs, & per se sensiles. Et ideo stat aliquod recipere actum à drījs elementorum, & tamē non tangere:& aliquod recipere actum à sono, & non audire impossibile est,& hoc quod dicit ipse patet,qm̄ qualitates scđæ non sunt per se actiuæ, nisi merito qualitatum primarum,sed quia sunt proportiones primarū: ideo sunt relatiuæ dictæ ad sensus: primæ vero sunt per se actiuæ, & per accidens tactiles.Et sic patet solutio hæc,& diuersitas expositionis Auer.

ARGYR. *Id ita esse,patere potest & hoc etiam pacto. nam neque lumen & tenebræ, neq; sonus. neq; odor in corpora quicquā agit,sed ea nimirum in quibus sunt ipsa. aer.n.qui est cum tonitruo, scindit lignum. At.n.tangibilia saporesque, agunt. si enim non agerent,à quonam inanimata paterentur, atque alterarentur?*

Tex.cōm.126. Simul aūt manifestum est, & sic.neq;.n.lumen & tenebræ, neque sonus,neq; odor qcquā facit in corpora, sed ea in qbus est.vt aer qui cū tonitruo, findit lignum. Sed tangibilia & sapores, faciunt. si.n.non, à quo vtiq; paterentur inanimata,& alterarentur?

COLLEC. Tex.cō.126. Et argumentum hoc ab exemplo potius acceptum in idem tendit,sicut præfatum,ꝙ.s.in corpora,vt corpora, nō agunt sensibilium formæ per se,sed subiecta ipsorum:vt tonitruus rumpit ligna interdum: non vt resonans, sed quia aer deferens sonum: vehementer motus incidit in ligna,& sic in alijs,vt dixi in capitulo præcedenti. Sed tangibilia.§ Vr̄ ꝯrio à sentiri: ꝙ.s.agūt sensilia, & in nō sensitiua vtroq; .s.modo,& fm formam suijpsarum,& fm suijpsis subr̄a:vel coexñtia. ꝙ.n.agant ex tangibilibus maxime manifestum est,& ex saporibus. etenim calefaciunt & inaīata:& dulcia efficiuntur & salsa permutata. Sed Auer. mouet.q.& inquit, & hoc ꝙ dixit in tangibilibus est manifestum: sed in saporibus indiget consideratione,quod probat.pōt.n.alius dicere ꝙ sapor est ipsum gustatile, sicut odor ipsum olfactile, cuius ratio est, qm̄ tam odor q̄ sapor qualitates sunt secundæ,quæ non agunt nisi merito primarum.Tūc arguit ad oppositum per sensum, & inquit. Sed videmus (vt dicit Plato)ꝙ sapores hñt in corporibus nō aīalibus, passiones diuersas additas.i. attributas calefactioni & frigefactioni v.g.exasperare quod est pontici, & lenificare quod est vnctuosi, & alia multa quæ sunt dicta in Timæo, quæ Gal.laborat exponere. ergo sapores proculdubio agunt in non animata,quemadmodum tactilia,attamen Auer.reuocat dictum Plato.in dubium,& inquit. Istæ igitur actiones vtrū sint saporis ꝑ se:aut sint de sapore:quasi motus aeris de sono,id est,aut sint prouenientes à sapore per accñs,ratione coniuncti cum sapore, indiget consideratione. Verum dat responsum.q.vt in proposito sufficit,& inquit, & accepit hic quòd sapor est modus, id est species tangibilis: cum sit similis ei. Vult dicere ꝙ quocunque sit sapor agit prout est species tactilis.

Dubitatio. Responsio.

ARGYR. *Quid igitur,agunt ne & sensibilia illa? at vt videtur nō oē corpus ab odore pati sonoq; pōt,& ea quæ patiuntur:terminis vacant & non manent,vt aer.olet.n.ipse, tāquam aliquid passus.Quid aliud est olfacere quidem,præter idipsum, aliquid inquam pati? at.n.olfacere quidem sentire est, aer autem passus,cito sensibilis fit.*

Tex.cōm.127. Ergo ne & illa faciunt? an non oē corpus passiuū est ab odore & sono, & patientia, indeterminata sunt, & non manent,vt aer?olet.n.tanquā passus aliquid. Quid igitur est odorare, præter pati aliquid?an odorare,sentire est? aer autem passus, mox sensibilis fit.

COLLEC. Tex.cō.127. Concedens tactiles agere qualitates & sapores fm alterationē,quærit si & reliqua sensilia agunt in corpora nō sentiētis.Cui rñdet.d.§Vel nō oē corpus patibile ab odore & sono. § Est ergo solutio: ꝙ bene agunt in corpora in sensitiua,sed differenter (vt Auer.inquit) ab actione tactiliū, qm̄ non oē corpus est passiuum ab odore, & sono,sed agunt in patientia indeterminata.i. in media, quæ ideo indeterminata vocat, qm̄ non manent, qm̄ (vt Simp.inquit) eiusmodi media carent proprijs sensilibus,cū ꝑspicua sint. medium quidē soni in sonorum medium, odoris in odorū: quæ non ꝑmanent in dato actu vt aer, qui maxime & perspicuus, & sonorus, & odorus est, vt ait Simp. Hæc ergo agunt in corpora indeterminata quæ media dicuntur, & hæc non solum subiectis,vt in tonitruo dixit sed per se agētia formaliter. Et reddit Arist.rōnem. § Olet.n.vt patiens aliquid §.i.qm̄ aer medium est quod olet tanquam traducens,& medium deferens,vt litera nostra habet.

Quid igitur est odorare?§ Ad dicta quærit, cum.n.concessisset odorem agere in medium, posset quis petere, ergo medium odorat, ideo petit: quid igitur est odorare præter pati aliquid odoris.q.d.nihil. Rñdet aut odorare sentire est.i.recipi in sensorio cum stabilitate & permanenter, aer āt patiens h mox.i.statim sensibilis fit.i.receptiuus sensilis fit.aer ergo recipit sensile in transitu, sensorium tanquam finis, & hoc est sentire recipere.s. sensile tanquam finis, & pp ipsum, & non tanquam traducēs & medium. Sed dices forte ꝙ in visione aer mox fit sensilis: non tñ sono & odore. Rñdet Simp. ꝙ verbum Arist. § mox fieri sensile § nihil aliud vult, nisi vt fiat mox.i.non per se, sed vt traducens & medium, in quo non terminatur visibile vel auditile. Debes scire, vt ex veteribus elicitur, medium & sensorium cōuenire, vtrūq;.n.suscipit spēm sine materia: & ideo sensilia possunt agere per se in illa vtraq;. Qm̄ non egēt dispositione præuia pro receptione illorum. differunt autē, qm̄ sensorium cum sit viuens, & sensitiuam habeat animā, retinet speciem tanquam terminus. eo fit (vt Them̄. sentit hic) ꝙ sensorium sentiat, medium autem cum non sit viuū, non est terminus sensilis: sed est traducens tantum, & in aliud ordinatum, & ideo non sentit. quapropter omne sentiens recipit speciem sine materia, non tamen conuertitur in terminis, medium.n. sine materia speciem recipit, & tamen sentiens non dicitur.

Dubitatio.

ARGYR. *Sensuum aūt nullum aliū esse præter hos quinque, visum inquam, auditum, odoratū, gustū, & tactū, ex hisce profecto quæ nunc deinceps dicemus, credere quispiā pōt. Nā si nunc sensum oīs eius hēmus cuius sensus est tactus (oēs nāq; rei tangibilis vt est tangibilis affectus nobis sunt sensibiles tactu) nullus vtiq; tactus vel gustus vel olfactus vel auditus vel visus deesse nobis videtur. Præterea, si sensus nobis deficiat aliquis, & instr̄m necesse est illius nobis deesse.*

Tex.cō.128. Qđ aūt nō sit sensus alius præter qnq;, dico āt hos, visum, auditū, olfactū, gustū, tactū, ex his credet aliqs. Etenim oīs eius cuius est sensus tactus, etiam nunc sensum habemus (omnes.n. tangibilis inquantum tangibile passiones, tactu nobis sensibiles sunt) Necesse autem est: siquidem deficit aliquis sensus, & sensorium aliquod nobis deesse.

COLLEC. *Tex.cōm.128.* *Quæstio de initio libri tertij.* Quærūt Expositores, an lib.3. hac in parte incipiat. Expositor s̄m græcos hic tertium inchoat, & huius rei cām tradit, qm̄ apud veteres quæsitum erat, an intellectus esset sensus. & cum ipsum esse aliquem quinque sensuum sit impossibile: relinquit̄ quæstio, an forte sit sextus sensus, ideo conatur Arist. declarare, an intell's sit sensus. potest ergo rō expositoris hoc pacto ordiri, ibi incipit tertius vbi tractare inchoat de drīa & conueniētia ad partem intellectiuam. cum hic id faciat: proculdubio & h tertius incipere habet. Cum expositore sunt Them̄. & Simp. & oēs fere græci. Nouus expositor contradicit expositori ex hoc, ꝙ capite h nec de intellectu, nec de drīa, vel conuenientia intellectus Arist. meminit. Propter quod inqt dignum esse tertium aggredi, vel capite illo § qm̄ autem duobus drījs. § vbi de drīa intellectus à sensu tractat, vel capite eo § De parte autem animæ. § vbi de intellectu ratiocinatur. Qđ si forte (inquit) apud græcos inuenitur hic intitulatus tertius, forte fuit error scriptoris scribētis & intitulantis. Sed videt̄ expositoris mens confirmari ex h, qm̄ Arist. diuisit librum totum in tres, & in secundo intentionē dixit esse de obiectis, operibus: potentijs, & ipsis aīabus: & hoc totum proculdubio expediuit. quod incipit ergo, cum secluditur ab intentione secundi, continebitur porro in intentione tertij. Amplius si intentio Arist. (vt nouus inquit expositor) est capite seq. de drīa aggredi intellectus ab ipsis sensibus, proculdubio (vt Simp. inquit) debet numerū sensuum terminare: & hoc esse non potuit nisi h tertium exordiat̄. Rursum quod inquit nouus expositor errorem esse scriptoris nihil est, id.n. omnibus inuenitur expositoribus cōe vt h tertium aggrediatur Arist. sed horum altercatio non faci ad scire, siue igitur sic, siue non sit intantum vobis dictum

Rōnes pro Expositore, contra Egidij opionē.

Incipit autem à sensu: vt Simp. sentit, tum vt ad superiora continuationem habeat, tum qm̄ drīam inter intellectum & sensum ordinaturus est, vt à faciliori incipiat: à sensu aggreditur, tum vt in ipso sensu vestigium intellectus consideremus, vt impartibile, vt separabile quodā pacto, vt suiipsius compræhensiuus. Quærit autem statim in principio si est aliquis alius præter quinque sensus, pp duas cās: vt Them̄. sentire vr̄: tum primo qm̄ tactus esse multos tradidit, tum secundo qm̄ graue & leue sentire videmur nullo profecto sensu horum quos dixit, nisi sextus concedatur, his quidem causis ꝙ non sit alius præter quinque tradit Arist. Fuerunt autem quidam antiquorum qui sensuum numerum inductione probant.s.in aīalibus omnibus & in elementis oībus. vbi.n. viderunt nullum aīal plus habere q̄ quinque, & viderunt elementa nō esse plura q̄ quatuor, igitur & sensus non esse plures quinque opinantur. Quos hic Simpl. tangit ostendens ꝙ hmōi inductio peccat, Tum qm̄ notus non est nobis numerus aīalium quotus sit. sunt .n. aīalium quædam nobis īmanifesta: quæcunq; dæmonia, & eīnta quidem quatuor sunt, & sic sensus nonnisi quatuor esse deberent. Proponit ergo Arist. primo intentionē eius d. Qđ aūt non sit sensus alius præter quinque. Dico āt hos visum, auditum, olfactum, gustum, & tactum, ab his credet aliquis. voluit autem exponere hos vt ne credat tactum esse plus vno. Nam si omnis cuius. §. probat propositam conclusionem in forma enthymematis s̄m Auer. & inquit. Si.n. oīs cuius est sensus tactus, & nunc habemus sensum (oēs.n. tangibiles, quatenus tangibiles passiones nobis sensibiles sunt) necesse est siquidem deficiat nobis aliqųis sensus, & sensorium nobis aliquod deficere, apud Simp. ergo vis sylli est hypothetica. si deficit aliquis sensus, aliqđ sensorium necesse est deficere. sed nullum sensorium deficit, ergo sensus non deficit. minorem multis rōnibus probabit. Debes scire, ꝙ tam Auer. q̄ Simp. hunc locum volunt esse intellectum sic, nos compræhendimus omnia tangibilia per tactum, omnia gustatilia per gustum, omnia odoratilia per olfactum, omnia auditilia per auditum: & visibilia omnia visu. ergo nullus qnque nobis deficit, & hoc principium pn̄s ait Simp. Vltra & si nullus quinque sensuū nobis deest, si deficit aliquod sensuum, deficiet sensorium, & hoc est s̄m consequens. modo Arist. ostēdet nullum sensorium nobis deesse.

ARGYR. *Præterea: oīs sensus per medium sentit, vt patuit. Medium aūt, aut coniunctum, aut seiunctum externumq; esse necesse est. At nos habemus vtrūq;, & id inquam quod est coniunctum, quo quidem tangentes sentimus sensibilia tactu, & id ēt per quod eminus non tangentes sentimus. id vero, duplex est spatium simplex, aer inquam & aqua. Res aūt ita sese habere videtur, vt si sensibilia plura diuersa genere per vnum medium sentiātur, necessarium sit eum qui sensus instrumentum habeat tale sensitiuum illorum esse. vt si ex aere sensus sit instrumentum, & aer sit medium in colore sentiendo ac sono. Quod si vnum idemq; per plura media sentiatur, vt color per aerem, atq; aquam (hæc.n. vtraq; perspicua sunt) is qui alterum tantum habet ipsorum, sentiet nimirum id quod per vtrunq; sentiri potest.*

Te.cōm.129. Et quæcunq; quidem ipsi tangentes sentimus, tactu sensibilia sunt, quem hēmus. Quæcunq; vero per media, & non ipsa tangentes, simplicibus spacijs. dico aūt, vt aere & aqua. Hēt aūt sic, vt siquidē per vnum plura sensibilia sint exn̄tia diuersa abinuicem genere, necesse sit hn̄tem hmōi sensorium, vtrorūq; sensitiuū esse, vt si ex aere est sensoriū, et est aer & soni & coloris. Si vero pl'a eiusdē sint, vt coloris & aer & aqua, vtraq;.n. diaphana, & q alterū ipsorū habet solū, sentiet id qđ p vtraq;.

COLLEC. *Te.cōm.129.* Ex expositoribus optimā dedit Auer. huius loci cōmētationē, & prīo partis intentionē pponit, & inqt. Cū declarauit qđ si deficit ī nobis aliqs sensus: necesse est vt deficiat aliqđ sentiēs.i. aliqđ sensoriū, & ēt fuit manifestum ex hoc, ꝙ si deficit in nobis aliqđ sentiens.s. sextū sensorium, necesse

necesse est vt deficiat in nobis aliquis sensus.s.sextus, qui differat in genere à sensibilibus.i.sensorijs istarum virtutũ. cum.s.in istis virtutibus quinque non deficiat sentire aliqd ex eis, quæ innata sunt inueniri in eis, & ꝙ hæc duo conuertunt.s.quorum vtrũlibet fuerit, erit alterũ, & si vnũ aufertur, aufertur & reliquum. Præcedẽti itaq; parte sensum & sensoriũ conuerti ſm esse, & non esse patet. Tunc partis apponit intentionẽ.d. Incepit declarare, ꝙ impoſe est sextam virtutẽ esse, quia impoſe est vt sit aliquod aliud genus sentiendi, alterum quidẽ ab his qnque. Et apponit numerum demſonum, quibus vtit̃ Arist.& inqt. Et hoc declarabitur tribus demſonibus: quarum prima est à medijs. Scđa ab instris quibus fit sentire.i.à numero sensoriorũ & cã data in his duabus demſonibus est quasi materialis, qm̃ medium, reducit̃ ad genus mãæ, & organum ẽt ad idem. Tertia ãt est accepta à sensibilibus ipsis, & est magis firma illis duabus, cum cã accepta in ea sit finalis. oĩm.n. comparat̃ potentiæ vt finis & perfectio, & ideo demſo illa est perfectior. Et explicat ordinẽ demſonum.d.& incepit à demſone quæ est accepta à medio, sed tacuit quasdã propõnes, & conclusionem, vt dicam in fine partis, & ista demſo fundat̃ supra propõnes, & accepit primam, & inqt. Quarũ vna est ꝙ oẽ quod sentit aĩal, aut sentit ipsum ꝑ contactum.i. sine extrinseco medio, aut mediante corpe extraneo, & exponit quid sit sentire ꝑ contactum.d.& oẽ qđ sentimus ꝑ cõtactum: aut sentimus ipsum mediante carne tanꝗ ꝑ mediũ, aut ꝑ ipsam carnẽ, tanꝗ si fuerit instrm̃. Hoc quidem.n. sine medio voco sentire. Inqt igr̃ Arist. & quæcunq; quidẽ ipsi tangẽtes sentimus tactu sensibilia sunt, quẽ contingit hr̃e. quæ vero ꝑ media & non ipsa tangẽtes simplicibus spatijs sentimus, qđ exponit.d. Dico ãt vt aere & aqua. Est ergo propõ hæc, oẽ sentiẽs sentit, aut sine medio extrinseco, aut per medium forinsecum. Et cum ita sit, Auer. dat ǫ̃ns ad illam propõnem, & inquit, Et cũ ita sit, sicut diximus, manifestum est ꝙ necessario sequitur ex hoc, vt oẽ sentiens per carnem, aut per aerem, aut aquam, aut per hæc oĩa non inueniatur ei de sensu, nisi id ꝙ põt fieri ꝑ hæc duo.s. per carnem, aut per medium. Replicat ǫ̃ntiam, & inquit. Oẽ igitur aĩal non habet de sensibus, nisi qui pñt fieri per duo, ꝑ carnem.s. aut per medium extrinsecum. Põt ergo syllogismus sic componi, oẽ sentiens ꝑ carnem, aut per medium extrinsecum simplex tm̃ põt sentire, quantum reddunt ei caro & medium extrinsecum. sed aĩal sentiens est oẽ per carnẽ, aut per mediũ extrinsecum tm̃: igitur põt animal sentire quantum ei reddunt caro, & mediũ extrinsecum: & hic quidem primus est syllogismus; põt & secundus perfecte sic componi, oẽ quod reddit per carnẽ: aut est gustabile, aut tangibile, & oẽ quod redditur ꝑ aerem, aut aquam: aut vtroque est, aut sonus, aut odor, aut color, & hæc est maior. Tunc addo minorem. Sed omne sentiens sentit ꝑ carnem: aut ꝑ aerem, & aquam, ergo sentire oẽ: aut gustare est, aut tãgere, aut audire, aut videre, aut olfacere, & sic nullus deficit sensus: quod qũo pateat ex parte medij, his constat. Hunc prosyllm̃ tangit Arist.& inquit. Se hñt aũt sic, vt siquidem aĩalium aliquod per vnum medium plura sensibilia altera sint exñtia abinuicem gñe, necesse est hñtem hmõi sensoriũ vnum hr̃e, & esse sensitiuum vtrorũq;. qđ exẽplo monstrat, vt si aliquod aĩal ex aere tm̃ est sensitiuum tam soni quam odoris ꝗ coloris. Adhuc & oñdit oppositum.s.quod si quod aĩalium erit: quod per plura media sit sentiens vnũ, sensibile sibi sufficit alterũ illorum, & sermo eius patet. Ex his apparet ꝙ primi sylli non accepit nisi minorẽ: tacuit aũt maiorem & conclusionẽ, secundi vero nec accepit maiorem, nec minorẽ in forma, sed mãm harum, & sic verificatur verbum Auer. superius: cum inqt, sed tacuit quasdã propõnes & conclusionẽ. Reliquũ commenti patet ex his.

ARGYR. *Nam ex hisce duobus simplicibus tantũ instra sunt sensus, ex aere atq; aqua, etenim pupilla ex aqua, auditus ex aere, odoratus ex horum altero, constat. Ignis autẽ nullius est instrumenti, aut cõis oĩum est. quippe cum sine caliditate nihil sit sensitiuum. Terra ẽt, aut nullius est instrumenti, aut in tactu maxime, commista. Quocirca, restat nullum sensus instrumentum esse præter aerem atq; aquam.*

Ex simplicibus autẽ duobus his sensoria solũ sunt, ex aere & aqua. pupilla.n. aquæ: auditus vero, aeris. olfactus autẽ, horum alterius est. Ignis aũt, aut nullius est, aut communis omnibus. nihil.n. sine calore sensitiuũ est. Terra vero, aut nullius est, aut in tactu maxime miscetur. Quapropter relinquitur, nullum esse sensorium præter aerem & aquam. *Tex.cõm.130*

COLLEC. *Tex.cõ.130.* Sumens ex supradictis media duo sola esse, aerem, & aquã vult & sensoria ex duobus his solis simplicibus subsistere, & inquit. Ex simplicibus aũt duobus his sensitiua sola sunt, ex aere.s.& aqua, quod exemplo oñdit, & inquit. Pupilla quidẽ.n. aquæ, auditus vero aeris, olfactus aũt horum alterius vt piscis aquæ: terrestria aeris. ignis ãt aut nullius est, vt is qui combustiuus, aut cõis oĩbus.s. elementarijs, nihil.n. sine calore sensitiuum est. terra aũt aut nullius est, aut in tactu, & gustu maxime miscetur. vnde relinquitur nullũ esse sensitiuum extra aerem & aquam. Sed qm̃ Auer. vult hanc demſonem esse secundam ab instrumentis acceptam, potest sic componi, tot sunt sensus, quot sensoria. sed sensoria quinque, ergo & sensus. Q. autem quinque sensoria constat, tot quidem sunt sensoria quot ex elementis simplicibus potest fieri numerus instrumentorum. sed quinque possunt esse instrumenta ex numero elementorum, ergo & quinque sunt sensoria. Facit autem Auer. ǫ̃ntiam ꝙ si datur sextus sensus, tunc datur sextum elementum. consequentia tenet: qm̃ cum non possit constare ex illis, & nõ ex terra, nec igne. erit ergo ex alijs, vel altero ab his elemẽto, & sic sextum elementum.

ARGYR. *Hæc aũt nonnulla nunc aĩalium hñt. Ab ijs igitur aĩalium quæ sunt perfecta, nõ imperfecta nec mẽbris capta, oẽs sensus habẽtur. etenim & talpa, sub cute oculos habere vr̃.*

Hæc aũt, & nunc quædam hñt aĩalia. Oẽs igitur sensus, habentur à non imperfectis neq; mutilatis, videtur.n.& talpa, sub pelle habere oculos. *Te.cõm.131.*

COLLEC. *Te.cõm.131.* Hoc vr̃ ad caput dictum continuari, hoc.s. modo, Hæc aũt.s. organa sensus conformia aeri, & aquæ aĩalia quædam habent: & hoc ad prædicta colligas. Oẽs igitur. Hæc particula igitur completiua ac ratiocinatiua conclusionis nunc ponitur, vt Simpl̃. inquit. Intendit.n. vt Auer. ait, ꝙ si sensus sextus esset, oporteret vt inueniretur in hoĩe, qui est completissimum aĩalium: esset.n. necessarium ꝑꝑ melius. ſm ergo Auer. Arist. hypothetice syllogizat̃ hoc modo, si sextus sensus esset, daretur hoĩ, sed homini non datur, non igitur sextus sensus erit. & huius accepit Arist. tm̃ ǫ̃ns, cum inquit. Oẽs igitur sensus haberentur à non imperfectis, neq; orbatis.i. ab hoĩe oĩum aĩalium præstabilissimo. Hoc aũt, vt Auer. exponit, Aristo. oñdit ex talpa, inquit Auer. & hoc manifestum est de solicitudine naturę in dando sensus aĩalibus, adeo ꝙ propter hoc dedit talpæ oculos, & cooperit eos cute, cum non indigeat eis in maiori parte suæ operationis, cum hoc ꝙ nã eius non posset plus recipere: & si posset forte esset superfluum: ex hoc toto dedit intelligere naturam esse solicitam, propter enim duas causas cooperit hos oculos talpę. Tum quia non eget eis in maiori parte suæ operationis propter vsum eius sub terra. Tum quia natura talpæ est hmõi materiæ vt oculos sic retineat. Arguitur ergo sic, si nã tm̃ de talpa sit solicita, quare si sextus daret̃ sensus, nã daret ipsum perfectissimo aĩalium.s. homini: & sic patet ǫ̃ntia. Them̃. autem ac Simpl̃. id signũ de talpa aliter ordinant. Vr̃.n. quasi sol. esse qõnis occulte, qm̃ cum Arist. dixisset aĩalia perfecta ac non orbata oẽs habere sensus: & talpa talium sit aĩalium.s. perfectorum, & non lacessitorum, quis inferre posset eam oẽs habere sensus, cui (ſm eos) rñdet Arist.d. Videt̃.n. talpa sub pelle hñs oculos. nã (vt Them̃. ait) talpæ quanquam visus deest, oculorum effigies inest, siquis membranam sedi luminum ꝑtẽtã detrahat. Sed objicies porro habet talpa oculos, at sensoria nunquam videt, ergo frustra. Absoluit Simp.d. Intelligendum vero puto in talpa non omnino priuationem visibilis facultatis & actionis, sed expresse, participare vero vt per tunicas, qualis & nobis fit quædam compræhensio

Cur talpa habet oculos opertos.

I ...io.

Solutio.

Animalia imperfecta & orbata quæ sint. per palpebras. Debes ſcire aīalia illa eſſe imperfecta quæ ſub rōne aīalis aliqua vacant perfectione vt nō greſsibilia. Orbata vero ſeu mutilata ſunt quæcūq; indiuidua, & eiuſdem ſpeciei in partu læſa, vel poſt hæc organo aliquo priuata, & ideo Ariſtot. vtrunque amplectens genus animalium dixit § à non imperfectis, neque orbatis. § vt Simpli. ſentit.

ARGYR. *Atq; ſi nullū aliud corpus eſt præter ea quæ percipimus eſſe, nec vllus alius affectus præter eos qui corporibus hiſce competunt quæ ſunt hic, nullus profecto deficit ſenſus.*

Te. cōm. 132. Quare ſi nō eſt aliud aliquod corpus, & paſsio quæ nullius ſit eorum quæ ſunt hic corporum, nullus vtiq; deficiet ſenſus.

COLLEC. *Te. cōm. 132.* Expoſitor primus hoc eſſe concluſionē facit ſylli ſumpti ex parte organorum, & ſic nihil ea deficere vult pñter, quod & nouus Expoſitor conſentit. Sed Auer. tertiam ait eſſe demrōnem, & Simp. hac in parte inquit, quæ hactenus conſtruxerunt problemata ex perfecta ſenſibili via, & in defectus organorum aſsignatione. Hæc vero mihi videt. litera ex ſenſibilibus idem ſuggerere, & ſic cum Auer. cōſentit hanc viam eſſe tertiam, & ſumi à ſenſibilibus. Componit ergo eam Auer. in hunc modum. ſi ſextus ſenſus ſit: neceſſe eſt corpus ſenſibile eſſe aliud ab oībus. ſ. corporibus ſenſibilibus, quæ ſentiunt quinque ſenſus, & eſſe paſſionem eius, & qualitatem, quam ſentiens reciperet à ſenſibilibus, vt qualificatur p eam aliam ab iſtis qualitatibus: hoc eſt ans. tūc deſtruit pñs. d. ſed nullum corpus ſenſibile eſt aliud ab iſtis, vt in lib. de cœlo & ipſe dixit, neq; paſsio extra iſtas paſsiones, vt in lib. perigeneſeos, ergo nullus ſenſus eſt extra hos ſenſus quinque. Huius tacuit ans, & appoſuit deſtructionem conſequentis, & inquit. Quapp ſi non aliquod aliud eſt corpus: & paſsio, quæ nullius eſt hic corporum, nullus vtiq; deficit ſenſus. ecce qūo tantum appoſuit conſequentis deſtructionem, & concluſionem ppriam. *Dubitatio.* Sed quærunt & rōnaliter, qm̄ non videtur pñtiam illam ſanam fieri, qm̄ ſi ſequitur ꝙ ſextum elemētum eſſet, ppea quia cuiuſlibet elementi tanquam obiecti eſſet vnus ſenſus. modo hoc non eſt ita, tactus. n. vnus quatuor eſt elementorum, arguo ergo vnus ſenſus plurium eſt elementorum, ergo & plures ſenſus non erunt iuxta pluralitatem elementorum, & ſic enthymema nullum. *Solutio.* Pōt dici ꝙ elementa dupliciter conſiderantur. Vno modo ſm materiam, & ſic tactu tm̄ percipiuntur. Alio modo ſm formam. & ſic cœlum viſui, ignis odoratiui, aer auditui, aqua guſtui, terra tactui approprriantur, ſub rōnibus formalibus, & ſic tenet conſequentia.

ARGYR. *At vero neq; ſenſus inſtrm̄ quicquā propriū ſenſibilium cōium eſſe pōt, motus inquam, quietis, figuræ, magnitudinis, numeri, vnius, quæ vnoquoq; ſenſu ſentimus per accidens. Omnia. n. hæc ſane motu ſentimus. etenim magnitudo: motu ſentiretur. Quare & figura quidē, cum figura quædam magnitudo ſit. Et id quod quieſcit, ex eo quia non mouet. Et numerus, continui negatione, & ſenſibilibus proprijs. vnuſquiſq; nanq; ſenſus, nimirum vnum ſentit.*

Tex. cō. 133. At vero neq; cōium pōt eſſe ſenſorium aliquod pprium quæ vnoquoq; ſenſu ſentimus non ſcd̄m accñs, vt motus, ſtatus, figuræ, magnitudinis, numeri, vnius. Hæc. n. oīa, motu ſentimus. vt magnitudinem, motu. Quare & figuram. magnitudo. n. quedam, & figura eſt. Quieſcens autem eo quod non mouetur. Numerus vero, negatione continui, & proprijs. vnuſquiſq; enim ſenſus, vnum ſentit.

COLLEC. *Te. cōm. 133.* Cum oñdiſſet non aliquē nobis deeſſe ſenſum, eo ꝙ neque alius pter quinque ſoluit velut inſtantiā arbitrantis, & cōibus ſenſibilibus proprium quēdam attribuere ſenſum: & hoc mō. Simp. cōmentantur hoc capl̄m: ac Them̄. idem ſenſit, nec expoſitori diſplicet, & proculdubio expō eſt Auer. Syllogizat igitur Ariſto. hoc pacto ad hos, nullum ſenſibile ab aliquo ſenſu proprio, & particulari ſentit per ſe à quinque ſenſibus. Sed oīa ſenſibilia cōia ſentiunt p ſe à ſenſibus quinque, ergo in ſecunda figura ſenſibilia cōia non cognoſcūtur ab aliquo ſenſu proprio, & ſic obiectio arbitrantis illo pacto ſecluditur. Minor proſyllogizatur hoc pacto, quæcunque immutant per ſe: & inferunt paſſionem quinque ſenſibus, cognoſcuntur & ſentiuntur per ſe ab eis. Sed ſenſibilia cōia immutant per ſe ſenſus quinque, ac paſsionem inferunt eis. Proculdubio igitur ſenſibilia communia per ſe cognoſcuntur ab eis. Ariſtot. ergo proponit concluſionem, & inquit, At vero neque cōium poteſt eſſe ſenſitiuum aliquod proprium, dico § cōia § quæ vnoquoq; ſenſu ſentimus, non ſm accñs, vt motus, ſtatus, & reliqua. Hæc proculdubio concluſio eſt primi ſyllogiſmi. Poſt appoſuit & minorem proſyllogiſmi, & īquit: Hec enim omnia & motu. i. īmutatione ſentimus, & inducit in oībus & ſermo eius patet, & aperietur in cōm. & cap. ſeq. Auer. in cōm. reddit rōnem, cur ſenſibilia communia non poſſunt ſentiri ab vno ſenſu proprio, & inquit, niſi ſenſibilia eſſent communia vnicuiq; ſenſuum accidentalr̄ & hoc viſum eſt. quod. n. ſentitur ab vno ſenſu per ſe, vt ſapor à guſtu: ab aliis nōniſi per accñs percipitur. hoc autem falſum eſſe monſtrat Auer. & inquit & dixit hoc: quia ſi eſſent eis accñtaliter, cōtingeret vt eſſent alicui ſenſui eſſentialiter. quod. n. inuenitur alicui accñtaliter: debet inueniri alteri eſſentialiter. *Cōm. 48. D. bitatio.* Sed ambiges, qm̄ in. 2. phyſi. auſculta. Auer. vult ꝙ id quod eſt per accidens reſpectu vnius, non poteſt eſſe per ſe reſpectu alterius, ergo non eſt verum ꝙ id qđ inuenitur per accñs alicui: debet īueniri per ſe alteri. *Reſponſio aliquorū erronea.* Quidam propter hoc negant Auer. & dicunt verbum Ariſtot. in phyſica auſcultatione eſſe intelligendū in cauſis, & non effectibus. v. g. ꝙ ſi vna cā ſit cā alicuius effectus per accidens, erit cā alterius effectus per ſe. Sed hic ꝯdicit Ariſto. qm̄ in primo cœli & mūdi voluit ꝙ oē per accñs vni ſit nāle reſpectu alterius. vbi Auer. inquit. Nāle. n. in aliqua ſpē neceſſariū eſt, vt ſit prius accñte, & impoſſe eſt, vt poſterius ſit ſine ſuo priori & ꝙ aliquod ſit accñtaliter, & nunquam eſſentialr̄, ideo verbum Auer. debet intelligi, ꝙ oē accidēs *Reſponſio propria.* vni eſt per ſe alteri alterius ordinis & nāæ. v. g. tonitruum eſt accñs hoī exeunti domo, attamen per ſe, exclamationi, eſt. n. exclamatio altera nā ac alterius ordinis. Verbum. 2. *Cōm. 14.* phyſi. auſcul. intelligitur, ꝙ id quod reſpectu vnius eſt per accñs, non poteſt eſſe neceſſarium reſpectu alterius eiuſdem ordinis & naturæ, & ſic concordātur verba Auerro. Ver. g. quantitas § Oſtendit qūo quantitas & figura motu cognoſcit, & inquit. v. g. quantitas ſup. motu cognoſcitur, ſenſus. n. qui innati ſunt comprehendere eam per aliquā paſsionē & motū, & ſilr̄ eſt de figura. figura. n. eſt quantitas cum aliqua qualitate, vel eſt quantitas ſm mām̄, vt Simpl. ait. Deinde oñdit qūo cōprehendit quies. d. Comprehēſio aūt quietis eſt p cōprehenſionē priuationis motus, qui. n. cōprehenderint motū eſſentialr̄, cōprehendunt priuationē eius eſſentialiter. ſ quietē, & ſic patet ſcd̄m. Amplius tertio exponit quonam pacto numerus comprehendit, & inquit. Cōprehenſio vero numeri & multitudinis à ſenſibus eſt per comprehenſionem priuationis continui, quod eſt magnitudo, & iam declarat ꝙ continuum comprehēditur eſſentialr̄, ergo & eius priuatio comprehendit eſſentialr̄. Tota ergo Auer. deductio cōſiſtit in hoc, quæcunq; oppoſita ſic ſe habent ꝙ vnum per ſe apprehendit & reliquum. ſed motus, & quies, continuū & numerus oppoſita: quare ſi vnum per ſe, & reliquū per ſe apprehendit. Sed Simp. ambigit ſenſibilia oīa cōia per ſe motu cognoſcunt, ergo neutrum per priuationem alterius cognoſcit, & ſic nec ſtatus priuatione motus, nec numerus priuatione vnius & continui. Et ipſe longam dat ſolu. ſed nos in cōmentatione textus commenti. 65. diximus totum hoc, & tu vide.

ARGYR. *Quare patet fieri non poſſe, vt cōium cuiuſq; ſit proprius ſenſus, ſi enim eſſet, perinde tunc fieret atque nunc viſu dulce ſentimus, quod quidem propterea fit, quòd vtrorunq; ſenſum habemus, quo cum concurrunt, agnoſcimus. Quod ſi ita non eſſet, nullo alio modo profecto niſi per accidens ſentiremus, quo pacto filium ſentimus Cleonis. non enim Cleonis filium, ſed album ſentimus. Huic autem accidit,* vt filius

vt filius sit Cleonis. At communium habemus iam sensum communem. non per accidens sane. Nullus igitur ipsorum, sensus est proprius. nullo.n. sentiremus modo, nisi eo, quo diximus filium videre Cleonis. Propria aut sensibilia sensus ipsi per accidens alter alterius sentiunt, non hoc sane quo ipsi sunt, sed quo vnus, cum simul in eodem sensus efficitur, ceu bilem amaram esse ac flauam. non.n. ad alterum pertinet, vnum ambo hæc esse dicere. Quapropter & errat, & si sit quippiam flauum.

Tex.côm.134. Quare manifestum est, quod impo!e est cuiuslibet horũ propriũ esse sensum, vt motus. sic.n. esset, vt nũc visu dulce sentimus. hoc ãt est, qm̃ amborum habemus sensum, quo cũ coinciderint, cognoscimus. Si vero nõ, nequaq̃ vtiq;, nisi scd̃m accñs sentiremus: vt Cleonis filium: non quia Cleonis filius est, sed quia albus. huic aũt accidit, vt filius Cleonis sit. Cõium aũt habemus iã sensum cõem, non scd̃m accñs, Non igitur, est proprius. nequaq̃.n. vtiq; sentiremus, nisi sic, vt dictum est Cleonis filium nos videre. Adinuicem aũt propria secũdum accñs sentiunt ipsi sensus, non secundum ꝙ ipsi sunt, sed secũdum ꝙ vnus, cum simul fit sensus in eodẽ vt ꝙ cholera, quidem, amara est & flaua. non.n. alterius est dicere ꝙ ambo, vnum. Quapropter, & decipitur qui & si sit flauum, choleram opinatur esse.

COLLEC. Tex.cô. 134. Hæc quidem conclusio est ante habiti sylli, inqt. Quare his manifestum est, qm̃ impo!e est, cuiuslibet horũ cõium sensibilium, vt motus, sensum proprium esse, & hæc fuit cõclusio syllogismi propositi, vt ex commento capitur. Sic .n. erit. § Nouus Expositor alteram dicit esse rationem à priori, non simpliciter, sed prout hęc quidem inductiua, illa vero syllogistica est. Et errat. hęc.n. hypothetica, illa vero categorica, vt Auer. innuit, ac veteres expositores. Arguitur ergo sic, si aliquod sensibilium cõium haberet sensum proprium: tunc sentiretur à nobis accidentaliter, quẽadmodũ sentimus per visum istum esse filium Socr. qui est albus, aut quemadmodum iudicamus hoc esse dulce, quia est citrinum, aut flauum, hæc hypothetica. tunc destruitur ꝯñs: sed declaratum est nullum sensibilium cõium sentiri ꝑ accidens, sed essentialiter, & per se, ergo oppositum añtis, nullum sensibilium cõium habet sensum proprium. Qm̃ si haberent sensum proprium, tunc sentirentur. aut sicut sentimus per visum filium Socr. aut sicut quidam sensus sentit sensibile proprium cuiusdam. v. g. visus dulce per accñs. Huius ergo syllogismi Aris. accepit primo añs, & suppleas tu. Si aliquod sensibilium cõium haberet sensum propriũ, sic.n. erit sicut nunc visu dulce sentimus, & exponit quonã pacto nunc visu dulce sentimus, & inquit. Hoc aũt quoniã extitimus qñq; hñtes sensum amborũ. v. g. qñ visu flauũ, & gustu dulce sensimus in melle, quo. i. qua de re, cum iterũ coinciderint. s. dulce & flauum cognoscimus. Et hæc est prima pars ꝯñtis hypotheticæ. secundam inducens inquit. Si vero non hoc pacto per accidens, nequaquam vtiq; cognoscimus per se, qm̃ adhuc est melius modus cognoscẽdi per accidens, quod exponit. d. Sed vel ẜm accidens sentimus, vt diarij filium non quia diarij filius est, sed quoniã albus huic. s. albo viso accidit diarij filius esse. diarij enim filio accidit album ẜm esse, albo vero ẜm sensum accidit filius diarij. Ex his tota hypothetica conditionalis sic põt confici, si aliquod sensibilium cõium haberet sensum proprium, tunc per quinque sensus nostros sentiretur à nobis accidentaliter, altero duorum modorum. Cõium autem. § Cum accepit hypotheticam conditionalem tanquam añs, accepit oppositum ꝯñtis illius tanquam ꝯñs syllogismi, & hic fuit error noui Expositoris, inquit. Communium autẽ habemus iam sensum cõem, non ẜm accidens. i. sed sensibilium cõium nullum sentitur per accidens. Tunc dedit cõclusionem, quæ est oppositum añtis. d. Non igitur est proprius sensus sup. alicuius sensibilis cõis. Nequaquam.n. § Reddit aũt rationem cur sensibilium communium non est sensus per accñs, ꝙ oppositum est ꝯñtis hypotheticæ, nequaquam.n. vtiq; sentiremus, sed aut sicut dictum est diarij filium nos videre, aut sup. quemadmodum visu dulce sentimus. Reddit aũt cãm cur sensus sentiunt sensibilia ꝓpria per accñs. v. g. visus dulce, & inquit. Sensus.n. sentiunt sensibilia propria abinuicem. i. seorsum, non ẜm ꝙ ipsi sunt. sic.n. per se sentirent, sed ẜm ꝙ vnus. i. coniunctus fiat sensus in eodem, vt cholera quidem amara & rubicunda. non .n. alterius. i. ad alterum pertinet dicere ꝙ ambo hæc vnũ sint, sed sup. diuersis visu. s. ruborem, gustu amaritudinẽ. Tunc corollarie conducit theorema. d. ꝑꝑ quod & decipit qui & si sit flauum, choleram credit esse. vult dicere ꝙ tũc falli sæpenumero vsu venit non quidem visum, sed cõem sensum: quo gustus & visus iudicia conferuntur: quod & Them̃. plus alijs exponit hunc locũ: & tu vide. inqt Auer. § Et iste modus est etiam accidentaliter. § Vbi vult ponere d̃riam inter hos modus accidentales, & inquit. Et iste modus est etiam accidentalis, sed differt à primo modo, qui simpliciter dicitur accñtalis, & est, compræhenditur ꝑ visum istum esse filium Soc. licet vterq; numeratus sit accidentalis: differunt s. in hoc, quia compræhendere per visum hoc esse dulce fuit, quia cum visu fuit coniuncta virtus vnius generis. i. alter sensus cum virtute visus. s. sensus gustus. visus.n. & gustus vnius sunt generis sensus. Iudicare ãt per visum istum esse filium Socr. accidit, quia in alio tempore fuit coniuncta cum visu alia virtus alterius g̃nis à virtute visus. virtus.n. qua compræhendimus istum esse Socr. aut filium Socr. superior est ad virtutem sensus, quia est cognitiua, vt cõm. 63. huius patuit. Et hæc est vna differentia. s. sumpta à coniunctione vel virtutum eiusdem generis vel alterius generis. Tunc redit ad primam d̃riam dicens. Et ideo iste modus videtur magis accñtalis. s. quo sentimus filium fortis q̃ secundus, cuius signum dat. Vnde simpliciter dixit ipsum esse accidentalem, & non secundũ. Hæ sunt duæ differentiæ. Them̃. vero dedit conuenientiã, & inquit, quibus tamen filius Cleonis, & dulcedo, cum sentiuntur, neq; mouere, neq; afficere visum dicitur, tametsi visus & Cleonis filium iudicet argumento candoris, & dulcedinem coniectet explorata flauitie, & sic constat horum modorum conuenientia, & d̃ria. Ambigunt in litera, qm̃ Aristot. ait, communium aũt habemus iam sensum communem non ẜm accñs. Videtur enim ꝙ non ideo sensibilia communia dicantur per se, quoniam sentiuntur à sensu communi, vt 65. cõm. est expositum. Simp. inquit, ꝙ sensus dicitur cõis dupliciter vel cõitate concursus, quẽadmodum sensu cõi dulce & flauũ in melle cognoscimus, qm̃ duobus sensibus in vnum concurrentibus. s. gustu & visu. aliter dicitur cõis sensus cõitate prædicationis, quemadmodum esse bipes cõe est hoĩ, qm̃ omni inest homini, & habere digitos in numero quinque. & ijs duobus modis inquit sensibilia cõia sensu cõi sentiri. s. tum cõitate concursus, quo cum sensibilibus per accñs conueniunt, tum cõitate prædicationis. i. à sensu inquantum sensu quo ab eis discrepant. Auer. aũt exponit quantum ad iudicium: & inquit, iudicium non est vnius virtutis, qñ duo sensus fuerint coniuncti ad iudicandum sup eandem rem ipsam esse eandem. Sed id iudiciũ est vtriusq; sensus non alterius sensus ab eis, sicut æstimare põt aliquis, sed si d̃r vnus hoc modo dicitur accñtaliter. Vult ergo Auer. ꝙ iudicium de sensibilibus cõibus est plurium sensuum ꝑ se, vnius per accñs. Et reliquum commenti patet ex expositione textus. Sed ad dictum Auer. ambiges, quoniã statim in capite de sensu communi Aristot. ex vnitate iudicij concludet vnitatem sensus communis, & Auer. vult tantum per accidens esse concludendam vnitatem. Sed dicendum ꝙ Auer. loquitur de iudicio initiatiue. hoc enim fit pluribus sensibus, vel vno accidentali vnitate, sed de iudicio perfecto ac complectiuo Arist. loquitur, & sic tollitur contradictio.

Dubitatio. Responsio. Dubitatio. Solutio.

ARGYR. *Quæri põt autem, cuiusnam gratia plures sensus: sed nõ vnũ tantũ hẽmus. An vt minus ipsa quæ sequũtur atq; cõia lateãt, vt motus, et magnitudo, & numerus? Nã si esset solus visus, qui quidẽ est & coloris, magis laterent, ac idẽ esse oĩa viderent, propterea quod color et magnitudo simul se sequũtur & comitãtur. nũc autem cum in alio quoq; sensibili*

ipsa communia sint, fit inde perspicuum, vnumquodque illorum aliquid aliud esse atque diuersum.

Tex.cōm.135. Inquiret aũt aliquis, cuius cã plures habeamus sensus, sed non solum vnum. An vt minus lateant consequentia & cōia, vt motus & magnitudo, & numerus? Si .n. esset visus solus & ipse albi, laterent vtiq; magis, & viderenť idem esse oĩa, propterea ꝙ consequuntur seinuicem simul color & magnitudo, nunc aũt, qm̃ in alio sensibili communia sunt, manifestum facit, ꝙ aliud quiddam vnumquodque ipsorum est.

COLLEC. Tex.cō.135. Them̃. & Expositor antiquus textum hunc concorditer commentantur. Inquit.n. Them̃. sed quæret quispiam contra, cur non vnus modo sensus esse possit quo & colores & strepitus: & sapores, & cætera quoque sensibilia comprehendãtur. ecce quomodo expō Them̃. de cã quærit sensuũ pluralitatis, vt Expositor exponit. Soluit.q. Aristo. ſm eos ex cã finali & inquit Them̃. an si vno sensu oĩa comprehenderentur internosci nō possent, nunc vero cũ illa pluribus sensibus capiantur, manifestatur satis vni ea sensui conuenire non posse, & Them̃. hanc cãm dicit sufficientem pluralitatem sensuum. Vltra Them̃. dat secundam rōnem ex organo, & inquit. Si.n. sensus vnus esset, vnum esse instrumentũ & sensorium oporteret, hoc fieri prorsus nullo pacto potest, & ostendit hoc rōne quã breuitatis cã transeo. Expositor aũt eandem rōnem addit, quã Them̃. licet expositor arguat à potẽtiarum ordine ad obiecta, Them̃. ab organorum ordine ad obiecta, & tu considera vtriusq; vires. Sed Auer. obiicit his, qm̃ vel multitudo sensuum cã formali potest concludi, vel causa finali. Si causa formali, illa habita est ex distinctione & multitudine obiectorum, & sic non expedit repetere. Si cã finali, illa ponitur in fine huius totius voluminis. Arguet enim sic, aliqui sensus sunt pp necessarium, aliqui propter melius: & tunc proceditur ad probandum numerum sensuum, non ergo expedit ponere hic illam. Amplius instat ad hos Simpľ. d. Manifestat vero & sensum. q. alio modo à prædicto assignatio causæ: vt vř in litera. Aliter ergo Simpľ. Plutarchus phs, Auer. & nouus Expositor cõmentati sunt locum hunc. Inquit ergo Arist. § Quæret autem aliquis cuius causa plures habemus sensus, § Subaudiendũ cõium, recte.n. phus Plutarchus notauit ꝙ non simpľr querit: nunc quamobrem nō vnum habemus sensum solũ sed plures, sed cur nã communia pluribus sensibus percipimus & non vno tm̃. Aut quatenus minus § Absoluit.q. & inquit. Aut quatenus minus lateãt ꝯ.i. obiecta.i. propria & cõia quæ sunt vt motus & magnitudo, & numerus. Sol declarat. d. Si.n. esset visus solus magnitudinis cognitiuus & ipse esset tm̃ albi.i. coloris, laterent vtique magis, & viderẽtur oĩa esse idem propter id quod consequuntur se adinuicem color, & magnitudo, casu illo posito, nunc aũt cum de facto in aliquo alio sensibili vltra colorẽ cõia sunt manifestam facit ꝙ aliud quiddam vnumquodq; ipsorum est, ecce quomodo sol. q. destruit expōnem primã.

ARGYR. *Cum autem sentiamus nos videre ac audire, necesse est, aut visu sentiamus nos videre, aut alio sensu. At si alio sensu, tum idem sensus erit & ipsius visus, & etiam coloris subiecti. Quare vel duo sensus eiusdem erunt subiecti, vel ipsum sentiet ipse. Præterea si alius sit sensus qui percipit ipsum visum, aut in infinitum fiet abitio, aut erit aliquis sensus qui seipsum percipiet sentientem. Quare id ipsum in primo sensu continuo est faciendum.*

Tex.cōm.136. Qm̃ aũt sentimus qđ videmus & audimus, necesse est, aut visu sentire quod videt, aut alio, Sed idẽ, erit visus & subti coloris. Quamobrem aut duo eiusdẽ erũt, aut ipse suiipsius. Amplius aũt, si & alius sensus sit ipsius visus, aut in infinitum procedet, aut ipse aliquis suiipsius erit. Quare in ipso primo, hoc faciendum est.

COLLEC. Tex.cō.136. Persoluit.q. Arist. de numero sensuũ. an. s. tm̃ nobis quinque sunt sensus, & sic ꝙ sextus non sit, nunc qm̃ sentimus nos videre, & audimus, quærit an vno & eodem sensu, vel altero id fiat. Primum quidem.n. plerisque, & cæterorum participatur aĩalibus, sentire ꝙ sentimus hoĩs solum proprium videtur, cuius rationem Simp. reddit hic, qm̃ rõnalis via ad seipsam reflexiua est, pp quod (vt Iamblicus inqt) æquiuocus est noster sensus cum irrationali: & propterea primum persoluit quæsitum tanquam cõius: deinde secundum tanquam homini proprium. Inquit ergo Arist. qm̃ aũt sentimus ꝙ videmus, & audimus. i. cum sentiamus nos videre & audire, necesse est visu sentire, quia videmus aut altero sensu, hæc est quæstio, & quia hæc. q. accidit proprie hominibus: ideo querit eam in persona nostra. Sed cur mouit. q. hanc? quidam fingunt ꝙ antiquissimi dixerũt sensum esse intellectum: pp quod quemadmodũ intellectus, qñq; seipsum intelligit, petit & nunc & idem de sensu vt confutaret hoc ad vtilitatem capituli de intellectu. Sed melius est, vt Auer. inquit cum compleuit sermonem de quinque sensibus, & declarauit sextum sensum non esse, incepit declarare ꝙ isti sensus quinq; hñt virtutem cõem. Hæc ergo est. q. necessitas, veteres.n. cerebrum diuiserunt in tres partes, in prima quidem ponunt imaginatiuam: in scđa phantasiam, in tertia memoratiuam, omnino sensum cõem ascindentes, tum quia cõe non distinguitur ꝯ proprium, tum qa iudicium totum perfici pōt per omnes sensus exteriores, ideo & pertractatio de sensu cõmuni necessaria hoc loco fuit. Hæc igitur est. q. necessitas, & non prima. Si aũt altero § Hic arguit Arist. ꝙ non altero, & duabus demrõnibus, vt Simp. inquit. Quarum prima est ex propria natura vniuscuiusq; sensus accepta, qui ad proprium sensibile ordinatur, altera vero ex deductione ad impossibile, inquit ergò § Si altero § sup. sentimus colorem, & nos sentire colorem, tunc idem sensus erit ipsius visus, & subiecti coloris, pñtiam sic deducit Them̃. & inquit. Neq;.n. iudicium sensus vllus ferre pōt de visu, nisi qui cognoscat id quod videť & cernitur, & hoc idem Auer. ait, vt constat. Et in hoc patet mala expositio expositorum, qui literam hñt superfluam, & ideo exponunt superflue. Et ideo infert Arist. quare an duo eiusdem erunt, aut idem eiusdem. Amplius autem. § Inducit secundam rõnem per impoľem, & inquit. amplius aũt & si alter sit sensus visus. i. ipsius visus perceptiuus, aut in infinitum procedit: aut aliquis ipse suiipsius erit iudex, quare in primo hoc faciendum est, totam hanc rõnem Auer. Them̃. & alij exponunt quos vide, qm̃ patet.

Dubitatio. Quærũt an diuersi sensus vel potentiæ pñt esse vnius obti. Amplius an eodem sensu sentiamus obiectum. v. g. visu colorem, & eadem nos videre colorem.

Solutio. Nouus expositor soluit primam, ꝙ sensus vel potentiæ possunt esse dupliciter, vel disparatæ: vel subordinatæ. Primo modo non pñt esse eiusdem obiecti, vt Them̃. probat cap. 3. huius paraphrasis. Secundo modo hi ijdem sensus pñt esse eiusdem obiecti. v. g. visus, & sensus cõis coloris. visus quidem coloris tm̃, sensus cõis coloris, & amplius. Ad secundam dicit, ꝙ eodem sentire possumus colorem, & nos sentire colorẽ modo diuerso, visu.n. sentimus colorem, qm̃ per se immutatur à colore. visu sentimus nos sentire &c. Qm̃ per se immutat sensum cõem. In primam soľ. obijciunt, & supponitur ꝙ potentiæ non dñr adæquatæ, nisi pp subiecta adæquata, ſm rõnes formales obiectorum. Tunc arguitur: intellectus & voluntas sunt potentiæ adæquatæ, ergo idẽ obiectum formaliter attingunt, & tñ sunt potentiæ disperatæ, ac ordinis diuersi. Hæc quidem.n. appetitiua, illa vero cognitiua. In secũdam arguo, ea cõparatione se habet medium ad visum qua visus ad sensum cõem comparatur. sed medio non videmus, ergo visu sensus cõis non sentit. Amplius sentire in pati consistit, sed sensus cõis à visu patitur, ergo visum sentit, & non per visum sentit. Et ideo h. 2. q. in aliud transfertur tempus, dum an idẽ sensus sentiat se sentire: quæremus. Prima vero solutio. esse bene pōt: si eiusdẽ intentio sit in potentijs eiusdem denominationis, vel eiusdem ordinis, cuiusmodi non est in proposito, de quo alibi. Amplius quærunt ab Aristot. album est album albedine, albedo seipsa formaliter, & tamen non oportet stare in primo. Ideo verbum Aristo. scilicet audiendum est in his quæ eadem denominatione sunt. modo album tale est participatione:

ticipatione:albedo formaliter:& ideo standum in.2.vt metaphysici dicunt in hac parte satis optime.

ARGYR. *At hic oritur dubitatio. Nam si visu quidem sentire nil aliud est quam videre, videtur autem color vel id quod habet colorem, si quippiam viderit id quod videt, & colorem id habebit profectò quod videt primum.*

Tex.cōm.137. Habet autem dubōnem. Si.n.visu sentire videre est, videtur autem color aut habēs colorē si videbit aliquis id quod est videns, & colorem habebit primum vidēs.

COLLEC. Tex.cō.137. Oñdit qm̄ non altero sensu nos videmus, & qm̄ colorē videmus:& inde est ꝙ quasi conclusit eodē.objicit & nunc ꝙ non eodem visu colorem,& nos videre sentimus, & ſm Auer.sic syllogizat, oē compræhensibile à visu est color: vel hn̄s colorē,visio coloris ꝑ te cōpræhensibilis à visu,ergo visio coloris color.vel hn̄s colorē. conclo est impolis: non ꝑꝑ figuram: ergo ꝑꝑ propōnes, & non ꝑꝑ maiorem, ergo ꝑꝑ minorem,& sic minor impossibilis.Inquit, habet aūt dubitationem. si.n.visu sentire videre est:videtur āt color,aut hn̄s hunc.est ergo maior, oē comprehensibile à visu color,vel hn̄s hunc.Tunc accipit minorē, si videbit aliquis videns.i. sed per dicta tua videre cōprehendit à visu: & colorem habet primum.i.& visio erit colorata ꝑ se, vel ipse color:& hæc cōclo est impolis,vt dictum est, & si hæc litera subtiliter est exposita,non vt Simp.& alij dicunt.

ARGYR. *Patet igitur,non vnum idipsum esse,sentire inquam visu. nā cū videmus,tenebras & lumen visu discernimus, sed nō eodem,vt patet,modo. Præterea,idipsum.n.quod videt,colore quodāmodo delibutum est. Instrm̄.n.vniuscuiusq; sensus, ipsum sensibile sine materia suscipit:vti diximus. Quocirca sensibilibus ipsis semotis, insunt in sensuum instrumentis sensus imaginationesq;. Atqui operatio rei sensibilis atq; sensus,vna quidem & eadē est, at earū rō non eadem est. dico aūt,sonum actu,& auditū actu.fit.n.vt is qui auditū habet, nō audiat: & id quòd habet sonū non semper sonet. sed cum operatur id quod audire potest, & sonat id quod sonum efficere potest, tum simul fit & auditus actu, & sonus etiam actu, quorum alterum quispiam auditionem, alterum sonationem esse,non incongrue dicere potest.*

Tex.cōm.138. Manifestum est igr̄,ꝙ non est vnum, ipsum visu sentire,etenim cum non videmus,visu discernimus & tenebras,& lumen,sed non silr̄.Amplius aūt & videns,tanq̄ coloratum est, vnūquodq;.n.sensorium, susceptiuū est sensibilis sine materia. Vnde & abeuntibus sensibilibus,insunt sensus & phantasiæ in ipsis sensorijs. Ipsius autem sensibilis & sensus: actus idem est & vnus, esse autem ipsorum,non idem.dico autem,vt sonus secundum actum. & auditus, ſm actum, est.n.auditum non habentem non audire, & habens sonum non semper sonat. cum autem operatur potens audire,& sonat potens sonare, tunc ſm actum auditus fit simul & scdm actum sonus.quorum dicet vtiq; aliquis, hoc quidem auditionem esse,illud vero sonationem.

COLLEC. Tex.cō.138. Oñdit qm̄ non altero,sed eodem sensu videmus colorē, & sentimus nos videre colorem, & qm̄ objicit post ꝙ non eodem persoluit argm̄,improbās ꝙ eodem sensu sentimus nos sentire, & sentimus, & argm̄ id erat in prima figura ꝑ impossibile, cuius maior erat, omne comprehensibile à visu est color,vel hn̄s colorem. Oppositum conclusionis, quod dedimus est,videre non est color, vel colorem hn̄s, ideo dupliciter rn̄det ſm oēs.primo ad maiorem, secundo ad oppositum conclusionis. Primo ergo negat maiorē, & oñdit tripliciter visum videre,vt Simp. inquit. Primo quidem ꝙ non solum illuminatos colores,sed & solum lumē. videmus.n.illuminatum aerem. Secundo percipit colores ipsos.Tertio & tenebram:quare recte Arist.inquit. Manifestum igitur qm̄ non est.i. contingit vnum visu sentiri qđ ostendit.d.Et nāq; cum videmus visu discernimus,& tenebras & lumen supple videmus, sed non silr̄, qm̄ (vt Auer. inquit)iudicamus lucem per se, obscuritatem quia est priatio lucis,ex his maiorem falsam esse constat.Declaratū .n.est non quodlibet à visu comprehensibile esse colorem, vel hn̄s colorem. Amplius aūt &c. § nunc debilitat & eam rationem alio modo.s.oñdendo oppositū conclusionis esse falsum.oñdet.n.videns seu visionem esse colorem: vel coloratum quodammodo,& sic(vt Auer.inquit)est hæc,quasi secunda rn̄sio alio modo à prima.Inquit ergo. Amplius āt & videns tanq̄ coloratum est,& hoc syllogizatur in prima figura,cuius maior est,omne susceptiuum coloris sine materia est tanquam coloratum,vt Auer.ostendit.Tunc accepit minorem & inquit. Sensitiuum.n.vnumquodq; est susceptiuum sensibilis sine materia. ergo assimilatur: & est quasi coloratum. Minorem probat dicens. Vnde.i.qm̄ abeuntibus sensibilibus insunt sensus, & phantasiæ quibus sentiunt.& hoc dat intelligere sensorium retinere species, ac illas,recipere sine materia. Sensilis autem actus.§ Hic secundam inducit rationem ad idem,& pōt sic ordinari ſm veteres,quorum actus est idem.atq; vnus,vnum est tanquā alterum. sed sensitiui actus, & sensilis actus idē atq; vnus, ergo sensorium est tanquam sensile,& sic visorium tanquā color:vel colorem hn̄s.Huius accepit minorem,& inquit. Sensiles aūt actus,& sensus idem quidem est atq; vnus,esse aūt.i.ratio non idem. Et exponit quid intelligit per sensile actu,& sensitiuum actu,& inquit.Dico vt sonus ſm actū.i. vt stat sub forma motiua,& auditus ſm actum vt actu mouetur,cuius rationem dat.d. Est.n.i.contingit hn̄tia auditū non audire, & hn̄s sonum non semper sonare. cum autem operatur possibile audire.i.auditorium,& sonet possibile sonare.i.actu sonatile,tunc ſm actum simul fit: & ſm actū fit sonus,quorum dicet vtiq; aliquis hoc quidem esse auditionem.s.ex parte auditus,hoc vero ex parte soni dicet sonationem. Hæc igitur est minor ac expositio eius. Auer. addit qūo actio sensilis: & sensatio ipsa sunt vnus actus, & inquit, & actio sensilis extra aīam in mouendo sentiens:& actio sensus.i.sensatio ipsa quæ est in sentiente.s.qualitas.i. operatio qua sentiens qualificatur in mouendo ēt virtutē visiuam est eadem actio. licet modus esse sensilis extra animam differat à modo sui esse in sentiente. Et exponit hoc exemplo,& inquit.v.g.ꝙ sonus qui est in actu extra animā, ita mouet instrumentum auditus, sicut auditus qui est in actu.i. audire ipsum mouet virtutem auditus, & verificat idem in colore, & patet. Vult ergo Auer.ꝙ duo sunt, ipsa operatio auditiua,& ipsum auditile, auditile quidē cōparatur ad auditoriū, tanquam id quod auditur. audire autē ipsum ad virtutem auditiuam, tanquam auditile: ergo sunt vnum comparatione, licet ratio sit altera,& per hoc patet qualiter sensus sentit suam operationem, quemadmodum statim declarabitur. Et h̄ fuit quoniam. § Nunc reddit rationem eius, quod dixit. Et sermo eius patet ex literæ commentatione.

ARGYR. *Quod si motus & actio atq; passio in eo est quod patitur atq; mouetur, necesse est & sonum & auditum actu, in auditu qui est potentia esse, agentis nāq; mouentisq; operatio, in ipso patiente suscipitur, atq; inest. Quocirca, non necesse est id quod motu ciet, moueri. Actus igitur sonatiui; sonus est, vel sonatio, auditiui vero auditus, vel auditio. duplex.n. est auditus, & duplex etiam sonus.*

Tex.cōm.136. Si igitur motus & actio & passio est in eo quod mouetur & patitur, necesse est & sonum & auditum qui est ſm actum, in auditu qui secundū potentiā, esse. actiui .n.& motiui actus, in patiente fit. Vnde, non necesse est mouēs moueri. Sonatiui igitur actus, sonus est,aut sonatio.auditiui autem,auditus,aut auditio.duplex.n. est auditus,& duplex sonus.

COLLEC. Tex.cōm 136. Cū exposuit minorem,nunc declarat eam,rōne sumpta ex.3. physicæ auscul. & hoc profecto pacto Auer. hanc literam continuat, quicquid dicant expositores, & inquit, cum posuit ꝙ actio sentientis, & sensilis est eadem, licet differant in esse, incepit declarare.i. hanc minorem ex rebus vniuersalibus.i.per propositionē dictam in lib. vl̄i.s.3. physi.auscul.Inquit ergo Arist.si pro quia,igr̄ est motus & actio

actio & passio in eo quod agit,i. patiente, Tunc adde minorem,vt Auer.addit, & dicas, sensus patiunt à sensilibus, & sensilia agunt in eos, necesse est & sonum & auditum q̃ ẽm actum in eo quod est ẽm potentiam esse, & sic patet syllogismus in prima figura.Reddit autem rationem maioris dicens. Actiui.n.& mobilis.i. passi actus in patiente fit, & sic constat sylľs,& minor prædicta.Vnde non necesse est ꝫ Quemadmodum Them. sentire vř, antiqui credebant oẽ agens pati à passo,& hoc vř,ad hos Arist,inquit, Vnde nõ necesse est mouens moueri, quare cum sensilia moueant sensum,ipsa tñ immota ac quieta vñr, quod maxime in visu deprehendere est, & sic error antiquus dissipatur hoc modo.Reliquum literę patet.Auer.in cõm.reddit vtilitatẽ huius partis:& inqt, & induxit oẽ hoc ad declarandum ꝙ sensus.i.sensationes mouẽt virtutes,sicut sensilia, quæ sunt extra,mouent sensus.

An sensus exteriores sentiãt se sentire.

Ecce quõ Auer. vult sensum exteriorem se sentire ꝯ iuniores oppositũ scribentes, & ideo est locus q̃onis:an hoc sic verum. Expositor nouus credit cum alijs, nullum sensum exteriorem propriam iudicare vel sentire operationem: & hoc vř, tam in hominibus q̃ alijs quibusuis aĩalibus. Arguit autem & hoc tribus argumentis.

Argumenta.

Primo q̃m oĩs sensus virtus est materialis & nulla virtus materialis redit ad se.Secundo,q̃m omnis sensus virtus est extensa, & nulla virtus extensa redit in se,vel suam operationem.Tertio,q̃m tunc idem ageret in se,ac idem mouens esset & motum:quod Arist.remouet ex dictis.Ad idem Ioan. Iad. arguit primo,q̃m tunc esset casus infinitus, ꝯñtiam ipse conducit,& vide. Secundo,q̃m tunc ipse sensus haberet suam operationem spiritualiter,& non realiter. Tertio:q̃m omne quod à visu percipiẽ in ipsum agit.sed visio in visum nõ agit.Quarto sensus particularis nonnisi sensilia propria ac communia sensit,quorum nullum est propria opĩo. Quinto verba Arist.in lib.de somno sunt hæc,est aũt quædã potentia cõis quæ sequitur omnes, quia & quod videt, audit, & sentit. non.n.visus quidẽ, q̃m videt &c.His verbis patet error ꝯriæ partis.Ad idem iuniores philosophantes arguebant sic:q̃m si sensus exterior posset ꝑcipere propriã opõnẽ,tunc seipsum percipere posset, ꝯ propõnẽ libri de caũs. xv.vbi inqt, oĩs sciens qui scit essentiam suã est rediens ad essentiã suã reditione cõpleta. ꝯñtiam probant,q̃m notitia complexa incomplexã supponit. Secundo tunc posset cõponere vel diuidere,ꝯ Arist.in.3.huius ꝯñtiam probãt, q̃m si visus percipit se videre colorem,percipit formãdo hmõi complexum, visus videt colorem. Tertio sensile positũ supra sensũ nõ potest percipi: sed opinio sensus est in sensu, nõ ergo põt ꝑcipi ab eo. Sed ꝯ hos est sñia Auer. Simp.& Arist.& rõ.Auer.quidem,dicit.n.plane cõm.138.vt collegimus hoc,& pñti cõm.idem. Simplicij vero, cum dixit auctoritate Iamblici sensitiuum humanum suam sentire operationem.Addit dr̃iam inter ipsum & sensum,& inquit, nõ vt intellectus quidem,neq; rõ. Non.n.& substãtię & facultatis cognitiuus fit:neq; ipse ẽm totũ excitatus, sed solius actionis, & q̃n agit, agit à sensibili quodam pacto motus. sumens vero confessum ex nostra compræhensione, & reliqua. Ecce q̃ aperte vult ꝙ sensus exterior suam percipit operationem, differenter tñ ab intellectu, q̃m intellectus vltra operationem transit ad potentiam,& vltimo ad essentiam,ergo operatio intellectus circularis est reditione cõpleta, operatio sensus est circularis circulatione & reditu imperfecto,cum tñ in operationem incidat,vel vltra progrediatur.Q. autem hæc sit mens Arist.patet.Arist.n.mouit.q.& ꝙ non altero sensu sentiat ostẽdit:& rationes illas non persoluit. Soluit autem rõnem qua probatur oppositum,igitur intentio eius secũda pars q̃onis, & si potest colligi intentio Arist. aliquo in loco hic palam, vt Simp. ait. Hoc autem non tñ factum fuit Arist. verũ & Timæi, quẽadmodum Auer.cõm.45.huius inquit, ac Alber. in lib. de hoĩe:& declarare põnem illius longum esset,quare,&c. In hanc proculdubio sñiam est veniens Expositor primus, in q̃onibus de virtute. Inquit.n.sensus aũt qui est inter cæteros propinquior intellectuali sub̃æ redire quidem incipit ad essentiam suam:quia non solum cognoscit, sed etiã cognoscit se sentire.non tñ completur eius reditio:quia sensus non cognoscit essentiam suam quod ipse probat argumento Auic. Est ergo indubitata oĩum istorum positio ꝙ sensus primo sensile cognoscit ac recte. secundo & quasi reditu,& reflexe operationem propriam & ibi desinit,nec vltra ad potentiam vel essentiam transit. Hoc põt probari primo, q̃m potentia & facultas immaterialis sub̃æ appropinquat illi in operatione. virtus.n.rei appropinquat ipsi rei. cum igitur sensus humani sint virtutes rationalis aĩæ, quæ immaterialis est sub̃a, saltem ẽm viam cõem, proculdubio in operatione, & modo operandi appropinquabũt. Hæc autem est in circulo consistens.

Solutio ad dubitationem.

Dicendum ergo ꝙ sensus humani possunt dupliciter considerari, vno modo inquantum sensus sunt, & sic ipsorum de ratione non est percipere nec se, nec operationes eorum, sed obiecta tñ, tunc.n.& brutales sensus essent hmõi.Alio modo inquantum sensus humani, & sic quilibet illorũ primo sensile attingit recto intuitu, secundario ac reflexe non se, nec potentiam, sed operationem propriam attingit, & hoc habẽt ab immaterialitate subiecti.s.rationalis aĩæ,& ab eleuatione eorum supra materiam,vt Iamblicus dicit.

Responsio. Ad argumenta.

Tunc ad argumenta. Ad primum dicendum sensum humanum posse capi pro sensorio: & pro potentia rõnalis aĩæ. primo mõ materiale est:& proculdubio tñ recipit, & nullo mõ conuertit se, si capiẽ pro virtute illa, sic ꝑp nobilitatem subiecti.s.aĩæ, conuertit se tñ vsq; in opus, non vltra ꝑp vsum organi, vt Auic. inquit. Ad secundum,si loquimur primo modo,verbum id verum est. Si secundo modo in hoĩs sensibus peccat, quicquid sit in brutalibus.Ad tertium Simp. vult ꝙ idem vitale agere in se actione iudicatiua nihil ꝓhibet, sensorium.n.recipit primo, sensus autem dijudicat. Ad primum Ioan. patet soľ. non.n.operatio altera sensatione percipitur,cum recte percipitur, sed reflexe. esset ãt verum q̃n compræhensione recta id fieret. Ad secundum ꝯñtiam negamus.sensatio.n.est ibi realiter. nec oportet vt sit ibi sp̃ualiter, nisi compræhensa esset per se recte. Per idem ad tertium. recta.n.appræhensione non nisi sensilia propria,ac cõia sentit, sed reflexa ẽt aliquod percipit, qđ non illorum est aliquod.Per idem ad quartum.omne.n.qđ recte à visu percipitur in visum agit, sed quod reflexe non oportet.Ad verbum Arist.id dictum est in parte ambigua. Præterea vult quod visus non videat propter se videre. & hoc est ita,& per hoc differt à sensu cõi qui sentit q̃m se,& alia sentit.Amplius id dictum est de visu vř,loquimur aũt nos de visu humano. Ad primum Iuniorum patet solutio. ꝯñtia.n.nulla est. dictum autem eorum ad eam verificatur de perceptione recta ac perfecta,aliter non. Ad secũdum, puerile est.nota.n.verbalis non continetur: nisi in cogitatiua ẽm Auer. vel opus est intellectus ẽm nos. id ergo nihil est. Ad tertium patet solutio id.n.verbum intelligitur in appræhensione recta.sed in reflexa potest sensus sentire etiam sensile supra se positum: & sic patet quid dicendum in hoc problemate.

ARGYR.

Eadem est & in cæteris sensibus at sensibilibus rõ. atque vt actio passioq; non in agente est,sed in eo quod patitur: sic & ipsius sensibilis actio in ipso est sensitiuo. Sed in quibusdã nomina quoq; sunt posita, vt sonãtio ac auditio, in quibusdã autem caret alterum nomine. operatio.n. visus visio dicitur, at coloris, nomine vacat. operatio præterea gustus, gustatio dicitur, at saporis, nomen non habet.

Te. cõm. 140.

Eadem aũt ratio & in alijs sensibus, & sensilibus. sicut.n.actio & passio in patiente est.sed non in agente, sic & ipsius sensibilis actus in ipso sensitiuo existit. Sed in quibusdam quidem etiam nominata sunt, vt sonatio & auditio. in quibusdam autem innominatum est alterum. actus enim visus, visio dicitur, coloris vero, innominatum est.& gustatiui,gustatio.saporis autem, innominatum est.

COLLEC. Te. cõm. 140.

Cum particularem conclusit conclusionem, nunc vniuersalizat eam.& hoc Auer.inquit.Et iste idem sermo quẽ diximus in sono & auditu.s.ꝙ actio eorum est in patiente, & ꝙ idem fuit actus vtriusq;, est de alijs sensibus. Inquit.

Eadem

Eadem autem ratio in alijs ſenſibus & ſenſilibus eſt,& hoc verificat per propoſitionem vniuerſalem acceptam à phyſicæ auſculta.3.& inquit. Sicut.n.actio & paſsio eſt in patiente,& non in agente,ſic ſenſilis actus, & ſenſitiui in ſenſitiuo. Circa hoc inquit Auer. Cum ſenſilia ſint virtutes agentes, ſenſus aũt agentes & patientes, primum aũt ſentiens eſt patiens tm̃. Sunt quidam qui hunc Auer. locũ intelligunt ſic, ꝙ ſenſilia.i. obiecta forinſeca ſunt virtutes agentes tm̃.i.tm̃ cauſantia & efficientia ſenſus.i. potentias ſenſibiles. virtutes vero ſenſibiles agentes & patientes, agentes prout actuatæ ſunt à ſenſilibus in ſenſum cõem, patientes vt ſpẽs recipiunt. primum aũt ſentiens eſt patiẽs tm̃, & intelligunt per primum ſentiens cõem ſenſum, quẽadmodum Ariſt. in toto lib. fere de ſomno conſueuit accipere. Sed hi errant, qm̃ ſi per primum ſentiens cõem ſubaudiunt ſenſum, proculdubio ille non tm̃ mouetur quin moueat. ea.n.comparatione hic ſenſus ad imaginatiuam comparatur:qua exteriores ad eum, vt Ariſt. dicit, ac Auer. in paraphraſi de ſenſu & ſenſato ait. Ideo iuxta Simplicij mẽtem,à qua nõ reputo Auer.recedere,dicerẽ ꝑ virtutes agẽtes ſenſilia Auerroim intelligere,per agentes & patientes potẽtias ipſas iudicatiuas intelligit.ſunt.n.patientes:ꝑut à ſenſilibus formas ſuſcipiunt, ſunt quoq; actiuæ, prout de actionibus proprijs iudicant.Per primum aũt ſentiens ſenſorium intelligit ſenſuum exteriorum,quod(vt Simp.ſuperius dixit) tm̃ ſuſceptiuũ eſt cum medio.ſ.communicans in recipiẽdo,vt diximus: & ex hac expoſitione ſequitur qđ diximus ſuperius. ſ. ſenſus iudicare proprias operationes. Et quia hoc latet℥.ſ.intendit Auer.ꝙ in quibuſdam nomen actionis reperit diuerſum à nomine paſsionis : vt auditio & ſonatio,in quibuſdã non,ſed nomen alterius eſt tm̃.ſ.ſuſceptiui, licet ſit in figura actiui, vt viſio, quæ ſm rem paſſio eſt licet ſit in figuram actionis.Cuius rationem reddit. d.Actio.n.ſui ſenſilis,qđ eſt color. caret nõie in græca lingua. Et dico ꝙ in arabica.℥Perſoluit Auer.quandam.q.dixit.n.tria.ſ.ſenſilia,ſenſus, & primum ſentiens, ſenſilia quidem agere in ſenſus,ſenſus quoq;,tum pati,tum agere, ſed primum ſentiens pati tm̃ habemus ne nõia actionum ſenſuum in primum ſentiens in arabica lingua? Hæc quidem eſt.q.rñdet, & inquit, ꝙ in arabica actiones habituum ſenſuum.i. potentiarũ ſenſitiuarum prouenientium.i. agentiũ actionem,quæ prouenit eis à ſenſilibus in primas virtutes ſentientes.i.in ſenſoria non videntur habere nomina in aliquo idiomate. Cuius rationem dicit, cum hoc non ſciatur à vulgo,qm̃ hæc non cõprehenditur à ſenſu in primo aſpectu,& ideo non pñt ſciri à vulgo.qui tm̃ ſenſum ſequitur.& quia non compræhenditur à vulgo, ideo caret nomine qm̃ loquendum vt plures. verum Simp.appellat illam actionẽ ſenſuum in ſenſoria iudicium, & hæc appellatio non percipitur à vulgo. Quod ponitur in reliquo textus Ariſtot. manifeſtum eſt per ſe.

ARGYR. *Hæc cum ita ſint,atq; vnus actus rei ſenſibilis ſenſitiuiq; ſit quamuis diuerſas habeat rationes ſicuti diximus,neceſſe eſt ſimul corrũpantur,ſimulq; ſint ſalua, auditus ac ſonus, qui hoc modo dicuntur,& ſapor itidem & guſtus, cæteraq; ſimiliter. At ea quæ dicuntur potentia, non hanc ipſam profecto neceſſario ſubeunt legem.*

Te.cõm.141. Qm̃ autem vnus quidem eſt actus ſenſibilis & ſenſitiui, eſſe autem alterum,neceſſe eſt ſimul corrumpi & ſaluari ſic dictum auditum, atque ſonum. & ſaporem: igitur & guſtum, & alia ſimiliter. Dicta autem ſecundum potentiam non neceſſe eſt.

COLLEC. Te.cõm.141. Forte ꝙ hoc inducitur tanꝗ corollarium,vt Simpli. cõtinuare videt, vel forte melius hic.q.mouet ad dicta, & ꝑſoluit eam. ibi℥Dicta aũt &c.℥Poteſt ergo.q.componi hoc modo, ea quorum vnus eſt.actus ſm rem, licet ſm rationẽ diſtent,ſimul permanent gñantur & corrumpuntur.Et hãc maiorem ſupponit, & accepit minorem.d. Qm̃ autẽ vnus eſt quidem actus ſenſilis & ſenſitiui, tametſi eſſe.i.ratio ſit altera.Tunc apponit concluſionem.d.neceſſe eſt ſenſitiuũ & ſenſile ſimul corrumpi & ſaluari, ſicut dictum eſt auditũ & ſonum & humorem.i.ſaporem, & guſtum, & alia ſimiliter.Siquidem igitur hæc tanquam.q.ſit,ſic dicemus cõcluſionem eſſe falſam,& ꝯ ſenſum. nullo.n.auditu ente, ꝓculdubio ſonus eſt,& ſic de alijs. ergo aliqua propoſitionum. & non maior, ergo minor.& ſic contra dicta iam. Dicta autem℥.Perſoluit.q.ſi ſermo dictus ſit.q.ſi vero ſit corollarium,limitat id,& inquit. Dicta aũt ſm potentiam non neceſſe eſt. Vult dicere (vt Auer.in calce innuit commenti) ꝙ ſenſile & ſenſitiuum dupliciter poſſunt accipi, vno modo actu, alio modo potentia, ſiquidem actu capiantur ſimul ſunt & non ſunt. dicta autem ſecundum potentiam non neceſſe eſt. Et ſic patet quæſtionis ſolutio,vel corollarij moderatio.

ARGYR. *Non recte igitur priores naturales philoſophi ſentiebãt qui quidem ſine viſu neq; album vllum neq; nigrum eſſe dicebant,neq; item vllum ſine guſtu ſaporem. Nã partim recte, partim nõ recte cenſebant. etenim cum dupliciter ſenſus ſenſibileq; dicatur, potentia atq; actu, in his quidem ſecundis ſit id ipſum ſane quod dictum eſt, in illis autem primis nõ ſit, vt luce clarius extat. At illi de hiſce ſimpliciter loquebantur, quæ ſimpliciter non dicuntur.*

Te.cõm.142. Sed priores Phyſiologi,hoc nõ bñ dicebãt, qui neq; album neq; nigrum ſine viſu, neq; ſaporem ſine guſtu eſſe opinabantur. Nam ſic quidam dicebant recte, ſic autẽ nõ recte, dupliciter.n. dicto ſenſu & ſenſibili, alijs quidem ſm potentiam, alijs vero ſm actum,in his quidem accidit quod dictum eſt,in alteris aũt nõ accidit, Sed illi ſimpliciter dicebant, de dictis non ſimpliciter.

COLLEC. Tex.c.142. Cum perſoluit.q. narrat peccatum antiquorum. ſ. Democriticorum:vt Simp.inquit.Ipſi.n. ſimpliciter & abſolute ſine diffinitione cõceſſere, ꝙ ſenſitiuum & ſenſile ſimul permanent & diſsipãtur.& arguebant:vt Auer. inquit,hoc argumento in prima figura,quæcunq; ſunt relatiua ſimpliciter, ſimul permanent, & ſimul occidunt: ſed ſenſitiuum & ſenſile ſimpliciter & omnino ſunt relatiua, ergo ſimpliciter & abſolute ſimul permanent,& occidunt.Sic quidem enim℥.Perſoluit.q.& vt Auer.inquit,quod antiqui dixerũt eſt, vno modo verum: alio modo non verum. Qm̃ ſermo eorum in eis: ꝗ ſunt in actu: bene loquitur. in eis aũt: quæ dñr in potentia non ſequit.error igitur antiquorum fuit in hoc, ꝙ locuti fuerunt abſolute in eo ꝙ indiget determinatione, & ſic peccarunt in logica accipientes multiplex diſtinguendum, tanꝗ ſimplr, & vno mõ dictum. Circa hæc apparet manifeſte veritas ꝓpõnis Ariſto.quam & in.5.ſuæ ſapiæ accepit, ac.2.phyſi. auſcul.ſ.ꝙ cã in actu,& effectus ĩ actu ſimul ſunt,ac non ſunt, Per hanc.n.verificauit ꝓpõnẽ de ſenſitiuo & ſenſili. Sed in hanc ꝓpõnem fiunt inſtãtiæ, tum de motu & mouente, ꝗ non eodem ſunt inſtanti, tum de ſcito & ſcia,tum de Deo & effectu Dei. Ideo dixerunt quidam ꝙ in cã & cãto conſideramus relationis ipſas,fundamenta vt ſtant ſub relationibus,fundamenta abſolute,& fundamenta vt ſtant ſub relationibus cõparatis ad exñtiã. Volunt ergo ꝓpõnem eſſe intelligendam non de relationibus,neq; de fundamentis vt ſtant ſub relationibus.ſic.n. & erit in cã & cãto potentia, neq; in fundamẽtis abſolutis, ſic.n.non habent ſimultatem.Verificant ergo propoſitionẽ de fundamentis vt ſtant ſub relationibus cõparatis ad exiſtentiam. Et proculdubio iſti intantum acuerunt materiã, ꝙ nec ipſi,nec Ariſt.intelligunt eorum interpretationem. ſunt.n. hi quemadmodum Pythagorici, qui oĩa in mathematicam reducunt.ſic & hi oĩa in metaphyſicã,& maxime in relationes. Ideo videtur mihi hanc expoſitionem eſſe ꝯ Ariſtotelem, qm̃ eo modo vult Ariſt. cauſam & cauſatum ſimul eſſe, & corrumpi, quo pacto vult ea eſſe vnum ſm ſubiectum,& dñam ſm rationem.ſed hoc non eſt niſi quãtum ad fieri, & non quantum ad factum, vt iam monſtratũ hic eſt,ergo Expoſitio iſta contra Ariſt. vadit. Ideo eſt expoſitio noui expoſitoris, quæ hic accipitur, &.2. phyſicæ auſculta.capite de modis cauſarum, propoſitionem Ariſt. eſſe veram in cauſis particularibus per motum agentibus, quantum ad fieri effectuum, & non factum eſſe. Et hoc profecto pacto diuus Albert.in.2.phyſicæ auſculta.propõnem hanc

Dubitatio.

Reſponſio.

nem hanc subaudit.& hoc est quod Them. sentit in.2.phy. auscul.dum inquit. Differunt autem hæc inter se, ꝙ causæ quæ in actu sunt, simul sint necesse est cum effectibus qui procreantur, vt secans simul cum eo qui secatur, & vrés simul cum eo qui vritur. causæ vero quæ non sunt actu: sed potestate, non semper simul cum rebus effectis habentur, non.n.simul cum ædibus corrumpitur ædificator, neq; simul cum lecto faber.esse enim potestate id nunc appello, quod non solum egit, sed prorsus recessit ab opera & desijt agere.Ecce quam plane Them.hoc sentire videtur. Et hic quidem est primus modus respondendi, ex quo solutio constat ad obiecta prædicta.Auic.vero metaphy. princeps in.6.tract.suæ sapientiæ, propositionem illam intelligit vir in causis particularibus respectu effectuũ propriorum ac immediatorum, & sic non recipit calumniam.v.g. pater cã immediata est motus spermatis in matrice, motus ille causa est quietis eius in eo, quies eius cã est formationis fœtus: formatio fœtus est causa est inductionis aïæ in corpe. pater ergo, & motus spermatis simul sunt, ac occidunt. motus spermatis, & etiam locatio eius in matrice simul sunt, & occidunt, & sic vniuersaliter oĩs cã in actu quocũq; accepta, cã est sui effectus proprij ac immediati simul ꝑmanens, & occidens secum. Et hæc quidem interpretatio (vt Auic.ait) non recipit calumniam. Sed ad ambas has expositiones obijcio per verbum Auer.in lib.d.d.vbi glosans hanc propositionem inquit. Causatum enim sequitur cãm qñ causa est, modo formæ, vel modo finis, sed non quando cã, modo agentis bene enim potest inueniri causa agens sine suo causato. Ecce q̃uo propositionem illam tm̃ in cã formali ac finali verificauit: & voluit eam falsam esse in causis agentibus. Potest dici ꝙ Auer. intelligit propositionem illam in causis, vt forma, & vt finis, esse simpliciter, & vere dictam sine conditione, in causis agentibus nõ esse vniuersaliter veram, nisi factis moderationibus quas diximus. Et sic patet de hoc.

(Cap.9. — Cap.2. — Disput.3.in sol. 10.dubg.)

ARGYR. *Quod si vox quædam concentus est, vox autem & auditus tum vnum, tum non vnum, aut non idem sunt, & concentus est ratio: necesse est & auditum quandam eße rationem. Atque ob idipsum exuperans quodq; tam acutum quã graue, corrumpit auditum atq; deuastat. & in saporibus, gustũ. & in coloribus, visum, id quod nimium est splendidum & tenebrosum. & in odoribus: vehemens odor, siue dulcis, siue amarus. quia sensus ipse quædam est ratio rata. Quocirca sensibiliũ ea quæ syncere talia, quæq; simplicia sunt, vt acutum vel dulce, vel salsum, cum reducuntur ad ratione͂ sensui sunt iocunda. tunc.n.ipsum delectare videntur. Omnino aũt ipsum mistum magis concentus est: quàm acutum vel graue. Tactui quoq; non calidum sane simplex ac frigidum, sed id quod est ad rationem redactum, amicum est atq; iocundũ enimuero, sensus ipse ratio quædam est, vti diximus. sensibilium autem ea quæ exuperant, aut dolorem afferunt ipsi aut tandem ipsum corrumpunt.*

Tex.com.143. Si autẽ vox quædã symphonia est: vox aũt & auditus est vt vnum, & est vt non vnum aut idem, symphonia aũt est rõ, necesse est & auditum, rationem quandã esse. Et ꝑp id, corrũpit vnumquodq; excellens & acutum & graue, auditum. similiter aũt & in saporibus, gustum. & in coloribus visum, valde fulgidum & opacũ. & in olfactu, fortis odor & dulcis & amarus, tanquam ratio quædam sit sensus. Vnde & delectabilia quidem sunt, cum dicuntur quæ syncera sunt & immista ad rationem, vt acutum aut dulce aut salsum. delectabilia enim, tunc. omnino autem magis quod mistũ est, symphonia est, quàm acutum & graue. Tactus aũt, calefactibile & frigefactibile. sed sensus, ratio est. excellentia autem, dolore afficiunt, aut corrumpunt.

COLLEC. Tex.co.143. Continuat hunc textum Auer.hoc pacto, cum posuit ꝙ sensus, qui est in actu, est quoquomodo relatiuus, incepit declarare hoc, & dare causas plurium accidentium.

Sed dices, q̃uo declarauit sensum esse relatiuum. Dicendum ꝙ hactenus declarauit ꝙ posito sensu in actu ponitur sensile in actu, & econtra, & sic videntur quoquomodo relatiua ẜm hanc conditionem. Et duo nunc proponit facere, s. melius declarare hoc quo.s.pacto dicatur relatiuus, & dare cãm accidentium plurium, quorum vnum est, cur corrumpatur à sensili, aliud, cur non corrũpatur à sensili medio &c. Syllogizat aũt Ari.& Auer.vult, & Simp. hanc cõclusionem, necesse est & auditum rõnem quandam esse, & hoc syllogismo. s. constante ex tribus propositionibus in hunc modum, ẜm actum auditus ẜm actũ est vox ẜm actũ vox consonantia existit. oĩs consonantia proportio & ratio est, ẜm actum ergo auditus proportio & ratio est, harum primo accepit mediam à prædicato incipiens, & inquit. Si autem symphonia vox quædam est.i.si vox quædam est cõsonantia, & dixit. quædam vt Plutarchus, vt notaret vocem eam, quæ ẜm actum, cõsonantiam esse. Deinde accepit primam sub hac forma, & inquit. Vox autem & auditus est sicut vnum, & est sicut non vnum: aut non idem. vult dicere ẜm actum auditus ẜm actum est vox, licet auditus potẽtia non sit vox potentia. Tunc accepit & vltimam, & inquit. Proportio autem est symphonia.i. omnis consonantia ꝓportio est. quibus dedit & conclusionem, & inquit, necesse est & auditum rationem quandam esse.i. proportionem, & in hunc modum Auer. locũ istum exponit, & inquit. Si igit̃ neumata vel nete consonantia in auditu.i.admista: admistione delectabili fuerit sonus vult mediam hoc pacto, si sonus harmonicus consonantia est, & sonus in actu est auditus in actu.i.ẜm actũ. auditus ẜm actũ est vox, & fuit prima in ordine Simp. Tunc dat vltimã.d. & cõsonantia, q̃ est in neumatibus vel nete.i.voce harmonica, nõ est nisi ꝓportio temperata inter extrema.s.inter sonum grauem, & acutum qui dicuntur in respectu auditus. Tunc his accepit cõclusionem, necesse est vt id temperatum existens inter ea, quod est consonantia, sit ipse auditus cum esse auditus in actu non sit nisi in hac proportione, quæ est temperantia. Ecce igitur quam pulchre hunc locum veteres declarãt, & ex hoc patet declaratio quare auditus & vniuersaliter oĩs sensus sit relatiuus. quod Auer. exponit.d. Et quia temperans, & temperatum sunt relatiua, & esse auditus in actu naturale est in sono temperato, contingit ꝙ auditus & audibile erunt in capitulo relationis, & sic patet primum ꝓpositorum in continuatione commenti, dixit Arist. in arabica translatione. § Necesse est vt auditus sit aliqua ꝓportio. § Notat Auer. hoc cur dixit § aliqua § & non dixit ꝓportio simpliciter, & ratio hæc est, qm̃ quidã arguunt hoc pacto, nulla proportio agit, sensus agit, ergo sensus nõ est proportio. persoluitur sic, ꝙ sensus potest capi dupliciter. Vno modo vt proportio & relatio est, & sic non agit, nec patitur. Alio modo vt qualitas est, & sic agit, vel patitur. ad notandum ergo sensum non simpliciter esse ꝓportionem, dixit aliqua. Debes scire, ꝙ sensus põt capi dupliciter. Vno modo pro potentia aïæ, quæ est naturalis potentia, consequens essentiam aïę, & sic est in capitulo qualitatis. Alio modo pro proportione qualitatum componentium organum. & sic est relatio. primo modo agit, secundo modo non, & sic patet verbum Auer. quo ergo pacto sensus sit in capitulo relationis ex ijs patet. Et propter id. § Cum compleuit declarationem q̃uo sensus est relatio, nũc vult dare cãm quorundam accidentium.s. cur corrumpit à quodam sensili, & cur non ab alio. Auer. breuiter inquit. Et causa in hoc est quia esse sensus naturaliter est in proportione temperata, & cum illa ꝓportio fuerit corrupta, corrumpitur sensus.i.sensorium. cum ista proportio sit forma sensus: id est sensorij, quemadmodum sanitas est in ꝓportione terminata inter quatuor qualitates, & cum illa proportio fuerit corrupta, corrumpitur sanitas, cũ forma sanitatis consistat in hac proportione temperata. quia igit̃ sensile excellens soluit huiusmodi proportionem vtiq; & sensum, ac sensorium dissipabit. Et sic constat primum accidens sensus. Et per idem constat, cur sensus delectetur mediocri ac proportionato sensili, qm̃ vnumquodq; suo simili gaudet, ac ab eo perficitur, & totum residuum textus, ac commenti constat.

(Sensus dupliciter capitur.)

Vnusquisq;

ARGYR. *Vnusquisq; igitur sensus, vt sæpe diximus, sensibilis est obiecti. estq; instrumento suo ea ratione, qua illud sensus est instrumentum, & differentias sensibiles obiecti sui discernit. vt album quidem & nigrum, visus, dulce autem & amarum, gustus. & cæteri similiter sensus.*

Te. cõm. 144. Vnusquisq; igit sensus, subiecti sensibilis est. inestq; in sensorio inquantum sensorium, & discernit subiecti sensibilis differentias. vt album quidem & nigrum, visus, dulce vero & amarum, gustus. similiter autem se habet hoc & in alijs.

COLLEC. Tex. cõ. 144. Quinque quæ fecerat Arist. Auer. hac in parte repetit, & inquit. Et cum hæc fecit, reuersus est ad illam eandem perscrutationem. s. quia vult in cõem sensum ascẽdere, qui vnus est oium sensilium, & inquit. Vnusquisq; quidem igit sensus, qui est in sensitiuo inquantum sensitiuum, est subiecti sensilis. s. iudicatiuæ & sensitiuæ. & illa particula § igit § nota est continuationis ad præcedens. dixit. § Inquantum sensitiuum. § vt Simpl. inquit, qm̃ sensus est in organo: non quidem absolute, sed quantum animatum aĩa sensitiua: vt superioribus. s. capitibus tactum est. Et discernit. § Primo ergo iudicatiuæ & sensitiuæ sensus est subiecti, vt dixit. Apponit & nunc cuius est secundo, & inquit, & discernit subiecti sensilis drĩas, quod exemplo monstrat: & patet, Et debes scire, vt ex Simplicij verbis colligitur, ꝙ sensus non sentit nisi vnum, qm̃ sentire in pati: & moueri consistit. nihil autem patitur ac mouetur nisi ab vno primo & per se, & hoc inest primo sensui. iudicare vero põt plura, qm̃ iudicare & agere est quodammodo, & agere potest esse ab vno in plura. Et ideo hęc duo tangẽs primo dixit sensum vnius esse subiecti. Secundo ipsum differentiam plurium discernere, quod ad iudicium refertur. Sed cur obiectum sensus subiectũ dicatur ab Aristotele, nouus expositor duas reddit causas. Tum. s. qm̃ iudicio substat ipsius sensus circa ipsum. Tũ vero qm̃ omne materiale forma est respectu materialis: cum obiectum materialius sit sensu: eo fit vt subiectum dicatur respectu sensus. Melius autem est (vt Auer. & Simpli. exponere videtur) dicere ꝙ per subm̃ non obiectum intelligat, sed subiectum obiecti. obiectum enim visus est color: subiectum corpus vel coloratum. Hic igitur per subiectum Arist. non obiectum idest formam sensilem accepit, sed congregatum subiectum eius. s. coloratum, & hoc literæ consonat. Inquit enim vt album quidem & nigrum visus, quæ drĩæ sunt corporis colorati. dulce vero & amarum gustus, quæ drĩæ sunt corporis misti. Ambigunt veteres, si visus percipit differentiam albi atq; nigri, ergo drĩa eorum est sensilis, omne vero sensile est, aut per accidens, aut per se proprium, aut per se cõe, vt suo loco expo suimus. differentia quidem illa, si sensilis est, per accidens proculdubio erit: vel sicut callias: vel sicut dulce: vt supius diximus. si sicut callias, tunc per se sentiretur à sensu interiori, vel ab intellectu contra Arist. & Auer. & Simpli. si vt dulce, tunc per se ab altero sensu compræhenditur, quod displicet Arist. quod vero nec sensilis sit per se primo, nec per se communiter, manifestum est omnibus. differentia ergo non est sensilis. Ad hoc solutio est veterum ꝙ drĩa albi & nigri sensilis est per accñs vt callias, & per se & primo ab intellectu comprehenditur, nec hoc contra Aristo. vel aliquem videtur esse, quemadmodum enim callias sentitur mediante colore, sic & differentia mediantibus albo & nigro. respectus tñ ille per se percipitur ab intellectu. vel sub aliis verbis differentia illa potest capi pro respectu formaliter, & sic dictum eorum est verũ, vel pro subiectis differentibus, & sic verbum Arist. verificatur.

Dubitatio.

Solutio.

ARGYR. *At enim cum album & dulce, & singula sensibilium ad singula nimirum aliquo comparemus ac discernamus & sentiamus differre, necesse est idipsum profecto fieri sensu. quippe cum illa sensibilia sunt.*

Te. cõm. 145. Quoniam autem & album & dulce, & vnũquodq; sensibilium ad vnumquodq; discernimus quodam, & sentimus quod differunt: necesse est vtiq; sensu. sensibilia enim sunt.

COLLEC. Tex. cõm. 145. Syllogizat Arist. hoc pacto, quæcũq; sensilia nos discernimus quo ad conuenientiam ac drĩam, quodam sensu necesse est à nobis ea discerni. Et hanc minorem in vltimo accepit: & non totam. Tunc accepit & minorem, & inquit. Qm̃ autem & album & dulce, & vnumquodq; sensilium ad vnumquodq; comparatum: ſm drĩam & conueniẽtiam, discernimus quoddam, & sentimus ꝙ differunt. & hęc minor est. Tunc conclusionem dedit. d. Necesse est igitur sensu sup. ea discerni à nobis. Cuius & maiorem innuit breuiter. d. Sensilia. n. sunt. fuit aũt hoc necessarium præcedere inuentionem sensus cõis, qm̃ antiqui vt Democritici, & alij drĩam diuersorum sensilium percipi ab intellectu solo dixerunt, & sic via dicenda tolleretur. Sed hac in parte inqt Auer & cum fecerimus operationem inter ea adinuicem: apparet quidem ꝙ consequitur ex h̃ sermone id qđ à principio dictum est, & est ꝙ virtus quæ dijudicat album aliud esse à nigro: est aliud à virtute visus: quẽadmodum virtus quæ iudicat ipsum videre, videť alia à virtute sensili: drĩa enim inter sensilia est sensilis. Sed hoc ad duo videť contrariari, primo ꝙ visus noster percipiat albi & nigri drĩam quod ꝯ commentum habitum opponit. Secundo qm̃ inqt operationem visibilem iudicari alia virtute quam visu: ꝯ superiora cõm. s. 138. & 139. ideo hęc intelligenda sunt hoc pacto, vt non legantur cum præcisione. s. ꝙ virtus iudicãs drĩam albi & nigri sit tm̃ alia à visu: sic ꝙ non sit visus. sed legatur indefinite, & sic ſm verbum auditur, & tunc locus contradictionis tolletur. Vel intelligo ꝙ drĩa illa formaliter altera virtute, q̃ visu compræhenditur: vt diximus, & ꝙ operatio iudicetur ab altera virtute, quam visu iudicio cõpleto: vt statim dicemus.

Dubitatio.

Solutio.

ARGYR. *Quo patet, carnem vltimum instrumentum sensus non esse. nam necesse esset id quòd discernit, tangendo discernere. Fieri igitur non potest vt separatis discernatur dulce diuersum esse ab albo: sed vni cuipiã ambo nota esse oportet. illo nãque modo sane pateret inter sese illa differre, etiam si alterum ego, alterum tu sentires. Vnum igitur dicere oportet, diuersa esse dulce ac album. Dicit igitur idem. Quare vt dicit, sic & intelligit, atq; sentit. Patet ergo, fieri non posse vt separatis separata dijudicentur. At hinc patet: neq; fieri posse vt separato in tempore discernantur. Nam vt idem aliud esse bonum ac malum dicit, sic quando alterum dicit aliud esse, tunc & alterum etiam dicit. atq; dico quando, nõ per accidens. veluti nunc dico quidpiam aliud esse, non tamen dico illud nunc aliud esse. sed hoc pacto nunc dicit, vt dicat & nunc illud esse. simul igitur dicit. Quo fit vt inseparabile & in inseparabili tempore, separata discernat.*

Te. cõm. 146. Quo & manifestum est, ꝙ caro non est vltimum sensorium. necesse. n. esset, discernens, discernere tangẽdo ipsum. Neq; itaque separatis contingit discernere discernens quod aliud sit dulce ab albo, sed oportet aliquo vno vtraq; manifesta esse. sic. n. & si hoc quidem ego, illud autẽ tu sentires, manifestum vtiq; esset quod alia abinuicem sunt. Oportet autem vnum dicere, qđ aliud. aliud enim dulce ab albo. Dicit ergo idem. Quare vt dicit, sic & intelligit & sentit. Quod igitur non possibile sit separatis dijudicare separata, palam est. Quod autem neq; in separato cõtingit tempore, hinc. Vt. n. idem dicit, ꝙ aliud bonum & malum, sic & qñ alterum dicit ꝙ aliud, tunc & alterum: non secũdum accidens, ipsum quando (dico autem, vt nunc dico quòd aliud, non tamen ꝙ nunc aliud) sed sic dicit, & nunc, & ꝙ nunc. simul ergo. Quare inseparabile, & in inseparabili tempore.

COLLEC Tex. cõ. 146. Eo accepto, Arist. nunc ad sensum cõem se conuertit, & ostendit ipsum esse, & propter quam causam ipse est. Et hæc quidem ratio ſm Auer. videtur formanda hoc pacto, aut. s. sensu exteriori drĩas oĩum sensilium dijudicamus, aut quodam altero eis oĩbus cõi. si exteriori, vel vno, vel pluribus se-

bus separatis, non vno: siquidem enim vno, ille maxime esset tactus, qui fundamentum aliorum existit. sed ꝙ per tactum id fieri nequit, ostendit, qm̄ id fieri non pōt, nisi tangendo, hoc aūt impossibile. ego.n. iudico album, & dulce, & non tactu, at tangendo, tactu ergo fieri nequit, & sic nec alio quouis aliorum, ꝙ vero nec pluribus & separatis, ostẽdit. esset enim ac si ego album, tu vero dulce sentires, quo pacto drīam nemo nostrum cognosceret, ergo nec separatis. Si igitur sensu vno quouis exteriori drīæ eorum non percipiuntur, nec pluribus, relinquitur ꝙ sensu quodam oībus profecto cōi, & sic patet insimul & sensum cōem esse, & necessitas eius. Et in hunc modum Auer. videtur hunc locum interpretari, nec profecto expositio hæc inconsona est literæ. Simplicius autem primam partem literæ exponens inquit. Per carnem Aristot. non sensorium tactus tm̄ intelligere, sed vniuersaliter corpus & organum indifferenter omnium sensuum. Accepit autem carnem pro oī corpore ac omni sensorio: vt ipse ait. Qm̄ igitur (vt inqt) duorum quorundam ac plurium discrimen cognoscens, duo vel oīa simul cognoscit, & non alia, atq; alia parte, sed indiuisibili vna, palam ꝙ corpus non est vltimum iudicãs. corpus enim tangẽs iudicat sic, hoc est vnicuiq; sensili ₰m differentes accidens partes, vt tangentia, quæ tangunt, iudicant ₰m vniuscuiusq; partis adiectionem id solum, & sic quantum ad primam partem Simplicij expositio discrepat ab expositione Auer. Tu vero ₰m expositionem Auer. legas textum, quoniam patet. Quod autẽ neq; in separato hinc patet. § Ostendit iudicium sensus communis fieri in indiuisibili mensura, & inquit. Quod autem neq; in separato, idest diuisibili tempore iudicium communis fiat sensus de sensilibus ab hinc patet, & videtur ꝙ Arist. arguat loco à simili ₰m Auer. hoc pacto, sicut dicens bonum alterum esse à malo se habet ad illa in vno & eodem instanti, sic iudicans dulce alterum ab albo se habet in vno instanti. Sed dicens bonum alterum esse à malo dicit & malum esse alterum à bono eodem instanti, ergo & iudicans albũ alterum esse à dulci & eodem instanti iudicabit dulce alterum ab albo, cuius rationem dicit Auer. cum alietas sit aliqua relatio. & relatiua insimul existunt in actu, & hoc ait Aristo. d. Sicut enim idem dicit, & eodem instanti, ꝙ alterum bonum & malum, sic & quando alterum dicit aliud esse. tunc & alterum etiam dicit. quasi velit ꝙ vno instanti aliquis dicat alterum bonum à malo, & ecõtra. Sed obijcies, nam hæc quidem vera locutio, alterum homo à chimera, non tamen eo tunc verum chimera altera ab homine. Dicendum verbum Aristot. esse intelligendum in entibus potestatiuis: & actu entibus, & non aliter. Non ₰m accidens. § vt Simplicius ait, diuersum est per se, à ₰m accidens, & in entibus, & in causis, vt in naturali auscultatione dictum est, & nunc quidem, & de nunc quidem facto nauali prelio, & nunc dicto ₰m ambo per se prędicatur. si vero prius factum nunc dicatur per se quidem vt dicto nunc prædicatur, de nauali vero ipso prælio ₰m accidens prædicatur. non enim vt facto nunc, sed vt dicto nunc. potest ergo esse. q. quando sensus iudicat sensilium diuersitatem, an sit quando per accidens. an per se, & hoc remouet Aristot. & inquit. Non dico autem ipsum secundum accidens, puta velut nunc dico quoniam alterum, non tamen quoniam nũc sed sic dic & nunc quoniam nunc, quoniam sensus non est priorum vel futurorum (vt Simp. inquit) cognitiuus: sed præsentium semper. quando igitur inquit diuersitatem sensilium, hoc est qñ iudicat, & vt nunc existẽtem iudicat, vt non ₰m accñs de sensilium diuersitate inter se nunc prædicetur: qm̄ nunc iudicatur, sed & de ipsa ꝑ se. In intentione enim ₰m accidens, & in hunc modum & Auer. exponit. Est ergo sol. q. ꝙ nunc prædicans, vel quando de ipso iudicio non est per accidens: sed per se, reliquum patet.

Dubitatio.

Solutio.

ARGYR. *At vero fieri non pōt, vt simul idem ea ratione qua indiuisibile est, & in indiuisibili tempore, motibus contrarijs moueatur. At dulce quidem, sic mouet sensum ac intellectum: amarum autem, cõtrario modo. album, itidem diuerso. Estne igitur quod discernit, indiuisibile quidem numero, separatũ autem ratione? Partim igitur vt diuisibile, res sentit diuisas, partim vt indiuisibile. nam ratione quidem, diuisibile: loco autem atq; numero, indiuisibile est.*

Tex.cōm.148

At vero impoſe est, simul secundum contrarios motus moueri idem quatenus indiuisibile, & in indiuisibili tp̄e. Si.n. dulce, sic mouet sensum aut intellectũ. amarum aūt, contrario modo. & album aliter. Ergo ne simul quidem & numero indiuisibile & inseparabile, qđ iudicat, ipso esse aūt separatum? Est igitur quodãmodo vt quatenus diuisibile diuisa sentiat, est aūt vt quatenus indiuisibile. ipso esse enim diuisibile est, loco autem & numero indiuisibile.

COLLEC. Tex.cō.149

Hunc locum Simpli. sic interpretatur, cum ostendit ꝙ vnum iudicans plura: non ₰m aliam & aliam partem, sed vt indiuisibile: & simul quãdo inter se ipsorũ discernat drīam: idcirco consequẽter ostendit, ꝙ non passio, nec motus sensuum iudicium, sed actus & perfectio intrinsecus excitata. Syllogizat aūt Arist. hanc conclusionem hoc pacto, pati contrarias passiones, vel transmutari in opposita simul impoſe, qm̄ (vt Simpli. inquit) repugnans & impeditiua & corruptiua qualitas in passionibus ac trãsmutationibus, & sic patet ħ propositio. Tunc accipitur secunda iudicare simul à seipso ₰m differentes rōnes in seipso ꝯria nō impoſe, qm̄ (vt Simp. inquit) non est repugnans eiusmodi qualitas, qñ circa drīa suscipientia ꝯriæ actiones fiant, vt ignis simul qdem indurat cænũ & emollit cerã, & sensus simul album chartæ, & nigrum literarũ indicat. His seqtur in secunda figura ꝙ istud iudiciũ sensuũ, neq; motus, neq; passio vel forinsecus admissio. Huius accepit maiorẽ primo. secunda ibi. § Si.n. dulce § tetigit vim minoris. Vtrũ igiť. § Simp. vt supra sequens expōnem suam, inquit, cum putauit idem manens indiuisibile nunquã moueri ꝯrijs motibus, vel pati oppositas passiones, dubitat nunc: posito ꝙ iudicium sit passio & motus, vtrum ꝙ iudicat simul quidẽ & numero indiuisibile & inseparabile ₰m esse. i. rōnem separatum. Est igitur § Hic rn̄det quãuis igitur passio motus iudicium sit non impeditur iudicans simul ꝯria iudicare, qm̄ rōne erat diuisibile ₰m differentes iudicans rōnes, loco quidem ac numero indiuisibile existens, & hæc est Simplicij huius capituli commentatio: vt vides. Sed pace sua, si Arist. superiori parte. q. mouit an sensatio pati, & moueri sit, & soluit ꝙ vno modo sic. s. pati perfectiue, alio mō non. s. corruptiue, & hoc vr̄ erat oībus sensibus tam forinsecis quam intrinsecis, vt ēt Simp. dixit, cur & nunc. q. eam repetit. Nonne & superfluus & ociosus hac in parte Arist. habetur? Ideo melius cum Them. ac Auer. hanc partem interpretamur, ꝙ cum Aristot. ostendisset iudicans omnia sensibilia. s. sensum cōem esse sic, ꝙ quasi terminauit. q. an sit, consequens erat & nunc declarare eius vnitatẽ: ac modum illius. post.n. ens immediate sequitur vnum: vt metaphysici dicunt. Et huiusmodi rōnalis est expositio. multi.n. sapientes sensum cōem non differre à sensilibus particularibus dixere, eo quia cōe non numeratur cum proprio, quemadmodum aīal non ponit in numero cum homine, ideo & Arist. ambigit, & arguit cōem sensum non esse vnũ, & hoc pacto syllogizat ₰m Auer. nulla vna & eadem potẽtia simul & semel quatenus vna & eadem potest moueri motibus ꝯrijs, & hanc ponit, at vero impoſe est simul ₰m contrarios motus moueri idem quatenus indiuisibile, & in indiuisibili tẽpore. Sed sensus cōis mouet̃ simul & semel motibus oppositis & ꝯrijs, & hoc inquit. Si.n. dulce sic mouet sensum, aut intellectum, amarum aūt contrarie, & album aliter sup. mouet quam nigrum &c. Tunc conclusio debet subaudiri. s. ꝙ sensus cōis non sit vnus: & idem indiuisibilis, & in indiuisibili tempore. Hoc ergo argm̄ destruit vnitatem sensus cōis, & non ad iudicium tendit, vt Simp. credit. Vtrum igitur simul. § Cum arguisset ad vnã qōnis partem, antequã soluat qōnem hanc quærit, & inqt. Vtrum ergo quod iudicat. i. sensus cōis simul indiuisibile numero, & inseparabile. s. loco sup. sit, sed ₰m esse ponit separatum. q. d. (vt Auer. inquit) ita ꝙ per hoc dissoluitur qō. § Est igitur quodammodo § supponens. q. nunc motam

tanquam

tanquam solutam sæpe in physica auscultatione ad partẽ affirmatiuam.s.ꝙ idẽ posſit esse vnum numero,& subto & plura ẽm esse:& rõnem.Persoluit.q.primam, & inquit. Est igitur. i. contingit igitur quodammodo ꝙ diuisibile diuisa sentit,est aũt quod indiuisibile, ẽm esse quidem.n.diuisibile.loco aũt & numero diuisibile,& hoc Auer.inquit,& forte iudicans diuersa,& contraria est ẽm essentiam & formã diuisibile, sed ẽm subiectũ & mãm est indiuisibile, vt dicimus de pomo quod est indiuisibile subto, & diuisibile ẽm essentiam diuersam in eo.s.ẽm ꝙ habet colorem, odorẽ, & saporem:sensus ergo cõis,qm̃ iudicat, & iudicium est vnũ, expetebat ipsum vnum esse.s.numero , & subto , qm̃ vero plura sentit & pluriũ motus & spẽs recipit, expetebat ipsum esse vere plures , & hoc. s. forma & essentia & diffinitione,vt suo loco luculentius explicabimus.

ARGYR. *An id minime fieri poteſt? idem.n. potentia quidem est ipſa contraria , & diuiſibile & indiuiſibile, actu autem esse non poteſt, ſed patiendo diuiſibile eſt. At fieri nequit vt ſimul ſit album & nigrum. Quare neque formas ipſorum ſimul ſenſus ac intellectus ſi talia ſint vt patiantur, ſuſcipient.*

Tex.cõ.148. An non poſe? potentia.n.idem diuisibile & indiuisibile,& contraria est,ipso esse autem non, sed patiendo diuisibile est. Et non poſe est, simul album & nigrum esse. Quare neq; species ipsorum pati, si huiusmodi est sensus & intellectio.

COLLEC. Tex.cõ.148. Ad solutionem nunc datam obiicit Aristot. vt Auer. & Simpli.& Them.commentatur locum hunc,& arguit hoc pacto, oẽ recipiens contraria siue diuisibile, siue indiuisibile exñs:est ens in potentia. Sed sensus cõis nõ est ens in potentia, sed ens actu,non ergo põt recipere contraria,siue diuisibilis,siue indiuisibilis maiorem probat. id.n.quod in actu est,& contraria suscipit erit partibile, quemadmodum scutum cuius vna pars alba:altera nigra habetur. Reliquum literæ constat.Vr̃ aũt Arist.vbi sensum cõem noĩat, & intellectum pariter noĩare , & vbi sentire, pariter & intelligere.ꝑꝑ quid hoc faciat,cum sint diuersæ virtutes,persoluit Auer.& inquit. Et dixit intelligere, quia intelligere in hac intentione simile est ad sentire,quia in vtroq; est virtus recipiens,& iudicat contraria insimul,vt declarabimus de virtute rõnali.quia igiẽ hæ virtutes affines sunt, & nondum patuit earũ dr̃ia, ideo decenter debet insimul eas nominare.Declarat Auer.secundo quid voluit habere per totum hoc Arist.& inquit,& intendit per hæc oĩa declarare, ꝙ hæc virtus non est eadem ẽm ꝙ est in potentia , sicut est prima materia.sed est vnica in intellectu, & in esse in actu, & multa ẽm instr̃a:vt post declarabimus. vult dicere,ꝙ aliquod esse vnum est duobus modis, priuatiue, quemadmodum materia prima,& positiue : vt forma:vt docet ipse 12. meta. erit ergo declarandum ꝙ sensus cõis est vnus : non quidem in potentia.s.vnitate priuatiua:sed ẽm rem & intellectum. i. vnitate positiua . verum ipsum esse plura ẽm instrumenta,post fiet sermo prolixus de hoc.

Cõm.14.

ARGYR. *At.n.hoc perinde ſeſe habet, atq; id quod quidam punctum appellant, quod quidem tum vnum eſt, tum duo, quo pacto & diuiſibile eſt. Quo igitur indiuiſibile eſt,hoc vnum eſt id quod diſcernit,ac ſimul.quo vero eſt diuiſibile,hoc nõ vnum eſt. bis.n.eiuſdem ſigni ſimul fit vſus. Quo ergo finis vſus fit vt duorum: hoc duo diſcernit atque eſt ſeparata vt ſeparatum. quo vero eſt vnum: hoc vnius fit vſus & ſimul. Sed de principio quidem quo dicimus animal ſenſitiuum eſſe,ſit hoc modo determinatum.*

Tex.cõm.149. Sed vt id quod vocant quidã punctũ,quod vt vnum & duo est sic indiuisibile & diuisibile est. Scd̃m ꝙ igitur est indiuisibile,discernens vnum est,& simul.scd̃m ꝙ vero diuisibile est, nõ vnum. bis.n. vtitur eodem signo simul. Inquantũ igiẽ duobus vtitur termino , duo iudicat , & separata est vt separatorũ. inquantum vero vnũ,vno,& simul. De principio igiẽ secundũ quod dicimus aĩal sensitiuũ esse:determinatũ sit hoc modo.

COLLEC. Tex.cõm.149. Exponit modum quo põt sensus cõis vnus intelligi , & quo plures,vt Auer.inquit,& hoc exemplo, vt facilius intelligatur,Inquit, sed sicut id quod vocãt quidam punctũ, aut vnum:aut duo, sic & diuisibile.s. vt duo, sic & indiuisibile.s.vt vnum.applicans ad propositum de sensu cõi.Inqt, ẽm quidem igitur indiuisibile vnũ discernens est:& simul , & totus sermo residuus eodem modo patet. Vbi debes scire ꝙ sensus cõis dupliciter actus alicuius dici põt.s. perficiens,& vtens,vt Simp. sentire videtur . vt igitur est actus perficiens organum proprium , vt sic vnus est ẽm essentiã & formam.vt vero vtens,sic & plures est, qm̃ pluribus vtiẽ organis.s. oĩum sensuum exteriorum ad suum officium. Et primo modo iudicat iudicio vno.secundo modo plura sentit ac promit,vt Them.sentit hic.Inquit Auer.ẽm igitur ꝙ ista virtus est duo:& plures per sensus q̃ copulanẽ cũ ea , quemadmodum punctus est duo & plures : per extrema linearum exeuntium ab ea , si ħ sensus est quid diuisibile ad patiendum motus & actus à sensilibus diuersis.& sic verificatur qũo moueẽ pluribus motibus diuersis: & ẽm ꝙ ista virtus est aliquod indiuisibile.s. ẽm ꝙ est finis motuum sensuum.i.sensationum à sensilibus:quemadmodũ punctus est indiuisibile aliquod ẽm quod est finis linearũ exeuntiũ ad ipsum à circũferentia.Hic inquã sensus:vt sic põt iudicare diuersa:quæ copulantur cum eo à sensilibus diuersis. Hæc igitur virtus est vna,& est plures,& quia est sic exponit(vt Auer. inquit.) quid sibi competit prout vna est, & q̃d ꝑut plures.& inquit Auer.ẽm igitur ꝙ ista virtus est diuisibilis per sensus.i.organice operatur,per id vnum.i.per suã essentiã,q̃d est quasi.i.ita sibi sicut punctus operationibus diuersis.vult dicere ꝙ hæc virtus:vt vtens organis diuersis:& organice accepta, proculdubio pluribus pasſionibus,& operationibus mouebitur, & ẽm ꝙ vtiẽ rebus , quæ sunt de ea quasi extrema, de lineis. s. sensibus.i.inquantum habet hãc consimilitudinem,& vt est vna ẽm suam essentiam,iudicat res diuersas iudicijs diuersis , & ẽt iudicio vnico, at sic est vna. Et quasi opineẽ.ꝫ Auer.apponit.s.comparationẽ huius sol.ad solonem predictam,fuit.n.sol.prædicta,ꝙ sensus cõis est plures ẽm formam,& vnus ẽm mãm.Hec vero solutio est ꝙ sensus cõis est vnus ẽm essentiam & formam,& plures ẽm subiectum & organum.cõparat ergo has, & inquit , & quasi opinetur ꝙ virtus primi sentientis. i. sensus cõis melius est vt dicaẽ esse vna forma, vt solutio secunda ait, & multa instr̃is copularis cum ea : per quem transeunt motus sensilium:quousq; copulẽtur cum ea. dico inquam hoc melius esse:quã dicere ipsam esse vnã subiecto: & multa ẽm formas: quæ describuntur in ea:vt prima solutio dixit. Id.n.esseꝫ Reddit cãm huius,& inquit. Id.n.esse.s.esse vnum ẽm formam : dignius est ei ẽm ꝙ est iudicans , istud aũt ẽm ꝙ est recipiens.s.esse plures organice,& hoc latius exponit, & inquit . Sed tñ cum non ponimus illic eandem intentionem ꝑꝑ formam. i. cum non dicimus eam esse vnã ẽm essentiam & formam , non posſumus inuenire aliquid, ꝑ quod iudicet diuersa esse diuersa , ideo oportet vt sit vna forma ad hoc vt iudicet, & hoc ꝓbat. Iudicium.n.dignius est attribui isti potentiæ ẽm ꝙ est actus,q̃ ẽm ꝙ est potentia.i.mã & organum,quemadmodũ econuerso,motio eius pasſiua à sensilibus dignior est attribui ei ẽm ꝙ est recipiens subm,quã ẽm ꝙ est actus.ideo recolligit,& inq̃t.Est .n.apud ipsum(vt vr̃)ipse sensus cõis recipiẽs ẽm sensus,& agens ẽm iudicium.& quia recipere aliq̃d est aliud à iudicare, ideo hæc duo debent inueniri in aliquo duobus modis diuersis . His patet,qualiter solutio præsens melior est solutione posita.Et nos videmus.ꝫ Persoluit dubiũ,posſet .n.argui hoc pacto, hæc virtus iudicat intentiones quas ꝓprie recipit,& priuationes: intellectus iudicat intẽtiones , & priuationes, ergo intellectus est sensus cõis. Argm̃ quidem peccat in forma , & in materia . ostendit ꝙ peccat in materia,& inquit.sed differũt in hoc,quia ista virtus est intentionum materialium, idest est virtus in materia:illa aũt est intentio non mista cum materia , vt post declarabitur. Sed de sensu communi ambigentes, primo quærere debemus an sensus communis necessario ponatur.s.alter à sensibus externis . Amplius de eius vnitate erit & quæstio .

q de neceßitate sensus cõis.

Rursum

The. positio. Rursum de eius opere. Vltimo & de eius loco, organoq; quærenus. Ad primam quæstioné respondet Them. & vult sensum cõem solum esse in quo oẽs alij identificantur, & inquit. Ex his quæ dicta sunt iam constare arbitror, neque visum in pupilla primũ esse, neq; auditum in auribus, neq; gustum in lingua, sed sensus oẽs in prima illa sentiendi vi sedem habere. Et respondet ad quæstionem contra se, qm̃ quis dicet probatum esse olim numerum sensuũ esse quinque, soluit. ꝙ si qñq; diximus quinq; nobis esse sensus oẽs, ex eo accipi volumus quinque instrumẽta haberi, & quinque canaliculos sensibilius spiritibus, quos tanquã à fonte vno per instrumenta illa rigatos, quinq; sensibus natura distribuit. Vult ergo Them̃. ꝙ sensus cõis vnus est ẽm rem: cum sensibus proprijs, diuersis tñ vtens organis, propter quorum vsum diuersas sortitur rões, vt.n. vtitur oculo circa visile, visus rõnem habet, vt tactorio circa tactile rõnẽ sortitur tactus. ergo vnus est sensus qui oẽs est potentia & virtute. Hoc potest sic declarari, qm̃ cuius operatio continetur in aliquo, & eius essentia in eo cõtinebitur, vt Arist. monstrauit in animalibus se habere, sicut in figuris. sed operationes oĩum sensuum exteriorum in eo continẽtur, vt Aristot. ait, ergo proculdubio omnes per identitatem essentialem erunt ille vnus sensus. Amplius per sensum cõmunem põt appræhendi omne sensile cuiusuis forensis: ergo ociosi sunt alij sensus ẽm rem diuersi ab eo. Rursum sensus exteriores omne continentur in sensu communi: vt Aristo. dixit, aliter sensus hic non communis diceretur. vel igitur sensus communis totum quoddam est eorum vniuersale, vel essentiale, vel potestatiuum. nõ vniuersale, nec essentiale, ergo potestatiuum, & sic virtute continebit oẽs.

Cõis positio. Altera est positio communis. s. ꝙ sensus communis est virtus animæ, per quam operatur anima operatione diuersa ẽm rem ab operationibus sensuum exteriorum circa obiectum diuersum, quæ virtus distinguitur ab eis loco, & subiecto, & forma. licet sit vnibilis eis ẽm opus, & vtatur eis ẽm operationem eius tanquam famulis. Et pro hac proculdubio arguitur, qm̃ sicut operatio sensuum exteriorum se habet ad operationem sensus communis, sic & illa sensus communis ad operationem imaginatiue: vt Aristo. dicet. sed propter illud sensus communis se cernit ab imaginatiua. ita & sensus exteriores à communi discrepabunt. Amplius quodlibet organum exterius põt recipere spẽm & actum à sensili, vel igitur per se, vel per accñs. non per accñs, ergo per se, & hoc nonnisi potẽtia, ergo dabitur potentia propria respondens proprio organo. põt & induci Arist. & alij, quod non facio, quia patet. Tunc põt dici ad argumenta vtriusq; partis, & primo ad primũ, ꝙ id verũ est in operationibus alterius gñis, cuiusmodi non est in proposito. cur aũt hoc sit consideretur. Ad scd̃m, & si sensu communi appræhendi possit oẽ sensile, non tñ eodem gradu: vt manifestum est. Ad tertium dicendum ꝙ continẽtur in eo ẽm excellentiam, & non ẽm vim & essentiam, quemadmodum argentum in auro. Argumenta pro altera parte non valent, qm̃ similitudo non currit: vt dicemus in loco suo. Secundum ẽt non cogit: qm̃ quodlibet organum exterius vna virtute communi exit in opus, quæ quidem radicaliter est in organo proprio. Et sic de esse eius sit dictum.

De vnitate sensus cõis. De vnitate eius quidam sensere ipsum vnum esse subto: ac materia, diuersum vero esse forma & essentia, quemadmodum in pomo sapor & flauities: vt Auer. dixit. Et h̃ quidem fuit prima rñsio data ad qõnem Aristo. hoc põt argui, qm̃ quot qualitates sunt, tot essentiæ sunt, & formæ sensitiuæ, cum sensus communis plurimę sint qualitates, proculdubio & plures formæ esse debent. Amplius multiplicato vno relatiuorum, & correlatiuum eius numerabitur. sed obm̃ & sensus ad aliquid dicuntur, ergo cũ obta eius plura erunt, & ipse plures fiet. Itẽ numerus potentiarum pas-*Cõm. 11.* siuarum est ẽm numerum formarum Auer. 12. meta. sed sensus cõis est potentia passiua, & ꝑ sensile actu fit, ergo tot erunt, quot actus alterius rationis. Altera est solutio The. hic, & Auer. ꝙ sensus cõis ẽm essentiam & formam vnus est. i. est vna forma: & vna virtus essentialiter ẽm rẽ, plures tñ subto & organo, & hoc Them̃. exponit per exemplum de rege, & tu vide. Põt autem hoc probari sic, omne agens est vnum ẽm formam. sed sensus communis est agens. s. iudicans, ergo vnus ẽm formam, & qm̃ patitur, ergo est plures ẽm materiam, & hæc fuit põ Auer. Tunc argumenta nihil sunt. maior. n. primi verificatur in exteriori. Vel dicendum ꝙ hoc arguit ipsum plures esse ẽm materiam, & hoc volo. Ad secundum dicendum, ꝙ omnia illa hñt rationem vnius innominati. Ad tertium & si sint multę operationes, tñ ratione vnius formæ innominatæ veniunt &c. De eius opere Them̃. rñdet, & inquit. Hæc quidem est illa vis qua nos visu videre, & auditu audire sentimus, eadem. n. potentia percipi actiones sensuum necesse est, qua drias actionũ percipimus, & reliqua. Vult igitur Them̃. opus sensus cõis esse multiplex, cõe. s. cum sensibus exterioribus, vt percipe omnia sensilia cuiuscunq; sensus extrinseci, & propriũ, & hoc multiplex, quorũ vnum est ꝑcipere operationes sensuum exteriorum. Amplius & drĩam operationum sensilium. Rursum drĩam & conuenientiam iudicare oĩum eorum. Sed hæc positio in tpe verum dicit. sed ꝙ sensus exterior propriam operationẽ non iudicet non tenemus, vt ẽt supra sensimus ẽm mẽtem oĩum fere. Erit ergo opus huius virtutis appræhendere operationes diuersas diuersorum sensuum, & obiecta diuersa diuersorum. Secunda est iudicare de drĩa horum & conuenientia, & in his excellit sensus exteriores. De organo quoq; sñia Aristo. est in lib. de somno & vigi. & in lib. de morte & vita, & in 3. de partibus organum sensus cõis esse cor vltimatum, licet organa manifestationis operis sint in cerebro. Medici autem huius oppositum sentiunt, vt Gale. Auic. & Plato in Timeo. volũt. n. huius sensus organũ esse in cerebro. vtriusq; partis argumenta non pono, qm̃ in quodam meo lib. apposui latius, nec eorum concilium. Tu vero quære iuniores & antiquos in hoc problemate, ꝙ sensus communis sit alter à quinque. & quo pacto vnus, & de eius opere, & organo tot sint dicta nunc.

De opere sensus cõis. *De organo sensus cõis.*

ARGYR.

Cum autem duabus prisci drĩjs maxime diffiniant aĩam, motione inquam loco accommodato, & intelligendo & discernendo ac sentiendo, considerãdum est siquid intersit inter intelligere ac sentire. Videtur nãq; tã intelligere quam etiã sapere: veluti quoddam esse sentire. etenim his vtrisq;, rerum aliquas aĩa discernit atq; cognoscit. Et veteres: idem esse sapere sentireq;, censent. quemadmodum & Emp. dixit,
Ad præsens, hominum crescit sapientia semper.
& alio rursus in loco.
Hinc varia his semper prudentia somnia monstrat,
Idem & Homerus his carminibus sensisse videtur,
Tales nanq; insunt mentes mortalibus ipsis:
Quales quotidie summi fert rector Olympi.

Tex. cõm. 150. Qm̃ aũt duabus drĩjs diffiniunt maxime aĩam, motu secundum locum, & ipso intelligere & discernere & sentire: vr̃ vtiq; intelligere & sapere velut sentire quoddam esse. In vtrisq;. n. his, aĩa discernit & cognoscit aliquid eorum quæ sunt. Et antiqui, sapere & sentire idẽ esse aiunt, sicut & Emped. dixit. Ad præsens. n. sapientia augetur hoĩbus, & in alijs. Vnde, eis sem ꝑ & sapere diuersa præstat. Idem aũt his vult & illud Homeri. Talis. n. mens est terrestrium hoĩum, Qualem indies inducit pater hominumq; deorumq;.

COLLEC. Tex. cõ. 150. Cum de sensu cõi dixisset, ad proximam ei facultatem transiens de imaginatione differere vult. Oñdit enim imaginationem cognitiuam esse animæ facultatem, & non appetitiuam. deinde ꝙ non eadem sit sensui, qm̃ sensus ad ꝓprium actum pñtibus indigeẽ sensilibus, imaginatio vero & non præsentibus interdum. & quia communicat hæc cũ rationali vita, primo an intelligere sentire sit differit, & inquit. Qm̃ autem duabus drĩjs diffiniunt maxime animam: motu ẽm locum, & ipso cognoscere s. intelligere, discernere, & sentire, considerandum si differt intelligere & sentire. Et prosequitur, & inquit. Vr̃ nanq; intelligere & sapere tanquam quoddam sentire, cuius rationem reddit. d. In vtrisq; n. his aĩa iudicat aliquid, & cogitat aliquid eorũ quę sunt. i.

sunt.i.entium,& sic primo aspectu idem vñr. Et antiqui. § Hoc & antiquorum testimonio oñdit, & inquit,& antiqui sapere & sentire idem esse aiunt:sicut Emped. dixit ad pñs voluntas:& consilium ac sapiã crescit in oĩbus, & per pñs ipsum sape ſm tempus mutari censuit, quod esse non põt: nisi sape corporeum sit quemadmodum & sentire. Et alio rursum in loco dixit,hinc varia his sp prudẽtia somnia mõ strat,& Home.his carminibus idẽ sensisse vr̃. Tales naque insunt mentes mortalibus ipsis. Quales quotidie summi fert rector Olympi.His constat sentire sape esse oĩno.Sed Simp.hos excusat.Inqt tñ nonnullos,vel nãles, vel sophisticos viros ita opinatos esse non diffiniendum(etenim apud Platonem theætætus in idem ducit sensui sciam:) nõ tamen Empedo.vel Home.in hac collocandum opinione, quamuis Arist.crasso modo dicto insistens redarguat, quæ & aliter interpretari queunt. Verbum igitur Empe.intelligit consilium esse per pñtiam sensilis,non tñ ab ipso sensili immediate fieri, nec ab ipsis somnijs:nisi tanquam causis remotis. Et sic intelligit Homeri verbum,non ꝙ absolute intellectum à sensilibus transmutari dicat. sed terrene viuentium & obscure (vt ipse inquit) hominum.

ARGYR. *Etenim oẽs hi,putant ipsum intelligere corporis esse,perinde atq; ipsum sentire. Et sentire simili simile arbitrantur & sapere,vt in superioribus diximus locis.Oportebat tamẽ ipsos de errore quoq;, deceptioneúe differere.sunt.n.hæc magis propria aĩalium & plus id temporis est,quo in his anima versatur, vt patet. Idcirco necesse est aut vniuersa quæ videntur, vt quidam inquiunt, esse vera aut dissimilis rei tactum errorem esse deceptionemúe. quippe cum, id sit contrarium illi, simili inquam cognoscere simile. Videtur autẽ, & deceptio & scientia contrariorum esse eadem.*

Tex.cõ.151. Omnes.n.hi, intelligere corporeum sicut & sentire existimant.Et sentire & sapere simile simili, sicut in primis rationibus determinauimus. Et tñ oportuit simul ipsos,& de deceptione dicere.magis propria.n.est animalibus,& plus tẽporis in hac,permanet anima. Vnde necesse est aut, vt quidam dicunt: omnia quæ vidẽtur esse vera: aut dissimilis rei tactum,deceptionẽ esse. hoc .n.contrarium est illi,simile simili cognoscere.Vr̃ autẽ, & deceptio & scientia contrariorum eadem esse.

COLLEC. Tex.cõm.151. Dixit ꝙ æstimatum est corporale,sicut est sensus, eo qa multi priscorum credidere idem intelligere & sentire esse. Et sentire.§ Reddit cãm,quæ eos mouit.Isti.n.æstimarunt ꝙ sentire & intelligere fiunt per simile,& quia hæ duæ virtutes compræhendunt corpus,necesse est vt sint corporeę: quemadmodũ diximus in superioribus sermonibus.s.in.1. tract.de erroribus. Et tñ oportuit. § Instat illis quidem ꝙ non determinarunt de deceptione,erroreúe,inquit§Et tñ oportuit simul ipsos de deceptione dicere§Cuius rõnem reddit & põt componi hoc pacto.De eo debent dicere de aĩa tractantes,quod magis proprium est aĩæ, & pluri tempore ipsi competit.Tunc apponit minorem.d. Magis proprium.n.est aĩalibus, & plurimum tps in hoc versatur aĩa, ergo debuerunt & de deceptione differere.Vnde & necesse.§ Apponit id tandem quod dicere pñt, & inquit. Vnde necesse esset oĩa quæ vñr esse vera, vt quidam dicunt.s. sophistice,& sic negabitur deceptio:& fallacia esse in rerum nã,& ideo de ea non expedit tractare. Aut oportet eos dicere deceptionẽ esse tactum dissimilis rei. Hoc.n.contrarium ei quod simile simili cognoscere, & sic non curarũt dicere, quia intellr̃ per suum oppositum. Videtur autẽ. § Obijcit his ſm Auer. non quantum ad primum inconueniens de apparentia (eis.n.sa: in.4.suæ sapientiæ obiicit) sed quãtum ad scd̃m,& inquit. Videtur autem & deceptio, & scia contrariorum eadem esse,ergo deceptio non est tactus dissimilis,& scientia tactus rei similis,cum scia sit ambborum,& deceptio amborũ. Sed ambigunt veteres, quonam pacto magis propria sit in anima deceptio. Vel ipse loquitur de animalibus, vel de anima. non de animalibus, quoniam quæ animalia percipiũt sensilia sunt propria,mo do cognitio sensilium propriorum semper vera est. Si

Dubitatio veterum.

vero loquitur de anima hoc minime, quoniam proprijssimum animæ est non mentiri. Qũo igitur contrarium inquit,magis proprium,qm̃ maiori tempore in hoc versatur aĩa.Respondet Simp. Aristo. intelligere per deceptionem ignorantiam oppositam sapientiæ.est aũt sapientia propria animali rationali,quare per animam rationalem intelligit vitam, & ipsum hoiem, ꝙ vero homo plurimũ tempus in ignorãtia existat,exponit Simp.primo qm̃ gñabilis & corruptibilis, ideo non capax prudentiæ multo tempore existet. Amplius ꝑꝑ accñtia ipsi perturbationem præbentia. Rursum,qm̃ à necessitatibus vitæ nõ semper homo habet. vacat.n.sæpe ijs.Potissimum aũt,qm̃ ipsi animæ ad corpus vehemens inclinatio ad sensilia.diuertitur.n.homo his sæpe,& has causas tetigit Arist.10.Ethic.

Responsio Simplicij.

Cap.10. ARGYR. *Non idem igitur esse sentire ac sapere, patet. illud enim omnibus animalibus,hoc valde paucis inest. At neq; intelligere idem est ac sentire, intelligere inquam quo recte atque non recte res percipi solent.quod nãq; recte percipit id prudentia est,& scientia atq; opinio vera, at quod non recte id nimirum his dictis est contrarium. Etenim propriorum sensus, semper est verus,& vniuersis animalibus inest.at fit vt falso quoque quis ratiocinetur, neq; cuiquam competit cui non inest & ratio.*

Tex.cõm.152. Quod igitur non idẽ sit sapere & sentire, manifestũ est.hoc.n.animalibus inest omnibus:illud aũt,paucis. Sed neq; intelligere in quo est quod recte,& quod non recte(quod.n.recte,prudentia, & sciã, & opinio vera, quod vero non recte, contraria his) neq; hoc inquam, est idẽ cum ipso sentire. Sẽsus.n.propriorum, sp verus est,& omnibus inest animalibus.intelligere autem contingit & falso,& nulli inest cui non insit & ratio.

COLLEC. Tex.cõm.152. Arabica translatio habet. § Dicamus enim ꝙ sentire nõ est intelligere.§ Et ideo Auer.dupliciter literam suam cõducit. Vno modo vt tota præcedens litera, quæ incipit in arabica translationẽ.§Et quia determinabat.§ vsq; ad præsentem,sit habita & lecta suspensiue,responsionemq; ad argumentum antiquorum continens, sic ꝙ in hoc capitu. §Dicamus.n.&c.§ terminatur suspẽsio. Vel alio modo põt intelligi,ꝙ responsio ad argm̃ priscorum vacet, sicq; in litera non apposita sit, & nunc nouum capiat exordium, in quo probat sapere & sentire differre,& hoc pacto exponit secunda expositione,& non oportet ſm hanc literam,præcedentem legere suspensiue.sed quocunq; fiat,inquit Aris. § Q. quidem igitur non idem sit sapere & sentire manifestum est ab hinc§hoc quidem.n.sentire in oĩbus est animalibus.id aũt in paucis.s.in homine, & dixit. §In paucis§ vt Auer. recte notauit, ꝑꝑ ħ ꝙ plura animalia communicant homini in hac virtute, quæ est sensus,nec mirum ꝙ Aristo. hoc accepit hic,qm̃ hoc tanquam famosum accepit & cõcessum:vt Auer.inquit. Vr̃ autem rõ Arist.ħ:hoc pacto formanda esse.quæcunq; in subto differunt in esse differũt.sed intellectus,& sensus differunt subiecto, vt in litera accipitur,ergo & in esse differunt, hoc pacto Auer. format.reliquum textus constat.Hic Auer.duas notat differentias inter sensum & intellectum,& inquit. Sensus.n.semper dicit verum in rebus proprijs.i. circa sensilia propria vere iudicat semper, & falsum in vniuersalibus.i.sensilibus cõibus, vt superiori capite constauit. intellectus autem econtrario,verum in vniuersalibus & falsum in proprijs idest specialibus obiectis, & hæc prima est differentia. Apponit & secundam,& inquit. Et etiam sensus in rebus proprijs magis durat sua veritas,qm̃ semper circa obiectum proprium eodem se habet pacto, & intransmutabiliter, magis dico quam intellectus in rebus vniuersalibus. Contingit.n.intellectum circa vniuersales propositiones etiam transmutari,cum sit virtus rationalis. Applicat sententiam verbis, & patet. Sed ad hæc quærunt primo qm̃ Arist.2. poste. & 6.Ethic.intellectum semper esse verorum inquit.Hic vero oppositum sentit Auer. Amplius hoc sine ratione dictum esse videtur,cur enim sensus circa propria verus,& intellectus non? Ad primum Arist.loquitur non de intellectu ꝓ potentia

Dubitatio.

Responsio.

potentia cognitiua, sed pro habitu principiorum, quem dicit. 6. Ethic. semper verum esse, econtra habitum conclusionum, & hoc profecto pacto loquitur. 2. posteriorum. Ad secundum dicit Themistius hæc verba. reddens causam huius discriminis, propterea quod res quanto communiores habentur, tanto conspectiores, prioresque intellectus sunt. Ex quibus nouus Expositor rationes sic accepit illius, quòd quia intellectus in vniuersalia immediate se habet, & in propria per media, ideo circa vniuersalia non fallitur, sed circa propria. Sensus autem, quoniam circa propria sensilia immediate se habet, circa communia vero mediantibus proprijs, eo fit vt circa propria non fallatur: sed circa communia. Et hoc profecto Aristot. in prooemio. Sapientiæ inquit, nam quæ sunt ex paucioribus certiores sunt his, quæ ex additione dicuntur, & hoc significat intellectum circa vniuersalia se habere per minora, vel per nulla media, & ideo sunt sibi euidentiora, propria quoque sunt occulta, propter multa interesse media.

ARGYR. *Imaginatio nanque, diuersa est à sensu, menteque. atque neque hæc fit sine sensu, neque existimatio sine hac esse potest. Non idem autem esse imaginationem existimationemúe, patet. Hic enim affectus, in potestate nostra sine controuersia collocatur. licet nanque cum libet fingere quicquid volumus, atque ante oculos ponere: perinde atque ij faciunt qui in artificiosæ memoriæ comparatis atque dispositis locis imagines fingunt atque simulachra collocant. At opinari, in nobis non est situm, necesse est enim opinantem, aut veram aut falsam existimationem habere.*

Tex.cõ.153. Phantasia enim aliud est & à sensu, & ab intellectu. & eadem, non fit fine sensu, & sine hac, non est existimatio. Quod autem non est eadem phantasia & existimatio, manifestum est. Hæc enim passio, in nobis est, cum volumus. præ oculis enim est fingere, sicut qui in memoratiuis versantur & simulachra faciunt. Opinari autem, non in nobis est. necesse.n. est aut falsum, aut verum dicere.

COLLEC. Tex.cõm.153. Ista coniunctio {enim} dupliciter induci potest. Vno modo: vt Simpli. inquit. Dictum est enim solis rationabilibus cogitationem inesse, ac si induceret. non enim eadem cogitationi imaginatio, quoniam imaginatio inest brutis: non autem cogitatio. Aliter vt Auer. & Them. inducam, quod cum dixit distinctionem. i. intellectionem esse in habentibus rationabilitatem. Tunc posset esse dubitatio, quoniam videmus multa alia animalia distinguere. Soluit quòd id non est distinguere nisi abusiue. phantasia enim alterum est à sensu & intellectu. Reliquum textus, & commenti patet per se. Ex differentia inter phantasiam, & opinionem. Ioan. Picus accepit non esse in potestate nostra credere aliquam propositionem esse veram, quando nobis placet, nec falsam esse quando placet. Quoniam opinari est adhærere alicui cum oppositi formidine, credere vero consentire simpliciter absque formidine. si igitur non est in potestate nostra, sic vel aliter opinari de quo minus videtur, & à fortiori nec in potestate nostra erit credere. Hanc partem tueri conatur, primo, non est in hominis potestate facere intellectu apparere propositionem aliquam esse veram aut falsam, ergo nec in eius potestate sic vel secus credere: videtur enim incõpossibile aliquem credere propositionem cui consentiat: & tamen ei verum non appareat. Antecedens quoque arguit, quoniam hoc vel id apparere tale, vel secus intellectui: est hoc, vel id taliter, vel secus repræsentari intellectui. modo hoc ex voluntate non euenit cum eius esse voluntatis actus antecedat. Amplius secundo, assentire, & dissentire sunt actus intellectus specifice oppositi, sed nulli actus intellectus specifice oppositi possunt determinari à voluntate, ergo dissentire, & assentire non possunt à voluntate determinari. Maior arguitur, omnis actus determinans assentire, & dissentire debet esse actus primus respectu eorum. sed nullus actus voluntatis potest esse vt actus primus respectu illorum, nec respectu aliquorum intellectus: ergo non potest determinare eos. Rursum ad aliquod credendum non determinatur homo præcise per actum voluntatis, de quo interrogatus, cur id crediderit non assignabit præcise actum voluntatis, constat autem experientia non assignare nos actum voluntatis in consensu alicuius crediti. Vltimo, quotiescunque aliqui duo determinantur ad credendum opposita, & quolibet illorum præcise determinatur per hoc, quia vult sic determinari, non potest dici quod rationabilius hic mouetur ad credendum quam econtra. Sed datis duobus, quorum alter vult credere A esse verum, & alter non, non est dicere hunc vel illum rationabilius, & alium irrationabilius, ergo illi ad sic, vel sic velle non determinantur, quia præcise sic volunt. Hanc conclusionem apponit Aristot. Inquit enim, opinari autem non in nobis est, cuius rationem reddit. necesse enim est aut falsum aut verum dicere. modo hoc non in nobis est. ecce quam plane Aristot. videtur hanc partem sentire. Hoc idem Themistius inquit. ad credere aliquid, aut æstimare, aut iudicare de rebus quoties incessit voluntas, in nostra manu non est. sed quoties ipsa rei veritas, quæ videbitur apertissima assentiri nos cogit. neque enim fieri potest vt quis rei, quã nihil dubitat falsam esse, assensus suos accommodet. Quod ostendit exemplo dicens. At vero bis duo quatuor esse, necessarium est velis nobis concedere. contra vt bis duo sint quinque, aut bis decem viginti non sint, nemo vnquam concesserit, qui rationem numeri tenet, sicut neque vt homo non sit bipes, aut vt ignis non perurat, & reliqua. Debes scire, quòd positio huius viri potest intelligi. Vno modo vt nihil simpliciter credere possimus ex nostro voluntatis actu, nisi eorum aliquid cuius persuasio præcessit, id est nisi per se supponatur intellectus concessus & assensus. Alio modo vt totus actus nostræ voluntatis pendeat ex determinatione intellectus. Ad res enim quæ nostro intellectui occurrunt intellectus dupliciter se habet. Vno modo limitate, & simpliciter determinatus, quemadmodum ad veritatem primi principij: vt quarto traditur Sapientiæ. Alio modo in potentia neutra, vel cum persuasione ad vnam partem magis quam ad alteram. Tunc dicerem quòd in potestate nostra non est, credere propositiones, ad quas intellectus occurrit primo modo, & hoc Themistius, & Aristote. & Auerroes, & Simplicius testantur, & si sic intelligat vir iste proculdubio optime inquit, nec quæstio talis viri condemnari meretur. Si vero intelligat quòd voluntas respectu etiam duorum non possit limitare intellectum ad sic, vel sic credendum, proculdubio cum eo non sum. in omnibus propositionibus contingentibus oportet dare vnam primam per se notam in eo ordine, vt hæc voluntas vult, quæ est per se & immediata. Argumenta igitur huius viri apud me, primum probant intentum, secundum vero non, & ideo tibi patet ex his solutio.

ARGYR. *Præterea cum opinamur aliquid malum esse atque terribile: continuo perturbamur, similiter: & cum opinamur quippiam esse tale, vt in illo sit confidendum. At cum imaginamur talia, perinde afficimur atq; si in pictura eadem spectaremus. Sunt autem & existimationis ipsius hæ differentiæ, scientia, & opinio, & prudentia, & ea quæ sunt hisce contraria. de differentia quorum alius sit sermo magis ad idipsum accommodatus.*

Tex.cõ.154. Amplius autem cum opinamur difficile aliquid aut terribile, statim compatimur. similiter autem est, & si fuerit tale vt in illo sit confidendum. Secundum phantasiam autem; similiter nos habemus, sicut qui considerans

considerant in pictura quæ difficilia sunt & ea in quibus sunt confidendum. Sunt autem & ipsius existimatione differentiæ: scientia & opinio & prudentia, & contraria his, de quorum differentia alius sit sermo.

COLLEC. Tex.côm.154. Est & hæc alia ratiocinatio, ꝙ imaginatio altera est à consilio & æstimatione,& componitur sic, cum nos æstimamus aliquod timorosum futurum, quoquo modo nos patimur passione, ac si id timorosum esset præsens. similiter cum nos æstimauerimus aliquod audactiuum futurum, statim patiemur tali passione, quali illo audactiuo existente præsente, & hæc maior est. Cum autem imaginati fuerimus id timorosum: non statim patiemur quasi esset præsens. Tunc conclusio erit in secunda figura, imaginatio ergo non est opinio, nec consilium, & per consilium (vt Auer.inquit) intelligit fidem, id est cognitionem certam intellectualem. Sunt autem &c. differentias enumerat æstimationis,& inquit. Sunt autem & ipsius æstimationis differentiæ, id est species scientia, & opinio, & sapientia, & contraria his, vt ignorantia, insipientia &c. De quibus se in alterum transsumit locum.d.de quorum differentia altera sit ratio. & Auerrois inquit quòd est liber de sensu & sensa. Simplicius vero inquit in ethicis, vbi nunc dictas æstimationis differentias distinguit apertius. Reddit autem causam Themist.& Simplicius cur ad opinionem metus, ad imaginationem vero non sequatur: quoniam opinio non sine consensu est: ac voluntatis affectione. & ideo sequitur ad sic vel aliter opinari timor, imaginatio vero sine consensu voluntatisque determinatione existit.

ARGYR. *At vero cum diuersum sit sentire ac intelligere, et huius aliud imaginatio aliud existimatio esse videatur: de imaginatione primo, deinde de altero dicamus oportet. Si igitur imaginatio, id est phantasia sit id quo visum phantasmaque aliquod in nobis dicimus fieri, & nõ aliud quicquam quod per translationem hoc eodem nomine nuncupetur, ipsa profecto vna quædam est potentiarum earũ aut habituum quibus discernimus, & aut vere percipimus aut falso. tales autem sunt, sensus, opinio, scientia, intellectus.*

Tex.côm.155. De ipso autem intelligere quoniam diuersum est ab ipso sentire, huius autem aliud phantasia esse videtur, aliud existimatio. cum de phãtasia determinauerimus, sic & de altero dicendum erit. Si igitur phantasia est secũdum quam phantasma aliquod nobis fieri dicimus, & non si quid secũdum metaphorã dicimus, vna quædam est harum potentia aut habitus secundum quem discernimus, & veri sumus aut falsi, huiusmodi autem sunt: sensus, opinio, scientia, intellectus.

COLLEC. Tex.côm.155. Recapitulationem apponit dictorum: ad dicenda vero continuationem addit. Inquit. De eo autem, quod est intelligere animæ, quoniam alterum est ab eo, quod est sentire ex his patet. Huiusmodi autem, id est actionum intellectus, videtur aliud phantasia, id est quod quædam sit phantasia, aliud opinio, id est æstimatur & altera esse credere ipsum. argumento profecto hoc. quoniam sine visis & imaginibus intelligi nihil potest, & ideo putandum est eandem vim esse quæ intelligat & visa concipiat. Quapropter de phantasia determinantes sic. De altero, scilicet rationali virtute post h dicendum. Hæc est continuatio, & dicendorum intentio. Si igitur phantasia.&c. hæc coniunctio &c.igitur&c. nota est executionis, erit ergo syllogismus hypotheticus tractandus hic. si igitur phantasia est, secundum quam phantasma aliquod nobis fieri dicimus, & si non aliquid secundum metaphoram dicimus, id est & non aliud quicquam quod per translationem hoc nomine nuncupetur: & dixit hoc quoniam phantasia dicitur quandoque secundum translationem de sensibus, quandoque de mente & intellectu, ideo accepit. Si igitur imaginatio sola illa est, cuius phantasma aliquod in nobis fieri dicimus, & hoc est antecedens, tunc ponit consequens, & inquit, vna quædam est potentia horum, aut habitus, secundum quem discernimus, aut verum, aut falsum dicimus. Huiusmodi sunt quatuor, vt Themistius inquit, sensus scilicet opinio, scientia, & intellectus, intelligendo per intellectum (vt Auerrois & Themistius dicunt) primas propositiones, id est habitum principiorum, & per scientiam quod prouenit ex eis, id est habitum conclusionum. Est ergo hypothetica, si imaginatio est phantasia. secundum quam phantasma aliquod nobis fit, imaginatio est sensus, vel opinio, vel intellectus, vel scientia, declarabit autem ab his quòd non aliquod horum sit quatuor, & concludet quidnam est. Debes scire, vt Simplicius inquit, h esse reperta scilicet facultas, habitus, sensus, opinio, scientia, & intellectus. Facultatem quidem (inquit) Aristoteles appellat substantialem characterem, secundum quem omnem hominem rationalem dicimus. Habitum vero promptam dispositionem. Sensum quidem per organum recipiens prius à sensili actionem. Opinionem. circa contingentia, & aliter se habere æstimationem, & circa necessaria sine causa fidem. Scientiam cum causa, & semper eodem modo se habentium rationalem reflexionem. Intellectum denique subitam atque impartibilem terminorum speculationem. Ostendit ergo ꝙ imaginatio siue alio nomine phantasia, quæ est secundum quam phantasma, in nobis fit, nullum horum sit. Quomodo autem vnumquodque horum cadat sub cognitiua veridica, vel falsa, Simpl. ostendit: & sermo totus patet.

ARGYR. *At ipsam non esse sensum, ex hisce patere potest. Sensus enim vel est potentia vel operatio, vt visus vel visio. at nonnunquam neutrum est istorum, & tamen apparent aliqua, videmurque videre, vt ea quæ in somnis apparent. Deinde, sensus quidem semper adest, imaginatio autem non semper. Quod si idem esset imaginatio ac operatio, bestijs imaginatio profecto cunctis inesset. at non inesse videtur, vt api, aut formicæ, aut vermi. Præterea, illi quidem veri sunt semper, imaginationes vero plures fiunt, vt patet, falsæ. Præterea, cum exacte circa sensibile operamur, non dicimus hoc nobis hominem videri ac apparere, sed potius cum non clare sentimus, quando etiam fit vt sit verus sensus & falsus. Atque nobis (quod quidem paulo antea dicebamus) clausis etiam oculis, visa videntur atque apparent.*

Tex.côm.156. Quod igitur non sit sensus, manifestum ex his est. Sensus enim, aut potentia aut actus est, vt visus & visio. Apparet autem aliquid etiam neutro horum existente, vt quæ in somnis. Postea, sensus quidẽ semper adest, phantasia autem non. Si vero idem esset quod actus, omnibus vtique contingeret bestijs phantasiam inesse. videtur autem non: vt formicæ, aut api, aut vermi. Postea sensus quidẽ veri semper, phantasiæ autem plures falsæ. Amplius autem non dicimus, cum operamur certe circa sensibile, quod videtur hoc nobis homo, sed potius cum non manifeste sentimus, & tũc aut verus est aut falsus. Et (quod quidem diximus prius) apparent & conniuentibus visa.

COLLEC. Tex.côm.156. Primum ꝙ imaginatio nõ sit sensus ratione tali arguit, in somnis imaginamur. in somnis non sentimus, ergo imaginatio non est sensus. ꝙ non sentiamus patet, quoniam nec actu, nec potentia. non potentia, quoniam insomnium est commotio sensorum, quæ impressa & derelicta sunt. nec actu multo magis &c. Postea secundum præsentiam.&c. Auer. sic format rationem. semper sensus fit cum præsentia sensilis. imaginatio nõ semper cũ presentia sensilis,

sensilis, ergo imaginatio non est sensus. Simplicius vero sic arguit ex litera, statim in lucem editis animalibus sensitiuus potest adesse actus, non tamen imaginatiuus, præcedere enim oportet sensum, & sæpenumero fortasse, posterior igitur, ac per hoc non semper, siquidem post sensum, & à sensu mouetur. Si vero actu idem.§ Tertia ponitur ratio, sensus inest omnibus animalibus, sed imaginatio non inest omnibus animalibus, ergo imaginatio non est sensus. Inquit enim q̃ vermes & muscæ nõ phantasiantur, nisi in præsentia obiecti, sed formicæ propter dispositionem temporum, & apes propter artificium domos construendi imaginantur, vt Auer. inquit. sed Aristot. inquit, nulla horum imaginari, Inquit Auer. quòd non curat de exemplo. omnes autem residuæ rationes patent, sunt enim in textu apud Auer. in numero sex, & tu nota illas.

ARGYR. *Atqui nec vllus habituum eorum erit qui veri sunt semper: vt scientia vel intellectus. est enim & falsa imaginatio, non solum vera. Restat igitur vt perscrutemur si sit opinio. Fit enim opinio: & vera & falsa. verum opinionem quidem: sequitur fides, quippe cum fieri nequeat: vt hisce quisquam non credat, quorum habet opinionem. Bestiarum autem fides, quidem nulli, imaginatio vero, cum pluribus inest. Præterea: fides omnem opinionem sequitur, persuasio fidem, ratio persuasionem. At imaginatio quidem, quibusdam belluis inest, ratio autem, nullis.*

Tex.cõm.157. At vero neque eorum qui semper veri sunt, vllus erit: vt scientia, aut intellectus. est enim & falsa phantasia. Relinquitur igitur videre, si opinio sit. Fit enim opinio & vera & falsa. sed opinioni quidẽ inhæret fides, non enim contingit, opinantem ijs quæ videntur, non credere. bestiarum autem nulli, inest fides: phantasia autẽ, multis. Amplius, omnem opinionem, sequitur fides. fidem autẽ, persuasio, persuasionẽ autem ratio. bestiarum autem quibusdam phantasia quidem inest, ratio vero non.

COLLEC. Tex.cõm.157. Q. neque scientia, neque intellectus argumento concludit in secunda figura, & patet. Tunc id quod dubitare vult apponit, & inquit. Relinquitur ergo videre, si sit opinio. videtur enim per argumentum in secunda figura, ex duabus affirmatiuis quòd sic, opinio est iudicans & falsans, imaginatio est iudicans & falsans, ergo imaginatio est opinio. Et hanc apponit, d. Fit enim & opinio vera & falsa. Sed opinioni.§ Obijcit pro parte vera, quòd imaginatio non sit opinio duobus argumentis. Primo arguit, omnis opinio est cum fide, nõ omnis imaginatio est cum fide, ergo non omnis imaginatio est opinio. Amplius, omnis opinio est cum ratione, non omnis imaginatio est cum ratione, ergo non omnis imaginatio opinio. Maior probatur, omne cum suasu est cum ratione. omnis opinio cum suasu. omnis opinio cum ratione, & totum patet. Differt autem secundum hoc argumentum à primo, quoniam id ex fine, hoc vero ab excessu in finem depẽdet, quoniam finis quidem fides, via vero ad hanc persuaderi, vt Simplicius inquit.

ARGYR. *At vero patet nec opinionem esse cum sensu, nec opinionem per sensum, nec opinionis sensu suæ coniunctionem: & per ea quæ dicta sunt, & hac etiam ratione. patet enim si imaginatio sit opinionis sensusque coniunctio, opinionẽ non cuiusuis rei, sed eius esse cuius est etiam sensus. dico autem imaginationem si sit coniunctio sensus opinionisúe, coniunctionem esse opinionis albi & sensus eiusdem albi. non enim erit ex opinione quidem boni, sensu aũt albi. Apparere igitur est opinari rem eam quam sentit non per accidens.*

Tex.cõm.158. Manifestum est igitur q̃ neque opinio cũ sensu, neque per sensum, neque complexio opinionis & sensus, erit phantasia, & propter hæc, & quia nõ alia quædam est opinio, sed illa quæ quidẽ est cuius est & sensus. dico autem, ex albi opinione & sensu, complexio: phantasia est. non enim ex opinione quidem albi erit, sensu autem boni: Apparere igitur, est opinari quod quidem sentit non secundum accidens.

COLLEC. Tex.cõm.158. Plato in Philæbo, & in sophista, phantasiam copulationem, inquit ex sensu & opinione. sed compositio tripliciter intelligi potest. Vno modo vt in ea dominat opinio, & sic phantasia erit opinio primo, cum sensu vero quasi per accidens. Alio modo vt sensus ibi dominetur, & sic phantasia erit sensus primo, per accidens autem opinio. Vel tertio vt sit vtrunque æque primo, & sic erit adæquata copulatio eorum simul. Inquit Aristot. manifestum ergo, quoniam neque phantasia erit opinio cum sensu ad intellectum primum, neque per sensus, id est sensum cum opinione ad intellectum secundum, neque copulatio opinionis & sensus ad intellectum tertium, & per ea quæ dicta sunt, & hac ratione. declarat autem Auerrois, quomodo hoc constet his quæ dixit, & inquit. Manifestũ est, quòd imaginatio non est æstimatio, id est opinio coniuncta cum sensu, neque virtus composita ex æstimatione & sensu, neque supple sensus cum opinione ex sermonibus prædictis, in quibus declarauimus quòd imaginatio non est aliqua virtutum. Et ostendit quomodo, & facit enthymema hoc pacto, quoniam si esset composita ex eis, contingeret vt vere dicerentur de ea proprietate illarum virtutum, ex quibus componitur modo medio. hoc enthymema Auerrois conducit in syllogismum hoc pacto, omne compositum ex aliquibus, necesse est vt habeat in se quoquo modo existentia, id est propria accidentia componentium. Tunc addatur, sed phantasia est compositum ex sensu, & opinione, ergo ibi erunt accidentia sensus, & opinionis. consequens est falsum. non enim proprietates eorũ insunt phantasiæ, vt constat, ergo aliqua propositionum non maior, ergo minor & sic constat contra Platonem. Debes scire, quòd maior huius est vniuersaliter vera suo modo, quoniam si componentia fuerint actu in aliquo compositio, ꝓculdubio partes eorum & actu ibi erunt, & si potentia, potentia erũt & in eo, & sic non habet calumniam. Manifestum est enim.§ Syllogizat Aristot. apud me hypothetico syllogismo hoc pacto: si imaginatio sit opinionis, sensusque copulatio, opinio erit non cuiusuis rei, sed eius esse, cuius est sensus. Hæc est hypothetica, & hoc inquit. Manifestum est autem quòd non alia quædam est opinio, id est alterius, sed illa: quæ quidem est eius, cuius est sensus. Et exponit quomodo, d. Dico autem quòd phantasia est copulatio ex opinione, & sensu albi, id est circa idem obiectum, vt album non erit phantasia copulatio, ex opinione quidem boni, ex sensu vero albi. Ideo concludit veritatẽ hypothetice. d. Apparere igitur est opinari, quod quidem, id est rem eam: quæ sentitur, & non per accidens, sed per se, ita quòd ambo per se sint ad idem. est ergo hypothetica, si phantasia copulatio est ex opinione & sensu, oportet esse coniunctionem earum eiusdem rei, & per se, id est secundum eandem rationem & formã. Probat autem hoc & Auerrois in commẽto, & inquit. Aut est necessarium vt sit ita, quoniam si imaginatio est eiusdem rei, & hoc patet & componitur ex æstimatione & sensu. necesse est vt æstimatio & sensus sint eiusdem rei essentialiter. Est ergo argumentum Auer. imaginatio siue phantasia omnis est eiusdẽ rei per se, opinio & sensus sunt phantasia per Platonem, ergo opinio & sensus sunt eiusdẽ rei per se, & sic patet hypothetica Arist.

ARGYR. *At apparent nonnunquam etiam falsa, de quibus simul veram opinionem habet. sol enim pedalis quidem apparet: at persuasum est terra ipsum esse longe maiorem. Fit igitur vt aut suam is opinionẽ quã habet verã abijciat, re modo eodem sese habente, non oblitus, nec dissuasus: aut si adhuc illam habeat, eadem sit necessario falsa simul & vera.*

At

At constat opinionem tum euadere falsam, cum res mutata latet.

Tex.cōmē. 159.

Apparent autem & falsa, de quibus simul existimationem veram habet. vt apparet sol, vnius pedis, persuasum aūt est, eum maiorem esse habitata. Accidit igitur aut abijcere suam ipsius veram opinionē quā habebat saluata re, non oblitum, neque dissuasum, aut si adhuc habet, necesse est eādem veram esse & falsam. Sed falsa fiet, cum latuerit mutata res.

COLLEC. Tex.cōmē. 159.

Assumit & modo oppositum consequentis hypothetici § apparent autem & falsa, de quibus æstimationem verā habent. & videtur sol vnius pedis, sed creditur esse maior habitatione, § id est tota terra habitabili, est ergo oppositū. sed opinio & sensus non sunt eiusdem rei per se, qm̄ sensus iudicat oppositū eius quod æstimatio. ideo inquit. Apparent autem & sensu falsa, de quibus æstimationem. i. opinionem veram habent, ergo opinio & sensus nō sunt eiusdem omnibus modis, quod est oppositum cōsequentis, & sic inferas oppositum antecedentis. Accidit igitur. § Forte ꝙ arguit, & secundo contra Platonem sic, si imaginatio est copulatio ex opinione & sensu eiusdem rei, igitur accidit: vt aut abijcere suiipsius opinionem quam habebat saluatam, id est re modo sese habente nō oblitum, nec decredentem. i. dissuasum, vel si adhuc habeat eādem, necesse sit eādem esse simul veram & falsam insimul, at falsa facta est, cum lateant transcendentes res. i. at cōstat opinionē, tum euadere falsam, cum res mutata latet, & hoc contingere, & quo pacto, videas expositores. totum enim hoc manifestum est per se. Sed quia quodlibet istorum est impossibile, ideo oppositum antecedentis erit, quod impossibile sit imaginationem esse copulationem ex opinione & sensu eiusdem rei, vt Plato inquit.

ARGYR.

Neque igitur vnum est istorum, imaginatio, neque ex his est coniunctum. Verū quoniam fieri potest vt aliud moueatur ab eo ipso quod motum est, imaginatio vero motio quædam esse videatur, & non fieri sine sensu sed sentientibus, et eorū etiam esse quorum est sensus, fit autem vt motus oriatur à sensu iam actu.

Tex.cōm. 160.

Non ergo vnum aliquod horum est, neque ex his, phantasia. Sed quoniam est moto hoc moueri aliud ab hoc, phantasia autem motus quidam videtur esse, & non sine sensu fieri. sed sentientibus, & quorum sensus est: est autem motum fieri ab actu sensus.

COLLEC. Tex.cōm. 160.

Duplicem Arist. intelligebat imaginationis diffinitionem asignare, vnā quidem quid non sit, vt Themistius inquit. Alteram vero quid sit cum quid non sit asignasset: & quid sit, modo asignat. Primo diffinitionem quid non sit colligens inquit, ergo phantasia nō est aliquid vnum horum, id est nec sensus, nec opinio, intellectus, nec scientia. neque ex his compositum, vt Plato sentit, & hæc vr̄ prima eius diffinitio. Sed (vt Themistius inqt) phantasia seu imaginatio vr̄ maxime intellectus esse. Primū quia imaginatio fallitur, potest, & intellectus. deinde quemadmodū in nobis situm est de quaque re imaginari & cogitare qn̄ volumus, ita omnia intellectu affingere & ꝯponere possumus. ecce qūo imaginatio ex his videtur esse intellectus, verūtamen differunt. sed qbus discriminibus differūt iam quærendum est. prius vtriusque natura diffinienda seorsum vr̄, ita enim dilucescet quæ nam inter vtranque distantia sit. prius tamen quid sit imaginatio monstrandum est. Hactenus enim non quid sit, sed quid non sit executi sumus.

Sed quoniam, § Oportet iam communiter subcontinuatiuam coniunctionem § quoniam § sequētibus addere, donec redditionem faciat: vt Simplicius inquit. Et ideo Auerrois inquit Aristotelem hic facere syllogismum hypotheticum, cuius antecedens ponit, & non consequens in hoc textu, sed in sequenti. ideo legatur hoc pacto simul cum sequenti, vt quoniam imaginatio motus quidam esse videtur, ac nō sine sensu fieri, sed sentientibus, & quorum est sensus, & quoniam est fieri, motum ab actione sensus, & quoniam hunc similem necesse est esse sensui, & deinceps respondet per id § Erit vtique phantasia ipse motus: non sine sensu contingens, neque non sentientibus existere. § Et sic diffinitio hæc respondet ad illam coniunctionem continuatiuam § quoniam § & hoc dicit Auerrois, & Aristoteles propalauit in hoc sermone, id est in textu huius commenti præcedens, & tacuit consequens, quia est manifestum, & post, id est in textu sequentis commenti, declarabit ipsum modo perfectiori, & ideo dimisit ipsum in hoc loco. Debes scire, quòd phantasia potest capi dupliciter. Vno modo pro actu primo: & sic est potentia naturalis animæ, qua ipsa est principium phantasiandi. Altero modo potest capi pro actu secundo phantasiæ, & sic Arist. capit in toto isto processu, & ratio est, quoniam notior: & loquens de actu secundo, loquitur de actu primo proculdubio, & hoc Auerrois inquit. Sed substantia ipsius virtutis est quod dico, quoniā si sint quædam quæ mouentur ab alijs, vt mouent alia, & hæc est prima propositio. & imaginatio videtur esse virtus mobilis, & passiua ab alia, & hæc est secunda. Et impossibile est vt sit sine sensu, sed est in rebus sensilibus animalibus habentibus & sensum perfectum, & h̄ est tertia. Et possibile est vt motus phantasiæ fiat à sensu, qui est in actu, & hæc est quarta. His quatuor propositionibus acceptis cum quinta sequentis textus, scilicet & hunc similem necesse est esse sensui, addit Auerrois hoc consequens, & inquit, necesse est vt imaginatio in actu, id est accepta pro actu secundo, nihil aliud sit, nisi perfectio istius virtutis per intentiones sensiles, existentes in sensu secundum modum, secundum quem sensus perficiuntur ꝑ sensilia, quæ sunt extra animam. Et hoc est vna pars consequentis de imaginatione pro actu secundo. Apponit & secundam partem de ea pro actu primo, & inquit, & necesse est ꝙ prima ꝑfectio istius partis. i. ꝙ imaginatio pro actu primo sic virtus, id est potentia animæ, quæ innata est se assimilare sensationibus, quę sunt in ipso sensu communi, & sic est totum consequens completum. Reliquū commenti patet per dicta antea.

ARGYR.

Quem quidem necesse est ipsi sensui similem esse, imaginatio motio hæc est profecto, quæ neque sine sensu nimirum esse, neque competere non sentientibus potest. Atque multa per ipsam id agere, patiùe contingit, quod ipsam habet. & insuper, & veram & falsam esse. Atque id propterea fit, quòd sensus quidem propriorum est verus, aut raro admodum suscipit falsitatem. At est sensus, eius etiam rei cui propria sensibilia accidunt. vbi iam fit: vt ipse sit falsus, nā non est falsus si album dixerit esse: sed si album, hoc autem aut aliud esse. Est præterea cōmunium, sensus: quæ quidem perinde atq; propria ijs accidunt quæ sunt per accidens sensibilia. dico aūt motum et magnitudinem, quæ, vt patet, accidunt sensibilibus, circa quæ maxime error deceptioque fieri sensu potest. Motus igitur isce qui fit à triplici tali sensu, differentium ob idipsum nimirū habebit. atque primus, quidem, cùm operatio sensus adest est verus, cæteri vero falsi etiam esse possunt, & præsente atque absente, præsertim cū à sensu longe sensibile distat. Si igitur nihil aliud præter imaginationem habeat ea quæ dicta sunt sitque idipsum quod diximus, ipsa imaginatio motus is est profecto qui fit à sensu iam operante. Cū aūt visus maxime sit sensus, hinc est quòd nomen imaginatio ab ipso lumine sumpsit (phantasia dicitur,) quia sine lumine visio fieri nequit. At quia imaginationes immanent, sensibusque similes sunt, ideo per ipsa animalia, bestiæ inquam atque homines, multa agunt. illæ, quia mentis sunt, vt patet, expertes, homines vero quia mēs perturbatione nonnunquam vel morbo vel somno submergitur. Sed de imaginatione quidem, determinatum sit hactenus. satis enim quidnam ipsa sit, & cur sit hisce quæ iam dicta sunt, explicauimus.

162.

Tex.côm.161. Et hunc similem necesse est esse sensui, erit vtiq; hęc, motus qui neque sine sensu, neque non sentientibus inesse potest. Et multa est secundú ipsam facere & pati, quod habet. & esse, veram & falsam. hoc aût accidit, propter hæc. Sensus propriorum quidem, est verus, aut quâ paucissimum hñs falsum. Secundo aût, eius cui accidunt & hæc. & hic iam contingit, vt falsus sit. ꝙ enim album sit, nó est falsus: si autem album hoc aut aliud quiddam, falsus est. Tertio autem, cômunium & consequentium ea quę accidunt ijs quibus insunt propria: dico autem vt motus & magnitudo, quæ accidunt sensibilibus, circa quæ maxime iam est decipi secúdum sensum. Motus aût ab actu factus qui ab his tribus sensibus, differt à sensu, & primus quidé, præsente sensu verus est. alij autem præsente & absente, erút vtique falsi, & maxime cum procul est sensibile, Si igitur nihil aliud habet quæ dicta sunt nisi phantasia, hoc auté est quod dictum est: phantasia vtique erit motus à sensu secundum actum facto. Quoniam autem visus maxime sensus est: ob hoc nomen à lumine accepit, quoniam sine lumine non est videre. Et quoniam immanent, & similes sunt sensibus, multa secundum ipsas operantur animalia. alia quidem, quia non habent intellectum, vt bestiæ, alia vero, quia obruitur aliqñ intellectus passione, aut ægritudine, aut somno, vt hoïes. De phantasia igitur quid est, & propter quid est, dictú sit intantum.

φάος φαντασία, (margin)

Tex.côm.162. (margin)

COLLEC. Tex.côm.161. Secúdum Auer. expositionem, accipit quintam partem antecedentis, & conducit consequens, & totum hoc perspicuum est per textum præcedentem. Et multa.§ Ex diffinitione data Aristot. infert primo, & supple necesse est habens, subaudiendum phantasiam, secundum ipsam facere, & pati multa, id est pati quidem, prout à sensibilibus mouetur. facere vero eo quòd mota iam, & ad seipsam excitata mouet in animalibus memoriam, & hoc est primum. Et esse & veram & falsam.§ dedit secundum corollarium, & inquit, & supple necesse est & esse veram & falsam. Et hoc accidit.§ Probat hoc & potest componi hypothetice, si sensus respectu propriorum verus, & parum falsus, imaginationem contingit & veram & falsam esse. Tunc ponit antecedens, hoc autem accidit propter hoc ꝙ sensus propriorum quidem verus, aut quam minime falsus, & Auer. intelligit propriorum, scilicet specierum primi obiecti vt albi: & nigri, & non obiecti primi. Et debes scire (vt ex Simplicio excipitur) quòd imaginatio quidem hominum multipliciter fallitur. Tum ratione sophistica. Tum propter sensuum variationem, brutorum vero fallitur solum propter sensilium propriorum & communium, & per accidens deceptionem: vt constat. Aristoteles accepit secúdum modum communem omnibus, & tacuit primum. Secundo auté &.§ distinguit quot modis sensus potest decipi, & est duobus modis, vno modo circa sensilia communia, altero modo circa sensilia per accidés. Inquit. Secundo autem accidere hoc, & hoc iam mentiri: id est at est sensus etiam rei cui propria sensilia accidunt: vbi iam fit. vt ipsę sit falsus. Quod quidem enim album non mentitur. si autem hoc album, aut aliud iam mentitur: vt Cleonis filius, an Sophronis, ergo primus modus est deceptionis & raro circa propria. Secundo vt in pluribus circa sensilia per accidens. Tertio auté communium. Apponit & tertium modum deceptionis circa communia, & patet. Ex his constat sensum extrinsecum decipi tribus modis, & per consequens tribus alijs esse verum, ergo, & imaginatio ab his accipiens, & aliquando falsa, & aliquando vera reperietur. Secundum sensum autem§ ait Auer. cum ostendit imaginationem errare ipsius sensus errore, qui tribus modis errat, circa proprium, commune: & per accidens, hac in parte ostédit, & quòd imaginatiua errat, & plus, & hoc propter duo. Primo quia imaginatio errat errore sensus, à quo accipit. Secundo, quoniam errare potest errore suo, ex parte eius vt accipiens. differt enim motus imaginatiue à motu sensus, sensus enim præbet ei, & ipsa recipit, ergo potest esse error, & ex parte dantis, & ex parte accipientis. Secundo, quoniam tria sunt sensilia circa quæ errat sensus, ergo, & circa illa imaginatio, & cum hoc stat pro tunc sensum errare circa sensile, verbi gratia, commune, & imaginatiua errabit & circa sensile commune, & per accidens, & proprium, donec non cadet demonstratio, & sic propter esse dicta sensilia tria, accidit imaginationem errare pluribus erroribus simul. Has ergo tangit Auer. ibi prima. §Et plus primo autem.§ secunda ibi §Secundo vero quia motus.§ Et sermo suus patet. Applicat autem sentétiam verbis ibi. §Et dixi sensus igitur.§ & ibi. §Et differt ab illis.§ Et litera Arist. ex his constat. Auerrois ibi §Et quia necesse est si imaginatio est motus.§ Reddit causam, quare imaginatio est motus à sensu factus, & hæc ratio est, quoniam similis est ei, quod ex hoc demonstrat, quoniam ex motu sensus redditur causa omnium accidentium apparentium in ea, scilicet erroris, & rectitudinis. Deinde ibi §Et tunc quia necesse est.§ Docet assumere totú quod Arist. dixit, & patet, & breuiter reliquum huius secúdi manifestum est per se.

EVTYCHI AVGVSTINI NIPHI Suessani Philothæi in secundum de Anima Librum Collectanea expliciunt.

LIBER III.

ARISTOTELIS DE ANIMA.

ARGYR. DE ANIMAE *autem ea parte qua cognoscit atque sapit, siue sit separabilis siue non separabilis magnitudine, sed ratione: considerandum deinceps est quam differentiam habet, quoque pacto tandem fit intelligere.*

DE PARTE autem animæ: qua & cognoscit anima & sapit, siue separabili existente, siue non separabili secundum magnitudinem, sed secundum rationem considerandum est: quam habet differétiam, & quomodo quidem fit ipsum intelligere.

Tex.côm.1. Motiu. partic. la parte. φρονεῖ Sapit prudens est. πότε quidem aliqñ. (margin)

AVGVSTINI NIPHI SVESSANI in Tertium de Anima librum Collectanea ac Commentaria.

COLLEC. Tex.côm.1. OMNES Expositores in huius Tertij principio cócordant, Arist. intentionem dicédorum proponere. Est autem intentio libri iam græcos, subiectum eius apud nos, sicut in cómeto nr̄o de interpretatione exposuimus. verú circa intentioné huius tertij apud expositores fuit difficultas nó parua. Primi. n. expositores, quos impugnare vr̄ Iamblicus, senserút intentioné huius esse de intellectu imparticipabili: q actus est summus, ac vita essentialiter optima, & ꝑ se ab aïa separabilis. Ad quos obijcit Iamblicus, & inqt, qd nam, & qualis separabilis ab

De intentione libri primo. (margin)

anima intellectus,& φ prima sub̃a,& impartibilis, & optima vita, & summus actus & idē intelligibile, & intellectio,& intel͞ls,& æternitas,& p̃fectio,& q̃es, & terminus, & cā oı̄um in 12.Meta. dictum est. Arg͞m ergo h̃ est,id q̃d in Metaphysica tractat̃ nō est intētio,vel sub͞m in scia, vel parte sciẽ de anima, sed de primo intellectu in Metaphysica dictũ est.nō ergo & hic de eo ꝑtractãdũ. Sed hoc Iamblici argumentũ pace eius nihil est, opinant̃.n.forte Deũ duplicem habere gradum,ac rōnē,vnam ẜm quā est prima substantia impartibilis,optima vita, summus actus, & idē intelligibile,& intellectio &c. alteram ẜm q̃ nos vel anima nr̃a eo intelligit & sapit. primo profecto pacto de eo in 12.primæ p̃hiæ erit pertractatio. Secũdo vero modo & huius sciæ, proculdubio ꝯsiderationē nullus dubitat. quēadmodum inquātũ forma quę orbes mouent̃ in p̃hica traditur auscultatione.& hoc v̄r cōsonum Arist.q̃ v̄r loqui de intellectu,de quo Anaxagoras loquit̃, vt infra declarabit̃. modo Anaxagoras de intellectu diuino, & nō participato loquitur,quare & Arist. Aliter forte posset obijci ad illos, primo q̄m Arist.inquit.De parte aũt animæ &c. Dicendũ, q̃ habeat d̄riam,& q̄uo quidē fiat ipsum intelligere. ꝑ hoc quod dicit,de parte, excludit primũ intellectũ à cõsideratione huius.Primus.n.intellectus nō est pars alicuius, oı̄s enim pars est,vt sic,q̃d imp̃fectum,vt in 7.Sapientiæ dictũ est: Adhuc ꝑ hoc quod inquit, & q̃ differentiam habeat, etiam remouet̃, nullus.n.de d̄ria vel conuenientia Dei tractat nisi sapiens,q̄m solus ipse diffinit.Rursum & ꝑ hoc q̃d ait,& q̄uo fiat ipsum intelligere, etiam secluditur, & hoc: q̄m intelligere Dei non fit, sed est æternũ.his & alijs dicendis proculdubio Deus omni pacto ab cõsideratione istius libri excluditur. Ideo & aliter Iambli.inquit: magis vero nunc qualis quis à nostra aı̄a participatus intellectus dicendum.Sed q̃d velit Iambli.Simp͞l.laborat exponere:vbi debes scire,φ duplex est intellectus, participatus, & imparticipatus.Oı̄s.n.forma.ſ.quæ idæa dicitur, indiuisibilis est & terminus seipso,aı̄a aũt ē diuisibilis:vt reflexa ipsius denotat actio. erit ergo aı̄a hoı̄s vita hoı̄s ẜm se partibilis ac diuisibilis.verũ prout intellectu participat in impartibilitatem cadit, ac in terminũ & in diuisionē.erit ergo aı̄a hoı̄s vita hominis, cuius intel͞ls est forma. aı̄a enim ipsa indiuidua est in corpore,vt stoici inquiunt. vt vero particeps est intel͞ls, impartibilis ac indiuisibilis reddit̃ partitione & redditione.differt vero intel͞ls participatus,ab im participato,ille.n.non manet in se, sed alterius aı̄æ est forma.imparticipatus aũt in se manet, ac ꝑ se separatus est & terminus.& sic imaginat̃ aliud esse aı̄am, & aliud intel͞lm. Iambli.anima.n.vita est animalis humani.intellectus vero forma erit aı̄æ. Sed quoniam Iambli.non v̄r differre à Plotino,ideo vt melius Iambli.opinio clarescat, Plotini sententiam expedit enarrare. Dicemus igitur φ aliud Plotinus vitam aı̄alis humani,aliud animā aı̄alis humani, aliud vero intellectum,aliud Deum dicit, aı̄al enim humanũ ait compositum viuum esse vita sibi data à rōnali aı̄a. Erit autem vita anima secunda (quēadmodũ illuminatio domus vel medij) quam Them̄.in primo huius aı̄ationē appellat, quæ substantia est prima talis animalis ipsum specificãs & perficiens. Anima rationalis vero est forma istius animalis humani non quidem inhærens vel inexistens, sed adhęrens & assistens,quēadmodum sol medio indistantiam, ac p̄ntiam,existens.& à Platonicis homo dicitur. aliud enim animal humanum,aliud homo, animal enim est viuum animatione: homo vero rationalis est anima. vlterius supra anima est intellectus participatus, qui forma est animæ: non quidē adhærens vel assistens, sed eius proprius actus & perfectio.fluunt autē ab intellectu ratio,à ratione imaginatio. est enim intellectus proprius locus idæarum ac specierum: ratio locus naturalium, imaginatio sensibiliũ. Per intellectum enim anima ad superiora conuertitur.per rationem vero ad naturalia, per imaginationem ad sensibilia.Adhuc & supra intellectum Deus est, qui forma est intellectus assistens & præsens in ratione intelligibilis. Erit ergo ordo Deus forma est intellectus, intellectus vero animæ, anima animalis viui humani. Erit ergo intentio apud Iamblicum huius libri de intellectu participato: qui forma est animæ rationalis: quæ homo est Platonice loquendo. Intellectu enim intelligit prout ad intelligibilia & idæas per ipsum conuertitur. Per intellectum sapit, scilicet quãtum ad rationem: quæ locus est naturaliũ specierum. & sic constat quid intentio huius. Sed obijcit adhuc Simp͞l.multipliciter. Primo quoniam omnis consideratio procedens ab vno in alterum, debet successiue procedere. ergo q̄m Aristo.tractauit de nutritiua, & post de sensitiua,& post de imaginatiua: non debet nunc transire ad intellectum participatum, quoniam media est aı̄a rationalis,ergo antequā ad illum ascendat,ad rationalem debet occurrere. Amplius de eo intellectu tractat,quo anima sapit & intelligit. modo per intellectum participatum non intelligit aut sapit aı̄a.intelligere enim & sapere nouum est, per intellectum non ad noua,sed ad prima intelligibilia copulatur anima. Amplius eo modo debet tractare de intellectu,quo est principiũ speculationis:& operationis practicæ,sed intellectu participato nō est principium anima horum. ergo vt prius. Rursum hic liber pars est libri totius. ergo subiectum pars est subiecti.modo intentio totius est anima. ergo subiectum huius debet esse vna species animæ. Est autem hæc species rationalis anima,quare & de rōnali anima. Aliter & post hunc Simp͞l. intentionē enim huius libri de rationali anima.d.esse.imaginatur enim aliud esse vitam hominis, & aliud rationalē animam,& aliud animam totam ipsius. vitam enim appellat ipse cum prioribus, intentionem hominis, scilicet animalis humani, quæ est actus & perfectio specificans hominem. rationalis vero anima est actus huius animę,sicut lumen diaphani, ex quibus duobus resultat tota hominis anima. Erunt ergo animæ humanæ partes duæ, scilicet rationalis anima,& vita ipsa,quæ simul totam hominis animam constituunt. est autem apud ipsum duplex intellectus.ſ.quo ad diuina copulatur anima,& hic forte agēs est intellectus. Alter quo ad materialia, & hic quandoq; potestate & imperfectus existit, non quia in se non intelligit,sed quoniam ab alio scientiam habet,vt à primo,& respectu hoı̄s.q̄nque & perfectus est,& cõpletus, & hoc q̄n perfecte toti homini vnitur. Erit ergo intētio huius loqui de parte.i.de aı̄a rōnali.qua aı̄a.ſ.hominis intelligit:& sapit .i.de rōnali aı̄a, quæ pars est animæ hominis scrutandum. Inquit modo Arist.secundum hanc expōnem, autem prosed,considerandum de parte animæ,qua cognoscit anima: & sapit.i.de anima rationali: quæ pars est respectu animæ hoı̄s, quæ congregatum est ex rōnali, & vita: quæ cõplet̃ sensitiua,& nutritiua, & hoc notans dixit, qua cognoscit anima:& sapit.i.rōcinatur,cognoscere cōe quoddam intelligit etiam ad imaginare, sed sapere rōcinari accipit quod homini propriũ. Siue separabile.§ Dixit hoc (vt Simp͞l.) quoniam tres,vel duo sunt nobis intellectus. inq̃t modo, φ de anima rationali dicendum: siue existat vnus intellectus separabilis ab altero magnitudine,id est subiecto: siue secundum rōnē t͞m. Et quia de anima rationali est cõsiderandum,addit quid de ea dicendum,& inquit, q̃ habeat differentiam, & quomodo fiat ipsum intelligere. Sed pace tãti P̃hi,v̄r mihi ipsum aberrasse, primo de ea parte animæ propouit,de qua exequitur, sed nunquam hoc in loco loquitur de rōnali anima, sed de intellectu passiuo, vt videbitur.ergo non de rōnali anima intētio.Amplius de eo intellectu loquitur: de quo concludit conclusionem. q̄m conclusio est potentia propositiones syl͞li. modo parte illa.§Quare neq; ipsius est esse natura.§ De intellectu post cõcludit cõclusionem.ergo de hoc debet præponere intētionē. Ideo alij,vt Them̄.& Auer. aliter sermonem Arist. intelligunt: quod in commento apparebit.

CVM compleuit. Auerrois primo intentionem partis proponit. deinde textus expositionem. ibi secunda §Et dixit de parte.§ In prima adhuc duplicem intentionem, scilicet generalem,& sp̄alem. Ponens igitur intentionem in generali, recapitulat dicta, & inquit, cum compleuit sermonem de virtute imaginatiua quæ sit: q̄m actus est causatus à sensibus ẜm actum.Et quare,quoniam vtilis est omnibus animalibus brutis,& homini in casibus propositis,

2.Positio. 3. Positio. Cap.13. Commen. 1.

Præterea. Nullā subiectum æternum peripatetici asserunt agere effectum nouum immediate, vt Auer. 8. physicæ auscultationis inquit. ergo à fortiori probare non poterunt substantiam æternā pati nouiter ab aliquo. Præterea. Phi ponunt substantiam vtraq; ex parte æternam, esse simpliciter completam in specie, at substantiā æternam cōpletam in specie non possunt probare demonstratiua ratione pati nouiter ab intelligibilibus. Præterea. Oēs substantiæ separatę sunt eiusdem speciei: vt Auer. asserit lib. de cœlo. 2. Igitur sicut non potest probari ratione demōstratiua substantias mouentes stellas pati ab intelligibili: sic nec substantiam intellectualem, quæ est intellectus noster. Præterea. Ratione naturali non potest probari sub̄am immaterialem pati ab intelligibili. ergo nec intellectum. Secunda cōclusio, qui ponūt intellectiuam aīam esse factam cum omnibus speciebus intelligibilium, & sensibilium, illisq; plenam, vt Platonici posuerunt, non possunt probare ipsum intelligere, vel sentire esse pati vel passionem. Hęc conclusio illico perspicua est, quia intelligere non est pati nisi pro quanto intellectio est receptio speciei ab intelligibili. Similiter sentire non est pati, nisi pro quanto est receptio speciei sensibilis ab obiecto. Sed istæ species cū sint concreatæ, non recipiuntur ab obiectis. ergo intelligere vel sentire non erit pati. Tertia conclusio qui ponūt intel̄lm agentem & intellectum possibilem esse vnum ẜm rem, & intellectum agentem esse formam, quæ producit oīa terrena, ac oīa naturalia, isti nō possunt probare intellectum pati ab intelligibilibus. patet, q̄a intellectus agens ẜm nullam opinionē patitur ab intelligibili. ergo nec possibilis, cum ponatur idem cum agente. Ex his sequitur ꝙ soli illi qui asserunt intellectum esse productū, & non substantiam completam in sua specie, possunt probare intellectum esse virtutem passiuā, & intelligere ipsum esse passionem de nouo perfectiuam. probatur, quia si est productus, & non est substantia completa in specie, cum producitur, erit productus, vt virtus imperfecta & apta perfici: & sic per intelligere perficietur. Vt vero res hæc melius intelligatur, debes scire ꝙ Them̄. qui voluit intellectum esse substātiam separatam æternam vtraq; ex parte, & esse formam quæ producit oīa naturalia, dicit (vt postea videbitur) ꝙ intellectus ipse: (qui simul est agēs & possibilis:) intelligit per essētiam suam omnia ea quorum ipse est per suam essentiam causa & sic intelligit omnia generabilia, quorum ipse est per essentiam causa, per eius essentiā, hoc est intelligendo suam essentiam. nam cum eius essentia sit ratio producendi illa omnia, erit ratio intelligēdi eadem. ergo intelligendo suam essentiam intelligit oīa illa, quorum illa est dissimilitudo causalis. Secūdo dicit, ꝙ nos intelligimus, de nouo per essentiam intellectus, non ꝙ intellectus nobis copulatus de nouo recipiat species ab intelligibilibus. non. n. cum sit intellectus agens recipit ab intelligibili aliquid, sed de nouo nos intelligimus: per hoc ꝙ intellectus fit in nobis noua intellectio, fit autem in nobis noua intellectio, quia cum ipse sit per essentiam suam oīum intellectio, pōt fieri in nobis noua intellectio mediantibus nouis phantasmatibus nouiter in nobis factis. nam illis in nobis de nouo factis, intellectus copulatur de nouo nobis, & sic per ipsum noua intellectione intelligimus. Vtrū vero intellectus ẜm Them̄. prius fiat in nobis forma dans esse, q̄ fiat nobis intellectio, pulchrum est videre: verum de his postea. Satis vero sit declarasse. Them̄. ponens intellectum substantiam æternam vtraq; ex parte, cogitur ponere intellectionem non esse receptionem, nec passionem, sed esse intellectum ipsum prout de nouo nobis copulatur, vt intellectio sibi, & nobis. Secunda positio est illa, quam Auer. cogitur afferre. Ipse. n. asserit intellectum possibilem esse æternū vtraq; ex parte, & asserit intellectum agentem, qui est aliq̄d aīæ intellectiue, non esse formam agentem oīa naturalia. ergo quo ipse ponit intellectum substantiam vtraq; ex parte æternam nō potest ponere secundum principia sua illam aliquam speciem recipere de nouo ab intelligibilibus, vt argumenta facta contingunt. Quo vero ponit intellectum agentem nō esse formam productiuam rerum naturalium non potest ponere nostrum intellectum intelligere res naturales per eius essentiam: non. n. eius essentia potest esse ratio formalis vel causalis rerum nāliū rep̄sentatiua. Quo etiam ponit intellectum esse substantiam æternam, & nō formam rerum productiuam, cogitur ponere intellectum nostrum intelligere omnes naturales res app̄hensione æterna: non quidem per realem receptionem specierum à rebus: sed per receptionem ipsorum intelligibilium intentionalē: quam expresse h̄ Auer. fatetur. Vt vero hanc positionem intelligas, debes scire ꝙ duplex est receptio alicuius in aliquo. altera est realis, quę fit per realem inhærentiam rei in ipso recipiente: altera est intentionalis, quæ fit per cognitionē, verbi causa ẜm communiter opinātes lapis est dupliciter in mente, obiectiue: subiectiue. n. nō ipse est in anima, sed eius species, obiectiue vero ipse lapis est in anima, veluti est cognitum in cognoscēte. Prima quidem receptio, qua anima recipit speciem lapidis realis est, ꝙ ipsa sit per realem inhærentiā accidentia in subiecto. Secunda vero non qua species, sed lapis ipse cognoscitur, vbiq; à p̄his dicitur intentionalis, à metaphysicis dicitur obiectiua. Auer. ergo cum ponat intel̄lm substantiam æternam, & vtraq; ex parte sempiternam: nō potest ponere illam recipere reali receptione aliquid ab intelligibili: vt probauimus. Cum vero non ponat eum formam productiuam oīum rerum generabilium, non potest ponere eum intelligere per essentiam res ipsas generabiles, vt posuit Them̄. ergo cogitur ponere intellectum recipere intelligibilia intentionaliter obiectiue: quia vero posuit eum vnum numero oīum hominum, & sempiternum simpliciter, cogitur ponere eum de nouo nihil intelligere, sed nos ꝑ ipsum de nouo intelligere, non quidem per nouam intellectionē in eo factam, sed per hoc ꝙ factis in nobis nouis phantasmatibus, ipse copulatur nobis mediantibus illis, vt intellectio eorum, quorum sunt illa phantasmata. Ex his patet quātis in erroribus versetur Ioan. Ganda. qui credens fictioni Auer. dixit de mente eius intelligere nostrū esse realem passionem, & fieri de nouo simpliciter in anima phantasmatibus in eo generantibus nouas species. Quod est purus error. nam si intellectus est substantia sempiterna, & vna numero, non pōt de nouo aliquid recipere, vt rationes cogunt, vel saltem non potest probari rationibus efficacibus substantiam illam de nouo realiter pati ab intelligibili ẜpēm, de hac positione postea prolixe. Tertia vero positio est Platonicorum. nam cum isti ponant intellectiuam aīam esse creatam cum omnibus speciebus intelligibilium & sensibilium: illas quidem existētes in virtute intellectiua, alias vero in virtute sensitiua, cogūtur dicere ipsum intelligere, & ipsum sentire non esse pati sed potius agere: q̄a sicut è luce existente in sole emittit̄ radius luminosus quo illustrantur visibilia: sic è parte sensitiua q̄ perfecta est speciebus sensibilium, emittitur radius sensitiuus ad ipsa sensibilia, cum fuerit præsentia sensibus, quæ emissio dr̄ sensatio, similiter à parte intellectiua plena speciebus intelligibilium emittitur radius intellectualis, ad sensibilia, quæ sunt intellectui præsentia, & sic hæc emissio dicitur intellectio eorum ad quæ emittitur. Ex quibus sequit̄ ꝙ si positio Arist. est, ꝙ intelligere sit de nouo pati aliquid ab intelligibili sicut sentire, quod est de nouo pati speciem ab ipsis sensibilibus, vt probauit secundo huius. & videbitur in tex. proximo, Oportet dicere, ꝙ intellectiua anima ẜm ipsum sit de nouo producta & quidem imperfecta, vt dicit 2. huius, vbi asserit animam maiori tēpore degere in ignorantia q̄ in scientia. nam sic possumus dicere species fieri de nouo in ipso intellectu, & ꝙ pati sit recipere speciem ab intelligibili, & quia Aris. concedit antecedens. ergo de mente sua hæc omnia oportet dicere. Iuxta vero hāc opinionem ratio Thomæ est demōstratiua, quia supponit ipsum intelligere esse de nouo in anima: & nō per essentiam eius, ergo per receptionem quæ est exitus de potentia ad actū. Hæc dicta sint pro præsenti digressione, quia postea diligentius dicemus.

Vacare igitur ipsam paßione, sed formæ susceptiuā esse, oportet. & potentia talē, sed non illā esse. & similitudidem subire

Commen 49.

2. conclusio.

3. conclusio.

4. conclusio ex sibilis.

Prima positio Them.

Positio Auer.

Contra Ioan. Ganda.

Platonicorū positio.

Positio Arist.

ARGYR.

subire cum sensu: vt quemadmodum sese habet ad sensibilia sensus, sic se habeat ad intelligibilia intellectus.

Tex.cõm.3. Impassibilem ergo oportet esse, susceptiuam autem speciei, & potentia huiusmodi, & non hoc & similiter se habere sicut sensitiuum ad sensibilia, sic intellectum ad intelligibilia.

τοῦτο banc hoc.

COLLEC. Tex.cõ.3. Quæ inducit in.q.motæ solutione tria sunt ẜm Them. primum namq; oportet impatibilem intellectum esse. Secundum apponit, susceptibilem vero speciei, & potentia hmõi, sed non hoc.i.deinde necesse est vt peculiarem quidem nullam formam obtineat: sed vt oĩum formarum cõpos, capaxq; sit, ita ꝙ q̃uis potestate omnia referat, non tñ simpliciter & absolute omnia sit. Tertium, & inquit: & similiter se habere, sicut sensitiuum ad sensilia sic intellectiuum ad intelligibilia, ita ꝙ quemadmodum sensus nihil est actu eorum: quæ sentiuntur, ita intellẽm nihil esse actu eorum, quę intelligantur, & sic hęc tria in solutione qõnis inducens, mõstrauit intellectum quoquo pacto virtutem esse passiuam, quomodo intellectio sit passio, & quomodo intellectus ad intelligibilia se habeat.

Cõm. 3. Cvm narrauit. Proponit Auer. intentionem huius capitis ad præcedentia, continuans eam, & inquit, cũ narrauit ꝙ primo necesse est perscrutari de hac actione: q̃ est formare per intellectum, vtrum est passiua, aut actiua, & hæc fuit.q.incepit ponere, id quod vult declarare. i. duas propositiones: quas apponet in declaratione. q. s. ipsum esse de virtute passiua quoquo modo. Secũda est, & ꝙ est non transmutabile, quia non est corpus, neq; virtus in corpore. Erunt ergo propõnes declarandæ duæ. Prima.s.ꝙ intellectus vna est virtus passiuarum. Altera vero ꝙ intellectus est virtus immaterialis. Apponens igitur secũdam primo exequitur, & inquit, & cum bene fuerit perscrutatũ de hoc, apparebit ꝙ necesse est ꝙ ista pars animæ, per quã sit formare: est virtus non transmutabilis à forma quam compræhendit. hæc est propria propositio. Et primam ponit.d.sed non habet de intentione passionis, nisi ħ tñ, ꝙ recipit formã quam cõphendit, & quia est in potentia id quod compræhendit, sicut sentiens, non quia est aliquod ħ in actu corpus, aut virtus in corpore, sicut sentiens. & hæc fuit prima propositio, & applicat hoc verbis: & patet. Est ergo prima propositio, quæ fuit secunda propositarum, ꝙ intellectus non est trãsmutabilis, sed immaterialis virtus. Cui miscuit & primam.s.ꝙ intellectũ est virtus passiuarũ. Has ergo duas propositiones inducet ĩ solutione.q.addit autem vnam propositionem Arist. §Et similiter se habere sicut sensitiuum &c.§Hanc propositionem dupliciter ordinat Auer. & dixere iuniores ꝙ vna Auer. expositio est, vt propositio illa: sicut conclusio sit ex præcedentibus conclusa, & sic debet legi vt iacet. altera Auer. expositio est vt sit sicut propositio & principium, quo concludiť id quod dictum est, & sic debet legi trãspositе. Primo modo intendit secunda expositio. Secundo mõ prima expositio. Sed

Dubitatio. hæc expositio contradicit Auer. qm̃ Auer. dicit Arist. ponere has duas propositiones dictas tm̃, & non probare hic illas, sed in litera sequẽtis cõmenti. quare huiusmodi propositio, nec vt principium nec vt conclusio teneri potest, vt dicunt, cum non probet sed narret. Amplius non põt teneri vt cõclusio, qm̃ tunc notum concluderet per ignotius. contra diffinitionem argumenti. Adhuc, nec vt principium. qm̃ hæc profecto ratio nõ valet, intellectus ad intelligibilia se habet sicut sensus ad sensilia: ergo intellectus est virtus passiua intransmutabilis: immo totum oppositum, ergo hæc expositio est contra Auer. Aliter ergo

Solutio. dicamus.s.Ari. duas notasse propositiones. vnam.s.ꝙ intellectus est virtus impassibilis. Alteram ꝙ susceptiuus est speciei. Tertiam apponit & nũc.d.simile esse de intellectu ad intelligibilia & de sensu ad sensilia. propositio ergo tertia videtur contrariari primæ, qm̃ si ita est de intellectu respectu intelligibilis, quemadmodum & de sensu respectu sensilis, proculdubio sicut sensus aliquando corrumpitur à sensili, & intellectus corrumpitur ab intelligibili. primo autem intellectum esse impassibilem dixit, & sic propositiones hæ sibi inuicem contradicent. Ad tollendã.q.hãc Auer. monet dupliciter sermonem ordinari, primo modo vult ꝙ tertia propositio debet anteponi, ita quidẽ vt sit ordo præposterus in p̃hi textu. Tunc quidem prima propositio erit. §Et similiter se habere sicut sensitiuũ ad sensilia § quæ quia absolute profertur, videtur innuere intellectum pati corruptiue quandoq; ab intelligibili: ideo apponit & propositiones alias: quasi intellectum hunc limitantes ad passionem receptiuam tantum, & hæc quidem prima est huius sermonis series. Secundã vero seriem innuit ipse, ꝙ textus & si legať vt stat, tollitur cõtradictio ex hoc: qm̃ comparatio sensus ad sensile, & intellectus ad intelligibile, est quantum ad modum recipiendi, & non quantum ad recipientia, & sic non contradicunt. Inquit ergo & potest intelligi sic, & necesse est vt sit de virtutibus passiuis, ita ꝙ proportio sensus ad sensilia sit sicut proportio intellectus ad intelligibilia, & ẜm hoc in ordine sermonis erit trãspositio. tũc debet legi sic, oportet igitur vt dispositio eius sit ẜm similitudinem, sicut sensus apud sensilia, sic intellectus apud intelligibilia, & vt sit non passiuum passione sensitiua, sed recipit formam, & est in potentia: sicut id quo ad ipsum receptionem.s.& non id quo ad recipiens, & sic tollitur contradictio. Deinde apponit secundam, & inquit. Et põt intelligi, & dispositio eius erit ẜm hũc modum, sicut sensus apud sensibilia, ita intellectus apud intelligibilia.i.ꝙ proponere ipsum non passiuum non ꝯdicit huic ꝙ proportio ad intellectum sit, sicut proportio sentiẽtis ad sensatum: & sic non oportet vt fiat trãspositio cum hæ non contradicant eo pacto, vt diximus, sed forte concedendo ipsum habere hãc proportionẽ, erit necesse vt nõ sit transmutabile, & sic stant plus q̃ simul. Reddit causam primæ expositionis, & inquit. Et coegit me ad illã expositionem .i.primam: in qua tertiam præposui propositionem hoc ꝙ intellectum habere hanc proportionem, manifestum est per se, aut prope, & sic non simpliciter est manifesta, & iõ potuit recipere expositionem, & ideo potuit trãsponi ordo, & declarari per primam. itaq; si esset simpliciter manifesta, proculdubio non poterat exponi, qm̃ vero manifesta est prope, ideo & potuit exponi, cum hoc ꝙ est quasi principium, & si sit declarata per illam, est quasi principium ad sciendum ipsum esse non passiuum corruptiue, neq; transmutabile, & sic illa propositio est limitata, expositaq; per primam, & adhuc quasi principium declarationis primæ: nec inconuenit vnam propositionem esse expositam ꝑ alteram, qñ est æquiuoca, illamq; facta limitatione declarat.

Et huius commenti intentio fuit longo tẽpore mihi occulta, & iuniores nihil penitus intelligunt huius loci.

COMMENTARIVM.

1. expositio. Si Auer. expositionem sectemur, quam proximo tex. assignauimus, Dicendum est, & quidem verbis Arist. non dissonum, ꝙ Arist. nunc qõnem motam diluat, Cũ.n.quærebatur de ipso intelligere, an pati. an quippiam ipsi pati simile esset, soluit, & dicit tria, primum est, ꝙ ipsum intelligere non est pati ab intelligibili alteratiue, veluti à contrario. Secũdum est, ꝙ intellectus est speciei susceptiuus, quia intellectus est potentia talis species, nõ tamen est illa spẽs formaliter, qua intelligibile intelligit, sed est potẽtia illa. Tertiũ quod dicit est ꝙ intellectus se habet ad intelligibilia, vt sensitiuum ad sensibilia. Sin autẽ sectemur

2. expositio. expositionem Them̃. ac cæterorum, dicemus ꝙ Arist. soluit proximo textu, qõnem generatim: voluit.n.quod intelligere sit pati: quale vero pati, sub disiunctione reliquit, quia est vel pati alteratiue vel pati perfectiue. Volens ergo declarare quale pati sit ipsum intelligere, & qualis sit natura intellectus, sumit quædam communia sensui & intellectui, postea quædã propria illi. ea, quæ intellectui & sensui communia sunt, tria sunt (vt Them. annotat) reuera tñ duo sunt, ex quibus tertium, quod illa duo cõplectitur, relucet. Horum primum est non pati ab intelligibili alteratiue, veluti à suo contrario. Secundum est intellectũ esse susceptiuũ speciei, quæ est similitudo rei quæ intelligitur. Tertium quod ex his duobus colligitur, est, ꝙ intellectus ita se habet ad intelligibilia, veluti sensitiuum ad sensibilia. Horum primum quidem etiam sensibus commune est, non. n. patiuntur sensus à sensibilibus alteratiue veluti à contrarijs,

contrarijs,nisi per accidens, quatenus sensibilia cũ excelluerit, dissoluat organum ad cuius corruptionẽ sensus dissolui videtur.Secundum etiam cõe sensitiuis est, nõ.n.sensitiuum est tale actu,qualis est species,nec est illa formaliter.Ex his duobus colligitur tertium ꝙ ita intellectus se habet ad intelligibilia, sicut sensitiuũ ad sensibilia,Vtrũq; .n.ab obiectis impassibile est alteratiue,veluti à cõtrarijs, vtrunq; non est tale actu,qualis species, sed speciei susceptiuum,non autẽ species. Quo vero ad verba attinet,primum,quod intellectui est cum sensibus commune,non est ab Arist.sine ratione collectum,quia aliqui veterum crediderunt intellectum & animam esse idem,animam vero dixerũt esse vnum elemẽtorum,Hyparchus quidem ignem, Anaximenes aerem. Modo si mens ignis est,ab eo intelligibili corrumpetur quod contrarium igni est,simili ratione si est aer: aut tale id genus, semper.n.ab illius cõtrario delectabitur. Secundum vero colligit Arist.partim aduersus Emped.partim aduersus platonicos,cum.n.inquit.Susceptiuum autem speciei,& potentia talem,aduersus Platonem loquitur,qui intellectum factum ponit,oĩbusq; rerum speciebus semper plenum: non.n.ẽm Platonicos, intellectus aliquando potestate innuitur, sed semper est in actu,non qui susceptiuus,sed qui iam suscepit. Cõtra Emped.vero inquit. sed non τοῦτο,idest sed nõ hoc,quod verbum nonnulli interpretes ad speciem retulerunt.Et tunc sensus est,intellectum esse potestate speciem, non autem hanc,siue illam formaliter, & tunc non errorem Emped. per hæc verba voluit esse explosum,sed errorẽ eorum, qui in scholis platonicorum etiam fatentur intellectum intelligere generabilia per essentiam suam quam arbitrabãtur esse speciẽ & similitudinem omniũ productorum causalẽ, ac formalem: quam partem secutus est Them.vt diximus. Auer.autem quid blacterizet, patet in commentario suo, vbi retulit hoc ad corpus, quod est error. Simpl. vero intelligit intellectum esse speciei susceptiuum eius.s.intelligibilis,quod cognoscit, non autẽ esse hoc idest ipsum intelligibile cuius speciem suscipit,& tunc in Empedo. hæc verba retulit Arist. qui arbitratus est, intellectum res intelligere,quatenus est ipse res,quas intelligit:hęc possunt dici si sectemur expositionem Them. Vel tertio legi põt textus aliter(vt videtur innuere Simpl.) ꝙ cum Arist.. fecisset pro solutione quæsiti hoc enthymema,ĩtelligere est sicut sentire, ergo est pati.s.vel alteratiue, vel æquiuoce. Nunc declaret antecedens, pro cuius declaratione sumit duo cõmunia intellectui & sensibus.s.ꝙ vterq; sit impassibilis ab obiectis,& vterq; suscipiat species: nõ res. Ex his ergo infert antecedens.s.ꝙ intelligere sit sicut sentire, & quod similiter se habet sensitiuum ad sensibilia, vt intellectus ad intelligibilia,quæ expositio mihi videtur pulchra: quia Aris.de illo assumpto nullibi aliter locutus est: & cũ sit principium omnis perscrutationis de intellectu, decebat de eo fieri sermonem aliquem. Expositiones,quas hic blacterizat Auer.friuolæ sunt,& non sapiunt mentẽ Aris.

Consideratio verborum.

Quo vero ad verba attinet,patet primo verbũ illud § ergo § nõ esse illatiuum,sed signum continuationis.per impassibilem vero quod græce est ἀπαθὴς apathes,Arist. non æternum intellexisse,licet reuera sit æternus.Aris.n.per illud verbum nihil aliud vult habere,q̃ intellectum non pati ab ipsis intelligibilibus,veluti nec sensitiuum à sensibilibus alteratiue tanq̃ à contrarijs.modo prohibet nihil intellectum non pati ab intelligibili alteratiue , & esse alia ratione corruptibilem.s.per accidens ad eius subiecti corruptionem.& hoc aduertit doctor quidam,& quidem non imperite.nam licet ex alijs ab Ari.dictis possit colligi intellectus immortalitas,vt dicemus, ex his non colligitur. Nec quod blacterizat Auer.hic laudo.asserit.n. Arist. per impassibilem intelligere intrãsmutabilem:ꝙ.s.intellectus nec sit corpus,nec mistus cum corpore : nam licet hoc sit verum,& peripateticum.ex his tamen verbis non colligit, qa aduersarius posset dicere ipsum esse intransmutabilem ab intelligibilibus,aboleri tñ corruptione subiecti, cuius est.Per speciem vero,quæ græce est,εἶδος intelligunt peripatetici non ipsum intelligibile,quod intelligitur, sed rationem intelligendi: non intellectam. Est.n.duplex ratio

Quid species.

intelligendi ẽm peripateticos.altera quæ est ratio intelligendi intellecta,ꝙ non possit per ipsam intellectus aliqd intelligere,nisi ipsa prius ĩtelligatur,& sic definitio est ratio intelligendi:quia intelligendo ipsam:definitum etiam intelligimus. Altera est ratio intelligendi non intellecta, qm̃ per ipsam intelligere possumus,& ipsam non prius intelligere : & sic similitudo rei in mente, dicitur species & ratio intelligendi,quia postq̃ intellectus per ipsam efficit in actu,intelligit intelligibile cuius est species: nõ tamen illam prius intelligendo,sed postea reflexe, vt alibi dicemus.Et cum dicit.§Et similiter se habere sicut sensitiuũ § notanter dixit sicut sensitiuum,quod græce est αἰσθητικὸν, estheticon,& non sicut sensus ad denotandum, ꝙ non sensus sentit,sed sensitiuum.At intellectus intelligit,& comparauit intellectum ad sensitiuum,& non ad sensum quatenus sensitiuum sentit,sicut intellectus intelligit.

ARGYR.

Quare necesse est ipsum,cum vniuersa intelligat,non mistum esse,sicut Anaxagoras dixit,vt superet, atque dicat, id est vt cognoscat atq; percipiat,alienum nanq; cum appareat iuxta,prohibet atq; seiungit.

Tex.cõm.4.

Necesse itaq; est,quoniam omnia intelligit,impermistum esse,sicut dicit Anaxagoras,vt a imperet,hoc autem est, vt cognoscat: Iuxta apparens b enim prohibet extraneum,& præobturat c.

a ἵνα κρατῇ vt imperet

b παρεμφαινόμενον Iuxta apparẽs.

c ἀντιφράττει. obstruit præobscurat.

COLLEC.

Cum proposuit libri totius tertij intẽtionem,&.q.mouit prosequens de proposita intentione,& duas accepisset propositiones declarandas,hac in parte declarat demonstratione ipsum impassibilem esse,receptiuum tamen formæ,& inq̃t. Necesse itaq;,qm̃ omnia intelligit,immistum esse,sicut dicit Anax.vt imperet,hoc autẽ est.i.intellectus aũt est immistus,vt cognoscat oĩa.intus.n.apparens prohibet extraneum,& obstruit.i.seiungit. Luculentius intelligitur & hic textus in expositione commenti.

Tex.cõm.4.

Cvm posuit. Et debes scire ꝙ dupliciter de ĩtellectu erat ambiguitas.s.quantum ad eius opus an.s.in genere sit passionis,an actionis.Et quantum ad operans.s.an intellectus sit passiuus immaterialis,an mistus cum materia. primam quidẽ supponit tanq̃ perspicuam. Ponit ergo intentionem partis in secundo & inquit . Cum posuit ꝙ intellectus materialis recipiens debet esse de genere virtutũ passiuarum,& hæc prima fuit propositio,& cũ hoc non transmutatur apud receptionem,quia neq; est corpus: neq; virtus in corpore.& hęc fuit propositio,dedit demonstrationem super hoc. Ecce igitur partis intentionem. Necesse est.§ Nũc Auer.prosequitur & primo accepit vnum antecedẽs quod ponitur in textu,& inquit.Necesse est si comprælendit omnia existentia extra animam.hoc antecedẽs est Arist.ad quod dedit duo ꝯñtia,& inquit. Vt ante comprælensionẽ sit noĩatus ex hoc modo in genere virtutum passiuarum,& hoc primum est ꝯñs. apponit & secundũ.d. Et vt sit non mistus cum corporibus.s.neq; corpus,neque virtus in corpore naturalis.i.elementaris , aut animalis.i. neq; animalis sicut nobiscum cõcorditer dixit Anax.& hꝭ fuit secundum ꝯñs. Arist.autem apposuit ẽm tãtum,& tacuit primum . quoniam ex secundo intelligitur. Deinde ibi.§Si.n.fuerit mistus.§Declarat ꝯñtiam secundam,& inquit. Si.n.fuerit mistus: tunc erit aut corpus aut virtus in corpore, & hoc enthymema tenet in virtute huius medij, quoniam omne mistũ corpus,vel virtus est corporis. Tũc dedit ẽm cõsequens ad hoc primum,& inquit. Et si fuerit alterum istorum habebit formã propriam,quæ forma impediet eum intelligere & recipere aliq̃ formam alienam. & hoc enthymema tenet ĩ virtute huius,omne corpus vel virtus in corpore habet formam extraneam, impediẽtem recipere omne alienum:& sic à primo ad vltimum : cũ intellectus omnia intelligit proculdubio erit immistus. Applicat vero verbis sententiam & patet. Difficultas nõ parua accidit circa medium secundi enthymematis.s.si omne corpus vel virtus in corpore habeat formam propriã, per quam impedietur recipere alienum:sed quoniam propter hoc Auer.digressionẽ mouet dimittatur vsq; in fine commenti. Deinde ibi§Sed modo considerandũ.§ Hic Auer. digre-

digreditur: & primo proponit id circa quod digredi vult & rationem, & inquit. Sed modo considerandum est in his propositionibus quibus Arist. declarat hæc duo de intellectu. s. ipsum esse in genere virtutum passiuarum, & hæc prima est, & ipsum esse non transmutabilem, quia neq; est corpus, neq; virtus in corpore, & hæc secunda est propositio, & syllogizat hanc intentionem. Et accepit minorem & inquit. Nam hæc duo dicũtur principium omnium: quæ dicuntur de intellectu. Et accepit maiorem. d. Et sicut dicit Plato, maximus sermo debet esse ĩ principio, cuius maioris ratioñe dat. d. Minimus. n. error in principio est causa maximi erroris in fine, sicut dicit Arist. ergo consideranda sunt huiusmodi propositiones maxima cõsideratione. Deinde ibi. § Dicamus igitur quoniam. § Et prosequitur, & ponit conclusionem: quæ fuit prima propositio, & inq̃t. Dicamus igitur q̃m formare per intellectũ est aliquo modo de virtutibus receptiuis, sicut est de virtute sensus, manifestum est ex hoc. hãc probat ipse, & primo sic. virtutes .n. passiuæ sunt mobiles ab eo cui attribuuntur. actiuæ autem mouent id cui attribuuntur. est ergo maior, omnis virtus mota ab eo cui attribuitur, est passiua. tunc adde minorem, sed intellectus mouetur à rebus q̃bus attribuitur, vt nunc supponit. ergo cõclusio proposita. Et quia res. § Tangit secundam rationem, & consistit in hoc omnis virtus quæ quandoq; est in actu, quandoq; in potentia, est virtus passiua respectu eius cuius est huiusmodi: sed intellectus est virtus quandoq; actu, quandoq; potentia, respectu phantasmatum. Et hoc ponit. d. Et quia res non mouetur nisi ẜm q̃ est in actu, & mouetur ẜm q̃ est in potentia, necesse est inquantum formæ rerum sunt in actu extra aĩam vt moueant animam rationalem ẜm q̃ comprehendit eas .i. non corruptiue, nec subiectiue, sed compñensiue. cuius exemplum ponit, & patet. Et q̃m anima rationalis. § Probat & idẽ tertia rõne, omnis virtus indigens aliquo extrinseco: per cuius præsentiam exit in actum, est passiua respectu illius. hæc maior patet. Tũc apponit & minorem. d. Et q̃m anima rationalis sup. est virtus indigens cõsiderare intentiones quæ sunt in virtute imaginatiua, sicut sensus indiget inspicere sensilia, & apud præsentiam eorum exit in actum. & hec est minor: & tũc conclude conclusionẽ propositam. Deinde ibi. § Sed tamen. § Obijcit ad dicta, probãs intellectum esse virtutem potius actiuã, & inquit. Sed tamen videtur q̃ formæ rerum extrinsecarũ moueant hãc virtutem. i. intellectum: ita. i. hoc pacto, q̃ mẽs. i. virtus aliqua mẽtalis auferat eas à materijs, & faciat eas primo intellectas in actu. i. vlia, postq̃ erant intellecta in potentia, & hoc modo vr̃ q̃ ista aĩa. i. rationalis sit actiua, & non passiua contra dicta. Est ergo argm̃, omnis virtus transferẽs aliquod de potẽtia ad actum, est actiua respectu illius, sed virtus rõnalis transfert intelligibilia de potentia in actũ, ergo est actiua, & sic falsum fuit, quod dixit. Deinde ibi. § Secundum igitur q̃ intellecta. § Persoluit hanc. q. & inq̃t. Secundum igitur q̃ intellecta mouent eam est passiua, & ẜm q̃ mouetur ab ea est actiua, erit ergo rationalis actiua & passiua respectu diuerso: & hoc confirmat Aris. testimonio. d. Ideo hoc & sup. designans Aris. post dicit q̃ necesse est ponere in aĩa rationali has duas differentias. s. virtutem actionis. & virtutẽ passionis, & dicit aperte q̃ neutra pars eius est gñabilis, aut corruptibilis, vt post apparebit: ordinem tamen dicendorum apponens, inquit. Sed hic incipit notificare substantiã virtutis passiuæ, cum hoc sit necesse in doctrina. i. via doctrinæ, vt in expositione commenti primi notauimus: & tunc recolligens hæc inquit. Ex hoc igr̃ declaratur q̃ hæc dr̃ia. s. passionis & receptionis existit in virtute rõnali. i. q̃ rationalis habeat partẽ aliquam, quę virtus dicatur passiua ab intelligibili. His positis iuniores colligunt intellm̃ agentẽ & poẽm virtutes esse rationalis aĩæ, quæ sunt qualitates de secũda specie qualitatis, & hoc propter verbum Auer. cum dicat ipsas virtutes esse actionis & passionis. Amplius accipiunt intellm̃ agentẽ agere quicq̃ in phantasmatibus, cum dicat Auer. virtutes esse actiuas q̃ñ mouent id cui attribuuntur, & hæc fuit dr̃ia posita. Sed hi multis modis aberrant. declarabitur. n. aperte cõm. 5. hæc esse partes essentiales rationalis animę quemadmodum materia & forma partes sunt essentiales hominis, & idem cõm. 18. & 19. Amplius si intellectus imprimit aliq̃d in phantasmatibus vel id erit vl̃e proprie vel singulare, & si vniuersale, ergo vl̃e põt recipi in virtute imaginatiua, quod Auer. contra Auempace inducet: & si singulare, ergo adhuc eget aliquo quo moueat intellectũ. Rursum id quod causat intells̃ agens in phantas. vel est substantiã, vel accidens. non sub̃a, q̃m intellectus agens non causat substantias: vt Auer. inquit. 7. meta. contra Aui. nec accidens, q̃m vel nouum, vel æternum. non æternum, q̃m nullum æternum recipitur in subiecto corruptibili, vt Auer. dicit. 36. cõmen. contra Auic. nec nouum, q̃m nulla substãtia separata causat nouũ extra se in passo corruptibili ẜm Auer. Ideo debes scire pro primo, q̃ intellectus agens & pos̃is dicuntur partes respectu constituti. i. respectu rõnalis animæ, & dicuntur virtus respectu operis, nõ q̃ sint res diuersæ, sed diuersimode consideratæ: & ideo Auer. appellat sæpe eas partes substãtias, sæpe virtutes, & sic primum non cogit. Pro secundo vero dicemus in expõne cõm. 5. nec oportet nunc immorari circa hoc. Sed circa propositionem hanc possunt esse q̃ones. primum. n. vr̃ q̃ rationes nihil sint: erat. n. prima, omnis virtus quæ mouetur ab extrinseco est passiua, sed itellectus est virtus, quæ mouetur ab extrinseco. ergo &c. Secunda, omnis virtus quandoq; potentia, quãdoq; actu, est virtus passiua. intellectus quandoq; est potentia, quandoq; actu. ergo &c. Tertia omnis virtus egens extrinseco pro sui opere est passiua, intellectus eget extrinseco. s. phantasmate. ergo &c. Istæ inq̃ rationes videntur debiles. prima quidem petit principiũ. assumit. n. in minori id quod quæritur. idẽ. n. est intellectum pati, & moueri. Amplius maiori secundæ addo minorem hanc, sed ignis quandoq; actu, quandoq; potentia. ergo ignis virtus est passiua. conclusio falsa & nõ minor. ergo maior. Rursum maiori tertiæ addo minorem hãc, sed ignis eget combustibili pro sui opere: ergo passiua est virtus, & constat q̃ propter maiorem erit añs hoc impossibile. maior est ergo impos̃s. Preterea ẜm opinionem Auer. intelligere non est passio: cum sit æterna. ergo intellectus non est virtus passiua. Videtur primo mihi, q̃ hæ tres rationes constituunt vnam principalem tñ: ita q̃ erit prima principalis: cuius minor est condensabilis per syllogismũ secundũ, hoc pacto, vt dixi: tñ secundus debet sic cõponi, omnis virtus quandoq; potentia, quandoq; actu, per naturam eius intrinsecã mouetur ab extrinseco, sed intells̃ est virtus quandoq; potentia, quandoq; actu per naturam intrinsecam. ergo potentia est mota ab extrinseco, & sic instantia de igne non est ad propositũ. est. n. ignis quandoq; actu, quandoq; potentia per naturam extrinsecam. iterum minor huius condensatur per tertium hoc pacto addendo ei, omnis virtus, quæ in sui opere indiget aliquo extrinseco opere, ente in ea, est passiua, hm̃õi est rationalis, vt cõstat, & sic tolluntur omnes instantiæ. sunt ergo oẽs vna ratio hoc pacto. Quod vltimo dicebatur, nihil est, q̃m intelligere, etsi non sit pati simpliciter, est pati respectiue: vt Auer. dicit in 7. pĥicorum, sed q̃uo hoc intelligitur posterius dicemus. Q̃m aũt substantia recipiens has formas. § Erat secunda propositio, intellectus passiuus intelligibilium non est corpus, nec virtus in corpore. Cũ igitur dedit rõcinationem in prima, nunc tradit demonstrationem secunde, & primo syllogizat eam in prima figura sic, omne recipiens debet esse denudatum à natura recepti, intellectus passiuus est recipiens omnes formas materiales, ergo intellectus passiuus est denudatus ab omnibus formis materialibus. Tunc conclusionem hanc accipiamus pro minori, & addo hanc maiorem, oẽ denudatum ab omnibus formis m̃alibus, est separatũ, nec corpus nec virtus in corpore, intellectus est denudatus &c. vt cõclusio dicit: ergo separatus, nec corpus, nec virtus in corpore. Hæc itaq; est totius partis intentio. primo igitur accepit conclusionem .d. Q̃m autem sub̃a recipiens has formas necesse est vt nõ sit corpus, nec virtus in corpore, manifestum est ex propositionibus quibus vtitur Arist. in hoc sermone. Hæc est cõclusio. Tũc accepit minorem. d. Quarũ vna est q̃ ista sub̃a recipit oẽs formas m̃ales, & hoc notũ est de hoc intellu.

Commen. 31.

Dubitatio

Commen. 32.

Deinde

Deinde accepit maiorem.d.Secunda aũt est ꝙ oẽ recipiẽs aliquid necesse est,vt sit denudatum à nã recepti, & pro.i. vt sua substantia non sit substantia recepti in specie,& dixit ĥ propter.q.quam dabit post. Et qm̃ hæc maior apud antiquos fuit quæsita,nec per se nota,dixit.n. Emped. ꝙ si intellectus debet omnia intelligere, debet esse mistus ex omnibus.Ideo probat hanc per impossibile,& dicit. Si.n. recipiens esset de natura recepti,tũc res talis reciperet se. & hæc tenet ĥ medio,oẽ recipiens,cuius natura est natura rei receptæ,est recipiẽs se,& sic tenet ꝯñtia.& per idem tenet secunda ꝯñtia: & tunc mouẽs esset motum. Amplius inductione confirmat hanc.d.Vnde necesse est vt sensus recipiens colorem careat colore,& recipiens sonum careat sono:vt in 2.huius sæpe diximus.Tunc replicauit conclusionem,& inquit. Ex his duabus in prima figura.s.sequitur ꝙ ista substantia,quæ dicitur intellectus mãlis.i.põis,nullam habeat de sui natura de istis formis materialibus.Deinde ibi.§Et quia formę.§Dedit secundũ sylĺm:cuius maior est,omnis forma mãlis est corpus vel virtus in corpore: sed,(vt primo concluditur syllogismo) intellectus non est forma mãlis. ergo intellectus nõ est corpus nec virtus in corpore, & licet minor hæc sit in prima figura & negatiua tñ maior conuertitur in terminis, ideo potest esse bona & vtilis combinatio. Huius accepit maiorem.d.Et qa omnes formę materiales sunt aut corpus,aut virtus in corpore.Minorem tacuit,& accepit conclusionem.d.Manifestum est,ꝙ ista substãtia,quę dicitur intellectus mãlis,non dicitur corpus,nec virtus in corpore. est igitur non mistũ cum mã omnino. Deinde ibi.§Et debes scire.§Probat & idem tertio,& virtus eius est virtus enthymematis,vel inductionis: hoc pacto, intelĺs est sũba, & non est corpus, nec forma misti,nec forma elementi: ergo est virtus separata & immista,inquit.Et debes scire,ꝙ id,quod dedit hoc necessario,est,quia ista substantia est.i.quia intellectus est substantia.Et ꝙ recipiens formas rerum materialium, vel mãles, nõ habet in se formam mãlem.s.ꝙ sit composita ex mã & forma.vult dicere,intelĺs,qm̃ recipit has formas,nõ est cõpositus ex materia & forma,i.non est corpus, & hoc erat primum,neq; etiã est aliqua forma formarum mãlium .i.non est forma misti,vel superaddita mistioni.Cuius rõnem reddit.d.Formæ,n.mãles non sunt separabiles & sup. intellectus,sic,ergo non est forma misti. & hoc fuit scd̃m mẽbrum. Et neq; est etiam ex formis primis simplicibus .i.aliqua forma elementi propter duo. primo,quia illæ nõ sunt separabiles.secundo qm̃ non recipiunt formas nisi diuersas,& ẜm ꝙ sunt intellectæ in potentia,& non actu,intellectus intelligit vniuersale,& actu intellectum.est igitur aliud ens à forma,& à mã,& à congregato.& sic patet tertia ratio. Debes scire ꝙ formæ elementorum, immo oẽs formæ compositorum dicuntur diuersæ & intellectæ in potẽtia,diuersæ quidem,qm̃ indiuiduæ per materias diuersas.intellectæ vero in potentia quoniam non actu possunt mouere intellectũ per seipsas tm̃,sed mediante intellectu agente, & ideo non dicuntur intellectæ in potentia passiua,sed potius actiua vel motiua. Secundo debes scire ꝙ Auer.addit.§Intellectus est sũba § qm̃ (sicut in libro Peri hermenias diximus)ex negatiua nõ sequitur affirmatiua: nisi subiecto constante. non.n.sequitur, homo nõ est iustus,ergo homo est non iustus,dato ꝙ homo non sit:sed bene homo non est iustus,& est ergo est non iustus, sic & hac in parte non videlicet,intellectus nõ est corpus, neq; forma misti,neq; forma simplex,ergo est substantia separata,sed oportet,addere ꝙ sit substantia, & quod non possit esse nisi alterum horum.Et ideo Auer.addit verbum,id;§& intellectus est substãtia.§ Sed circa syllogismum primum accidunt.q.Tum quantum ad maiorem.Tum quantum ad minorem. Sed qm̃ quantum ad maiorem mouebit ipse.q. ideo circa minorem dubitabimus. erat.n.minor hæc,§Sed intellectus possibilis recipit oẽs formas mãles.§ Mõ hæc vr̃ ambigua: primo,cur obiecta cognita vocantur formæ, potius.n.mã debent dici,qm̃ nobilius habet rationem formæ,vt 36.cõm.inquit.quod Them̃.cap.27.confirmat.d.Inferiora at cætera modo subiectorũ loco habentur. Scd̃o, cur mãles,videtur.n.ꝙ immateriales dici debeant,qm̃ sensibiles vt sentiuntur vocantur formæ sine materia,ergo & intelligibiles à fortiori,& hoc cõm.18. apparebit. Tertio videtur ꝙ non oẽs sciat,qm̃ 2.cœli. dicit ꝙ intellectus nõ põt scire an polus arcticus sit perfectio antarctico. Quarto Auer.inquit hanc propositionem esse manifestam ꝑ se, modo hæc est demonstrabilis,ergo non manifesta. Ad primam dicendum ꝙ intellecta actu dicuntur formæ vel qm̃ vr̃ia sunt actu,est.n.vr̃e forma,vt primo meta. dicitur.Vel qm̃ intellectus non recipit ipsa sed eorum similitudines, quæ species,& formæ dicuntur.Vel qm̃ causant intellectũ nostrum in genere formæ,vt in lib.d.d.erunt ergo formæ, qm̃ perficiunt intellectum nostrum in gñe formæ.Vel qm̃ ex intellectu & intelligibili fit magis vnum: q̃ ex materia & forma,& hoc non esset, nisi qa intelligibile actus est,& intellectus potentia.Vel qm̃ effectus agentis forma est,& cũ intelligibile effectus sit intellectus agentis,vt cõm.18. videbitur,ideo & forma dicitur. Ad secundam dicunt formæ materiales vel cõparatione ad formas simpliciter abstractas.Vel qm̃ ex materia eductæ luce intellectus, multa.n.denominantur à termino à quo 2.phy.vt curatio. Ad tertiam intellectus scit oĩa simplicia & vr̃ia,sed multa cõplexa pñt esse ei ignota.Vel & oĩa complexa per se scit licet cum difficultate aliqua,& id verbum impoẽ notat difficultatem,sicut exponit verbum Arist.2.meta. Ad quartam,illa minor est famosa propter quod Empe. dixit intellectum oĩa esse mistione,alij receptione,& experiẽtia docet nos disputare de quolibet. Potest ãt demonstrari etiã sic,omnis virtus desiderans nãliter aliquam perfectionem, aliquando attingit illam,sed intellectus est virtus naturaliter desiderans cognoscere oĩa illa entia aliquo mõ tanq̃ eius perfectionem, ergo intellectus aliquando cognoscit illa.Maior patet 2.meta.& primo cœli. Minor vero Arist. est in principia meteor. Amplius secũdo,omnis nã intellectualis cognoscit oĩa entia aliquo mõ,intellectus est natura intellectualis,ergo cognoscit omnia.Maior ĩductione patet:intellectus primi oĩa cognoscit,intellectus saturni oĩa.& sic vsq; ad nostrum. Minor cõstat & hæc quidem demonstratio potior est prima,qm̃ maior est immediata.ꝙ .n.natura intellectualis cognoscit oĩa est immediata & nõ põt dari altera causa,nisi quia natura intellectualis,quemadmodum sicut neq; cur graue descendat potest dari altera causa nisi quia graue sit,& in proposito,natura.n.intellectualis,qm̃ est intellectualis. ideo recipit oĩa quoniam oĩs intellectus omnia est,eo quia est intellectus. Accepit aũt hanc tanq̃ famosam Auer. Sed circa primam propositionem ambigunt. An.s.potentia intellectus ad intelligibilia sit substantia rationalis animæ. Ioan.in.q.tertia huius breuibus inquit,ꝙ potentia intellectiua, qua rationalis aĩa comparatur ad intelligibilia non est substãtia eius, sed accidens subiectiue existens in ea.Arguit aũt hoc tribus argumẽtis. primo quemadmodum potentia sensitiua ad sensile,sic & intellectiua ad intelligibile. Secundo qm̃ potẽtiæ intellectus sunt multæ,rationalis anima vna. Tertio qm̃ tunc intellectus & voluntas idem essent simpliciter. Hoc aũt falsum,qm̃ hæc falsa est.intellectus est voluntas,& econtra. Amplius per intellectum conuenit intelligere,per voluntatem velle, quæ sunt opposita disperata secundum rem.Hoc idẽ tenent expositores,& primus expositor arguit hoc in multis locis, arguit.n.potentia & actus sunt vnius generis: sed intelligere est accidens,ergo potentia intellectiua. Amplius si anima ẜm suã essentiam est immediatum principium intelligendi.cum semper sit in actu,quia est actus,semper ageret & operaretur quemadmodum per viuens quia viuit anima semper viuit. Rursum nullum simplex depẽdens per eius essentiam,est principium immediatum plurium operationum. hoc.n.differt dependens ab independenti. Item accidens variabile nõ inest subiecto,nisi mediante accidente inuariabili,intelligere accidens est variabile, ergo inest intellectui per potẽtiam intellectiuam inuariabilẽ. Præterea.Sicut esse ad essentiam,ita operari ad potentiam, ergo per cõmutatam proportionem,sicut esse ad operari,ita essentia ad potentiam,sed esse differt in rationali aĩa ab operari.ergo essentia à potentia. Rõnes hæ ab expositore accipiuntur, maxime

Dubitationes. Commen.16. Cõm.27. Disp.3.ĩ sol.18 Cõm.14. Cõm.1. Cõm.1. Cõm.31. Dubitatio. Ioan. Argumẽta. Expositor.

Contra Ioan. et Exposi.

xime.q.de anima.q.71.& in q̃onibus primę partis maxime q.79. Sed isti sunt contra doctrinam Auer. declaratum est.n.in substantia separata simplici, cuius esse & essentia idem est simpliciter,vna numero in sua specie, non posse fundari accidens aliquod nec proprium,nec cōe.Hoc potest declarari & nunc his argumentis, ait.n.Auer.12.met. quod omne quod attribuitur intellectui separato, est idē illi: nisi sit in mā,vel dependens à materia, Sed potentia intellectiua nec est in mā,neq; dependens à materia:ergo est substantia rationalis aīæ. Amplius quæcunq; sunt dispersa in natura inferiori colliguntur per identitatē in superiori s̄m Proclū,sed potentia & essentia in sensitiua aīa dispersa sunt re,ergo in rationali aīa erunt idem re. Item rationalis anima circūscripto omni distinctio realiter ab ea, est pfectior nobiliorq; omni aīa brutali quantūcunq; plena formis, ergo debet ei conuenire tota pfectio illius aīæ: & hoc non est nisi exire in opus,ergo exibit in opus: & cum sit circūscripta potentia : erit ergo per essentiam: & sic de facto sequitur idem. Præterea.Arist.& Auer.12. meta. habent pro impossibili,ꝙ optima substantia qualis natura separata dignificet̄ per aliquid extra essentiā eius: esset.n.incompleta, sed rationalis anima,s̄m Auer.est optima & separata substantia: ergo non potest dignificari per aliquid extra essentiam. Dicēdum ergo ꝙ quemadmodū columna,vt columna,differt à seipsa vt dextra, & deus vt deus à seipso: vt potens,non differentia s̄m subiectum & rem: sed tm̄ in modo & ratione. sic rōnalis anima:vt suba abstracta,differt à seipsa: vt potens intelligere, non differentia reali: sed ratione,qm̄ quemadmodum Deus non dr̄ potens, nec columna dextra: nisi relationibus entibus in nobis,sic anima non dicitur potēs intelligere: nisi potentia & relatione ente in nobis, & ita potentia nihil addet animæ rōnali: nisi respectum rationis tm̄: sed nobis addet̄ s̄m rem, propter dispōnem factam in nobis p intentiones imaginabiles. Potētia ergo intellectiua est tm̄ respectus rationis,qui non est plus in rationali aīa q̄ respectus dexteritatis in columna,vel creatoris in deo: qm̄ quemadmodū intellectui non inest nouū intelligere, nisi respectiue, sic nec potentia nisi cōparatione.

Cōm. 17. *Cōm. 51.* *Responsio ad argumenta Ioan. et Expositoris.*

Tunc ad argumēta dicendum. Ad primum patet dria pluribus modis.primo quia rationalis aīa est suba separata,non sic sensitiua. Secūdo qm̄ sensus recipit accidens,intellectiua non, sed ipsa vlia, quæ non sunt accidentia,& alijs modis. Ad secundam dicendum,ꝙ illa multitudo est rationis,quēadmodum solis ad effectus plures. Ad tertiam dicendum,intellectum & voluntatem esse idem, tm̄ differre per extrinsecos actus.s. nostros,vt dicemus,& ideo habent diuersa nomina, & diuersam prædicationem. Ad primam expositoris pōt dici, ꝙ potentia intellectiua non est ad intelligere,quod sit accidens, qm̄ secundum me intelligere non est accidens rōnali aīæ,sed forma recepta comphensiue.Vel ꝙ id verbum intelligitur in potentia & actu obiectiuis. Ad secundam totū concedimus,est.n.semper intelligens s̄m se,licet respectu nostri dicatur quandoq; intelligens & quandoque non. Ad tertiā dico,ꝙ rationalis aīa nō est absolute principium immediate operationum s̄m se: sed respectiue,& ideo respectiue plures habet potentias rōnis tantum. Ad quartā patet.intelligere.n.non est accñs aīæ: sed vl'e comprehensum,vt dicam post. Ad quintā patet,qualiter similitudo non currit quatuor pedibus, & maxime cum locus ille nonnisi in materijs teneat. Et præterea,operatio non distinguitur ab essentia animæ,immo est vnum cum suba, vt dicam. Istæ sunt difficultates:quæ accidūt ad prædicta.

Vtrum autem.§ Obijciunt veteres ad maiorem primi syllogismi sic,omne recipiens esse debet denudatum à natura recepti,sed intellectus recipit ens: ergo debet esse denudatus à natura entis,& sic intellectus nihil erit. Hāc ergo persoluens Auer.inquit. Vtrum autem hæc substantia .s.intellectus habeat formā diuersam in esse à formis mālibus,adhuc non declarat̄ ex hoc sermone. dicere vult declaratione completa ac simpliciter. Tunc apponit sol. d. Propositio.n.d.ꝙ recipiens debet esse denudatum à natura recepti,intelligitur à natura speciei illius recepti:non à natura sui generis & maxime remoti.i.nec maxime à natura gñis remoti, & maxime nec eius quod dr̄ per æquocationem.i.entis,& sic patet sol. Et ideo diximus.§ Confirmat sol. hanc,& inquit.Et ideo diximus ꝙ in sensu tactus inuenitur medium inter contraria:quæ comphendit. contraria.n.alia sunt in specie à medijs. Tunc dedit cōclusionem huius digressionis,& inquit. Et cum talis est dispositio intellectus materialis.s.ꝙ est vnum entium,& ꝙ est potentia abstracta,& nō habet formam mālem, manifestum est ipsum non esse passiuū:cū passiua.s.transmutabilia sint formæ māles,& ꝙ est simplex,sicut.d. Arist.& separabilis, & sic intelligitur natura intellectus mālis apud Aristo.& post loquemur de eius dubijs.

Vtrum esse recipiens sit denudatum à natura recepti.

Marginal notes (right column): Põ Alex. — Prima expõ opĩonis Alex. — Correptio opinionis simul cũ vera expõne opin. Alex. — De intellectu. — Doxastica Epistemonica, Practica Theoretica.

Dianoetica. Noetica Quod intellectus agẽs sit Deus. Quan do agens intellectus non sit aliquid animæ no stræ secundum Alex.

ponit, ac discurrit, iõ dr̃ intellectus ac virtus noetica. Qua ratione fit vt apud Alex. idem intellectus sit, qui est noeticus: & dianoeticus, theoreticus & practicus, scientificus, & opinatiuus, hunc ponit mortalem: cum anima cuius est virtus, mortalis sit. Quid vero sit intellectus agens, quem agentem intellectum appellat, rñdet eodem li. cap. 30. eum esse primam causam de mente Arist. Dicit. n. § Talem autẽ esse primam causam, ab Arist. commonstratum est, quæ ꝓculdubio prima causa, proprie intellectus est: quas ob res (vt inquit) iste intellectus amplioris dignitatis est, quam is qui habet à nobis. § postea in calce capitis, inquit. § Nõ autem est potestas aiæ, quæ in nobis sit, neque itẽ habitus quisquam intellectus potentiæ, cum res alias, tum hunc ipsum apprehendat, sed neq; intellectio quã intellectio est ĩcorruptibilis dici põt, & reliqua. § Ecce quo mõ clara frõte Alex. asserit intellectum agẽtem esse Deum, primamq; causam ipsam, in se intellectum consistentem, qui seipsum, & alia per eius essentiam intelligit. Hunc non vult esse aliquid animæ nostræ: nec virtutem, nec intellectum speculatiuum, vt intellectum in habitu, quia non est nostra intellectio, sed solum vult esse illud virtute cuius nos intelligimus. nam nisi hic esset extrinsecus manens, & effectrix cã intelligibiliũ, nos nihil vniuersaliter intelligeremus. Sed quã falsa sit hæc opinio: & nefanda, in eo libello, quem nuperrime de immortalitate animæ conscripsi demonstrationibus, & verbis Arist. apertissime probaui. Et ne manibus vacuis recedamus ꝯ hanc opinionẽ argumentor rationibus Auer. illas pro posse dilucidãdo. Auer. ergo ꝯ Alex. inducit primo verba Arist. nã Arist. asserit in hoc 3. intellm̃ esse separatum. Præterea Dicit ẽt, intellectũ non hr̃e organũ corporale. Præterea Dixit ipsum esse simplicem, ac purum, ac impermistũ, vt patuit. Præterea Dixit intellectum esse impassibilẽ. Ex quibus verbis clarissime patet intellm̃ non esse genitũ ac corruptibilẽ. Scđo Auer. argumentatur rõne facta in textu, quia oẽ recipiens oẽs formas mãles, est denudatũ à nã recepti, ergo cũ intells̃ recipiat oẽs formas materiales, erit denudatũ ab illis, & sic erit subã simpliciter immãlis. Patet ãt Arist. non esse locutum de preparatione, vt lõgo sermone ondit Auer. Præterea Interponit alias rões ꝯ Alex. dum narrauit opiones arabum, quarum prima est, quod si intellectus mãlis est virtus in corpore, tunc actu intellecta non erunt vniuersalia, qa oẽ receptũ in forma vel virtute mãli est singulare. Scđa quia põne data, tunc intellectus erit virtus organica: veluti cæteræ virtutes, quæ sunt in materia. Tertia si intellectus proficisceretur necessitate materiæ: tunc intellectio, & scia proficiscerentur necessitate materiæ: & sic non poterunt actu intellecta esse vniuersalia actu. Demũ argumentatur põnem hanc Alex. esse similẽ ei põni, qua quidam negant res fieri ab agentibus, asserẽtes oia fieri casu. Hæc Auer. Alex. vero se defendit. nam primã auctoritatẽ intelligit de intellectu agente vt eo loco narrat Auer. Scđm verbum concedit Alex. asserit enim intellectum potentialẽ esse separatum separatione organi, non tamen separatione essentiæ, quia ẽm essentiam dependet à corpe. Tertiũ verbũ Alex. intelligit, ꝙ. s. intellectus sit impmistus respectu intelligibiliũ, non ãt respectu corporis, simili rõne intelligit vltimũ verbũ. Hæc Alex. & pro eius opione sectatores dixerũt de verbis Aris. De demrõne, quã Auer. finxit, patuit primo ꝙ illa non est Arist. neq; ẽt rñsio ad illam, quã finxit esse Alex. est Alex. licet verba de præparatione sint Alex. nõ tñ ad illud propositũ, sed est illius cõmẽtum, quod Auer. finxit de suo sale. Præterea. Patuit ꝙ illa demrõ, vt formatˀ ab Auer. friuola est, & eius maior, & minor sunt falsæ. Ad alias rões, dicere solitus sum, ꝙ ad euitandũ primam rõnem Alex. posuit intellectum agentẽ Deum, vt eius lumine attolleret intellectus mãlis, & vniuersaliter reciperet, quod in se est singulare, ceu diaphanum lumine solis affectum attollitur ad suscipiendum spẽs colorum. Scđa ratio deleta est, quia non ois virtus mãlis est organica ẽm Alex. nisi per organũ intelligatur subm̃ mãle. Tertia & quarta deletæ sunt, quia nec aĩa, nec intellectus necessitate naturæ fiunt, nisi intelligendo modo, quo dictũ est per nãm agens naturale, cuius virtute intellectiuam aĩam asserit Alex. esse factã. Sed certe hæc Alex. defensio friuola est, cum. n. Arist. dicet intellectum esse separatum, & solum immortalẽ, non põt intelligere de agente, quia statim soluit dubium, cur non reminiscamur post mortẽ, si intellectus est immortalis, rñdet qa intellectus quo intelligimus, est impassibilis, intellectus vero passiuus: est corruptibilis, vbi patet ꝑ passiuum intellectum non intelligere intellectum mãlẽ noeticum, sed dianoeticũ, alioqui nec qõ, nec solutio fuissent ad propositum. Scđm verbum Arist. Alex. non põt defraudare, quia licet Arist. velit intellectum esse separatum separatione organi, tñ ex hac separatione organi sequit̃ separatio essentiæ, vt eo loco dicemus. Alia verba ẽt non bene legit: quia licet Arist. loquatur de impermistione cũ intelligibilibus, ex hac tñ sequitur impermistio simpliciter, vt dictum est, non ergo bene verba Arist. intelligunt. De demrõne vero patuit, quo pacto illa sit intelligenda, concedo. n. demrõnẽ illam, vt eam excerpsit Auer. non fuisse Aristo. nec vt eam composuit Auer. assero valere, sed ego sic composui, oẽ recipiens aliquid vniuersaliter & abstracte, obiectiue vel subiectiue: quod in se est simpliciter mãle ac singulare: est simpliciter immãle. Hæc. n. patet notis terminis, nec eget alia probatione, nisi expõne terminorum. Sed intellectus recipit aliquid vniuersaliter & abstracte obtiue vel subiectiue, quod in se est simpliciter mãle, vtpote vniuersalia q̃ ante intelligere sunt simpliciter singularia, ac simpliciter mãlia. Hæc. n. vniuersaliter recipit vel subiectiue: vel obiectiue, ergo intellectus est simpliciter immãlis. Hęc rõ licet non sit ad verba Arist. tñ remote ex eius verbis põt colligi: hanc reputo demrõnẽ in hac mã, & quidem à posteriori, alias rões in libello de immortalitate aiæ confecimus, vt postea dicemus. Quæ vero de agente intellectu diximus pro defensione Alex. non cogunt. Iõ argumentor ꝯ intellectum agentẽ quidem quia Alex. vult eum esse Deũ, mõ hoc stare non põt, quia vel Deus est intellectus agens vt concurrit ad productionẽ intellectionis vel intelligibiliũ: vel vt concurrit ad illuminandum mãlem intellectum ac ad eum attollendum, non ad productionẽ intellectionis, vel intelligibilium, quia vel concurrit per vniuersalem influentiam, ac causalitatẽ, qua concurrit ad oẽm actionẽ, & tunc oportet ponere agens particulare, non. n. ab agente vniuersali ꝑ vniuersalẽ rationẽ cãndi, ac per vniuersalẽ influentiã, qua cõcurrit ad oẽm actionẽ, põt aliqđ agere sine ꝓximo, & particulari agẽte, Præterea. Per hãc vniuersalẽ rõnẽ cãndi nõ magis erit intells̃ agẽs: q̃ sensus agẽs, vel qđuis aliud agẽs, vel cõcurrit ꝑ particularem influentiã atq; particularẽ rõnẽ cãlitatis: & hoc dici nõ põt ẽm phos, qa ẽm eos Deus particulariter, & ĩmediate nihil agit, imo, vt catholici dixerũt, Deus cũ agit ĩmediate, agit mere cõtingẽter & volũtarie qđ nõ diceret Ale. est. n. diuulgata pipateticorũ propõ, ꝙ à simplici & pura subã, q̃ necessario agit, nihil noui fit. Deus ergo nõ põt esse intellectus agẽs: nisi vt vl̃e agẽs, & vt sol, ergo oportet dare aliũ particularẽ intellectũ agentẽ: vt posuit Auer. q fit ꝓprius hoi, de quo postea. Q. vero nõ cõcurrat ad illuminãdũ atq; ad tollẽdum mãlẽ intellectũ, declaro, qa illud lumen, ꝙ ab eo diffundit̃ (cũ recipi nõ possit nisi in ipso mãli intellectu, alioq non ipse attolleret) vel est res singularis, vel vl̃is, si singularis tũc intellectus ꝑ illud nõ poterit attolli ad recipiẽdũ vl̃e subtiue vel obtiue, vt cuilibet sani capitis patet. Si vl̃is, ergo res vniuersalis simpliciter reciperetur vt in subto in re pticulari & mãli. Hoc ãt falsum est: qa oẽ ꝙ recipit̃ in aliquo, recipit̃ ꝑ modũ recipiẽtis. mõ intellectus mãlis est singulare & singulariter receptiuũ. ergo illud lumẽ erit singulare. ergo nõ subleuat intellectũ ad recipiẽdũ vl̃ia obtiue vel subtiue, accedit ꝙ si illud lumẽ est vniuersale, qua rõne intellectus mãlis pt̃ ĩmediate illud subtiue recipere, eadẽ rõne & oẽ aliud vl̃e mãle obtiue vel subtiue: nõ. n. video maiorẽ rõnẽ in vno q̃ in oibˀ. Scđa ẽt rõ, vt mihi vr̃, est demr̃atiua, qa ẽm Aris. ois virtus mãlis dependens à corpore ĩ esse & in conseruari, dependet ab eodẽ in opõne, oẽ aũt taliter dependẽs à corpe, vel est virtus egẽs corpe: vel eius aliqua particula, vt organo, quo eius opatio pficitur, nullus enim vnquam negauit hanc. At intellectus nec parte corporis, nec toto corpore eget, vt organo ad intelligendum,

Auer. argumẽta contra põnẽ Alex. de intellectu agentẽ. Tex. cõm. 20. Tex. cõm. 6. Tex. cõm. 4. Tex. cõm. 3.

Quã ꝓ se Alex. dicat.

Quæ sectatores Alex pro eo dicant.

Refutatio.

Defensionis Alexandro. Tex. cõ. 20

Contra Alexã. de intellectu agente.

gēdum, vt probat Arist.& patet per experientiā, quia licet egeat corpe, vt obto; nemo tñ asserit eum egere corpe vel corporis parte, vt organo: De alijs rōnibus non est curandum, nobis autē pro pñti doctrina satis hæc sint. Ad argm̄ vero fortissimum: pp ꝙ Alex. lapsus est ad errorem non facilis est solutio. Erat.n. hæc rō, quæ fieri potest de intellectu, & de intellectiua aīa. Si intelł's vel intellectiua anima est numerata, ergo est forma mālis, vel corpus materiale. tenet argm̄, quia principia indiuiduationis formæ est mā cum dispositionibus, & principia indiuiduationis compositi sunt materia, forma, dispositiones qualitatiuæ & quantitatiuæ, ergo si intellectus est numeratus erit virtus indiuidualis, ergo principium eius esse indiuidualis erit materia cum dispositionibus, quare erit gñabilis & corruptibilis. Accedit ꝙ oē, quod dependet ab aliquo in esse indiuiduali, dependet ab illo in esse: cum esse indiuiduale sit esse, imo esse simpliciter; sed intellectus cum non sit numeratus: nisi pp materiam & dispositiones, ergo dependet in esse simpliciter à materia cum dispositionibus. Plotinus dicit ꝙ animæ sunt numeratæ proprijs idiotropijs, quatenus vna anima creata est quadam idiotropia qua ita est huius corporis, ꝙ nō alterius, & sic non sequitur eam in ipso indiuiduali esse actualiter dependere à corpore. Sed quæres quid est illa idiotropia: qua est numerata in sua spē, & ita per illam respicit hoc corpus: ꝙ non aliud? Quidam existimant illam esse proprietatem indiuidualem, quæ ab eis ficto verbo dicitur hæcheitas, siue hæcceitas, qua anima est hæc in illo priori, in quo intellectualiter ante vel post corpus. Sed hoc stare non potest, quia si intellectiua anima in illo priori in quo præcedit natura vnionem ad corpus, vtpote cum est terminus creationis, esset per se hæc: non per corpus, nec per habitudinem ad corpus, tunc est hoc aliquid, & indiuiduum completum in sua specie: & sic eius vnio ad corpus esset accñtalis, & non substantialis. Diuus ergo Expositor, vult per idiotropiam esse intelligendum habitudinem ad determinatum corpus, non.n. pōt esse aīa intellectiua terminus creationis, in aliquo priori; in quo non dicat habitudinem ad certum, & determinatū corpus. Creatur.n. aīa cum suo numero, & diuersa ab alia aīa. ergo propria habitudine ad suum corpus, ꝙ perficitur, vel apta est perficere, qua ratione concedo, ꝙ aīa dependet in esse indiuiduali à corpore, vel cui inest, vel cui apta est in esse, quia creata est cum illa aptitudinali dependentia, & cum infertur ergo dependet à corpore in esse simpliciter. nego ꝯñtiam. sicut.n. nō sequitur, paries inesse albo dependet ab albificante. ergo in esse simpliciter, sic in proposito aīa dependet, in esse numerato: ac indiuiduali à suo corpore: ergo dependet in esse. nego ꝯñtiam. & cum dicitur ꝙ esse indiuiduale est esse simpliciter: nego hanc assumptionem. Non.n. particula continui nunc diuisa, quia dependet à diuidente in esse distinctio ab alijs partibus: dependet simpliciter à diuidente: imo ſm Arist. 2. Elench. esse hoc, vel hic, vel in hoc tpe est esse ſm quid. Sed dices prius anima est hæc, q̄ dicat habitudinem ad hoc corpus, quia habitudo est respectus indiuidualis, & accñs, oē autem accñs, s. indiuiduale supponit indiuiduationem subti, ergo prius anima est hoc: q̄ sit hac habitudine apta perficere hoc corpus. Dicendum ꝙ habitudo non est accñs, nec relatio pñtalis, sed est respectus transcendens, qui est idem ꝙ aīa apta hoc suū corpus perficere, & sic non prius est hæc, q̄ apta hoc corpus perficere. Sed dices adhuc fortissime, quia positione data, tunc æternum dependeret à corruptibili, intellectus .n. est æternus: & ſm veritatem dependet inquantum est vnus numero à proprio corpore. Dicendum non esse absurdum aliquod æternum à parte post, ꝙ incipit, per habitudinem ad corruptibile, dependere in esse ſm quid à corruptibili: non aūt in esse simpliciter. Adhuc objicit Pōpoñ. in eo libello, in quo pollicetur se defendere ab argumētis nostris: quæ fecimus in lib. de imortalitate ꝯ ipsum. Primo quia non posset euitari opinio Pla. qui ponit aīas esse factas numero diuersas ante corpora, quia qua ratione poterunt animæ remanere numeratæ post corpora per has habitudines, eadem ratione poterant esse creatæ ac stare numeratæ ante corpora. Secūdo, qa à pari intelligentiæ possent esse numeratæ sub eadem spē, cum nō possint absolui ſm Arist. ab habitudinibus, quibus cœlestia corpora informant. Tertio in æterno saluantur tota spē. ergo frustra datur multitudo aīarum immortalium in eadem spē. Accedit ꝙ peripatetici in æternis non posuerunt nisi vnum numero in eius spē. Quarto quærit cām multitudinis aīarum, quæ sit sub eadem spē: non.n. illa pōt esse, vt seruetur spēs, cum in vna sola saluari possit. Quinto, cui debetur corruptio, ei debetur multiplicatio sub eadem spē. ergo cui non debetur corruptio, ei non potest competere multiplicatio sub eadē spē, multas insuper alia rationes facit: de quibus postea pro defensione veritatis. Primo videamus, de causa multiplicationis formarum sub eadem spē, deinde de causa multitudinis compositorum sub eadem spē. Quantum ad primam partem dicamus quod duplex est forma, quædā est altera pars totius compositi, essentialis: ex qua & materia resultat tertium compositum: quod est per se completum in spē, ac per se subsistens, & per se intentum à natura. Quædam vero est forma, quæ non est pars alicuius totius, sed est simul effectrix causa suæ materiæ, & finis & illius forma, è qua sua materia dependet: huius gñis est intelligentia respectu cœli. Hæc.n. est forma dans esse cœlo, è qua cœlum dependet in esse & conseruari in triplici gñe causæ: non tamen est altera pars compositi tertij essentialis. Forma vero quæ est altera pars totius essentialis est duplex, altera ab eius toto, ac materia dependens, vt formę elementorum, & cæteræ oēs quæ educuntur de potenti materiæ. Altera est, quæ est pars essentialis totius, non tamen dependens ab eius toto vel ab eius subiecto: & huius gñis sunt rationales animæ. Sed dices, cur potius rationalis anima est pars essentialis totius, & non intelligentia totius orbis: cum neutra è suo subiecto dependeat? Dicendum hoc esse pro tanto, quia anima oēm operationem, quā habet, qua forma est alicuius materiæ, vel corporis humani, ex suo corpore habet dependenter, dico, qua forma, vel qua anima est alicuius, quia non qua intellectus est, cum rationalis anima, quo intellectus est habere pōt operationē, quæ non dependet ab eius corpore, vt nunc suppono. At intelligentia qua forma est cœli, non oēm operationem habet à cœlo, cum ipsa, qua cœli forma est, habeat intelligere, & nulla ratione pp cœlum. Præterea. Intelligentia qua aīa cœli est, intelligit, & quidem intellectione, quę nō dependet à cœlo, vt nunc suppono. Ex his patet ꝙ aliter intelligentia est in spē sibi propria, loquendo de spē eo mō quo sibi competit ratio speciei. Alio modo forma quæ est altera pars totius. intelligentia.n. cum nullius sit pars essentialis, est per se in propria spē, & eius corpus sine materia est in spē per reductionem quasi per accñs pp intelligentiam. Forma vero per se ac principaliter non est in ꝓpria spē, sed solum pp id, cuius est pars: hoc est per reductionem, qm̄ compositum, cuius est pars est per se in spē. Pars vero per accñs, rōne, s. sui compositi. Ex his sequitur ꝙ causa multiplicationis formarum in eadem spē, non est nisi multiplicatio compositorum, quorum sunt partes: verum non eodem modo, quia forma, quæ dependet à suo cōposito, multiplicatur pp actualem ac dependentem habitudinem, quam habet ad corpus, cuius est altera pars. Forma vero quæ est altera pars compositi non tñ ab illo dependens, multiplicatur sub eadem spē, pp habitudinalem dependentiam: qua. s. dependet à suo corpore non simpliciter, sed quo est vna numero, & habitudinalis eius pars vt dictum est. Hæc de primo. De causa vero multiplicationis compositorum in eadem spē, non oportet laborare, quia. 1. de cœlo diximus: ibi.n. diximus cām multiplicationis eorum esse materiam cum dispositionibus, causam dico: vt materiam, vt effectricem vero diximus esse gñans aptū plura eiusdem spēi gñare. Causam vero sine qua nō, esse imperfectionē, quæ habetur ac recompensatur ꝑ gñonem, sui similis, causam vt formam diximus esse eius formam, quæ potest multiplicari sub eadem spē. causam vt finē, esse ipsum melius: hoc.n. melius est, q̄ si non essent plura indiuidua. nam compositum hac multiplicatione participat diuino & immortali esse. Tunc ad rationes eius diximus, ꝙ secus est ante, & secus est post: cum.n. anima creat ipsa fit,

Margin notes (left column): De argumento fortissimo Alex. — Responsio Plotini habetur lib. de intellectu nostro. 3. tract. 4. ca. 31. hæc est etiam Proculi. — Quid idiotropia. — 1. expō. — Refutatio. — 2 expositio diui Thomæ. — Instantia. — Responsio. — Replica. — Responsio. — Cap. 21. Pompon. argumenta contra immortalitatē animæ.

Margin notes (right column): Dilucidatio. — Forma duplex. — Dubitatio. — Solutio. — Dilucidatio. — De cā multiplicationis compositorum eadem specie. — Rñsio argumenta Pōponatij.

ipsa fit, vt pars, quia creatur imperfecta ac apta perfici per corpus, vel perfectione ad tps, vel perfectione simpliciter: & ita si non crearetur vt pars, non esset aia, post adeptionem perfectionis pōt stare extra corpus, quia amplius nō habet rationē partis, & pp Aris. 12. meta. ex dictis superius deducit drīam inter causas agētes, & formales, cum dicit. §Mouentes igitur causæ antecedunt. At hæ quæ sunt causæ vt ratio, & forma, simul sunt, cum. n. homo est sanus, tūc & sanitas est. Figura etiam æneæ pilæ & ipsa ænea pila sunt simul. Ecce quō vult nullam formam esse ante suum compositum, cuius est forma. Statim querit an sicut nulla forma est ante id, cuius est forma, sic nulla forma est post id, cuius est forma, & dicit. Si vero posterius quippiam permanet cōsiderare oportet. Est ergo quæstio vtrū aliqua forma maneat post compositum. Rñdet, in quibusdam. n. nihil prohibere videtur, veluti si anima tale sit, non oīs sed mens ipsa: vt. n. omnis permaneat fortasse fieri non potest.§ Ecce quomodo Arist. clarissime ostendit nullam formam esse ante id, cuius est forma: bene tamen post id esse pōt aliqua. s. anima intellectiua. Cuius causa est quia aīa intellectiua in principio creatur, vt pars, postquam aūt peruenit ad finem, pōt ipsa remanere, quia quodammodo nacta est rationem completi in spē. Vtrum vero finem illum post mortem seruet, hoc non est nunc pertractādum.

Te. c. 16. et 17.

Responsio ad secundam.

Ad secundam patuit sol. quia primo dici pōt ꝙ intelligentia, licet dicat habitudinē essentialem ad aliquod corpus, illud tamē non est numeratum in sua spē, sed vnum numero veluti intelligentia ipsa. Secundo dici pōt: ꝙ intelligentia dicit habitudinem ad cœlum ratione qua cœlum dicit habitudinem ad ipsam, sicut Deus refertur ad creaturā, relatione qua creatura refertur ad Deum, & sic potius cœlū est in spē pp intelligentiā, quam intelligentia pp cœlum.

Ad tertiam.

Ad tertiam dictum est, ꝙ in æterno, quod est hoc aliqd, & per se subsistens & nullius essentialis pars seruatur tota spēs, & sic frustra datur multitudo, sed qñ est aliquod æternum ẞm quid quod est alterius pars, hoc non est per se in spē, sed est ratione eius, cuius est pars, & ita cum in illo, cuius est pars, non seruetur tota spēs, nec in tali pōt seruari: cum illud sit in spē pp illud. Cum vero dicitur, ꝙ peripatetici in æternis non posuerunt nisi vnum numero in sua spē, verum dicitur de æterno simpliciter, quod est per se subsistens, & hoc aliquid. At intellectiua anima nō est simpliciter æterna, nec per se subsistēs, sed facta est, vt alterius pars, cuius multitudine ipsa multiplicatur.

Responsio ad quartam.

Ad quartam patet sol. animæ fuerunt multæ in eadem spē. primo quia nulla earum est simpliciter æterna. 2. quia fit vt alterius pars, & vt depēdens habitudinaliter corpore, & sic multitudine illius ipsa multiplicatur.

Ad vltimam.

Ad vltimam dicendum, ꝙ cui non debetur corruptio, nec debetur aliqua habitudo, vt pars ad corruptibile huic non debetur multitudo sub eadem spē similiter cui non debetur corruptio, nec debetur ratio partis, ei non debetur multiplicatio. Præterea. Cui non debetur corruptio, & est per se subsistens, ei non debetur multiplicatio. Hæc satis ad argumenta eius: quia postea disputabimus alia.

Qō quō detur intellectio de nouo.

Post videndum est quō intellectio fit de nouo agente & possibili exñtibus æternis de mente Auer. Rñdet ergo breuibus Auer. ꝙ intellectio siue res quæ intelligunt, pñt accipi, vt sunt vnum ens, & sunt veræ, vt sunt vnum ens im mundo, vt sic sunt æternæ, & non habent dependentiā nisi ab agente & possibili, vt autem sunt veræ, vt sic hñt duplicem cām phantasmata, & agentem intellectum vna cum intellectu possibili. Hæc Auer. Quam rñsionem dilucidauimus in lib. de intellectu, & in collectaneis, tñ illis non obstantibus, posset locus iste facilius intelligi, ꝙ intellectio cuiusq; rei, ut lapidis, bifariam considerari potest, vna ratione, vt vnum ens adsolute. s. non magis mea q̃ tua, & sic intellectio lapidis, & lapis apprehensus, & intellectum lapidis, & vniuersale lapidis, idem est, qm̃ intellectio lapidis est lapis obiectiue apprehensus, non qui est subtiue in intellectu, vel mediante spē, sed obiectiue, ac intentionaliter. Et isto modo vt à principalibus causis dependet ab intellectu possibili, vt à materia obiectiue illam recipiente, & ab intellectu agente, vt à causa disponente intellectum possibilem, vt postea dicemus. nā intellectio lapidis sic accepta nec à meis nec à tuis phantasmatibus depēdet. Alia ratione intellectio lapidis considerari pōt, vt vera, & sic considerat̄, vt mea, vel tua. Sed dices cur, vt vera, est mea, vel tua? Dicendum, quia intellectus circa lapidem non cō ponit, nec diuidit, vt postea probabitur. Nulla. n. substātia separata cōponit, aut diuidit, aut syllogizat, sed apud Auer. cogitatiua componit & diuidit & syllogizat, vt oēs etiam græci asserunt, ergo intellectio lapidis, vt vera vel falsa, est mea, vel tua, & sic dependet ab intellectu materiali ratione terminorum vniuersaliter conceptorum, & à phantasmatibus, siue singularibus phantasiatis, quæ cogitatiua cōponit aut diuidit. hoc enim modo intellectio est noua, & alia est mea, alia tua.

Dubitatio. *Solutio.*

Dubitatio.

Sed dubitatur primo, quia intellectio lapidis, vt est vnum ens simplex, est vniuersale apprehensum, sed vniuersale apprehensum non pōt esse sine singularibus apprehensis ab interioribus sensibus, destructis. n. primis substantijs impossibile est aliquid aliorum remanere. ergo non pōt esse intellectio lapidis sine phantasmatibus.

Solutio.

Dicendum ꝙ vniuersale apprehensum non potest esse sine singularibus phantasiatis, quia sine phantasmate nequaquam intelligit anima. ergo phantasmata erunt causa sine qua non, imo idem est singulare & vniuersale, singulare quidem vt sentitur, & phantasiatur saltem obiectiue, vniuersale vero, vt apprehenditur obiectiue ab intellectu, & sic non est intellectio lapidis sine phantasmate, non tñ dependet ab illo, nisi tanquam causa sine qua non.

Phantasma dupliciter capi.

Potest enim phantasma bifariam accipi, vno modo pro similitudine rei singularis phantasiatæ, & sic est causa sine qua non intellectionis lapidis, quia nisi esset hoc phātasma lapidis singularis, non sentiretur per phantasiam singulare, & ita non intelligeretur lapis vniuersaliter. ergo est causa sine qua non. Alio modo potest accipi pro re ipsa singulari dū phantasiatur, & sic est vniuersale lapidis, non quo phantasiatur, sed quo intelligitur. ergo intelligere non pōt esse sine phantasmatibus quouis modo illa accipiendo, non tñ phantasmata sunt causæ intellectionis simpliciter, nisi vel sine qua non, vel quia phantasma phantasiatum est intellectio per idētitatem. Phantasma. n. obiectiuum est idem rei intellectæ, phantasma subiectiuum est causa sine qua non.

Dubitatio. *Solutio.*

Sed dices ergo intellectio lapidis absolute aliqua ratione dependet à meis phantasmatibus. Dicendum ꝙ non præcise dependet à meis, vt postea dicemus, potest. n. intellectus intelligere lapidem sine meis, & sine tuis phantasmatibus, & sic de singulis, non tamē sine hominis phantasmatibus, vt postea dicetur. Secundo dubitatur quo modo pōt homo vniuersaliter componere propositiones intellectu illas non componente, nec cogitatiua, de h̄ postea, nā declarabimus hominem posse vniuersaliter ꝑpositiones cōponere, & vniuersaliter syllogizare, dato ꝙ nec intellectus, nec cogitatiua vniuersaliter componat, aut diuidat, vel syllogizet, quod quando fiet declarabitur. Satis autem sit nūc accepisse ꝙ intellectio rei. s. lapidis quo intellectio est vnum ens simplex, principaliter dependet à duabus causis, vtpote à duplici intellectu, & à phantasmatibus hominis saltem, vt causa sine qua non, non tamen meis vel tuis. Quo vero est intellectio enuntiatiua vera vel falsa dependet principaliter à cogitatiua & à phantasmatibus obiectiue apprehēsis à cogitatiua, quæ sunt mea vel tua, & quo h̄ enuntiatiua intellectio est vniuersalis, dependet ab intellectu. Hæc pro nunc satis sint; quia vberius postea. Verū vtcunq; sit, h̄ fictio nulla est, quia si intellectio est corruptibilis qua vera vel falsa est; æterna vero, qua est vnū ens, ac qua intellectio simplex est, ergo qua vera vel falsa, erit intellecta in potentia: oē. n. gñabile ac corruptibile apud Auer. est intentio intellecta in potentia. Intelligatur ergo intellectio ab intellectu qua vera in actu, & quæritur vtrū sit æterna, vel corruptibilis. Si æterna, igitur qua vera est, erit vna numero: & incorruptibilis contra opinionē: dicebat. n. intellectionē esse generabilē & corruptibilem qua vera est, nunc vero dicitur eam intellectionē, qua vera est, esse æternam, & vnam numero. Si corruptibilis ergo actu intellm̄ erit corruptibile ꝯ Auer. qui vbiq; pro principio asserit oē intellm̄ in actu esse æternum. Præterea. Probo etiam,

etiam, q intellectio qua vera, sit æterna, quia qua vera, est intellectio compositiua vel diuisiua per cogitatiuam phātasmata componentem & diuidentem constituta: sed semp est hō cogitans; ac componens, & diuidens phantasmata. ergo qua rōne intellectio vt simplex est æterna, quia hoīes æternaliter phantasiantur simpliciter, sic intellectio, qua vera est, erit æterna, quia scīa est perfecta & æterna; quia hoīes sunt æterni & numero æquales: qui semper æqualiter phantasiantur. Præterea illa intellectio quæ considerantur vt vna, vel competit intellectui per eius essentiam, vel vt saltem obiectiue perficitur à phantasmatibus existētibus in sensibus interioribus, non per essentiam, quia tūc esset opinio Them. ergo vt pficitur à phantasmatibus existentibus in nobis, sed illa sunt gñabilia, & corruptibilia, & æterna ꝯm spēm, ergo illa intellectio erit æterna ꝯm spēm, & corruptibilis respectu nostri: & sic nulla dr̄ia erit loqui de intellectione, vt intellectio, & vt vera, qm̄ vtraque erit æterna ꝯm speciem, & gñabilis ꝯm numerum & sic distinctio friuola fuit. Hæc tria satis, qm̄ demōstrat contra Auer. vtrum de his postea.

Quæsita tria.

Deinde super illo verbo Auer. q ex intellectu & intentione intellecta, fiat magis vnum quam ex mā, & forma. Quæritur primo cur ex intellectu & intelligibili nō fit tertium, nec ex intelligentia & orbe, sed ex materia, & forma gñabili fit tertium. Secundo quæritur vtrum intellectū & intellectus dici possint partes illius aggregati, similiter intelligentia & orbis partes cœli. Tertio pp quid fit magis vnum ex intelligentia & orbe, & ex intellectu & intelligibili, quam ex materia & forma gñabilibus. Ad primam dicendum, q ideo ex intellectu & intelligibili non fit tertiū: quia intellectus & intelligibile non sunt inuicem causæ simpliciter ꝯm esse, sed intellectus est causa simpliciter ꝯm esse ipsius rei intellectæ, & non econtrario. Similiter intelligentia est simpliciter causa ꝯm esse ipsius orbis, & non econtrario, & ideo non ex æquo concurrunt ad causationem tertij, sed alterum tm̄ est causa alterius, videlicet, intellectus rei intellectæ, & intelligentia sui proprij orbis. Ex hoc patet ad secundam: non.n.pōt intelligentia esse pars cœli, nec res intellecta pars intelligentis: qm̄ ex eis non causatur tertium, cuius existentia sint, nisi sumatur pars æquiuoce pro eo quod est aliquid alicuius: non.n.ex causa & causato fit aliquod totū, cuius vel causa sit pars, vel cātum sit pars: pōt tñ ex eis fieri quædam vnio, cuius nec causa est pars, nec cātum, nisi sumendo partem transcendēter, pro eo, quod est aliquid alicuius. Intelligentia.n. licet non sit pars vnionis, est tñ illius vnionis aliquid. Ex his patet cur fit magis vnum ex intelligentia & orbe, & ex intellectu, & intellecto, q̄ ex materia & forma gñabili, fit.n. magis vnum, quia indissolubiliter vnum, quia cum non sint sibi inuicem causæ ꝯm esse, intelligentia erit causa orbis & intellectus rei intellectæ, & non econtrario. Indissolubiliter vero, quia cum non sunt inuicem causæ, intelligentia erit causa orbis, & non econtrario, & intellectus rei intellectæ, & non econtrario: & sic intelligentia non erit forma dependens à suo subto, nec cōstituta in esse per illud: quare erit forma æterna, & indissolubiliter vnita suo orbi, simili rōne de intellectu respectu rei intellectæ. At cum ex forma & materia resultat tertium, hoc est qm̄ sunt sibi inuicē causæ, & sic forma depēdet à materia, & erit corruptibilis. Secundo ex intellectu & re intellecta fit magis vnū, quia non pp tertium, quod ex eis resultet, sed propter se.s.quia intelligentia orbi vnitur vnione, quæ est ipsa intelligentia vnita. Hæc pro opinione Auer.

Rñsio ad quæsitum primum.

Rñsio ad secundum & tertiū.

Vtrum philosophia æterna sit, Auer. rōnes affirmatiuas.

Vlterius videndum est de eo quod supponit Auer. pro solutione secundæ.q. videlicet, vtrum intellectus speculatiuus sit perpetuus, & intelligo per intellectum speculatiuum pro pñti ph̄iam, quæ est scia necessariorum, aut eorum, quæ sunt per se. Et licet de re hac postea dicemus, tñ nūc videamus vires Auer. Tribus ergo rationibus probat Auer. æternam esse philosophiam, quæ est scientia veritatis tanta, quanta est intellectui possibilis. Primo quia artes sunt perpetuæ, quæ sunt necessariæ vitæ humanæ. ergo philosophia, quæ est tota veritatis cognitio. Argumētum patet, quia artes sunt de necessitate, quatenus sunt nobis necessariæ, vt sumus animalia mortalia, philosophia est necessaria hoī, quo est aīal intellectuale. ergo ph̄ia est magis de perfectione vniuersi. quare si artes sunt necessariæ, sine quibus mundus stare non pōt, cognitio veritatis erit magis necessaria.

Rō prima.

Secunda ratio colligitur ex verbis Auer. quia philosophia siue cognitio veritatis, vel intellectus speculatiuus, qui idem est, est perfectus in maiori parte sui subiecti, sed maior pars sui subiecti est perpetua. s. genus humanum ꝯm peripateticos.

Secunda.

Tertia colligitur, quia ph̄us fit à ph̄o sicuti homo ab homine, sed homo semper fuit ab hoīe. ergo ph̄us semper fuit à ph̄o, ergo cognitio veritatis nunquam incepit. Et si dicitur hoc est ꝯ historias, quæ tradunt genus humanum primo fuisse rude, postea artes, & scientias ad vsum & ad perfectiones esse inuentas. Innuit sol. Auer. scīas & artes fuisse regionatim inuentas, non āt simpliciter. Cepit.n. cognitio veritatis in hac nostra septētrionali regione quæ simpliciter non incepit, quia potuit eius integritas seruari in ea regione, quæ est ad meridionalem polum, cum in vtraq; parte fieri possit conueniens habitatio, vt declaratum est in meteorologia, & Ari. affirmat. Attamen in vniuerso fuit perpetua, licet regionatim possit recipere, & desinere, sī Auer.

Tertia.

Supposita pro rñsione ad rōnes Auer.

Quæ defensio est mera fictio, nec mirum, quia pō eius est fictio. Aris.n.2. polit. inqt putandū est illos priscos hoīes, siue ex terra geniti fuerint, siue ex corruptione aliqua seruati seminis, fuisse ignaros, & imprudentes, qd̄ de terra natis dr̄. Ecce qūo Aris. voluit aliqñ genus humanū fuisse ignarū, ac rude. Idē Plato lib. de legibus, & in Timæo & in rep. quasi ad verbū asserit, vnde apud Arist. & Plat. diuulgatū est artes, & scīas & opiniones infinities fuisse ortas, & infinities corruptas.

Rñsio ad primā rōnem Auer.

Tunc ad rationes. ad primam patet sol. quia est directe ꝯ Arist. & Plat. quod assumitur, quia siue humanum genus cepit, siue non, cognitio veritatis fuit in hominibus simpliciter orta, quia post vniuersale diluuium homines fuerunt rudes, & ignari, ꝯm eos rudes quidem, quia inertes. ignari vero, quia sine cognitione veritatis. Cum vero dicitur hominum genus viuere artibus & rōnibus, dicitur hoc esse verum, cum viuunt ciuiliter. At primi homines vixerunt quodam modo recti à nā ferino more, vt cætera animalia. Q. vero fuerint ignari, patet, quia Arist. 2. huius asserit animam diutius stetisse in ignorātia, q̄ in scīa, & loquitur vniuersaliter.

Cōm. 11. Ad secundam.

Ad secundam dicendum maiorem partem hominum, in qua intellectus posset esse perfectus, non esse sempiternam, quia qñque fuerunt homines valde pauci, inertes, rudes & ignari, vt dictum est, in quibus intellectus non potuit esse perfectus.

Ad tertiam.

Ad tertiam dicendum, q ph̄us dupliciter fieri pōt, aut per doctrinam à præceptore, velut homo ab homine, aut per inuentionem, vt Arist. Asserit. 1. poste. & hic esse pōt à seipso, quia mediantibus sensibus & lumine naturali intellectus potest deuenire ad quædam prima ex quibus deducit quædam postea p manus, vt Aris. asserit primo & secundo poster. & 2. meta. Negatur ergo ph̄um fieri non posse nisi à ph̄o, cum non sit verum, nisi de philosopho, qui fit per doctrinam vel disciplinam traditam à præceptore. Primi.n. philosophantes ad cognitionem veritatis processerunt à se ex ipsa admiratione. 1. meta. Verū de his in meteorologia, & in lib. de cœlo, & in proœmio physi. auscul.

Bona rōnes contra Auer.

Q. vero hæc sit veritas, argumentor sic: si nullus homo est intellectus, nihil penitus de veritatis cognitione hr̄, & ita intellectus speculatiuus erit omnino corruptus. Sed añs est pōle: quilibet.n. homo pōt non esse, ergo pōt esse q nullus homo sit. ergo possibile est intellectum speculatiuum non esse, & ita intellectus speculatiuus erit corruptibilis simpliciter, si erit corruptibilis corruptione nostra non ergo pōt esse æternus ex parte intellectus, & vnus, & corruptibilis ex parte nostra. Præterea Si nullus hoc cogitat, intellectus speculatiuus nihil est, añs est possibile. ergo & ꝯñs: ergo intellectus speculatiuus erit simpliciter corruptibilis pp nos: & nullo modo æternus ratione intellectus. Præterea, si omnis homo dormit, intellectus speculatiuus nihil est, quia in suba separata possibile & esse sunt idem. ergo non esse & impossibile idem. Añs autem est possibile, ergo & ꝯñs. Q. vero añtia harum rationum sint possibilia, patet: quia quælibet singularis est possibilis,

& altera alteri non incompossibilis, ergo vniuersalis erit possibilis: verum de his postea. Nunc vero satis sit declarasse has pñtias firmari in eo quod Auer. dicit.s. ꝙ destructis indiuiduis apprehensis, intellectus speculatiuus destruitur, quia omnibus illis destructis, vniuersalia destruũtur. Q. autẽ illa destrui possint: probauimus tribus rõnibus primo, si nullus homo est. 2. si nullus homo cogitat. 3. si oĩs homo dormit. In causis. n. per se si hoc est, illud est: & si hoc non est, illud non est, quare cum sequatur nullus hõ est, intellectus speculatiuus non est, & si maior pars hominum est, intellectus speculatiuus est. ergo intellectus speculatiuus dicitur æternus & corruptibilis simpliciter ꝑ nos, & nullatenus ratione intellectus materialis.

De cõpõne intelligentiarum.

Vlterius recensendum est aliquid de compositione intelligentiarum, an. s. intelligentiæ componantur ex actu & potentia, vt Auer. dicere videtur. Et vr̃ ꝙ non, quia tunc nulla intelligentia esset simplex. Pro dissolutione igĩ supponamus oẽm intelligentiam, imo omnem rem, quæ est citra Deum, ab eo recedere ac deficere, similiter & ipsam materiam, quæ pro nunc, exempli gratia, dicatur non gradus entis. Ex hac suppositione accipĩ, ꝙ id quo vnaquæq; res deficit à Deo, defectus diuinę perfectionis est. nam eo defectu & intelligentia, & vnaquæq; res, à diuina perfectione deficit. Id vero, quo materiam, atq; non gradum entis excellit, actus, & perfectio dicitur. Secundo accipiamus ꝙ talis defectus, quo vnaqueq; res deficit à diuina ꝑfectione dici põt, & negatio, & priuatio, & potentia. Negatio quidem ratione habita ad ipsam rem quæ deficit, est. n. hic defectus in re ipsa deficiente carentia diuinæ ꝑfectionis, quam habere nõ põt in eo ꝙ illa res verbi cã. defectus, quo intelligentia lunaris deficit à perfectione diuina, ratione habita ad intelligentiam deficientem, quia illam nec habet, nec habere põt in eo ꝙ lunaris intelligentia, negatio est, rõne habita ad cõe genus ipsi⁹, quæ deficit, & ipsi Deo, à cuius perfectione deficit, priuatio & potẽtia dicit. Priuatio quidẽ, quia est carentia in subto apto nato rõne gñis: non. n. lunari intelligentiæ repugnat diuina perfectio sub ratione gñis, quod est ens, veluti talpæ sub ratione animalis non repugnat visus: qua ratione potẽtia dicitur, qm̃ lunaris intelligentia, sub rõne entis capax est diuinæ perfectionis. Patet ergo ꝙ in omni re citra Deum, & materiã est reperire potentiam quandam, qua saltem, vt ens, põt esse perfectior quam sit. Tertio accipiamus ꝙ simili ratione gradus, quo vnaquæq; res excellit non gradum entis, quicquid sit illud, actus dicitur. nam quo excellit materiã vel non gradum entis, & agit, & accedit ad formam. ergo actus dicitur. Ex his sequitur in omni re citra Deum potentiam esse, qua esse potest perfectior quam est, saltem, vt ens, & actum quo & à nõ gradu entis recedit, & quo agere potest. Tunc sequitur decretum Auer. omnẽ rem citra Deum esse compositam ex potentia & actu: verum compositum ex aliquibus bifariam est, aut compositione vnionis, aut compositione multiplicitatis, vnaquæq;. n. res cõponitur ex potentia & actu, ex priuatiuo & positiuo: non quidẽ compositione vnionis: non. n. in tali compositione actus vnitur potentiæ, nec ꝯ potentia actui, sed entitas cuiusq; rei est multiplex, quatenus ad diuersa comparabilis est, quia vt diuinæ perfectioni comparatur, est potentia, vt vero nõ gradui entis, est actus, quo fit, vt nihil aliud sit hæc compositio, quam Auer. ponit in omni re citra Deũ: nisi res ipsa ad diuersa comparabilis: hæc de compositione.

1. Suppositio. *2. Suppositio. Excerptum.* *3 Suppositio.* *Corollarium Dilucidat. Quotuplex cõpositio.* *Qualis hæc cõpõ in intelligentijs Põ Gãda.*

Dubitatio.

Vlterius quæres vtrum hæc compositio in intelligẽtijs dici possit compositio ex intellectu agente, & possibili: ita vt potentia qua deficit sit in intelligentia intellectus possibilis, actus vero quo excellit non gradum entis, sit intellectus agens. Rñdet Gandauen. ꝙ non, alioquin vnaquæq; intelligentia esset transmutabilis ab ipsis phantasmatibus. Præterea. Intelligentiæ differunt spẽ & inter se, & ab anima intellectiua, at ẽm Auer. vterq; intellectus est in omnibus vnus numero. Præterea. In oĩ re est defectus, & excessus, & sic in omni re citra Deũ, & supra materiam esset vterq; intellectus. Mihi vero videtur saluo meliori iudicio intellectum agẽtem, & intellectum possibilẽ posse accipi ẽm id, quod sunt: & sic sunt in oĩ re: qm̃ in omni re est defectus, & excessus: aut ẽm rationẽ qua sunt: & sic in sola aĩa intellectiua sunt, nam in hac sola defectus ille ꝑfici põt ab intelligibilibus: modo eatenus intellectus possibilis est, quatenus est ab intelligibilibus ꝑfectibilis, quatenus vero excessus est, quo intelligibilia potentia efficiuntur actu intelligentia, dicitur agens. Cũ igitur in nulla re citra intellectiuam animam defectus est ab intelligibilibus perfectibilis, cum in oĩ re citra aĩam defectus ille sit particularis, ac indiuidualis nullius erit capax recipere, nisi fortasse indiuidualiter ac materialiter. In rebus vero supra animam, defectus perfici nõ põt ab intelligibilibus, adeo parum ab ipso Deo deficiunt vt non egeant perfici ab intelligibilibus. Patet ergo in nulla alia re, nisi in sola aĩa, defectum esse intellectum possibilem, & excessum esse agentem. Per hæc ad rationes dicendum, ad primam ꝙ intelligentia transmutaretur ab intelligibilibus: qñ defectus ille in aĩa & in intelligentia esset eiusdem rationis physicæ, dico physicæ, quia bene est eiusdẽ rationis metaphysicæ, quia est eiusdem rõnis potentiæ in omnibus, qm̃ per illum vnaquæq; res est capax diuinæ ꝑfectionis, saltem per rationem entis. Ad secundam dicendum, ꝙ intellectus possibilis ea rõne qua est intellectus possibilis, est solum in aĩa, & ẽm fictionem Auer. vnicus in oĩbus, nam ẽm id qđ est, est alterius rationis physicæ in aĩa, q̃ sit in cæteris. Tertia ẽt deleta est, quia ẽm id quod sunt saltem sub ratione metaphysica tales intellectus sunt in oĩbus, non ãt ea rõne qua sunt.

Solutio. 1. *Solutio. 2.*

Quõ intelligentiæ intelligant.

Quo vero modo intelligentiæ intelligant, non est facile disserere: tñ pro pñti doctrina dicamus ꝙ intelligentiæ mouentes stellas, intelligunt res citra se, & supra se ẽm phos, non tñ eodem modo, res. n. citra se, intelligunt appræhensione suæ essentiæ: quia est intelligentia per suã essentiam cã oĩum eorum quæ sub ipsa sunt & citra ipsam, iõ essentia erit similitudo formalis oĩum eorũ: quorũ ipsa ꝑ essentiam est cã, & similitudo causalis ẽm oẽm rationem causæ, qua res ipsæ sunt causabiles, vel oĩ causali rationi æquipollens. ergo appræhensione suæ essentiæ intelligentia intelligit oĩa sub se. quorum ipsa est causa. Diximus. n. in theologicis ꝙ quælibet intelligentia vno intuitu appræhendit obtiue suam essentiam, & consecutiue atq; resultatiue cæteras res sub essentia: quorum per essentiam est cãlis ratio, & similitudo. nam essentia intelligentiæ est causa oĩum rerum citra se includens oẽm rationem causæ, aut illam æquiualens, qua illæ esse pñt, & est formalis similitudo illarum. Quare comprænhensione suæ essentiæ, quæ est formalis ratio, includens oẽm rationem causæ, illas non obtiue, sed consecutiue intelligunt. Si. n. obtiue illas intelligerent, vilescerent. quia intellectio dependeret saltem vt ab obto secũdario ab aliqua re imperfectiore ipsa intellectione, & cum intellectio sit intelligentia, tunc intelligentiæ dependerent saltẽ secũdarie à rebus imperfectioribus quã ipsæ sint. Patet ergo ꝙ intelligentię oĩa sub se inferiora intelligunt appræhensione suæ essentiæ.

Quõ appræhendit superiores substantias.

At substantias superiores intelligit vnaquæq; intelligentia per essentiam superiorum, hoc est intellectione, quæ est substantia superiori obtiue appræhensa: non. n. intelligentia lunæ intelligit Deum vel proximam intelligentiam sibi superiorem intellectione, aut spẽ, aut lumine causato ab illis in ipsa recepto, quia ẽm peripateticos substantia æterna, pura ac simplex accñtis subm esse non põt, ergo inferior intelligit superiorẽ intellectione, quę est res q̃ obtiue intelligit. Hoc. n. est intelligere aliquid per essentiam rei intellectæ, quæq; dicitur intuitiua intellectio, ẽm Auer. qua ratione fit, vt superior intelligentia sit sibi & inferiori obtiua intellectio, sibi quidem per essentiam atq; identitatẽ. Inferioribus vero intelligentijs per copulationem non quidẽ realem sed intentionalem ac obtiuam. Huius vero rei cã est defectus ille, quo intelligẽtię deficiunt, & ab ipso Deo, & à singulis superioribus, modo quo causatum semꝑ deficit ab eius cã, ratione. n. huius defectus quælibet inferior est intentionaliter ac obtiue à superiori perfectibilis: non ergo ab ratione Auer. lib. d. d. asserit inferiorem intelligentiam superiora intelligere intellectione, quæ est causa intelligentis: inferiora vero intellectione causæ rerum intellectarum. Ex his sequitur ꝙ Deus à nullo intelligibili ꝑfici põt

Causa.

De intellectione Dei.

ci pōt nec realiter, nec intentionaliter, cum in eo nullus sit defectus: quo perfici possit. Recte ergo dixit Auer. cōpositionem ex potentia & actu esse in omni intelligentia intelligente aliud, qm̄ nisi in ipsa intelligentia esset defectus, non posset perfici ab alijs intelligibilibus. quia igitur in Deo nullus talis defectus est, ipse non intelligit nisi se obtiue, cætera vero, quorum est cā, intelligit apprehensione suæ essentiæ consecutiue, quæ essentia est formalis ratio, ac cālis oīum rerum. Hæc sunt, quæ peripatetici arbitrantur, an vero ita sit in theologicis abūde disputauimus, nunc vero vt peripatetici locuti sumus. Animaduerte de mente Auer. ꝙ anima intellectiua intelligit se & suum agētem intellectum in illo priori, in quo præcedit copulationem sui. i. cum sphæra humana, & cū vno dato hoīe, & hoc per essentiam. ita ꝙ eius essentia, quę est intellectus agens, est sua comprehensio, & in tali comprehensione non oportet animam esse denudatam à re intellecta: cum non fiat ꝑ receptionem, sed per essentiam, & intelligit res māles vīr, & ab illis oportet vt sit denudata realiter & intentionaliter. Dico realiter, quia non debet esse aliqua res materialis, sicut ea sunt, quæ intelligit. Dico intentionalr: quia nō debet habere spēm aliquam quasi sibi inditā à nā, per quam illas intelligat, vt dictum est, qm̄ intellectus agens, quem præhabet, non est medium receptiuum, sed dispositiuum: nec est spēs cālis ac formalis rerum, quas intelligit, cū non sit cā rerum per suam essentiam. Tu vero animaduerte h, quia in collectaneis erant obscure dicta.

De intellectu agente.

Quæstio 2. an intellectus sit substantialis forma humani corporis.

Vlterius recensendum est vtrum intellectus siue anima intellectiua sit subalis forma humani corporis, Gandauensis inter Auerroistas non mediocris sectator asserit intellectiuam aīam esse immortalem, & esse subalem, & formā humani corporis implicare ꝯdictionem: quia ꝭm eum hæc ꝯñtia est necessaria intellectiua anima siue intellectus est subalis forma humani corporis: ergo est genita & corruptibilis. Propterea asserit animam intellectiuā esse hominis formam assistentem, & non informantem, vniriq; corpori ꝭm operationem, non aūt ꝭm esse. Pro hac parte multæ sunt rationes quas nos in lib. de intellectu fecimus. Et pro pñti doctrina argumentor, omnis forma quæ existit exñtia totius corrumpitur corruptione totius compositi, cuius est forma: hæc est ꝑ se euidens. Sed forma informās materiam existit exñtia totius, ergo corrumpitur toto cōposito corrupto. Sed anima est forma informans materiā, ergo corrumpitur corruptione totius. Q̄ vero intellectiua anima sit forma assistens corpori humano, declarat, qa ei vnitur ꝭm operationem. primo quidem quo agens & patiens sunt vnum in operatione. Secundo per modum quo artifex vnitur instrō. Tertio per modum quo mobile vnit̄ motori: intellectus. n. patitur à phātasmatibus, quæ sunt aliquid humani corporis: ergo vnitur nobis mediantibus phātasmatibus, vt patiens agenti. Amplius intellectus moueт̄ apud ipsum à phantasmatibus, vt mobile à motore, ergo vnitur nobis mediantibus phantasmatibus vt mobile motori. Rursus intellectus vtitur corpore, vt instrumento, ergo vnitur nobis vt artifex instrumento. Quare ex intellectu & homine fit vnum ꝭm operationem tribus rationibus: & ita erit forma humano corpori assistens, & non ipsum informans. Quo vero modo assistat intelligentia orbi, & aliter quam anima intellectiua homini, lib. de intellectu disputauimus.

Lib. 2. tract. 2. cap. 15
Lib. 1. tract. 2. cap. 10.

Hanc pōnem, q̄ Ioan. Gandauen. Auerroi. imposuit, eidem antiqui nostri fere oēs imposuerunt, vt Thomas, Albertus, Egidius, & alij. Sustinuit vero hanc pōnem Gandauensis, & pro opinione omnium peripa. & pro veritate ipsa: licet dissimulet hec se opinari. Et quanquam pōnē hanc lib. 1. de intellectu refutauimus, pōt etiam nouis rōnibus refutari. primo, quia hac positione concessa, humanum corpus non esset proprium sub̄m intellectus, sed locus animę intellectiue, quia cum anima intellectiua non sit in humano corpore, vt forma informās, sed solum ꝭm operationē, cum sit substantia separata, erit in nostro corpore, vt in loco: suba. n. separata, vt in loco, ibi est, vbi operatur. Hoc āt nullus peripateticus somniauit. Præterea. Non magis aut intimius alicui viuenti actus viuendi competit, q̄ viuendi

Lib. 1. tract. 2. cap. 10.

Tract. 2. a. c. 19. et inde per plura capita.

potentia, cum actus & potentia circa idem fiant, vt lib. de cœlo diximus. sed viuere ꝭm intelligere competit homini formaliter ꝭm Gandauensem: dixit. n. vnam esse operationē formaliter vtriusq;. s. hominis, & intellectus. ergo posse viuere quod est per intellectum inest formaliter homini, & quidem magis. Præterea. 1. de anima sit hæc ꝯñtia, si nulla est animæ propria operatio, non contingit animam ipsam separari à corpore. Cum igitur (saltem dum viuimus) nulla sit animæ intellectiue propria operatio, vt ibidem Arist. probat longo processu, quin illa dependeat à corpore, vt ēt Auer. eo loco probauit: ergo saltem dum viuimus intellectus non pōt esse forma separata ꝭm esse ab humano corpore, & illi solum assistens. Preterea. Si intellectus vnitur hoī non ꝭm esse, sed ꝭm operationē, hoc pōt esse quatuor modis, vel quia vt patiens patitur à phantasmatibus, quæ sunt in nobis cogitantibus, & hoc non. quia tunc homo cogitans, in quo est phantasma agens, potius intelligeretur ab intellectu, quam intelligeret ꝑ intellectū, probo ꝯñtiā & suppono ab eadem virtute apprehendi sub̄m à qua apprehenditur eius accñs, vt si visus apprehendit colorem exñtem in pariete, apprehēdit parietem, & suppono sub̄m cuius accñs apprehenditur ab aliqua virtute non cognoscere per illam virtutem, à qua eius accñs apprehenditur: paries. n. non videt per visum: è quo suus color apprehenditur. Tunc argumentor ꝯñtiam. nam cum intellectus patitur spēm à phantasmatibus existentibus in homine cogitante, vt illius accñtia, ergo intellectus apprehendit phantasmata per se, & cogitantem per accñs, quod est illorum subiectum: vt patet per primam suppositionem. Cum aūt nullum sub̄m apprehendat per illam virtutem è qua suum accñs apprehenditur per secūdam suppōnem. ergo homo cogitans non poterit apprehendere per intellectum, sed solum apprehendetur. Secundo modo esse pōt: qa intellectus mouetur à phantasmatibus existētibus in homine cogitante, & hoc minime, quia eodē modo pōt refelli vt primum. nam in hoc casu moueri & pati idem est. Tertio pōt esse, quia intellectus vnitur nobis, vt ars instrō, & tunc per intellectum minime intelligere poterimus, nunq̄. n. vnio artis cum instrō est tanta, vt instrm̄ formaliter possit intelligere per suam artem, nisi inter artem, & instrm̄ sit formalis vnio. Pręterea tunc intelligere ipsum erit organicum, quia expletur per corpus: vt per instrm̄ intellectus. Quarto pt̄ intelligi intellectum homini cogitanti copulari ꝭm operationem: quatenus idem est comprehensum ab vtroq;, & hoc minime, alioqui visus copulari posset diaphano illuminato ita vt ex visu & diaphano illuminato fieret vnum in operatione visiua. Siquidem idem color numero est in diaphano illuminato, & in visu. Diaphanum. n. illuminatū ita continet potentia proxima colores visibiles, vt cogitatiua continet potentia proxima intelligibilia, ergo ex visu & diaphano illuminato ita posset fieri vnum in operōne visiua, vt ex intellectu, & homine cogitante. Præterea. Accipio hominem qui est compositus ex cogitatiua & corpore, vel ita compositus per cogitatiuam cōpletur in spē vel pro complemento in spē requirit intellectum, per quē vltimo in humana spē reponatur. Nō est completus in spē per cogitatiuam: quia tunc intelligere esset homini operō extrinsecus accedens & aduentitia, & omnino accñtalis, siquidem omnis operatio quæ alicui non competit ꝑ eius propriam & specificam formam, est ei accidentalis, aduentitia, ac extrinsecus accedens, nulla. n. forma complet in spē aliquod, quod non det illi operationē competentē illi ꝭm spēm. Præterea si cogitatiua complet hominē in spē, tunc homo esset mere & formaliter brutum. deduco, quia licet cogitatiua sit perfectior cæteris gradibus sensitiue partis, non tñ exit terminum gradus sensitiui: vt. 2. huius deductū est ex textu Arist. vbi declaratum est vltimum ad qđ progreditur nā mortalis est cogitatiuum, quod constituit ꝑfectissimum brutum: vt pygmæum: vt diximus. Quare si homo non completur in spē ꝑ cogitatiuum: complebitur per intellectiuum: & ita intellectiuū erit forma ꝑficiēs, & non tantum assistēs. Propter hæc argumēta alij Auer. sectatores dixerūt ad mētem Auer. intellectū, intellectiuāq; animam esse substantialem formam hominis, quę hominē in spē

Tex. cō. 13. & inde.

Te. cōm. 2.

Alia pō Auer.

in spẽ constituit, non aũt à corpore constitui. Imaginantur .n. esse bifariam formam, alterã, quæ subm constituit, & ab eo constituitur: & hæ formæ sunt, quas Auer. vbiq; appellat virtutes in mã, mãles, ac formas in mã, dñrq; subm constituentes, quod ei spẽm & nomen, ac definitioné prębeãt: constitutæ vero p subm, ꝙ è subtis dependeant in esse, & conseruari: vtpote, quia cum subto incipiũt, & cum subto desinunt, quales sunt, & elntariæ & mistorum formæ, atq; aĩalium & vegetabilium aĩæ. Alteram vero, quæ subm quidem constituit, ab eo vero non constituitur, ꝙ ab illo nec in esse, nec in conseruari pendeat. Constituitur vero, ꝙ ab ea subm dependeat & nomen & rõnem ab illa suscipiens. Huius gñis cœlestes aĩas arbitraĩ Auer. esse orbium formas: vt lib. 2. de cœlo, & 1. auscul. physi. & 8. & lib. de Suba orbis, & alibi pluries asserit. Quare intellectum hoc pacto hoĩs formam tradunt, ꝙ hoĩem constituat in esse, & ipsum in spẽ reponat, & definitionem & nomẽ illi præbeat. Hinc dixerunt intellectum bifariam copulari nobis, vno modo per nãm: alio modo per voluntatem: vt Auer. innuit in pñti commento. Per nãm quidem quatenus è principio nostri ortus sua nã & hominis dispositione cepit esse nãlis nobis forma, dans nobis esse, quo reponimur in humana spẽ, & nomen & rationẽ, qua, sumus & hoĩes, & aĩalia rationalia. Per voluntatem vero, quatenus per voluntaté phantasmata speculamur, quibus mediantibus intellectus copulatur nobis, vt principiũ intelligẽdi: vt postea dicemus in hoc. 3. Sed ꝯ hanc positionem emergunt dubitationes. prima q. dem, quia tunc cogitatiua non erit hoĩs forma, quod cõtra Auer. vbiq;: vt cõm. 6. sequenti videbitur. Et si est tunc vnũ subm habebit plures formas ꝯ Auer. lib. de Suba orbis. Secunda quia tunc oẽs hoĩes erũt vnus homo numero, & tu esses per esse meum, & ego essem p esse tuum, & vĩr homo esset antequam esset, & deducitur ꝯñtia vt deductum est: quia oẽ compositum, cuius forma est vna numero: separata, hoc est non dependens à suo subto: est vnum numero in spẽ: vt Auer. probauit p multas rationes, & sic hõ esset antequam fieret, & tu esses per esse meum, & ego essem p esse tuum, & oĩa hæc sequuntur, si intellectus daret esse hominibus, & esset vnus numero oĩum. Præterea. Cum intellectus oĩa intelligat, si est nobis copulatus per nãm: tunc sicut homo nascitur cum intellectu sibi copulato, nascetur cum scia omnium scibilium sibi copulata. & ita scire erit reminisci: qđ Auer. vbiq; negat. Sed has dubitationes enituntur euadere, ex eo quia dicunt intellectum non esse totam hoĩs animam sed quasi semiaĩam, vel semiformam. Fingunt. n. de mente Auer. illud aĩę, quod ex semine deducitur, quod dicaĩ, gratia exempli, cogitatiuum, esse medietatem aĩæ humanæ. Alteram vero medietatem esse intellectum extrinsecus accedẽtem quod dicatur intellectiuum. Ex his vero asserunt cõstitui totam hominis animam. quæ quidem erit numerata pro numero hominum, non æterna, sed noua, licet intellectus sit vnus numero, & æternus. Per hanc ergo fictionem deletur prima dubitatio, quia dicendum est cogitatiuum ipsum nõ esse hominis totam animã, non tñ frustra est, quia est humanæ animæ, quasi altera semiaĩa, atq; semiforma, & sic subm non habet nisi vnam solã formam specificam, hr̃e vero plures formæ vnius partes prohibet nihil. Deletur scđa: quia tũc oẽs homines essent vnus numero homo, qñ omniũ hominum forma esset vna numero, mõ licet altera pars sit vna numero: tota tñ hominis aĩa est numerata. Deletur ẽt ꝙ additur: quia ergo essem per esse tuum, & tu per meum, si amborum tota aĩa ac forma esset vna nnmero, modo licet pars formæ vtrorũq; vna numero sit: tota tñ non est vna numero. Tollitur & tertia ꝙ licet intellectus copuletur nobis in principio per nãm nõ copulatur nobis, vt principium intelligendi, quia diximus eum nobis copulari non vt principium intelligendi, sed vt principium essendi. nam vt principium essendi copulatur nobis per essentiam. vt principium vero intelligendi copulatur nobis per phantasmata, esset ergo scire reminisci qñ in principio nobis vtroq; modo copularetur: & nõ statim intelligeremus motibus corporeis impediti, vt Plato ait. Q. autem hæc positio consonet dictis Auer. multifariam primo de intellectu lib. demonstrauimus. Ex his patet de mente istorum, ꝙ cum Auer. asserit in aĩa intellectiua esse has duas partes intellectum agentem, & poĩem. per aĩam non intelligit totam hominis animam, sed semiaĩam, nec intelligit p partes, partes illius constitutiuas, sed partes q. bus aĩa componitur comparatiua compositione, quatenus .s. deficit à prima perfectione, & à non gradu entis superegreditur: vt superius dictum est, & statim repetetur. Sed dubitabis: nam Auer. clarissime in hoc cõmento asserit intellectiuam aĩam esse completam, & quartum genus entis ex intellectu agente, & poĩi tanq̃ ex similibus materiæ, & formæ compositum. Præterea quid dicendum de intellectu agente ẽm hanc opinionem, vtrum ꝙ sit pars humanæ animæ, an separatus? ex hac. n. denominatione non est manifestum. Præterea. Non vr̃ qũo separata & æterna suba possit esse alicuius corruptibilis formę pars sine sui mutatione, nam sequitur, nunc est primo forma vel pars formę, & prius nec fuit forma, nec pars huius formæ, ergo mutatur. Diximus pro huius opinionis defensione aliqñ, intellectum nõ esse aĩam totam, nec esse subam in spẽ completam: cum sit hominis semianima, siue semiforma. Tunc ad rationem diximus intellectum esse quartum genus compositum ex intellectu agente & intellectu possibili, non tanquam ex re & re realiter diuersis, sed ẽm nostrum modum intelligẽdi, quo illum intelligimus ab ipso Deo recedere, & à non gradu entis superegredi, per id. n. quo è non gradu entis eleuatur, componitur ex intellectu agente, sine quo intelligibilia non intelligeret. per id quo recedit à Deo ex possibili intellectu componitur, quo ab intelligibilibus perficitur. Tunc dico eam subam esse in spẽ cõpletam, quæ ex mã & forma componitur, vel ex his similis tanquam ex re & re realiter distinctis. At quod componitur ẽm nostrum modum intelligendi ex his similibus non realiter distinctis, põt esse pars alicuius formæ totalis. De agente vero intellectu dico alterum esse quasi solem, qui ẽm Auer. est Deus. Alterum quasi lumen, qui est gradus, quo semianima illa eleuatur à non gradu entis, h̃. n. gradus se habet, vt lumen respectu alterius gradus, qui dicitur possibilis intellectus. nam sine hoc gradu, ille gradus qui est intellectus possibilis: nunquam ab intelligibilibus perficeretur. Tertia dubitatio deletur ex eo ꝙ vnio à qua cogitatiua & intellectus vniuntur, est relatio. Modo relatio potest esse noua sola mutatione facta in altero extremorum: vt. 8. physico. dicit Auer. & . 7. physi. ergo intellectus fit pars animæ humanæ mutatione facta in ipso cogitatiuo, non autem in ipso, & hoc sufficit. Hæc de secunda positione Auerroistarum, quam diffuse narraui, quia vr̃ quasi coloratior ad eius mentem. Sed hanc positionem refutauimus 1. lib. de intellectu. & . 2. huius, & etiam pro parte in hoc. 3. Nunc vero argumentamur primo. quia Aristot. regula est vbiq; ex aliquibus fieri non posse vnum per se, nisi alterum actus, alterum vero potentia sit, vt. 8. meta dicit, ergo si ex intellectiuo & cogitatiuo fit vnum per se, erit alternm eorum actus, alterum potentia. Et cum cogitatiuum ẽm eos non possit in hac compositione esse actus, erit ipsum intellectiuum actus cogitatiui: ergo vltimum hominis esse erit intellectiuum, quia est actus vltimus, cuius nullus actus est vlterior. Concesso aũt hoc tunc omnium erit vnum numero vltimum esse, & ita vnico numero esse omnes homines erunt, quare sequuntur omnia absurda Auer. vt ꝙ ego essem per esse tui, & tu per esse mei, & ꝙ homo esset antequam fieret. Hæc. n. omnia necessario sequentur, si omniũ hominum erit vnum esse numero: non enim euitari pñt asserendo intellectiuum esse partem, quia cum sit vltimum, erit totale esse, cum ab vltimo esse sumatur spẽs, nomen, & ratio. Præterea Regula Auer. 3. de cœlo contra Auic. est ex pluribus existentibus in actu specifico, nec intensis nec remissis non posse fieri per se vnum. Propterea lib. 1. physi. asserit omne adueniens enti in actu specifico nec intenso, nec remisso esse accñs, quod in hoc. 2. declarauimus. igitur cum intellectiuum, & cogitatiuum sint plura, & in actu specifico, & non remissa, ex eis nihil per se vnum fieri poterit. Præterea. Vt superius argumentati sumus, si intellectiuum posset aduenire ipsi cogitatiuo, & cum eo facere vnum p se, nulla via esset ad probandum materiam primam esse ens

Marginalia: Cõm. 3. Cõm. 63. Cõm. 52. — Cõm. 36. — Euasio dubitationum — Tract. 2. c. 8. — Dubitationes. — Defensio. — Cõm. 15. Cõm. 20. — Refutatio. põnis. 2. Tract. 2. c. 9. Te. c. vlti. — Cõm. 67. — Cõm. 69. — Cõm. 4.

ens in pura potentia:imo nulla via probari posset aliquod esse in potentia passiua: semper.n.dicerem recipiens esse actum vel in actu,vt est cogitatiuum respectu intellectiui. Præterea nullum compositum per se vnum pōt esse pars vel forma essentialis alicuius subiecti. quia si aliquod cōpositum posset esse forma alicuius subiecti: tunc nulla via posset probari aliquam esse formam simplicem primā alicuius subiecti: ea.n.via probarem compositum ex cogitatiuo & intellectiuo non esse per se hoīs formam, & essentialem. Cum igit̄ ex cogitatiuo & intellectiuo sit vnum ꝑ se compositum, tale non pōt esse forma hoīs, nec essentia eius per se. Præterea. Oē compositum per se vnum ex re & re realiter distinctis, est completum in spē, quia ex ea parte, quæ est vltimus actus: complet̄ in spē. Sed compositum ex intellectiuo & cogitatiuo est ex partibus ꝰm rem distinctis, ergo est completum in spē, & ita nullius erit pars: nō ergo pōt esse hominis forma. Præterea. Si intellectiuum posset recipi in cogitatiuo: tunc intellectus esset diuisibilis. ꝯñtia patet: quia ꝰm Auer. cogitatiuum est res diuisibilis: ergo oē receptum in eo erit diuisibile. Cum omne receptum recipiatur per modum recipientis. Hæc rō paucis mutatis est formaliter Auer. Viltoniensis ergo volens saluare intellectum esse subalem hominis formam, supponit de mente Auer. intellectum esse vnum numero, in quo tota eius spēs saluatur. Secundo supponit hoīem cōem dicere aliquam nām realem cōem oībus indiuiduis, quę non est ex se h̄, atq; indiuidua. Tunc ex his imaginatur intellectum esse per se primo formam perficientem nām illam cōmunē, ita vt nā illa cōis sit eius subm per se primo perfectibile. Scd̄ario vero esse formam oīum indiuiduorum hominis, tanquam non per se primo perfectibilium. Tunc asserit intellectum esse formam hominis subalem, & singulorum hominum: non tamen numeratorum pro hominum numero: quia pro numero scd̄ariorum perfectibilium nulla prima perfectio numerat̄: sed pro numero primorū ꝑfectibiliū. Exēplum asserit, nam vt est cōis opīo aīa ꝑ se primo ꝑficit totum hoīem. scd̄ario vero singulas hoīs partes: ꝑpea est vna in toto. & in singulis partibus, sic intellectus q̄a per se primo ꝑficit cōem hoīum nām. Scd̄ario vero singula eius indiuidua, ꝑt esse vnus numero oīum hoīum. Ex his vult indiuidua non esse oīa vnū numero, q̄a licet actus sit vnus, non tñ est primo illorū. Hæc Viltoniensis. Quę pō (vt mihi v̄r) est mera fictio primo q̄a nulla forma singularis ꝑ essentiā pōt esse forma ꝑficiens nām cōem aliquā, q̄a cum illa nā cōis sit forma totius vl̄is: tunc ex duabus formis fieret vnum ꝑ se. Præterea. Hac pōne concessa, ex intellu & illa cōi nā fieret vnū ꝑ se numero: q̄a cuius vltimo forma est vna numero id vnum est numero: vt Auer. ait 2. huius & si forma est vna numero in sua spē, cōpositum ex illa erit vnum numero in spē: vt Auer. deduxit. ergo compositum ex intellectu & nā illa cōi erit vnum numero in spē humana, & sic erit vnum indiuiduū. Præterea. Hæc pō non euitat ens in actu esse ꝑ se subm formæ subalis. nā.n. cōis est ens in actu, & forma totius, & tūc sequunt̄ oīa absurda supius inducta. s. ꝙ nulla via probari posset esse aliquā potentiā, vel aliquē primum actum. Ioā. vero Bacconitanus Carmelitanus doctor, & meo iudicio optimus interpres Auer. opinat̄ intellectum copulari nobis dupliciter. Vno mō ꝰm virtutē vel potentiā. s. quatenus sit nostra potentia, ꝑ quam intelligimus: q̄ quidem copulationē spiritualem asserit: quia hac cōicat se nobis, & se facit nr̄am potentiam, qua possumus intelligere: & dr̄ copulatio hæc spiritualis apud ipsum: non āt realis, quia ꝰm hanc copulationē intellectus non est forma humanum corpus informans, nec illi dans esse: quia tunc esset realis copulatio: iō vult formam, quæ hoī spēm præbet esse intellectum passiuum: siue cogitatiuā. Est ergo hæc copulatio spiritualis: quatenus intellectus eo ipso cum sumus, efficitur nobis spūs, & potentia. Alia est intellectus copulatio ad phātasmata, vt ad ob̄ta: quorum intētiones recipit actu immāles virtute intellectus agentis, & per hanc potius intelligit phantasmata, siue phantasiabilia quā ꝙ nos ꝑ ipsum intelligamus. Huius exemplum ponit de sensu cōi. hic.n. copulatur sensibilibus quæ nobis insunt: & nobis sensibilibus quidem, vt ob̄tis, ex quibus recipit spēs, tñ non pōt illis vt ob̄tis copulari nisi prius fuisset factus nr̄a potētia: qua indicare possemus illa: nobis vero vt potentia, & virtus, qua possemus moueri à sensibilibus. Ergo intellectus dupliciter nobis copulatur vno mō spiritualiter, qua. s. nobis fit spiritus ac potentia ad intelligēdum. Alio modo quatenus copulatur phātasmatibus tanquā ob̄tis, quæ sunt in nobis: & nisi præfuisset prima copulatio, nō possemus intelligere ꝑ ipsum, cum moueret̄ à phantasmatibus. Ex his quasi meditari v̄r Bacconitanus, quia vult non esse intellectum formam mere assistentē, cum è principijs ḡnonis copuletur nobis ꝰm potentiā, nec vult esse formam informantē: quia nō copulatur nobis in principio ꝰm essentiā vel esse, nec ēt aliquo tpe. Quare mediare v̄r, inter Gandauensem, & eos, qui posuerūt intellectum esse virtutem humanum corpus informantem. Hæc pō licet sit colorata, & fortasse non aliena à mente Auer. à mē (pace tanti viri dixerim) non est intelligibilis primo quia in substantijs separatis idem est potentia & eius essentia ꝰm Auer. ergo non pōt suba separata nobis copulari ꝰm eius potentiam, quin nobis ēt copuletur per essentiam. ergo intellectiua aīa non pōt fieri nobis potentia, nisi nobis insit ꝰm essentiam. Præterea Adhuc videtur argm̄ nostrum stare: quia si ꝰm Bacconitanum intellectus non est forma informans humanum corpus, sed intellectus passiuus, qui est virtus cogitatiua, quæ est perfectissima sensitiuarum, tunc cum per hanc virtutē homo non excedat gradum sensitiuorum, vt dictum est in. 2. huius. tunc inquam homo non erit nisi brutum pręcisè, & nihil plus formaliter. Præterea. Oē illud quod competit hoī, & non per eius propriam, & specificam formam, competit sibi per accn̄s, & vt quid extraneum, ergo cum hæc potentia intellectiua non competat hoī ꝰm cogitatiuam, quæ est sua propria forma, erit sibi per accn̄s competens. Præterea. Inter actum primum & scd̄m non datur mediū, ergo aīa cum copulatur nobis, aut copulabitur nobis vt actus primus: & sic dat esse, aut vt actus secūdus, & sic vnitur nobis ꝰm operationem, & erit positio Ioannis Gandauensis. At si copulatur nobis ꝰm vtrunq; erit positio assignata. Præterea. Quæro de virtute secundum quam nobis copulatur intellectus, vel est substantia, vel accidens. Non accidens, quia tunc copulabitur nobis intellectus ꝑ accidens, quod est ridiculum. Si substantia, ergo intellectus nobis substantialiter copulabitur, quod volo. Ex his patet positionem Auer. esse meram fictionem, quia quouis modo exponatur: est impossibilis: & ꝯ naturalem philosophiam. Teneo ergo & pro opinione Arist. & pro veritate, intellectiuam animam esse formam substantialem humani corporis, è qua est hominis esse, & operatio, ꝰm quam hō est homo, & aīal rationale, & formaliter intelligens. Q. vero hæc sit opinio Arist. probatur. 1. auctoritate eius. 2. huius. vbi facit hanc ꝯñtiam, anima est hoc, quo viuimus, & sentimus & intelligimus primo, ergo erit quædā ratio & species, modo patet eum loqui vniuersaliter de omni anima: de qua concludit illam esse formam nos informantem. non.n. video cur valeat ratio de sensitiua, & non de intellectiua. Nullibi.n. Aristot. probauit sensitiuam esse formam nostrā, nisi quia ea primo mouemur, & sentimus, ergo eadē rōne intellectiua erit forma nostra dās esse, q̄a ea per se primo intelligimus. Præterea. Hac via negata, nulla via esset ad probandum dari aīam aliquam informantem aliquod corpus, qm̄ si qua via esset, illa esset operatio, est.n. anima, quo per se primo nos operamur, sed operatio non arguit formam informantem, nam nos per se primo intelligimus, & non per intellectum, qui est nostra forma informans. Aristo. quoq; nullibi vsus est alia via cum vult probare formam aliquam alicuius, vnde eodem. 2. huius de anima loquens, inquit. Q. quidem igitur sit sicut substantia, manifestum est, & syllogizans: inquit. Causa enim ipsius esse omnibus substantia est. Viuere aūt viuentibus est esse, ergo supple viuendi causa est essendi causa, at cum aīa sit viuendi causa, ergo est substantialis forma corporis viuentis hæc Arist. vbi patet eum non alio probare animā esse substantiam & formam informantem, nisi per operationem, cuius est principium, qua via negata, nunquam poterimus

3. Pō Auer. attributa.

Refutatio.

Cōm. 7. & 8.

2. sen. di. 10. q. vnica.

Refutatio.

Te. cōm. 28.

Contra Auer. pō propria.

Tex. cōm. 24.

Te. cōm. 36. & 37.

poterimus probare aliquam animam esse formã informantem aliquid. Præterea rationi Arist. addo: sed intellectiua aia est per se primum principium viuendi. vt.n. Arist. inqt. 2. huius. multipliciter aũt ipso viuere dicto, si vnum aliqđ horũ insit solum, viuere ipsum dicimus, vt intellectus sensus & motus, & status ẽm locum, cum igitur nobis insit intelligere propter animam intellectiuam, ergo anima intellectiua viuimus, quare est substantialis forma corpis humani. Tunc ad rationem Gandauensis, concedo aĩam esse substantialem formam corporis humani: & esse partẽ, quæ subsistit subsistentia totius: non tñ existit exña totius: quia est pars non dependens in esse existentiæ à suo toto: sed totum dependet in esse existentiæ ab ipsa: & sic ratio nulla est. Si.n. dependeret in esse existentiæ à suo toto: ipsa desineret existere, desinente suo toto.

t. cõm. 114.

Consequenter videndũ est vtrum intellectus possibilis sit vnus numero in oĩbus hoĩbus. Nam licet diffuse de re hac in lib. de intellectu disseruimus tamen & aliqua pro pñti dicemus: quæ non erunt inutilia. Ariminensis vir acutissimus arbitratur non tm̃ non esse vnum numero intellectum in omnibus hominibus, sed rõnibus nãlibus probari posse intellectum esse numeratum. Argumentatur ergo, qa si vnus numero esset intellectus in oĩbus hominibus: tunc oĩum hominum esset vna numero intellectio: cuius oppositum obseruatio docet: & pñtiam probat, nam si intellectio esset alia in me, & alia in te: non esset nisi, vt Auer. dicit: quia phantasma meum est aliud à tuo. Q. aũt istud stare non possit, probat, supponendo Socra. intelligere verbi cã lapidem, & ꝙ perseueret eius intellectio. quo posito sequetur me non posse lapidem intelligere. Socra. s. intellectione perseuerante, quod est ꝯ experientiam, & probat: si possem lapidem intelligere, vel hoc erit, quia phantasma meum mouet meum intellectum ad eandem intellectionem, ad phantasma Socr. mouet intellectum Soc. vel quia mouet ad aliam. Siquidem ad aliam, vel ad aliam, quæ cõponitur cum prima quæ erat. Socra. vel ad aliã, quæ cũ illa Socrat. nullo modo componitur. Si ad aliam: quæ cum prima cõponitur tunc intellectio illa Soc. per hãc meam, redderetur intentior, & ita Soc. per intelligere meũ perfectus intelligeret id, qđ intelligebat, quod est ridiculum, & ꝯ experientiam. Sin aũt phantasma meum mouet ad aliã quæ cum illa Socra. non componit. Igitur intellectio lapidis in me & in Socr. erit numerata: & tunc argm̃ Auer. 1. probat vnitatem intellectionis. s. ꝙ si intellectus est numeratus intellectiones sunt numeratæ, & indiuiduales, esset procedens ita ꝯ vnitatem intellectus, sicut ꝯ numerationẽ. nam ad ipsum eamet sequunt, quæ ad numerationem intellectus. Q. si phãtasma meum moueat ad eandem numero lapidis intellectionem, ad quam phantasma Socrat. mouet intellectum Socr. vel mouet ad illam, quatenus eam producit ad esse, & hoc est impossibile: nihil.n. fit, qđ præerat: nec in actu aliquid fieri põt, quod in actu præfuit. Sin autem ad eandem non ipsam producendo, sed faciẽdo ipsam esse meam: quæ prius non erat mea, hoc est contra Auer. quia non esset phantasma verũ agens, nec intellectus agẽs verum agens, nec intellectus possibilis verum patiens, qa nihil noui simpliciter per illa fit: & Auer. põ esset eadem cum illa Themistij, ꝙ ipse negat. Præterea. Nos argumentamur supponendo ꝙ intellectus æternaliter intelligit lapidem, qm̃ nulla est, vel fuit, vel erit dña tpis, in qua intellectus non intelligit lapidẽ. est.n. vterq; intellectus æternus, & phantasma ẽt æternum, quod intellectum mouet ad lapidis intellectionem. est.n. species humana æterna, qua saltem successiue æternaliter imaginatur aliquod lapidis phãtasma. est ergo suppositio ꝙ intellectio lapidis sit æterna. Tunc quæro vel talis lapidis intellectio est æterna, qa vña numero intellectio, qua intellectus illum intelligit, est æterna: & tunc intellectio hæc lapidis eadem numero, quæ fuit prioris hoĩs, efficietur posterioris hominis, & ita phantasma meum nihil aliud faciet, nisi ꝙ intellectio, quæ fuit prioris hominis, fiet posterioris hoĩs. ergo prioris, & posterioris hoĩs vna numero erit intellectio: non ergo alter intellectus dicẽt agens alter patiens, nec phantasma mouebit intellectum: & redibit põ Them. Aut talis lapidis intellectio non numero, sed spẽ erit ęterna, imaginando illam intellectionem numero corrumpi corrupto phantasmate lapidis in priori homine. nouam vero fieri generato alio phantasmate in posteriori homine. At hoc dato, tunc in intellectu gñabuntur & corrumpentur intellectiones infinitæ numero eiusdem lapidis, quod Auer. negaret, quia tunc vt ipse argumentatur, ab illis intellectionibus posset abstrahi vniuersale actu, & eadem ratione illud vniuersale intelligeretur à me diuersis intellectionibus & à te, & ꝓcedetur in infinitum, quod ipse negat. Sequitur secundo, recipiens non esset denudatum à spẽ recepti, cum semper ante nouam lapidis intellectionem præsit lapidis aliqua intellectio. Præterea. Hac positione Auer. concessa, intellectus nihil intelligere posset, nisi phantasma moueret ipsum ad intellectionem, quod falsum esse experimur. Intelligimus.n. intellectiones & dilectiones nostras & præteritas, & pñtes, ad quarum intellectionem nullum phantasma mouet intellectum. Præterea. Intellectus meus intelligit se intelligere, qñ intellectus tuus non intelligit se intelligere, sicut persæpe contingit. Cũ igitur intellectus meus se intelligere intelligit: vel igitur de numero intelligere est, quo ego me intelligere ĩtelligo, & quo tu te intelligere intelligis, vel aliud atq; aliud. Si idem numero, habeo absurdum. Si aliud atq; aliud, vel erit ꝑ aliud atq; aliud phantasma, & hoc non, qm̃ ad intelligere, quo ego intelligo me intelligere, nullum phantasma rñdet: ergo erit, quia alius est intellectus meus, & alius tuus, & hoc volo. Animaduersione ergo dignum græcos expositores quasi oẽs asseruisse intellectum quo anima intelligit & sapit, esse vnũ numero oĩum: vt Them. Simpli. & Theophra. dixerunt. ex verbis vero Arist. aperte nullibi apparet, nisi quia hanc rẽ per coniecturam accepit Auer. ex quibusdam verbis Aris. 12. lib. metaphysi. vbi asseruit in his, quæ à materia non dependẽt, non esse nisi vnum numero in sua spẽ, quia vero patet apud Aristo. intellectum à materia non dependere, hinc Auer. cõiecturabiliter credidit vnitatem intellectus.

De vnitate intellectus. Gen. di. 16. & q. 1.

Cõis græcorũ positio.

Tex. cõm. 49.

Quæ positio licet sit impossibilis, rationes tamen nunc factæ, non demonstrant ꝯ illam: potest.n. Auerroista illas fugere. Vbi supponamus, ꝙ intellectus qui lapidem intelligit non intelligit lapidem intellectione, quæ est accñs .s. causatum à lapide, vel à phantasmate lapidis, vel ab intellectu agente: sed intelligit lapidem intellectione, quæ est lapis. non enim lapis appræhensus inhęret intellectui realiter, veluti color parieti, nec realiter per spẽm realiter distinctam à lapide appræhenso: sed intellectui inhæret intentionaliter veluti intelligentia superior inhæret intelligentiæ inferiori: vnde dici potest, metaphysicorum more, receptio obtiua. ergo intellectus intelligit lapidem intellectione, quæ est lapis. Secundo supponamus ꝙ intellectus non potest intelligere lapidem intellectione, quæ est lapis, nisi homo actu sit cogitans, imaginans & memorans hunc vel illum lapidem, nec homo potest per hos sensus indiuiduum aliquod speculari, quin per intellectum illius vniuersale appræhendat. Quod patet primo quia intellectus hac lege ad sensus nostros internos se habet, vt non possit illi circa indiuiduum alicuius vniuersalis speculari, quin intellectus vinculo affinitatis nãlis vniuersale illius indiuidui appræhendat: verbi causa. Si interni sensus apprę henderint indiuiduum hoĩs, si hunc hoĩem, qui est Socra. vel Plato: intellectus hoĩem appræhendet, Si indiuiduum animalis. s. hoc animal, intellectus animal appræhendet, & sic de cæteris id genus: nec alia ratio huius concordiæ est, nisi quia ille est intellectus, hi vero humani sensus. Potest esse alia rõ, quia vniuersale appræhensum est in phãtasmatibus, sicut vniuersale in proprijs & proximis indiuiduis, quia vero ita est, sine illis nec esse pñt, nec intelligi vniuersalia illorum phantasmatum. Destructis.n. primis substantijs nihil aliorum remanebit, ergo non potest lapis intelligi, nisi interni sensu phantasma illius speculentur. s. vel vinculo affinitatis, quæ est inter intellectum & virtutes illas, vel vinculo connexionis obiecti intellectus cum obiecto sensuum internorum: quia non pñt vniuersalia appræhensa esse, nisi singularia sint phantasmata, in quibus, vt in proprijs fundamentis conseruentur: est enim connexio intentionis

Defensio põnis à prioribus rõnibus.

1. Suppositio.

2. Suppositio.

1 Ratio.

2. Ratio.

tionis vniuersalis cum intentione particulari fortior connexione accñtis cum subto. 1. metaph. Ex his sequitur intellectum semper apprehendere lapidē intellectione, quæ est lapis. Probatur, quia nunquam interni sensus desinunt phantasma lapidis speculari: ergo nunquā desinit intellectus intelligere lapidē. nā quāquam interni mei sensus desinant, non desinent tui, vel alterius, cum spēs, & indiuidua sint æterna. Hoc Auer. in hac digressione aperte dixit. ait .n. imaginarias intentiones, quibus indiuidua imaginamur bifariam considerari posse. Vno modo, vt sunt huius hois determinati. s. aut Socr. aut Plat. Alio modo vt sunt hominis indifferenter imaginantis, ꝑ quas hō indifferenter imaginatur. Primo mō illæ sunt gñabiles, & corruptibiles. Secundo vero sunt æternæ: quia hō imaginans semper est. Ex his patet intellectionē lapidis dupliciter esse æternā. Vno modo, quo est ipse lapis appræhensus in phantasmatibus lapidis, vt in suis inferioribus successione ꝑpetua manens. Alio modo est æterna rōne hita ad intellectum perpetuo lapidem obiectiue recipientē. Vno vero modo tm̄ esse corruptibilē: quo desinente phantasmate lapidis in Socra. illa intellectio desinit esse Soc. Quare intellectio lapidis licet desinat esse mea, vel tua, simplr tñ nō desinit esse. non. n. desinit esse intel̃ls, cui obtiue illa inest: nec desinit esse phātasma lapidis, cum semper aliqs homo sit indiuiduū lapidis, imaginans. ergo desinit esse mea, vel tua, qñ imaginatio lapidis desinit esse. Et hoc Auer. dicebat, cum diceret ipsum intelligere, si comparetur ad subm per qđ est verum, hoc est ad phantasmata, esse corruptibile, nec intelligit intellectionem lapidis corrumpi in intellectu ac simpliciter desinere, desinente imaginatione lapidis particulari in me, & in te, sed intelligit eam corrūpi ſm quid, quatenus desinit esse tua vel mea. Simpliciter vero nō desinit, cū nec subm, per quod est vera, simpliciter desinat, nec intellectus, ꝑ qđ est ens, quia vero phantasma meū vel tuū desinit, ſm quid intellectio illa desinere vr̃. Vlterius sequitur intellectum agentem & poꝛem non esse necessarios, vt hic de nouo intellectionē recipiat, ille vero de nouo agat, cū intellectio sit simpliciter æterna. non. n. rei æternæ est agēs, vel patiēs, nisi per æquiuocationē. Intellectus. n. agens non est necessarius, vt intellectus poꝛis recipiat de nouo, sed vt recipiat intellectionē lapidis receptione æterna: nisi. n. esset intellectus agens, intellectus poꝛis nec de nouo nec æternaliter posset illā recipere, nec intellectio posset esse mea, vel tua, nisi esset phantasma meum, vel tuum. Ex his patet dria inter Them. & Auer. nam Auer. non asserit intellectum intelligere lapidē intellectione, q̄ est essentia intellectꝰ, sed intellectione, q̄ est lapis appræhensus. Them. vero asserit intellectum intelligere lapidē appræhensione suæ essentiæ, & intellectione, q̄ est intellectus ipse intelligēs. Tunc ad rōnes ꝯ Auer. Ad primā dico ꝙ intellectio lapidis est simpliciter vna numero in se: alia tñ vt mea, alia vt tua. Vlteriꝰ concedo phātasma meum mouere ad eandē intellectionē, non illā producendo, sed illā faciēdo esse meā. nec hoc est venire ad positionē Them. vt visum est. Ad scđam cōcedo vnā numero intellectionē, quæ fuit prioris hoīs: fieri posterioris, & quæ est mea, esse tuā simpliciter. Scđm qđ vero est alia atq; alia, quatenus phātasma mediante quo fit mea est aliud à phantasmate, mediante quo fit tua. Ad tertiam dicēdum ꝙ intellectio qua intelligo me intelligere, & qua intelligo intellectionē, vel dilectionē, illud idē phantasma rñdet, quod rectæ intellectioni rñdet. Intellectus. n. appræhensione lapidis intelligit suā essentiam, & se intelligere lapidem. & oīa hæc mediante phantasmate lapidis. Sic igit patet rōnes Ariminensis non esse demonstratiuas. Teneo ergo intellectum esse numeratum pro numero hominum posse demrari hac ratione, videlicet, intellectus est substātialis forma humani corporis, ipsum substantialiter informans. ergo numeratur ad numerationem hominum. Hæc ꝯñtia videlicet de omni forma informante, vt de sensitiua, vegetatiua, & id genus. Hæc ēt probatur ex opposito consequentis, quia si intellectiua erit vna numero & substātialis forma, oēs hoīes essent vnus numero homo, & sequentur oīa Auer. absurda, vt tu esses ꝑ esse meum & ego essem per esse tuum, &c. id genus. Hæc ergo ꝯñtia est necessaria & añs est demrātum. ergo & ꝯñs. hæc mihi vr̃ demonstratiua. Sed ꝯ sunt dubitationes Auer. prima quia hac pōne data, intellectus esset numeratus, & ita esset singularis, ergo idem saltem intentionaliter moueret se. Secunda, quia tunc intellectiones essent numeratæ: & sic posset abstrahi vniuersalis intellectio ab illis vt deducit Auer. Dicendū ad has rationes ꝙ non cogunt. ad primam concedo intellectum esse singularē, non tñ virtutē mālem, & sic pōt se intelligere intellectione aliorum, vt dicemus. Māle vero se intelligere per se vel intellectione aliorum est impossibile, sed singulare immāle, qualis est intellectus, nihil prohibet. Cur vero māle non pōt se intelligere. s. nec per se, nec intellectione aliorum, diximus in lib. de intellectu. Sed adhuc obijcies, intellectus est singularis, ergo non intelligit se nisi abstractione à singularitate, & sic singulare faceret se non singulare. Dicēdum ꝙ intellectus est singulare, sed immateriale, & ita non facit se immāle: facit autem se per accñs vniuersale intelligendo alia, nec est absurdum singulare immāle facere se vniuersale, per accñs cum non faciat se immāle: est. n. sua nā immālis. Sed adhuc obijcies, quia intellectus pōt se intelligere vt est intellectus vniuersalis meo & tuo, & pōt se intelligere. vt h̄ intellectus, quęro ergo quo intellectus intelligit se vniuersaliter. & quo intelligit se singulariter. Sed hæc rō pōt conuerti ꝯ Auer. quia intellectus pōt se intelligere singulariter & vniuersaliter, vt est cōis sibi & intellectibus cœloꝝ, ergo eadem qō fieri pōt ꝯ Auer. Dicēdum ergo, quod intellectus ꝑ eādem spēm primo intelligit lapidem, & hoc actu recto: reflexe vero intelligit illam spēm, & per illam intelligit se vniuersaliter, & singulariter: spēs. n. cuiusq; intelligibilis est per se primo illius repñtatiua, scđo est repñtatiua eius subiecti & cārū eius, eius subti dico vlr, & particulariter: ergo non oportet intellectum se intelligere per spēm ꝓpriam ab eo abstrahibilem, cum non sit res mālis, sed per spēm rei, quā intelligit, quæ est ēt ipsius intellectus repñtatiua vlr, & singulariter, & sic nec se facit vlem, nec abstractū, cū se intelligat spē rei, quā intelligit: q̄ est singularis in essēndo, in repñtando vlis. Ad alia rñdet Ariminensis conceptionē lapidis posse accipi vno mō obtiue pro re concepta, alio modo formaliter pro ipsa intellectione. Si pro intellectione formali, concedit ꝙ intellectio mea, & tua sunt eiusdem rōnis: & sic ab eis pt abstrahi vna vlis intellectio, & sic in infinitum, qđ concedit. Sin āt conceptio capit obtiue ꝓ lapide concepto: sic obtiue pt eadē esse mea, & tua, sicut idē visibile est diuersoꝝ videntium: & sic non ibit in infinitum. Sed hæc Ariminensis solutio vr̃ ꝑdura, cum nulla sit necessitas concedere talē processum in infinitū: quia licet illæ intellectiones in essendo sint singulares, & eiusdē rationis, cum tñ non sint per se intelligibiles, sed reflexæ, iō pñt intelligi singulariter, & vniuersaliter, non per abstractionem, sed intellectione spēi lapidis, quæ illas repñtat vniuersaliter & particulariter. Alij vero dicunt esse de intellectionibus lapidis, vt de vocibus idem formaliter sigñantium. Hæc. n. vox Niphus, potest multiplicari in infinitum, vt māliter acciperetur pro seipsa vel sibi similis: tñ dicitur vna vox sigñatiue, sic intellectiones lapidis pñt infinitæ esse, & per numerationem intellectuum, & ꝑ abstractionem, oēs tñ obtiue erunt vna intellectio, ac veluti vna vox, sicut igitur in vocibus eiusdem sigñationis nihil prohibet procedere in infinitum, sic in intellectionibus eiusdem obiecti, nec aliquis debet hoc habere pro impossibili, cum sit in vocibus concedendum, de quibus minus videtur. Vnde sorticolæ concederent infinitas posse esse intellectiones eiusdem obiecti, quia non tot, quin plures, vel quia duæ, & tres & quatuor, & sic in infinitum, & tamen intellectiones eiusdem obiecti non possunt esse infinitæ. Similiter infinitæ possunt esse voces eiusdem significati, quia non tot, quin plures, vel quia duæ & tres: & sic in infinitum: & tamen voces eiusdem significati non possunt esse infinitæ, sed de his i ludicris logicis. Ex his patet spēm in intellectu posse vlr repræsentari licet sit singularis, quia est immaterialis, cum eius subiectū sit immateriale. At species sensum solum singulariter repræsentat, quia est materialis, & in subiecto materiali extenso, & organico.

Tertio

Cōm. 31. Acceptū quōd intellectus semper intelligat lapidem.

Quod intellectio lapidis sit dupliciter æterna & vno mō corruptibilis.

Quō sint necessarij intellectus.

Differentia Auer. Them.

Solutio rōnum.

Pō proprie.

Dubōnes. Prima. Secunda.

Solutio.

Instantia.

Responsio.

Instantia.

Responsio.

De origine animæ opinio Alex.

Tertio quæritur de origine intellectiuæ animæ, tam ex parte agētis, quam ex parte patientis. Alex. Aphrodiseus asserit animam proficisci ex semine, & sic venire à progenitoribus: imaginatur enim semen, cum in matricem pellitur intra se habere virtutem seminalem, quę est corporis formatiua, & animæ productiua, & hoc, vt instrumētum parentum, & solis. Anima ergo ex semine traducitur, vt ab agente, & in semine corpore formato recipitur, vt in subiecto, & materia. Hanc partem tenent omnes, qui animæ mortalitatem autumant: pro hac parte adduximus fortiores rōnes, quæ fieri possunt lib. 1. de intellectu. Potissimum vero, qa nisi intellectiua anima generaretur, nō posset homo vera gñone generari, quia compositum vere generatur per hoc quod eius forma est terminus generationis, secundum Arist. qui vult generationē esse naturalem, quia est via in naturam. Alias rationes quæratis ibi. Ego vero clarissime ab Arist. habeo duo, primum, ꝙ intellectiua anima non est facta ante corpus eius, vt superius declarauimus ex lib. 12. Meta. Secundū ꝙ non ex semine in lucē edatur, sed extrinsecus accedat. Et hoc quesiuit per se in 2. lib. de Generatione animalium. vbi cōcludit tria, primum ꝙ intellectus non fuit factus ante corpus. secundum ꝙ nō venit ex corpore. tertium ꝙ accedit extrinsecus. Probat autem hæc Arist. vnica ratione, cum inquit. Nō enim cum eius operatione cōmunicat corpus, nec eius operatio est ante corpora: ergo ipse non est ante corpus, nec ex corpore. erit ergo extrinsecus accedens. Vnde vero, vtrum à Deo, vel à dijs secundis, vel ab anima mundi, Aristot. non determinauit. Them. asserit eam esse ab anima mundi, vt dicit primo de anima. Plato videtur in Timæo velle eā ꝓcedere à dijs secundi. Aristot. vero cognouit eam non venire ex semine, sed extrinsecus accedere. Vnde vero venerit, non determinat, vel qa ignorauit, qa ad istud non ducit rō nālis, nec arbitror esse absurdū Arist. hoc ignorasse. nā cum Arist. pħet ex sensibilibus, & nihil sit in sensibus, quo possumus cōcludere illam venire immediate à Deo, ideo Arist. animæ originem potuit scire negatiue, vtpote & ꝙ non fuit æterna ante corpora, & ꝙ non venerit ex corpore, & ita extrinsecus. Quod vero veniat à Deo, vel ab anima mundi, vel ab intelligentijs, Arist. non potuit rōne naturali scitur: & si dixit eam creari à Deo, illud non probauit. In libro enim de proprietatibus elñtorum asserit eam venire iussu Dei, cum in materia fuerit sufficiens ad illam dispositio. In lib. de bona fortuna asserit oēm effectū diuinum venire à Deo, quare cum intellectiua aīa sit effectus diuinus, est rōni consonū eam venire à Deo. Accedit, quia si aliqua creatura citra Deum posset intellectiuam aīam creare, vel eā crearet auctoritate propria, vel, vt instrumētum primæ causæ. Quod non auctoritate propria, etiam pħi concedunt: oīs. n. virtus citra Deū agit virtute Dei. Si vt instrm̄ primæ causæ, quia oē instrm̄ alicuius agētis supponit actionem eius agentis, cuius est instrumentum. Ars enim quæ agit in virtute naturæ, supponit effectum naturæ. Ex his ergo colligere possumus intellectiuā animam à Deo fuisse ex nihilo creatam. Sed est tunc dubitatio, qa hæc determinatio vr̄ repugnare fundamentis Arist. Arist. enim vbique negat creationem: vnde primo pħicorū asserit ex nihilo nihil fieri, cū perterruit oēs pħantes ex nihilo fieri aliquid. Them. primo de aīa asseruit aīam non creari, sed produci productione totius animati. Imaginat̄ enim totum animatū à Creatore produci, cuius productionem appellat animationem, animam vero produci, vt illius partem. & sic non est creatio: creator. n. producēs totum illud nō producit ex nihilo, quia ex præsupposita materia illud producit. Hanc opinionem secuti sunt boni doctores, verum sic dicentes concedere coguntur aīam desinere desinente toto, quia si non est per se terminus productionis, sed producitur productione totius, tunc toto desinente, & ipsa desinet. Melius & vere dicendum est illam creari ex nihilo. Vnde oportet dicere in eodem instanti temporis animam esse terminum creationis, quatenus est per se existens, & terminum generationis extrinsecus, quatenus subsistit subsistentia totius: est tamen inter hæc aliqs ordo intelligendi, quatenus prius intelligitur vt creata, quā vt terminus generationis: quia ipsa producitur, vt pars ꝑ se subsistentis. Cum vero dicitur quòd creatio repugnat dictis Aristot. in fine primi de cœlo responsionem quære. Vbi diximus Aristot. negare creationem compositorum, simplicium vero concedere, rursus concedit creationem æternam, vt ibi videre poteritis. Tunc ad rationem patet sol. Homo enim vera generatione generatur: quia terminatur ad compositum per se subsistens, cuius forma licet non acceperit esse per generationem, satis est, vt incipiat esse forma illius materiæ, vt libro de intellectu patet: & vt incipiat subsistere subsistētia totius, cuius est pars. Quarto quæritur de statu animæ post mortem, vtrum remaneat an desinat esse, desinente composito. In libello de immortalitate animæ cōgregauimus omne dicibile in hoc quesito, vbi disputauimus duo: vtrum ratione naturali possit demonstrari animam remanere post mortem. Secundo disputauimus intentionem Arist. An de intentione Arist. intellectiua anima remaneat post mortem. De intentione Aristot. diximus, quòd ex obiter dictis ab Aristot. reperitur mortalitas, & immortalitas: & ita ex obiter dictis ab eo nihil certi habemus, cum enim disputat de hominis beatitudine primo Ethicorum ad ostēdendam beatitudinis excellentiam, immortalitatem animæ apertissime cōfitetur. Cum vero disputat de fortitudine. 3. Ethic. ad ostēdendam excellentiam eius, asserit mortalitatem. Sicque in compluribus locis facere videtur, nam sibi non modo non constat, sed contrarius videtur. Secūdo diximus, ꝙ quæsitum istud nullibi Arist. in propria forma quæsiuit, nec sub hac descriptione disputauit. Nam licet de origine intellectiuæ animæ fecit quæsitū per se, & determinauit animam intellectiuam, quam noeticam appellauit, non nasci cum corpore, sed venire extrinsecus, ex hac tamen non habetur quæstionis de statu animæ post mortem solutio. Nam clarissimi viri, vt Them. intellectiuam animam, qua corpus humanum viuit, & formaliter intelligit, asserūt extrinsecus accedere: & quidem creari à mundi anima, & tamen eam desinere cum corpore. fatentur de mēte Theophrasti Plato, & Arist. Sco. doctor insignis de mēte Arist. autumat animam non generari, sed accedere extrinsecus producique immediate à Deo: & tamen magis cōsonum eius dictis esse dicit eā desinere corpore desinente, q̄ remanere post mortem, iuniorum cōplures idē autumāt. ergo per originem non habemus statum. Dato etiam ꝙ ex eius origine habeatur status, nō propter hoc habet̄ Arist. quæsiuisse de immortalitate, licet quæsiuit de origine, qa hæc sunt duo quæsita diuersa, q̄ solent quæri à pħis & catholicis seorsum. ergo nō habetur ex hoc Arist. quæsiuisse formaliter de immortalitate, sed solum consecutiue, qđ non animaduertens quidam asseruit in dictis meis in eo libello esse contradictionem. Tertio dixi ꝙ ex fundamentis, quæ aut vt principia sumuntur, aut demonstrantur ab Arist. demōstratiue deducitur aīam intellectiuam esse immortalem, eamq; remanere post mortem. Diximus quarto Arist. bene peruenisse ad immortalitatē, quia eousque ducit ratio naturalis: verum de his quæ animæ intellectiuæ, cōpetunt post mortē, ex sensibilibus Arist. nihil potuit scire, quoniam nulla animæ operatio apparet post mortē, nullum eius sensibile accidens per quod de eius ꝯditionibus dicere potuisset: ideo purus pħs nihil habet de ea plus dicere, nisi ꝙ remaneat post mortē, quia eousque pōt ex puris nālibus peruenire. Et si quid. d. non vt purus pħs dicere pōt, sed ex creditis. Potuit etiam scire Arist. ꝙ intellectiua aīa non exit, & intrat corpora, vt dicemus: quia tūc, vt infert secūdo & primo huius, esset corpus, quia moueret̄. Potuit etiā scire ꝙ aīa non reuniet̄, postq̄ semel est corpus corruptū, vt clarissime primo huius deducit. Nam ꝓbauit. 2. de gñone nullū corruptū idē numero posse redire, qa licet altera pars remaneat, tñ deficit agens nāle potens eius corpus iterū taliter disponere, vt mereat̄ reunionē: vsq; ad hæc Arist. ꝓuenire potuit ex nālibus ꝓpositionibus, quas ꝑ suos libros ꝯcessit. Alia vero quæ quæruntur de aīæ immortalitate, nō potuit ex suis ꝓpōnibus concessis scire. Nec pp hoc debem⁹ dicere eū negasse immortalitatē, cū hoc scibile sit, illa vero nō. Qđ vero ex ꝯcessis & de-

Text. 1. c. 22.

Text. cōmē. 16. 17. 3.

Cap. 23.

Dubitatio.

Cap. 23.

Solutio. Opinio vera.

De statu aīæ post mortem.

Primum de Arist. inten.

Secundū Deus intent. Arist.

Tertiū de intē. Aristo. quartū de Arist. intē. Quæ de statu.

Tex. cōmē. 41.

Tex. cōmē. 10. 1. demonstratio peripatetica.

& demr̄atis ab eo, sciuerit immortalitatē, in libello de immortalitate deduximus. primo, quia Arist. 12. Met. ex propria intentione demr̄at voluntatem esse per essentiam liberam, & hoc demr̄one signi, qa dato q̄ appetitus sensitiuus, & ratio syllogistica cōueniant ad vnum eligibile, q̄ sit simpliciter eligendum voluntas potest oppositum omnino velle, & oppositum actum imperare. Hoc autem facit voluntas, quia est virtus per essentiam libera. Nec Aristoteles in hac propositione dubitauit, cum vtique ꝓbet nos esse dominos nostrorum actuum: vt in libro de interpretatione multis rōnibus probauit, potissimū experientia, cū vnusquisque experiatur eius libertatē. In libris etiam moralibus docet homines posse assuefieri ad cōtrarium eius: quod habent à natura, & nunquā Arist. dixit huius cōtrarium. ergo in doctrina Arist. hoc est, vt vera suppositio habenda, s. q̄ voluntas sit per essentiam libera: quatenus oēm actum, & eius oppositum indifferenter elicere pōt. Tunc hac propositione concessa sequitur intellectiuam aīam: cuius voluntas est propria, & essentialis virtus, nō dependere in essendo à suo corpore, quia si depēdet simpliciter in essendo, nunquā posset agere contra inclinationē proprij subiecti. Hęc ratio omnibus esse debet efficacissima: nullus enim pōt intelligere formā esse à corpore simpliciter dependentē in esse, & hr̄e aliquam virtutem, quæ per essentiam sit ab eodem libera: virtus enim fluit ab eius essentia, & ideo si nō est forma ſm eius essentiam libera: nec ſm virtutē poterit esse libera. Nec aliquis ph̄us in his dubitauit vnquam.

2. Demonstratio.

Secūdo idem demonstrat̄ ex ipso intelligere, quia ꝑ se notū est oēm formam existentem in aliquo subiecto, à quo dependet in esse, & cōseruari, nō agere vel pati nisi actione, vel passione eius cōpositi, cuius est pars, & à quo ipsa dependet in esse, & cōseruari, vel actione aut passione alicuius particulæ illius compositi, cuius ipsa est pars. Hæc enim propō licet rōne pateat. s. q̄ forma nāliter nec agat, nec patiatur, nisi secūdum hoc esse quod habet: sensu etiam constat, cū nullam videamus formam talē, cuius actio non sit cōpositi, aut particulæ cōpositi. At intellectiua anima non agit vel patitur actione vel passione cōpositi ſm oēm eius operationē: non. n. intelligit & vult corpore: cuius est pars, vel aliqua eius parte: vt Arist. probat in hoc 3. statim post hunc textū. ergo intellectiua anima non dependet ab eius subiecto in esse, & ita non corrumpitur corruptione subiecti. Hæc secūda rō est mihi demonstratiua.

Demonstratio Socr. hæc est.

Tertio idem demonstrat̄ via obiecti: & accipiamus tanq̄ ꝑ se notum ab omnibus peripateticis vl̄e esse vbiq; & semper quod etiā Pla. ī Parme. asserit. Tūc quæro vtrum vl̄e tale vbiq; & semp habeat esse, vt est in re, an vt est in intellectu obiectiue: vel subiectiue, non in re, qa vl̄e in re habet esse in materia, quæ cōtrahit ad indiuiduationē: ergo vt habet esse in re, nec pōt esse vbique, nec semp, cū materia sit cā indiuiduationis, & transmutationis, ergo vl̄e non habet esse vbique & semp., nisi vt habet esse in intellectu subiectiue, vel obiectiue: qui ipsum separat à materia, loco & tp̄e, ita vt ꝑꝑ hoc sit perpetuū. Quare vniuersale erit perpetuum ab intellectu. s. participationē intell̄s, sed oē illud, cuius participatione aliqđ ē perpetuū, ipsum est ꝑ essentiā perpetuū: vt oēs peripatetici concedūt, ergo intellectus erit ꝑ essentiam perpetuus. Hæc est tertia demonstratio, quæ accipitur ab obiecto: quā Socra. primus adinuenit. Socra. n. primus dixit nō singulare, sed vl̄e esse definiendum ꝑꝑ sui immutabilitatē: quā vl̄e hr̄e dixit ex aīæ æternitate. Hāc veritatē vbique Arist. innuit cōtra eos qui dixerunt intellectū esse sensum. Argumētatur. n. si intellectus esset sensus, tūc non essent alia entia ꝑter sensibilia, & ita tolleretur scientia Meta. quæ est de intelligibilibus. Argumētor ergo si intellectus esset virtus simplr̄ materialis, ergo non essent alia entia præter mālia, & ita vt prius ē medio tolleret̄ Metaphy. hæc ꝯñtia patet sicut prima. Ex his patet qūo ex demr̄atis ab Arist. habet̄ aīæ immortalitas. Quod vero ex ꝯcessis idē apertissime habeat, deduximus in libello de immortalitate aīæ: verba eius hic prætermittimus, qm̄ prolixe illa retulimus eo libello.

Dubitationes contra hac.

Superest modo videre an hæc cōtradicat eis, quæ Arist. probauit. Et vr̄ q̄ sic: primo quia Arist. probauit aīam intellectiuam non intelligere sine phantasmatibus, ergo si remanet post mortem, aut non intelliget: & sic remanebit ociosa, aut intelliget sine phantasmatibus, & habetur oppositum eius, quod ipse asseruit vbique. Secundo quia Arist. expresse negauit infinitum in multitudine, & in magnitudine. Modo data immortalitate aīe, & numeratiōne, nō videntur posse hæc stare cū æternitate mūdi: statim. n. sequit̄ multitudo aīarum infinita. Tertio qa Arist. voluit hominem simpliciter corrūpi, modo non vr̄ cum æternitate aīæ stare hominis corruptio simpl̄r. non. n. videtur quid corrumpatur. Quarto non vr̄ stare cū principijs Arist. ex eo quia est apud eū principium, qđ oē quod incepit desinat, alioqui possibile non esse, esset æternū. Non. n. facile stare pōt cum eius decretis intellectiuam aīam incepisse, & remanere æternā, & perpetuo eā esse aliquid possibile non esse. Hæ sunt quatuor difficultates principales. Multæ aliæ tactæ sunt, vt in libro de intellectu, & in libello de immortalitate animæ; quas hic breuitatis causa reticemus. Harum rationum primam diligenter disputaui & pro veritate, & pro opinione Arist. in lib. de Immortalitate aīæ: vbi tandem in epilogo posui quæ dicenda sunt pro veritate, & pro opinione Arist. Eodem libello sæpius disputaui tertiam rōnem, & etiam in secundo huius. ideo de his hactenus. Restat ergo vt disputemus secūdā, quæ licet disputata sit lib. de intellectu, & libello de immortalitate aīæ: tñ occurrunt hinc inde qōnes.

De multitudine animarum post mortem. Positio Egid.

Egid. Romanus vir peripateticus cōcedit data animarū immortalitate & numeratione sequi infinitum simpliciter in multitudine: qm̄ infiniti præcesserunt homines, quorū animæ nunc sunt. cum vero dicitur Arist. tunc sibi contradicere, cōcedit: quia ratio nō erat suo tēpore adinuenta, qm̄ nec tēpore Auer. fuit nota: quia eā Auer. adduxisset ad probādam intellectus vnitatē. Quicquid sit de opinione Egidij, de qua alibi.

Pō Arabum.

Algazel & Auicen. in rebus incorporeis nec situm, nec locū occupantibus concedunt multitudinē infinitā. Nā Arist. negat infinitum in magnitudine, & infinitum in multitudine quātorum per se ac. s. eorum existentium, quæ causantur ex diuisione magnitudinis; & sic tollitur cōtradictio.

Obiectiones contra responsionem Arab.

Sed cōtra hanc responsionem nonnulli penitus ph̄iæ ignari garrulāt. primo quia hac positione data in speciebus numerorum esset multitudo infinita actu, & sic in essentialiter ordinatis daretur actu infinitum. Deducitur consequētia quia concessa positione, in multitudine animarum esset qualitas animarum actu & trinitas animarum actu: & sic actu numerus specierum numerorum actu infinitus, ergo in essentialiter ordinatis dabitur multitudo actu infinita.

3 Physi. tex. c. 37 vsque ad se. c. 39. Alia responsio.

Secundo arguunt alij blaterones: qa data hac animarum infinita multitudine: tunc darentur duo actu infinita, quoniam in infinito infinities sunt infinita. Modo duo esse actu infinita impossibile est, cum vnum infinitum oīa occupet. Hac ratione Aristot. vtitur de corporeo infinito. Modo hæc non minus valet de incorporeo. Quare ex ratione Aristot. non potest dari animarum infinita multitudo, sicut ex ratione patet. qua ipse vtitur ad refellendum infinitum. Præterea. Aristot. contra Platonem probat in substantia abstracta non esse dabilem infinitudinem. ergo non potest concedi infinita multitudo actu: nec de corporeis, nec de incorporeis. Propter hæc argumenta nonnulli doctores acutiores, aliter respondēt, quòd si omnes animæ, quæ fuerunt, posita generatione perpetua à parte ante, essent: nō essent actu infinitæ: sed solum essent potentia infinitæ. Quod non essent actu infinitæ, probant per expositionem verbi infiniti: quia non tot essent, quin plures esse possent. Infinita enim actu sunt, quæcūque tot sunt, & non plura esse possunt. Quod vero sint potentia infinitæ, exponitur, quia tot, & plures esse possunt, vel quia duæ & tres, & sic in infinitum, vel qa potest accipi vna post aliam in infinitum.

Dubitatio contra sol.

Sed contra hāc responsionem argumentum stare videtur, quia quot fuerunt homines, tot actu nunc sunt animæ. sed data generatione hominum infinita, & animarum immortalitate ſm ph̄iam Arist. infiniti fuerunt homines. ergo nunc actu aīæ sunt infinitæ: & sic sequitur infinita esse actu, & actu esse infinita.

Defensio.

Rñdent himet doctores, negando ꝯñtiam, qa homines

mines fuerunt infiniti in potentia, quia in accipiendo fuerunt non tot, quin plures. Modo ex infinitate potentiali nūquam sequi debet infinitas actualis. Exemplum, successiua præterita fuerunt infinita: & tamen si essent in actu, nō essent actu simpliciter infinita. Dies enim præteriti terminati ad instans, quod est præsens, fuerunt infiniti secundum quid, qui si essent actu, non essent simpliciter infiniti, cum enim non fuerunt simpliciter successione infiniti, ita si actu essent, non essent actu simpliciter infiniti. Simili ratione de diebus futuri temporis infinitis, hi enim si essent, non essent simpliciter infiniti. Quare sicut Arist. concedit in successiuis infinitum secundum quid: ita non erit absurdum ipsum concedere in permanentibus. Concedo ergo ꝙ quot fuerunt homines, tot nunc sunt animæ, sed homines fuerunt infiniti potentia, & ſm quid, quia tot & plures pñt esse: ita aiæ sunt potentia & ſm quid actu infinitæ: qm̄ non tot, quin plures esse possint. Tenendo ergo hāc positionem. Ad primam dico spēs numerorum esse actu infinitas ſm quid in potentia, vel actu infinitas esse spēs numerorum ſm quid potentia, quia adhuc, quotuis datis, pñt plures dari: nec istud est contra Arist. vt patet in successiuis, quæ si essent, oporteret dicere infinitas, esse numerorū spēs hoc modo. Præterea tales spēs non sunt essentialiter ordinatæ, quia maior numerus nō dependet à minori quo ad formalem vnitatem, qua in specie reponitur, sed solum quo ad materialem vnitatē. Ad secundā blateronū concedo dari infinities infinita ſm quid in potentia, & potissimum in corporeis, quæ non causantur ex diuisione continui ſm Arist. Cum vero dicitur infinitum totum occupat, hoc est verum de infinito corpore, & de simpr̄ infinito: cū enim est actu simpliciter infinitum corpus, hoc cū totum occupet, nec finitum, nec infinitum secum esse patitur. At in incorporeis secus est: Deus enim est simpliciter infinitus, qui tñ non totum occupat. cum patiatur aliquod ens præter ipsum: & sic data infinita animarum multitudine, cum nō detur ex illa aliqua multitudo, vel magnitudo, vel infinita simpr̄, non sequitur nullā aliam ſm quid & in potentia posse esse. Quod non cōsiderantes blaterones, garrulant, contra dicta nostra in libello de immortalitate aiē.

Per ordinē sol. argumentum.

Obiectio. Sed contra adhuc objicitur per fortiorē rōnē ea quā ipsi fecerunt contra nos: quia quæro de multitudine aīarum, quæ declarata est ex corruptione infinitorū hominū præterita, vtrum sit actu finita: vel actu infinita. Si actu infinita: ergo infinita simpr̄. Si actu finita: ergo pōt numerari.

Solutio obiectionis. Dicendum ꝙ sicut si successiua essent simul: nec essent simpliciter finita, nec simpliciter infinita: sed finita & infinita actu ſm quid: sic multitudo animarum derelicta erit ſm quid finita, & ſm quid infinita: simpr̄ aūt neutrū erit. Ex his sequitur multitudinem animarum derelictam esse actu, & potentia ſm quid finitam, vel infinitam actu quidem, quia existens in rerum natura extra suas causas. Potentia vero in accipiendo, quia non tot acceptibiles, quin plures semper accipi possint. Amplius illis datis, adhuc eis plures addi possunt, & plures, & sic semper. Nolo tamē te ignorare nonnullos asseruisse aiæ humanæ immortalitatem de mente Arist. eos tamen euitasse animarum infinitam multitudinem, per hoc quia nō pōt desinere vnus homo, quin alius incipiat esse homo, aīa prioris hoīs ipsum informante. In qua positione fuit præceptor noster asserens Arist. discipulum non deuiasse à Platone præceptore. de decreto enim vtriusque asseruit aiæ immortalitatē, vt rōnibus physicis probari posse declarauit: verū ad euitandam multitudinem infinitam, & ociositatem aīarū post corpora derelictarum concessit aīam quæ fuit prioris hominis, effici posse ꝑ generationē posterioris hoīs. Nā homo ſm veritatē non incipit per eius formæ generationē, nec desinit per eius formæ corruptionem: sed eo solum, ꝙ intellectiua aīa incipit vel desinit humanum corpus informare. quare pōt homo incipere dato ꝙ anima pñt in alio corpore: quia prius corpus desinens informare, nouū corpus incipit. Hanc positionē etiam coguntur concedere omnes, qui tenent intellectiuam aīam esse vnam numero omnium, & formam informātem humana corpora: oportet.n. hos asserere aiam, quæ est nunc vna omnium homi-

Pō præcept.

num: hinc ad cētū an nos desinere hos informare: & alios informasse de nouo: vt deductum est. ergo si non putant græci absurdum ħ asserere de vna, nec idē de pluribus asserere erit absurdum. Sed contra hanc pōnem argumētanť, quia tunc eadem anima posset esse actus diuersorum corporum, contra phiam. Respondent, ꝙ nihil prohibet animam vnam numero esse actum diuersorum corporū successiue quæ sunt eiusdem speciei: dicunt eiusdē speciei, qa eadem aīa, nec simul nec successiue pōt esse actus corporum diuersorum specie. s. hoīs & bruti, hic.n. fuit error Pythagoræ, quem vbique explodit Aristot. dicunt successiue quia licet aīa eadem numero non possit esse actus diuersorum corporū simul eiusdem speciei, successiue tñ pōt: vt patet, quia partibus materialibus in eodem hoīe numero fluentibus, & refluētibus, omnibus illis materialibus partibus, quæ à principio gñationis, sunt defluentibus: eadem est aīa numero pueri & senis. quare à pari eadē pōt esse aīa generati & corrupti successiue: & nō simul, sicut eadē est pueri & senis, etiam omnibus mālibus partibus, quæ erant aīæ pueri, defluentibus ſm Arist. in lib. de gñone: græci cōcedunt posse eadem aīam esse formam plurium corporū simul: verum de ħ supra. Secūdo objiciť contra hanc positionem, quia si aīa ingrederetur & egredereť corpus, aīa esset ꝑ se mobilis: & sic esset corpus. vt Arist. deducit contra Pythagorā 1. huius. Rñdet ad hoc Simpľ. 6. Phy. ausc. ꝙ aīam egredi & ingredi non est ipsam moueri de corpore in corpus: vt voluit Pythagoras: vt recte cōtra ipsum argumentatur Arist. quia tunc esset corpus, sed aīam egredi & ingredi humanum corpus est ipsum desinere & incipere illustrare propter corporis dispositionē, vel indispōnē. Illustrat.n. aīa corpus, quo ipsum actuat, & informat. obscurat vero quo ipsum desinit informare ac actuare. Tertio principaliter objicitur, qa vt argumentať Arist. primo huius, esset resurrectio mortuorū. Rñdent ꝙ hoc sequeretur ſm Pythagorā, qui posuit vnicā subalem formam in cōposito: at in hoīe præter intellectiuā aīam ponenda est dianoetica, quæ est ꝑfectissima sensitiuarum: quæ cū desinat esse simpr̄ in morte: & nunq̄ eadē numero redire possit: nunquā sequitur resurgere eūdē numero hoīem. nō.n. hō est præcise aīa intellectiua & mā: sed adsunt aliæ formæ ſm hanc pōnē: quarum vna est dianoetica. Quarto objicitur, qa vel numerus aīarū esset æqualis numero corporū, vel maior, vel minor. Dicēdū ꝙ numerus aīarū semper est æqualis numero corporū, qa semꝑ gñatio vnius hominis, est alterius corruptio, & ꝯtra etiā fit. ergo nunq̄ dabitur aīa nisi in corpore, & nunq̄ corpus vniens, in quo nō sit aīa. Hæc sunt, quę præceptor defendit ad mētē Platonis, & Aris. in eo libello, quē inscripsit de aīarū pluralitate, quē ꝯfecit cōpluribus annis post nr̄m de intellectu lib. Et licet ꝑꝑ reuerentiā præceptoris huic deberē acquiescere: qa tñ veritas semper est præferenda, ideo (pace tanti viri dixerim) ego nō arbitror hæc dici posse ad mētē Arist. Sapit.n.ħ positio aliquo modo vnitatē aiæ intellectiuæ posse esse diuersorū corporū, propterea mihi non placet. Primo qa vt argumentať Auer. in hoc loco: tunc hō esset anteq̄ esset, & vnus numero simpr̄, hō esset, q̄ corruptus esset, & q̄ esset genitus. Deducitur, qa vltima forma, ꝑ quā res est simpr̄, erit vna numero, quorū.n. forma est vna numero simpr̄, illa sunt vnū numero simpr̄. nec licet fugere ad cogitatiuā, qa illa si præcedat, nō reponit hoīem in esse specifico, sed in esse generico. Quod vero dicebať de sene & puero, nō cogit: qa hō senex nō differt numero à seipso puero simpr̄, sed numero ꝑ accñs: nō ꝑ defluxū oīum partium mālium, sed aliquarū, qa semper radicales partes remanent. s. saltē ſm quid. Præterea. Aīa nō fit in mā senis, nisi illa noua materia fiat vna cū priori: quod nō pōt esse sic in casu suo. Præterea Arist. reprehendit 2. huius eos, q̄ animā indiffereter corpori adaptabāt: asserens actū vniuscuiusq; esse aptū fieri in ꝓpria mā: & nō in quauis indifferēter. Præterea Arist. vt visum est ex ꝓpria intētione. 2. de generatione aīaliū demr̄auit aīam nō esse factā ante eius corpus: vt 12. Met. ēt replicauit. Ergo hæc pō licet sit platonica: nō vr̄ eē peripatetica. Teneo ergo ꝑꝑ has rōnes, & ꝑꝑ alias, quas fecimus ī lib. de intellu, aīas humanorū corpo-

Obiectiones.

Supra tex. com men. 32.

Tex. cōm. 41.

Refu. pōnis.

Tex. cōmē. 24.

Tex. cōm. 16. Propria positio pro opinione Arist.

rum remanere post mortem simpliciter sine corporibus: quorum erant formæ. Cum vero dicebatur in separatis non dari infinitum: hoc verum est, vt dixit Plato, qui posuit idæam infiniti aliam ab ipso Deo, vt patet 3.Physi.tamen posse reperiri multitudinem infinitam rerum nō per se quātarum, nec habentium ordinem essentialem, nisi per accidens, secundum Aristot.non video esse repugnās. Vltima ratio principalis disputata est in lib. primo de cœlo. Diuus enim Thomas tenuit animam post mortem remanere formaliter necessariam, secundum opinionem Arist. licet sit creata de nouo: quia licet ante creationē fuit cōtingens creari, post creationem est æterna: & sic necessaria à parte post. imaginatur enim aliquod esse contingens dupliciter. Vno modo quod non est, & contingit esse simpliciter. Alio modo quod non est, & cōtingit esse hoc vel illud. Primo modo hominem qui non est sedens, contingit simpliciter sedere, qm̄ non sedet: & potest sedere: & cū sedet, pōt non sedere. Secundo vero modo aīa antechristi quæ non est, contingit esse, non q̄dem simpl'r, sed quia contingit esse æterna: qm̄ licet cōtingat fieri, cum est, erit necessaria, ac æterna, & sic est ꝯtingēs esse nō simpl'r, sed hoc s. æterna. Ante enim q̄ fiat, contingit fieri: non tñ simpliciter, sed fieri æternam: & sic natura contingens nō mutatur ad naturam necessariam: q̄a sicut cōtingit ipsam fieri eternam. ita erit æterna. Sed contra, quia à pari posset Plato se defendere. Dicet.n.mundum esse contingens esse non simpliciter, sed anteq̄ fiat, dicet eum esse contingens fieri æternum, & ita non mutabitur natura cōtingens in necessariam, quia sicut contingebat esse: ita erit cum erit factus.

Cap.23. Dicendum ꝙ secus erit de cōpositis, quæ non possunt esse plura numero in eadē specie, & secus de simplicibus: quæ possunt esse plura numero in eadem specie. In cōpositis.n. quæ non possunt esse plura numero in eadem specie: si aliquod contingit fieri, tale contingit esse simpliciter, & non esse simpliciter, quia cum sit factum cōpositione partium, etiam potest dissolui dissolutione earūdem partium: q̄bus componebatur: & quia est vnū numero in sua specie, ideo si potest non esse, aliquando non erit, aliquando naturale desiderium erit frustra. Ergo in compositis nihil est cōtingens esse, quod non sit contingens simpliciter non esse, & cum sit vnum numero in sua specie, illudmet numero, q̄d est contingens nō esse aliquando non erit. In simplicibus vero, que possunt esse plura in eadē specie, stat aliquod esse contingens esse, non tamen simpliciter, quia potest esse contingens esse æternum, cum non oportet, vt aliq̄n nō sit, cum aliud sibi simile in specie possit stare in non esse. quare appetitus in specie non erit frustra. Patet ergo ꝙ ratio Arist. valet de mundo, ꝙ si aliq̄n nō fuit & postea fuit, erat contingens fieri, & esse simpliciter, & cum nō sit nisi vnus in sua specie, ipsemet aliquando non erit. At de anima, cū sit simplex, & multiplicata in sua specie, secus est. Alij vero dixerunt ꝙ anima anteq̄ sit, potest esse, & postq̄ est, iterum pōt non esse. Concedo tamen ꝙ aliquod possibile nō potest à Deo perpetuari; diximus enim eorum, quæ fiūt, alia esse composita, alia esse simplicia. In ꝯpositis quidem, nihil potest esse poſe non esse, & ab alio perpetuari, presertim cum nō possint esse plura in eadē specie. Vnde Auer.

Commen.120. primo de cœlo asserit aliquam potentiam materiæ posse non esse: quæ tamen ab alio perpetua est. Et hoc quia est res simplex, & perpetualis ab alio. At si cōpositum potest non esse, & est vnum numero in sua specie, de necessitate non erit: & cū dicitur tunc aliquod poſe non esse, erit æternum, diximus in simplicibus, in quibus esse pōt noua creatio, h̄ non esse absurdum. At in compositis, in quibus Aristot. negauit nouam creationem, etiam dixit nihil posse esse possibile non esse, & æternum: quam determinationem olfecit Simplic. auctoritate Platonis in primo de cœlo. vbi inducens verba Platonis in Timæo, concessit aliquod simplex posse esse possibile non esse, & æternum: quia dij secundi apud Platonem sunt suis naturis possibiles non esse: voluntate Dei æterni. De cōpositis vero nullus peripateticus concessit. quare hæc quatuor argumenta possunt stare cum Arist. decreto de immortalitate intellectiuæ animæ. Hæc sufficiant de animæ immortalitate: de qua plura diximus in libellis proprijs. Post hæc disserendum est de intellectu speculatiuo: nam licet sparsim in hoc loco dixerim, & in lib. de intellectu, nunc breuibus in vnum aliqua colligere bonum est, vt vos postulatis. vbi breuiter primo dicamus, quòd intellectus speculatiuus, non est virtus animæ intellectiuæ, ei connata: qua ipsa est apta speculari entia non ꝓducibilia à nobis: vt voluit Gandauensis: qui posuit practicum & theoreticum intellectus esse duas animæ intellectiuæ virtutes: quibus anima pōt scire practice operabilia, & theoretice speculabilia, nec intellectus speculatiuus est intellectus materialis & practicus est dianoeticus, vt græci autumant. nam Arist. proponens de intellectu differere, asserit se velle dicere de ea animæ particula, qua anima cognoscit, & sapit, vbi omnes retulerunt sapere & cognoscere ad eandem animæ particulam, vt Philop. demonstrauit: vbi voluit eandem potentiam esse, qua anima theoretice cognoscit, & practice sapit. Alias vero rationes quære lib. de intellectu primo.

De intellectu speculatiuo li. 1. tract. 5. prima conclusio Gand.

Tract. 5. c. 32. conclusio contra iuniores.

Secundo dicamus ꝙ speculatiuus intellectus non est ipsæ species vel ipsa intelligibilia: vt voluerunt alij; qui asseruerunt intellectum speculatiuum esse spēs ipsas rerū: que intelliguntur à phantasmatibus causatas in ipso materiali intellectu. æternas quidē ꝯm successionem: corruptibiles vero simpliciter, probatur, quia non est consuetum Auer. & Arist. intellecta, vel rōnes intelligendi in nobis appellare intellectum, nec practicum, nec speculatiuum, sed solū in Deo idē est intellectus, & rō intelligēdi: & res, quæ intelligitur. ergo nec spēs siue rōnes intelligēdi, nec ipsæ res per ipsas repñtatæ esse possunt intellectus speculatiuus, alioqui essent intellectus, quod est contra cōsuetudinem Auer. & Arist. Accedit, ꝙ sicut virtus actiua est, q̄ est apta agere, sic intellectus speculatiuus, erit intellectus, qui est aptus speculari, vel quo nos intellectualiter possumus speculari. at constat spēs rerum, quæ intelliguntur non esse aptas speculari, ergo non possunt dici intellectus speculatiuus. Egid. ergo Romanus vir doctissimus ꝓpter hæc (vt arbitror) arbitratur non species ipsas solas esse intellectum speculatiuum, nec intellectum materialem sine speciebus, quoniam nec species solæ sunt speculari aptæ, nec intellectus sine speciebus. ergo intellectus speculatiuus erit compositum quoddam ex intellectu materiali, vt subiecto, & speciebus rerum, quæ intelliguntur, vt formis. Hoc enim compositum mediantibus speciebus est aptum speculari, veluti corpus calidum mediante calore aptum calefacere, vnde sicut calor non est aptus calefacere nisi sit in corpore, nec corpus sine calore, sed corpus calidum mediante calore, sic intellectus speculatiuus compositus ex intellectu materiali, & speciebus, mediantibus speciebus est aptus speculari, non autem intellectus materialis sine speciebus, nec species sine materiali intellectu. Est autem de mente Auer. vt arbitrantur. Hæc pō, q̄a vt Ioan. Bacconitanus inquit. Auer. asserit intellectum speculatiuum esse intellectum materialem informatū intentionibus abstractis, æternis, vniuersalibus virtute intellectus agentis, dicunt vniuersalibus, non quidem in essendo, quia tales species, cum sint in subiecto singulari, sunt singulares in essendo. quia vero sunt in subiecto penitus immateriali, tales species sunt vniuersales in repræsentando. Si quæris vtrum hic intellectus compositus sit generabilis, ac corruptibilis. Respondet Bacconitanus de mente Auer. hunc compositum intellectum esse generabilem ac corruptibilem secundum quid respectu, scilicet certi dati hominis. nam cum hic intellectus consideratur, vt dependet à phantasmatibus Socrat. vel Plat. hic intellectus est generabilis, & corruptibilis: desinentibus enim phantasmatibus Socratis, vel Platonis, species quæ dependebant ab illis phantasmatibus in fieri, & conseruari: desinunt intellectum informare: & sic desinit intellectus speculatiuus, vt est Socratis, vt vero cōsideratur respectu hominis in specie, cum homo sit æternus secundū peripateticos, talis intellectus erit eternus: & ꝑfectus in maiori parte hominū, non enim possunt desinere spēs, quæ dependebant à phantasmatibus vnius hominis, quin tot & æquales generētur ex phantasmatibus alterius hominis.

Positio Egidij Bacconi.

Lib. 2. sen. dist. 2. Q. 9. validu.

Vtrū generabilis.

hoīs.ergo respectu hoīs in specie sunt æternæ. Sunt etiam æternæ respectu intellectus mālis, qui est æternus. & hoc voluit intelligere Auer. cū.d.intellectum speculatiuū esse generabilem, & corruptibilē respectu subiecti p quod est verus.i.respectu cuius est similitudo, est enim intellectus speculatiuus corruptibilis respectu phātasiabilium vnius hominis, quorum spēs sunt veræ.i.similitudines. Est tamē dupliciter æternus, & rōne intellectus in quo sunt, & per quē sunt entia: & rōne phantasiabilium, quæ sunt æterna secundum spēm, vt dictum est. Iuxta hanc positionem cōcedendum est eundem intellectum esse speculatiuum & practicum, quatenus eadē res est ens naturale, & ens operabile à nobis: vt sanitas. Intellectus.n.speculatiuus est rerum simpliciter consideratarum, practicus vero rerum secundum quid prospectarum. Secundo dicendum est hūc intellectum esse diminuibilem, & augmentabilem, & semper æqualem: respectu.n.eiusdem hoīs crescit, ac decrescit crescentibus, & decrescentibus phantasmatibus illius, est æqualis respectu maioris partis hominum, in quibus intellectus est perfectus. Sed hanc positionem refutauimus quātum ad spēs, quas ponunt libro primo de intellectu. pterea pro opinione Auer. dicebamus intellectum speculatiuum esse compositum ex intellectu materiali quasi subiecto, & vniuersalibus appræhensis, quæ sunt in eo nō subiectiue, sed obiectiue: vt sæpe diximus. Vnde hæc nostra positio, quam dicimus esse de mente Auer. differt à priori in vno ꝙ.s.negat species, tñ in cæteris eadem asserit. Hunc intellectum esse etiam intellectū in habitu de mēte Auer. & speculatiuum diximus: speculatiuum quidem in vigilia, quo speculamur, intellectum ī habitu vero, quo possumus speculari p ipsum.qñ volumus. Rursus hic intellectus aliquando est perfectus respectu huius vel illius hominis, vt pote cum nihil restat phantasiandum, qm̄ ei est copulatus, ac acquisitus secundum omnia ea quæ in se intelligit, quā dispositionem intellectum adeptionis vocat Auer. Aliqñ est imperfectus non omnino acquisitus ac copulatus huic homini, & hic dicitur intellectus speculatiuus in fieri: quique crescit ac decrescit in nobis cremento ac decremento phātasmatum. Diciturque intellectus in habitu, quo possumus eo speculari, quando volumus: speculatiuus vero, quo pfectius ipsis vniuersalibus intellectis, possumus speculari: quo vero dicatur practicus, dictum est. Sed contra hanc positionem est vna dubitatio maxima, ꝙ hac positione data, intellectus nec cponeret, nec diuideret, nec syllogizaret. & cñtia patet: quia intellectus nō intelligeret nisi vniuersalia simplici intellectione, quæ intellectio eet ipse res intellectæ. Hoc autem est contra cōem hominū consensum, & contra Arist. infra, vbi ponens differētiam inter phantasiam, & affirmationem ac negationem. ait phantasiam esse alterum ab affirmatione & negatione, cōpositionem vero intellectionum esse verum aut falsum. Ecce ꝙ dare patet esse aliquam intellectionem compositam, quæ nonnisi ab intellectu cōficitur. Ad hoc respondent græci virtutem compositiuam in hoīe diuisiuā ac syllogisticam esse dianoeticam quæ nō est intells. Hæc enim vt Philop. inquit primo priorū, vt accipit ab intellectu, facit demonstratiuum sylm̄, & vniuersaliter cognoscit: vt accipit, ab opinatiua virtutem, facit sylm̄ dialecticum, & componit propōnes dialecticas, vt accipit à phantastica cōponit sophisticum, & facit propōnes sophisticas. ergo virtus cōpositiua, diuisiua, & syllogistica est dianoetica: vnde & nomē habet discursiuæ virtutis cū dicat & logistica. Quare iuxta hanc opinionē intellectus intelligit solū vlia simplicia: & quidem æquali æternaque intellectione. Sed dubitat primo, quia si dianoetica pōt vlia, & singularia intelligere, & cōponere, & diuidere, & syllogizare, de his frustra homini dabitur intellectus, cum omnia habere possit per solā cogitatiuam, quæ dicitur dianoetica. Alexander quidem cōcedit totum: non enim ponit præter ipsam dianoeticam in homine aliam virtutem. Tamen Philop. & Simpl. dicerēt intellectum non esse homini frustra datum: qa licet dianoetica appræhēdat vniuersalia, & singularia, nec hæc, nec illa per eius naturam appræhendit, sed vniuersalia appræhendit, vt actuata intellectu. nam secundum eos ex dianoetica, & intellectu fit vna anima actu, cuius operatio est vna. Singularia vero appræhendit mediantibus sensibus, de numero quorum ipsa est vna virtus. Secundo dubitatur contra idem, quia dianoetica est virtus materialis. ergo nōn potest vniuersaliter componere, vel diuidere vel syllogizare: quia sic vniuersaliter intelligeret, & abstracte. Dicendum (vt nunc dictum est) eam intelligere vniuersaliter, quo cū intellectu est vna anima, cuius actualitate ipsa vniuersaliter & abstracte componit, vel diuidit, & discurrit: ipsa enim per eius naturā nihil tale habet, sed vt intellectu actuata secundum Simpl. Quid vero sit dicendum secundum Auer. lib. de intellectu primo diximus.

Potest etiam dici pro opinione Auer. non obstantibus his quæ diximus lib. de intellectu, ꝙ intellectum cōponere, vel diuidere aut syllogizare idem est quod eum intelligere cōposita, vel diuisa, vel syllogistica, hoc est li per illud. Hoc enim supponatur pro nunc, quia alibi disputauimus. Tunc pro opinione Auer. posset dici, ꝙ intellectum intelligere composita vel diuisa, vel syllogistica, aut simplicia bifariam intelligi potest, vno modo per formalem siue actualem compositionem vel diuisionem ab ipso de nouo factam per nouam simplicium intellectionē, & hoc pacto intellectus nec composita, nec simplicia, nec syllogistica, nec asyllogistica intelligit, quoniam simpliciter nihil noui intelligit: vt dictum est. Alio modo potest dici intellectum intelligere simplicia, vel composita, & id genus, per correspondentiam: & hoc modo aliqua simplicia intelligit, & aliqua composita vel diuisa: aliqua syllogistica, & aliqua asyllogistica. Simplicia quidē, quæ explicantur per voces simplices, vt vniuersalem hominem, qui per hanc vocem omnis homo explicatur in illa propositione, omnis homo est animal, vel qui explicatur per illam vocem homo, sine additione cuiusque signi. Composita vero quæ explicantur per vocem compositam mediante copula aliqua: vt hominem existētem animal, quod explicatur per illam vocem complexam, homo est animal: diuisa vel syllogistica eodem modo. vnde illi propositioni, omnis homo est animal in voce: nulla propositio correspondet in mente secundum hāc viam, sed bene correspondet illud intellectum, quod est, omnis homo existens animal illi, nullus homo est lapis in voce, non correspondet illa propositio in mente, nullus homo est lapis, sed hoc intellectum vniuersaliter homo non existens lapis. Intellectus ergo intelligit composita, diuisa, & syllogistica ac asyllogistica: non per actualem cōpositionem, vel diuisionem, vel discursum, sed per correspondentiam, quia quando intelligit aliqua, quæ non possunt explicari nisi per voces simplices, tunc dicitur intelligere simplicia, quando aliqua intelligit vniuersaliter, quæ non possunt explicari nisi per propositiones affirmatiuas vel negatiuas, tunc dicitur intelligere composita, ac componere vel diuidere. quando aliqua intelligit, quæ non possunt explicari per syllogistica, vel asyllogistica: & tūc dicitur syllogizare ergo hæc nihil sunt ex parte intellectus, vt intellectus, sed vt per ipsum nos hæc sic correspondenter intelligimus. Ad quid vero subseruiat dianoetica, lib. primo de intellectu diximus. Sed quid pro ipsa veritate dicendum sit, non erit difficile exponere, si stemus his quæ superius diximus de opinione Aristot. Accepimus enim de mente eius, ꝙ intellectus non prius incepit suo corpore, sed ꝙ simul incipiente corpore suo incepit ipse intellectus. Tunc quærimus vel cum intellectus incipit, simul cum eo concretatur vniuersa rerum scientia, vel intellectus ipse prius incipit, quàm eius scientia sit ipsi facta. Non est dicendum quòd intellectu incipiente secū scientia vniuersa concreetur: quia tunc derelinquetur opinio Platonis, vt dixit hic Philoponus, contra Plutarchū. Arist. enim vbique asserit nostrum scire nō esse reminisci, asserit etiam, vt inqt Philop. intellm̄ esse in principio, veluti tabula rasa est, in qua nihil depictū est, vt Philop. adducit contra Plutarchum. Asserit etiā nostrū scire ex sensibus deduci ex illa dignitate, oīs doctrina, & omnis disciplina fit ex præexistēti cognitione. Asserit etiā in lib. Poster. deficere sciam, cum deficit sensus: vnde postea in hoc.3. ait, qui nihil

Tract.5. Cõ.8 9. et 14.

An intellectus componat.

Tex. cõm. 39.

Prima positio.

Tract.5. Cap.14.

Pro veritate

hil sentit, nihil discit, nihilque intelligit: vbi Philop. dixit Arist. velle clam dicere, quod aperte dictum est in lib. Poster. s. ꝙ cuiuslibet scientiæ principium est sensus. Asseruit etiam secundo huius, animam nostram post sui ortũ maiori tempore degere in ignorantia q̃ in scientia. Patet ergo peripateticum esse, quòd nostrum scire sit de nouo, intellectumque esse prius factum, quàm insit sibi vniuersa rerum scientia. Ex quibus patet quid sit intellectus speculatiuus secundum veritatem. Est enim quid cõpositum ex speciebus rerum, quæ fecerunt in sensibus phantasmata: & in nostro intellectu, qui s̃m sui substãtia est ipsa intellectiua aïa. Hoc enim compositum est intellectus speculatiuus, quia tale compositum mediantibus speciebus põt speculari ea intelligibilia, quorum hæ sunt species. est & intellectus in habitu, quo species fecerũt in ipso memoriam ac habitum siue fixionem. nam sic mediante ipso possumus speculari quãdocunque volumus. Patet aũt, quia intellectus potest de nouo intelligere, eum posse componere, & diuidere, & syllogizare, & ita vna erit virtus syllogistica, compositiua, & diuisiua, vt Arist. dicet postea. Quia vero Auer. intellm̃ posuit substãtiam separatam, & æternã, ideo detrusus est ad errores. cogitur enim negare species, & delere opiniones intellectus, vt patet. Hactenus de digressione.

Tex.com.39.

ARGYR. *Quocirca neque eum corpore mistum ipsum esse: cõsentaneum est rationi: qualis enim quidam fieret, calidus aut frigidus, & instrumentum aliquod ipsius esset profectò, sicut est sensus. Nunc autem, ipsius nullum prorsus est instrumentum.*

Tex.cõmen.6. Vnde neque misceri rationabile est ipsum corpori. Qualis enim quidam vtique fieret calidus aut frigidus, & ei aliquod organum esset, sicut sensitiuo. Nunc autem nullum est.

ἢ καὶ Et vel si.

COLLEC. *Tex.cõmen.6.* Cum intellectum potentiæ dixit esse potestate solum, & nihil esse entium, & nullam esse naturam ipsius: sed hoc solum ꝙ possibilis vocatus est, ostẽdit ipsum ab omni materia esse abstractum, sed aliqua forma (vt Simplic. d.) dupliciter potest intelligi vnita alicui. Vno modo vt vita intrinseca & specificãs id cui inest, quali modo vita equi est inseparabilis ab equo. Alio modo vt vtens aliquo organo, quo dicimus visum esse inseparabilẽ organo, quoniam omnino vtitur organo: ita & separatam formã possumus dupliciter dicere, vel quia nõ est actus & perfectio prima corporis, vel quia nõ vtitur aliquo organo corporali. Vult ergo ostendere intellectum esse separatũ his duobus modis, vt Simpl. videtur sentire, & ꝙ nõ sit actus & perfectio corporis, sicut vita specificans, nec organicus. Et primo faciet primum. Secundo in litera proxima faciet reliquũ. Dicit ergo Arist. vnde neq; misceri rationabile est ipsum corpori vult dicere, sicut actus primus specificãs ipsum, quod declarat. d. Qualis enim aliquis. s. indiuiduus vtiq; fiet, aut frigus, id est frigidus, aut calor, id est calidus, & organum aliquod erit ipsi, sicut, id est simile sensitiuo. i. organo sensus. Nunc aũt nullum horum est: ergo non est virtus specificans corpus, ac forma & actus eius.

Commen.6. HAEC est alia demonstratio. Proponit Auer. intentionem huius loci, & dicit. Hæc est alia demonstratio, ꝙ intellectus materialis non est aliquod hoc, neque corpus, neque virtus in corpore. Et proponit cõtinuationẽ huius demr̃onis ad textum habitũ. d. Et quia natura eius est ista q̃ narrauimus, rectè necesse fuit: vt non admisceretur cũ corpore. i. ꝙ non esset virtus in eo: secundum ꝙ forma admiscetur cũ corpore. Et. d. h̃ Simplic. ꝙ Arist. non dixit intellectum potentiæ esse puram priuationẽ totius esse substantialis, & formarum intelligibilium, quia sic esset pura priuatio & præparatio, vt nos diximus esse mentem Alex. in lib. de anima. sed intellectus est pura potentia intelligibilium, separatusque ab omni corpore, vt probabit. Si. n. esset virtus in corpore. ❡ Ponit nunc demr̃onẽ, quæ vr̃ esse in forma syllogismi hypothetici continuatiui hoc pacto, si intellectus esset virtus in corpore, esset qualitas elementi, vel complexio, vel forma substantialis addita cõplexioni. Sed intellectus nullum horum est. ergo intellectus nõ est virtus in corpore. Inquit, si enim esset virtus in corpore, tunc esset aliqua dispositio, & aliqua qualitas. & si haberet qualitatem. i. esset qualitas, tunc illa qualitas attribueretur calido, aut frigido. s. complexioni: in eo ꝙ est cõplexio, aut esset qualitas existens in complexione tantum addita complexioni, sicut est de anima sensibili, & sibi similibus, id est esset forma in materia mediante aliqua dispositione, quæ est complexio. & sic haberet instr̃m corporale. sed non habet qualitatem attributam calido & frigido, neque habet instrumentum. ergo non est mistum cũ corpore. Et considerare debemus. ❡ Digreditur Auer. & proponit. q. soluendam, & inquit: & considerare debemus in cõsecutione, & destructione supple cõsequentis: ex qua illata fuit destructio ãntis: vtrum indigeant demonstratione, aut non. Fuit aũt consequentia hæc, intellectus est virtus in corpore: ergo qualitas elementi vel complexio, vel mistio prima, vel forma addita mistioni: hęc enim fuit cõsecutio & enthymema. Omne vero enthymema tenet in virtute alicuius propositionis seruatæ in mẽte, ideo oportet videre quæ fuit propositio seruata in mente. Fuit autẽ propositio actu retenta in mente hæc, omnis forma attributa corpori misto intrinsece, & per se est qualitas prima, vel mistio ex primis qualitatibus, vel complexio, vel forma mistionis, scilicet addita ei. Si enim vbi præstet licentia, non reperitur aliquod aliud in misto: nisi aliquod horum, Tunc huic maiori, addita hac minori, intellectus est virtus in corpore misto, cõcluditur cõclusio prædicta, enthymema ergo fuit ex minori, & actõne tm̃, maiori seruata in mente. Inquit. dicamus igitur, ꝙ consecutio consequentis ad præcedens sit vera: manifestum esse ex prædictis. declaratum est enim ꝙ omnis virtus in corpore cõposito. i. misto, aut attribuitur primis qualitatibus. s. formę complexionis. i. aut est cõplexio, aut erit virtus existens in forma complexionali: & sic necessario erit organica, aut sup. erit mistio, aut prima qualitas. & sic habetur tota maior. Destructio vero ❡ Nunc declarat destructionẽ q̃tum ad duas partes. s. primo ꝙ non sit organica virtus. Secũdo ꝙ non sit virtus attributa cõplexioni. Quod non sit organica virtus syllogizatur hoc pacto, oĩs virtus organica est aliquis sensus, sed intellectus nullus est sensus, ergo in secunda figura, intellectus nõ est virtus organica. Minor ꝓbat, qm̃ oĩs sensus est interior vel exterior, sed intells̃, nec est sensus interior, nec exterior. ergo non sensus. ꝙ nõ exterior constat, quia omnis sensus exterior visus est, gustus, tactus & c. quorum nullus est intellectus. ꝙ nõ interior ꝓbatur etiam, qm̃ nec sensus cõis, nec phantasia, nec aliqd̃ aliorum & c. Intellectus ergo nõ est organica virtus. Sylľi huius tm̃ minoris probationẽ tangit, & inqt. Destructio vero manifesta est ex prædictis etiam, & ꝙ nõ sit exterior testat. d. Declaratũ est. n. ꝙ nullum est instrumentũ aliud ab instrumentis quinque sensuum, vbi fuit declaratum ꝙ nullus est sextus sensus. habetur ergo ꝙ intellectus nõ est sensus exterior. Quod nõ interior declarat. d. & vr̃ si intellectus esset virtus aïalis in corpore: tunc aut esset sextus sensus. i. sensus cõis, qui est sextus respectus quinque exteriorum, aut ꝑns sextum sensũm. s. aliquid, cuius proportio ad sextum sensum esset, sicut imaginatio ad sensum cõem sentientem. i. phantasia. modo vult habere ꝙ non sit interior sensus. tunc sequitur ꝙ nullus sit sensus: & per consequens ꝙ nõ organicus. Qm̃ aũt. ❡ Nunc declarat ꝙ intellectus nõ sit mistio seu cõplexio, & inquit. Qm̃ aũt intellectus m̃alis non est virtus attributa cõplexioni. i. cõplexio ipsa vel mistio: manifestũ est ex prædictis, qm̃ cũ aïa sensibilis non sit virtus attributa cõplexioni. i. non sit cõplexio, quãto magis intellectus: q. sup. est vltimus in naturæ opere. Deinde dedit secundã rõnẽ. d. & si esset attributus cõplexioni. i. esset ipsa cõplexio, tunc (sicut. d. Arist.) esse formæ lapidis in anima esset idem cum eius esse extra aïam. ãntiam probo, qm̃ vbi intellectus est mistio, seu complexio, forma lapidis cõpræhensa esset recepta in materia mediante mistione: & sic mediante quantitate. & omnis forma recepta in materia mediante mistione, & qualitate, & quantitate, habet esse naturale simpliciter. ergo lapis esset ita in aïa, sicut est extra aïam. Et sic dedit secundum impossibile

impossibile.d.& sic lapis esset cōpræhendēs.vel qm̄ si non repugnat virtuti corporali esse cōpræhendēs, nec lapidi. Vel qm̄ si complexio potest intelligere.ergo lapis, qui nō est plus q̄ complexio,neque minus. Et alia multa impossibilia contingentia huic positioni. Et quidē dubitat.§Mouet.q.& componitur sic,cogitatiua est virtus rōnalis,cogitatiua est organica.ergo in tertia figura, virtus rōnalis est organica.huius accepit maiorem,& inquit.Et quidā dubitauit in h̄ quod fuit dictum ꝙ intellectus nō habet instrumentum.Ex hoc quod dicitur,ꝙ virtus imaginatiua est in interiori cerebri, cogitatiua in medio, & memoratiua in postremo.Est ergo maior,cogitatiua est organica,& probat hoc per auctoritatem.d.& hoc non tantum dictum est à medicis: sed dictum est in lib.de sensu & sensato, primo lib.de Memoria & Reminiscētia.Minor aūt probatur,cogitatiua ratiocinatur,intellectus ratiocinatur. ergo intellectus est cogitatiua in secunda figura ex duabus affirmatiuis.Et hāc probationem soluet post. sed quia ph̄i & medici sunt concordes quātum ad has virtutes ponit differentiam horum.& inquit.Galenus autem & alij rōcinantur super hoc,ꝙ istæ virtutes sunt in istis locis per locum cōcomitantiæ,& est locus faciens æstimare, nō verus. Sed declaratū est in lib. de Sensu & sensa. ꝙ talis est ordo istarū virtutum in cerebro,per demonstrationem dātem causam & esse.Et sic patet differentia ph̄orū à medicis,quātum ad rōnem huius ordinis, non quātum ad ordinem in se. Sed quid intelligat Auer.per locum concomitantiæ, vt Gal.arguit,quid p̄ demonstrationē dantem esse,& cām, nō inueni declaratum adhuc. Ideo debes scire,ꝙ vno modo intelligi potest locus concomitantiæ.i.locus à concomitantibus.v.g.sicut imaginari sequitur sentire,cogitare ad imaginari,& memorari ad cogitare, ita imaginatio est post sensum,& cogitatiua post imaginationē, & memoratiua post cogitatiuam. Aut intelligit per locum concomitantiæ ordinem in dignitate: quia.n.sensus cōmunis vilior est, ideo in primo loco. & quia imaginatiua est perfectior, ideo in secundo loco & quia cogitatiua illa est perfectior imaginatiua,ideo in 3.& vltimo memoratiua: tanquā perfectiq. inquit ergo ꝙ iste locus concomitantiæ facit æstimare.i. est probabilis syll̄s non demonstratiuus. qm̄ primus modus nihil valet:vna.n.virtus est: quæ ordine quodam concomitatur duabus operationibus. Secundus aūt nihil est, qm̄ accidit ꝙ vile sit in primo,vel postremo loco. Sed q̄d intelligat per demonstrationem dantem cām,& esse vr̄ mihi, ꝙ ipse se declarat in lib.de Memoria & Reminiscentia. vbi sic inquit, & quia ista virtus est diuersarum actionum, ideo habet diuersa loca in capite,& q̄a sentiens sentit primo,deinde imaginatur imaginans,deinde distinguit distinguens,deinde recipi conseruans, necesse est vt imaginans sit in orizonte anteriori cerebri,deinde cogitans sit in medio,deinde memorans & cōseruans in posteriori cerebri. in quibus verbis duas dedit demonstrationes: quarū primo arguit illas virtutes esse diuersas & multas,& componitur,sic omnis virtus cuius operationes sunt numeratæ, nec inuicem reduci aptæ,est numerata numero illarū operationum: sed virtus sensitiua interior est virtus:cuius operationes sunt numeratæ, nec aptæ adinuicem reduci. ergo &c. Secunda demonstratio probat ordinem illarum, quæ sic ordinatur, quo ordine situantur operationes non inuicem reducibiles,eodem & virtutes: quarum sunt, sed operationes sensitiuę sic ordinātur,ꝙ imaginari est in prima parte,cogitare in secunda,& memoratiua in tertia, ergo & virtutes.Et hæc quidem demonstratio dicit esse,qm̄ dat causam ordinis virtutum ex ordine operationum,tanq̄ ex causa finali: quæ est potissima causarum.Demonstratio ergo Gal.erit insufficiens, qm̄ nō probauit p̄ operationes omnino irreducibiles. sed simpliciter loquebat̄ de omnibus operationibus:de quibus nō tenet.& quia dicit,ꝙ hoc declaratur per demonstrationem dicentem cām,& esse,& ideo demonstrat ibidem p̄ sensum operationes sic ordinari,vt dictum est,ad hoc, vt demr̄o sit per cām, & esse.i.per medium notum nobis,& naturæ,& inq̄t: & notum est sensui, cum enim cōplexio anterioris cerebri lædetur, statim lædetur imaginatio illius hominis, & remanet cogitatio & rememoratio secundum suum modum,& cum medium fuerit læsum,lædetur cogitatio:& cum posterius, memoria,& ideo sunt quinque ordines: quorum primus est corporalis magni corticis,& est forma sensibilis extra aīam. Secundus aūt est esse istius formæ in sensu cōmuni, & est primum ordinum spiritualium. Tertius est esse eius in virtute imaginatiua,& est magis sp̄ūalis.Quartus est in virtute distinctiua. Quintus autem est esse eius in virtute memoratiua,& est magis spiritualis, recipit enim medullam: quod distiguūt tres virtutes à cortice.Ecce ergo qūo hæc demr̄o est simpliciter, quia per medium notum naturæ & nobis: & sic locus hic est demonstratiuus:& non ille Galeni. Sed istud.§Nunc persoluit argm̄ illorum,& probat, ꝙ cogitatiua non est intellectus, & rōcinatur hoc modo, intellectus cognoscit & rōcinatur vl̄r, cogitatiua non vl̄r: sed particulariter.ergo cogitatiua nō est intell̄s, nec econtra.Q; cogitatiua nō rōcinetur vl̄r: sed particulariter,accepit,& inquit. Sed istud nō contradicit illi: quod dictum est hic.virtus enim cogitatiua apud Arist. est virtus distinctiua indiuidualis.s.ꝙ non distinguit, nisi indiuidualiter, non vl̄r.hoc syllogizat hoc modo,omnis virtus distinguēs idolum ab intentione & quidditate rei sensilis, cognoscit particulariter,& non vniuersaliter. Tūc apponi minorē.d. Declaratum est enim illic ꝙ virtus cogitatiua non est nisi virtus quæ distinguit intentionem rei sensilis à suo idolo imaginato:& sic patet minor.Amplius probat idē,illa virtus, cuius proportio ad has duas intentiones.s.idoli,& intentionis idoli, est sicut proportio sensus cōmunis ad intētiones quinque sensuum, cognoscit particulariter,& nō vl̄r.& accepit minorem.d.& ista virtus est illa: cuius p̄portio ad has duas intentiones.s.ad idolū rei, & ad intētionē sui idoli, est sicut p̄portio sensus cōis ad intētiones quinque sensuum,Ideo concludit maiorem principalis syll̄i.d. Virtus igitur cogitatiua est de genere virtutū existentium in corporibus.i.cogitatiua.ergo est virtus cognoscens indiuidualiter tm̄, & non vl̄r. Et hanc maiorem probat verbis Arist.d.Et hoc aperte dixit Arist.in illo lib.cum posuit virtutes indiuiduales distinctas in quatuor ordinibus. In primo posuit sensum cōem,deinde virtutem imaginatiuā, deinde cogitatiuā:& postea rememoratiuam.& posuit rememoratiuam magis spiritualem,deinde cogitatiuā,deinde imaginatiuam,& postea sensilem.i.sensum cōem. Licet igitur.§Remouet.q.Galeni,qui sic arguit, virtus cogitatiua appropriatur homini,intellectus appropriatur homini. ergo intellectus est virtus cogitatiua. Respondit.d. Licet igitur homo proprie habeat virtutem cogitatiuam:tn̄ non facit hanc virtutem esse rōnalem distinctiuam.i.non propter h̄ sequit̄ ꝙ sit intell̄s,vel econtra. Illa.n.distinguit intentiones vl̄es,non indiuiduales. & hoc fuit dictum aperte ab Arist.in illo lib.propter quod resumit quod dixit: & inquit.Virtus igitur distinctiua rōnalis, si esset virtus ī corpore, ꝯtingeret vt esset vna istarum virtutū quatuor, quapropter haberet instr̄m corporale, aut esset alia virtus indiuidualis distincta ab istis quatuor. sed iam declaratū est illic esse impo?e.habeat̄ ergo pro manifesto, ꝙ intell̄s nō est virtus cogitatiua,nec ecōtra. Et quia Gal.§ Nūc ponit cām erroris Gal.arguit.n.in secunda figura sic, virtus rōnalis appropriatur homini, cogitatiua appropriat̄ homini.ergo in secunda figura cogitatiua est rōnalis. Reduxit aūt hunc ad primā cōuertēdo alterā p̄pōnū.d.hoc modo, oē appropriatū homini est virtus rōnalis. tunc adæquatur minor prædicta, cogitatiua est appropriata homini ergo cogitatiua est rōnalis,inq̄t:& quia Gal.estimauit ꝙ virtus cogitatiua est rōnalis m̄alis.i.intellectus potentiæ, fecit ipsum errare in hoc locus ꝯn̄tis.i.argm̄ in secunda figura ex duabus affirmatiuis,in quibus nihil sequit̄. Et ponit illum.d.Quia.n.virtus rōnalis appropriat̄ homini, & cogitatiua appropriat̄ ei,estimat̄ p̄p ꝯuersionē affirmatiuæ vl̄is .i.maioris,ꝙ cogitatiua est rōnalis. Est ergo hic triplex error,tum q̄a fallacia ꝯn̄tis, tum quia vl̄is affirmatiua cōuertitur in parte, & non in terminis.tum quia in secunda figura ex duabus affirmatiuis.Et addit, & vnus eorū qui errauerūt in hoc est Alpharabius Albepharag babyloniensis in suo commento in lib. de Sensu & sensato.

COMMENTARIVM.

EXPOSITORES. vt diuus Thomas, & Egid. Arist. nunc probare dicunt intellectū non esse virtutē organicā, veluti virtus sensitiua est organica virtus. Simpl. vero vult Arist. ex dictis deducere duo, & quod intellectus non sit vita intrinsecus viuificans corpusque specificans, & quod intellectus non sit virtus in corpore. Primum. d. Arist. inferre in primis verbis, cum. d. Vnde neq; misceri ipsum corpori, veluti vitam intrinsecus corpus viuificātem, corpusque specificantem rationabile est, cuius causam affert, quia tunc intellectus qualis quidam esset calidus, aut frigidus, qualitate, videlicet, humani corporis, cuius est vita. Secūdum vero inferre. d. secundis verbis, cum inquit. Et ei aliquod organum esset, si esset virtus in corpore, sicut datur quoddam organum ipsi sensitiuo, siue sensui. At nullum tale organum videmus assignatum ipsi intellectui. Auer. aūt verba hæc intellexit, vt in collectaneis dictum est. Ait. n. Arist. hic ponere aliam demonstrationem ad probandum intellectum, nec esse corpus, nec virtutē in corpore. Sed quia hæc Auer. expositio reduci pōt in bonum, vtpote in illam Themistij, dicamus cum Themistio, quod Arist. ex dictis duo deducit. primum quod intellectus non sit corpus corpori miscibile, vt physici dixerunt. Secundum vero quod nō sit virtus organica, cū non vtatur corpore, vt instrumento. Hæc licet ex dictis facile deduci possint. Aristot. tamen de nouo hec probat. Deducuntur enim ex dictis, quia si intellectus nullam prorsus nām habet: nisi qua potentialis dicit: mox sequitur ipsum non esse corpus corpori miscibile, nec esse virtutē organicā: verum Arist. his non cōtentus: pponit horum primum cum. d. Vnde neque misceri rōnabile est ipsum corpori, hoc est: vnde rōnabile est ex dictis dicere ipsum intellectū non esse corpus. s. miscibile alteri corpori. Conuenit aūt hæc expositio verbis Aristot. quia mistio non est nisi corporum primo de gnātione. Quod vero non sit corpus corpori miscibile, patet, eo quia miscibilia corpora non sunt nisi quatuor elnta, ideo infert, quod si intellectus erit corpus corpori miscibile, esset aliquod quale: vt elntū, videlicet, calidū vel frigidum: nullum enim corpus alteri corpori misceri potest vera ac perfecta vnione, nisi sit elntum quale calidum vel frigidū. Q. vero nō sit virtus organica probat, qa si intellectui cōpeteret aliquod organum: tale organum esset simile ei, quod cōpetit sensui, videlicet, aut oculus, aut auris, aut id genus. Modo nullū tale organum est, quod possit intellectui assignari. Quo vero ad verba attinet verbum § & ei § in græco sic habetur ἤκαν quod latine potest legi copulatiue, vt legūt boni interpretes, & pōt legi disiunctiue: & vtroque modo ad rem nihil refert, vt intelligenti patet: Hāc expositionē Them. sequitur Philop. ad verbum: vt patet legenti eū in h loco. Them. vltra textum aliquātulum euagans duabus rationibus probat, quod intellectus non sit virtus organica. Primo quidem, quia tunc afficeretur qualitatibus organi, quæ sibi impedimento essent concipiendi cętera sensibilium genera. Visus enim affectus qualitatibus visorij auditilia concipere nō potest. similiter nec alterius generis. Simili modo & auditus qualitatibus sui organi affectus concipere non potest sensibilia cæterorum sensuum. Secundo vero idē pbat, quod cū nimiū afficeret aliquo appræhensibili, impediret ab appræhensione cæterorū, veluti cum nimio strepitu auditus afficitur, remissum sonum nō appræhendet.

Qua Auer. *Commen. 6.*

ARGYR. *Atque bene recteque censent: qui formarum locum animam inquiunt esse. attamen neque tota est locus, sed intellectiua, neque est actu, sed potentia formæ.*

Tex. cōmen. 6. Et bene vtique dicentes sunt animam esse locū specierum; nisi quod non tota, sed intellectiua, neque actu, sed potentia species.

COLLEC. *eiusdem. 6. Commen 6.* Dedit veritatem antiquæ positionis, & inquit; & bene iam dicentes sunt animam esse locum specierum. Corrigit tamen ipsos. d. nisi quod non tota, sed intellectiua, neque actu, sed potentia species, quoniam non est res ipsæ, sed subiectum ipsorum.

CVM declaratum sit. Proponit Auer. quid antiqui dixerunt. d. cum declaratum sit, quod non est mistus tunc recte dixerunt describentes animam esse locum formarum, cum. i. tametsi defecerunt in hoc loco, quod non acceperunt in notificando substantiam eius propinquam, istam consimilitudinem & conuenientiam, quæ est inter ipsam & locum. Attamen. d. quod ista consimilitudo non debet accipi in intelligendo oēs partes animæ, sed tantū in anima rationali. Aliæ enim partes sunt formæ in materijs; rationalis aūt non. Est ergo dictum antiquorum solum verum de rationali, & hoc propter multa; vel (vt Simpl. d.) quia sola rationalis continet intelligibilia. Sensitiua enim formas recipit tanquam accidentia: intellectus aūt non recipit accidentia, vt. d. Secundo qm̄ de rōne loci est fixe recipere, sensitiua recipit transmutabiliter. modo locus est fixus respectu locati. Tertio quoniam locus est æqualis locato: nihil aūt est æquale formis vniuersalibus, nisi intellectus, vt cōstat. Ergo bene intelligit de intellectu, ipsum esse locum specierū, quia cōtinet immobiliter & æqualiter ipsas species, i. formas. Sed locus. § Ponit tn̄ differentiam inter intellectum, & locum. d. sed locus differt ab aīa distinctiua intelligente in hoc, quod locus nihil est eorum: quæ sunt in eo, immo extrinsecus à locato. anima aūt rōnalis est formæ existentes in ea, est dico nō actu, sed potentia. i. verum subm illarū continens illas intentionaliter. sed dicet quis cur Arist. dedit dr̄iam inter locū, & intellectū? An soluit, & fecit hoc ne aliquis intelligat ex hac descriptione quod genus acceptum in ea sit genus verum: non rhetoricum. locus ergo est genus animæ rhetoricum & metaphoricum.

Sed dices in sermone demonstratiuo non licet vti sermone rhetorico. Respōdet, sed cogetur homo in talibus rebus: quæ non intelliguntur nisi p consimilitudinē, vt notificet ea per talia genera rhetorica, sicut. d. 1. Phy. Sed in hoc cōmento accidit. q. circa verbum Auer. Dicit. n. cogitatiuam minus spiritualem esse memoratiua, & hoc idem in lib. d. d. quidam dicunt verbum Auer. esse in ordine recto, verum in ordine reflexionis esse cogitatiuā. Quidam dicunt simpliciter esse memoratiuam spiritualiorē, qm̄ nō tm̄ sensisse recordamur: sed scisse disputasseque. Sed hoc videtur veluti in postura quædam, ideo dicas quod q̄tum ad res cōpræhensas memoratiua non est spiritualior cogitatiua, sed quātum ad modum appræhendendi, quoniam semper memoratiua supponit denotationē factam per cogitatiuam, non sic cogitatiua supponit semper, & hoc intelligit Auer. in lib. de Memoria & Reminiscentia, cum inquit, memoratiua est magis spiritualis. Recipit. n. s. semper medullam eius quod distinguunt triplices sensus. Ecce quō supponit illam esse vltima spiritualitate spiritualem.

Dubitatio. *Solutio.* *Commen 81. Disputat. 3 in sol. 31.*

COMMENTARIVM.

DIVVS expositor dicit Arist. opinioni suæ adaptare, quod dixerunt veteres de anima: veteres enim definientes animam, dixerunt animam esse locum specierum intelligibilium. Quam definitionem corrigēs Arist. asserit hāc definitionem non competere omni animæ, sed intellectiuæ tm̄. Secundo. d. animam nō esse actu locum specierum hoc est per cōnationem, vt Plato dixit, sed potestate. s. per nouam receptionē illarum. Philoponus parū differēs ab hac expositione, voluit Arist. verba hæc retulisse in Platonē. Asserit. n. Arist. h laudare Platonem, in eo quod dixit aīam esse locum specierū eorū, quæ ipsa intelligit. Ait tn̄ quòd Arist. reprehendat Platonem in duobus. Primo quidē in eo quod dicit oēm aīam esse locum spērū, & non tm̄ intellectiuā. nā reuera sola intellectiua, vt inqt Philoponus, est locus spērū, quia sola rōnalis est immortalis, & vniuersalium receptiua. Secundo vero in eo quod. d. spēs in aīa esse actu, & non potestate. Ponit enim spēs esse connatas aīæ, nō de nouo ei acqsitas. At Arist. tabellæ nō depictæ ipsam assimilauit, cū velit nr̄m scire proprie eē discere de nouo. Plato aūt assimilauit depictæ tabulæ, cum velit nr̄m scire esse reminisci. Sed vnde sequatur hæc adaptatio, vel h Platonis cōmēdatio, diuus Expositor ex pxime dictis hāc seq autumat. nā cū dictum sit intellectiuam animā esse nō organicā, ex hoc sequitur ipsam esse locum specierū. nā si esset organica, nō ipsa, sed organum, esset locus specierum, vel saltē locus esset quid compositum ex ipsa & organo,

Philoponus

Philoponus inferre Arist.hoc vult ex superius dictis, dixit.n.superius ꝙ anima suscipit species rerum intelligibilium,cum nullã habeat nãm,nisi receptiuam,ideo sequitur ipsam esse locum receptiuum spérum intelligibiliũ. Quo vero ab verba attinet.Simpl.ait Arist.hæc verba nõ de intellectu esse intelligenda:sed de aĩa noetica:hoc est intellectiua.Primo quia intellectus non est aĩa,sed animæ particula.Modo verba Arist.sunt de anima.Dicit.n.§Et bene vtiq; dicentes sunt animam§& non dixit intellectum. Secundo quia intellectus nõ est locus spérum,sed anima ipsa,cuius intellectus est particula,vnde proprie intellect⁹, est quo anima est locans species:anima vero ipse locus locans spés. Sed occurres,quia locus nõ recipit. anima vero recipit species. ergo in secũda figura aĩa non est locus. Simpl.asserit aĩam intellectiuam assimilari loco:non quidem in recipiendo,sed in ambiendo:quia ẽm ipsum anima intellectiua non recipit,sed ambit species ac vlia. Potest tñ dici Aris.esse locutum de more veterũ, qui crediderunt locum esse vacuum , & in eo corpus recipi . Hoc.n.modo anima vacua speciebus,cum eas connatas non habeat,sed potentia,dici põt illarum locus. Them. vero per librans verbum εἰδῶν, exponit spérum.s.vlium . nam etiam anima sensitiua est locus specierum singularium : verum hic per species vniuersalia intelligit.vel spés,quę vniuersaliter repręsentant. In digresione aũt Auer.animaduerte,ꝙ grę-ci asserunt dianoeticam,quã cogitatiuam Auer. appellat, posse & vniuersalia,& singularia intelligere:singularia quidem per eius nãm quæ est singularis ac materialis,& per naturam sensuum , quibus est copulata. Vniuersalia vero non intelligit propter eius nãm, sed, vt actuata intellectu materiali per essentiam abstracto, veluti aer per suam naturam non potest colorum intentiones vel spés recipere: actuatus vero lumine species illorum recipit. Verum superius hanc positionem acutissime reprobauimus:vbi demonstrauimus non posse cogitatiuã actuari intellectu simpliciter immateriali, quia qua ratione nõ potest recipere vniuersale materiale immaterialiter,eadem ratione,& minus,poterit recipere atq; actuari ab intellectu simpliciter immateriali,cũ sit longe distantior ab intellectu,q̃ ab vniuersali materiali : ideo hæc sunt intelligẽda,vt diximus de intellectiua anima,quæ non posset esse locus spérum vniuersalium(vt Philoponus inquit)nisi esset simpliciter immortalis , ac per essentiam independens ab eius subiecto.

Dubitatio. *Solutio.*

ARGYR.

Atqui passionis vacuitatem non similem esse sensitiui atque intellectiui: patet in sensuum instrumentis,atq; in ipso sensu.Sensus.n.ex vehemente sensibili sentire nõ potest. Auditus nanq; , non audit sonum post magnos sonos,et visus non videt. atq; odoratus non olfacit post vehementes colores atque odores . At intellectus aliquo valde intelligibili intellecto: non minus sane,sed magis percipit intelligitq; inferiora.Sensitiuum.n.nõ est sine corpore. At intellectus ab eodem est separabilis.

Tex.cõm.7.

Quod autem non similis sit impassibilitas sensitiui & intellectiui: manifestũ est ex sensorijs & sensu.Sensus.n.non potest sentire à vehemẽti sensibili,vt sonum & à magnis sonis, neque à fortibus odoribus & coloribus videre aut odorare. Sed intellectus cum aliqd intellexerit valde intelligibile, non minus intelligit inferiora,sed & magis. Nam sensitiuum quidem non sine corpore est.Intellectus autem separabilis.

COLLEC. *Tex.cõm.7.*

Expositores græci volunt ꝙ cum Ari.demonstrauit intellectum esse separatum à mistione: hac in parte demonstrat ipsum separari ab organo,& hoc pacto Simp.hunc locum interpretatur.Quod autem separatur ab organo,hoc pacto ex verbis Them.& Simplic.syllogizari põt:id quod non afficitur qualitatibus instrumenti ac organi,nõ est organicum,sed intellectus nõ afficitur.ergo &c.Vel sic, ois virtus cuius operatio ab organi qualitatib⁹ ac affectionibus soluitur,separata est ab organo ac instrumẽto, sed intellectus est hmõi virtus , probatur in litera per differentiam inter sensum,& intellectum,& sermo Aris.est perspicuus.Syllogismi igitur nihil accepit : nisi minoris probationes ẽm expositores græcos. Sed profecto hęc expositio superfluum reddit Arist.qm̃ iam Aris.probauit intellectum non esse virtutem in corpore.ergo & ipsum separari ab organo.siquis.n.probat aliquod non esse animal, & ipsum non esse hoiem probatum capit. sic in proposito siqs probat intellectum solutum esse à corpore, ac ipsum non esse in corpore,proculdubio & ipsum separari ab organo, ac non esse in organo probabit. quare cum in prima litera proxima hoc fecit, nõ decet & hic repetere,ideo sustinẽt Auer.melius,vt in expositione commenti dicetur.

Commen.7.

CVM declarauit. Hũc tex. Auer.dupliciter exponit, vt dicam,& quælibet expositio melior est illa græcorum. Proponit ergo partis intentionem. d. Cum declarauit ꝙ intellectus materialis nõ admiscetur materiæ,incepit notificare ꝙ hoc conuenit apparẽtibus,& dedit rationem.d. Hæc.n.est conditio necessaria necessarijs demõstrationibus, vt apparentia sensu non differat ab eo : quod videtur per rationem,sicut dictum est primo celi.& 8.physicę auscul. Et debes scire, ꝙ illa demonstratio conuenit apparentibus sensu,per quã soluuntur oẽs apparentiæ existentes in re , quemadmodum in proposito videmus ꝙ sensus post cõpræhensionem alti ac sublimis sensilis non sentit sensile debile atq; infima.Cuius contrariũ videmus in intellectu.Quia igitur per demr̃onem dictum saluatur hæc sensilis apparẽtia,ideo demr̃o dicta est conueniens apparentibus sensu. Aristo.ergo ẽm expositionem Auer.docet quo pacto demr̃atione dicta saluetur hmõi apparentia ẽm hanc expositionem. Qm̃ priuatio transmutationis.§Vult ꝙ passibilitas sensus nõ sit,sicut illa intellectus,& inquit : qm̃ priuatio transmutationis existens in sensu.i.qm̃ intrãsmutabilis sensus non est similis priuationi transmutationis existentis in intellectu.i.intransmutabilitati,vt demr̃atum fuit rõne,manifestum est ex apparentibus.Cuius cãm reddit.d.priuatio.n.transmutationis in intellectu debet esse pura,& non est ita priuatio transmutationis in sensu,cũ sensus sit virtus mãlis. Et signum eius.§Huius dr̃ię ponit signum,& inquit.Et signum eius est,qm̃ sensus non potest sentire sua sensilia conuenientia sibi : qñ senserit aliquod forte & magnũ sensile,& recessit ab eo subito ad aliquod aliud sensile.v.g.qñ sensus auditus recessit à magno sono, aut visus à forti colore, & olfactus à forti odore . Et reddit causam.d.Et causa in hoc est passio & transmutatio,q̃ accidunt sentienti à forti sensato. Cuius transmutationis causam adhuc ait.d.Et causa huius transmutationis est,q̃a est virtus in corpore. & per hæc iam cõstat primum membrum dr̃æ.Tunc declarat secundum de intellectu.d.intellectus,qñ intellexerit aliquod forte intelligibile: tunc facilius intelligit intelligibile non forte.Propter quod concludit,vnde scimus ꝙ non patitur,neq; transmutatur à forti intelligibili. Et sic patet tota dr̃ia sensus, & intellectus per sensum.Ostendit modo hanc apparentiam conuenire demonstrationi,qm̃ per cõclusionem illius possumus dare causam huius & inquit.causa in hoc est,quod prius fuit dictum.s.quia sentiens non est extra corpus.intellectus ãt est abstractus.Per h̃.n.q̃a sensus est virtus organica & corporalis potest infici qualitatibus organi. Intellectus autẽ cum sit separatus à corpore,proculdubio non est infectabilis à viribus corporis aut organi.Ecce qũo demr̃atio illa conuenit apparẽtijs. Et possumus ponere.§ Aliter exponit hunc locum Auer. vt.s.sit demr̃o tertia , quæ potest componi hypothetice:hoc modo,Si intellectus est virtus in corpore, contingit ipsum trãsmutari essentialiter in sui operatione : q̃ est intelligere. Sed impossibile est ipsum transmutari in sui operatione.ergo impossibile est ipsum esse virtutẽ in corpore.Inquit,possumus ponere hũc sermonem demonstrationem tertiam per se.s.demonstrationem diuersam à prędictis duobus,quia cum diximus ꝙ intellectus transmutatur essentialiter non accidentaliter, & mediante alio,(hoc.n.concessum est in intellectum)necesse est vt trãsmutatio contingat ei apud suam actionẽ propriam:quæ est intelligere sicut est in sensu.est ergo maior, si intellectus est virtus in corpore vel organo, tunc contingit ipsum alterari in sui operatione propria . Tunc dat oppositum

Cõm.22. Cõ.22. & 26.

oppositum ♃ntis.d.& si non transmutatur per se, & essentialiter, necesse est, vt non sit virtus in corpore oino: hic est syllogismus. Probat aũt antecedẽs huius syllogismi. & inquit. Oĩs n. virtus recipiens in aliquo corpore.i.per organum vel corpus, debet transmutari, vel contingit transmutari ẽm ꝙ est recipiens. hæc est maior. tunc adde minorem, sed ꝑ te intellectus est virtus recipiens in aliquo corpore. ergo debet vel contingit ipsam trãsmutari. Sed ambigunt contra maiorem hanc, qm̃ forma in corpore non transmutatur per se: sed tm̃ per accidẽs: totius.n.est trãsmutatio per se: partis aũt per accidens. Dicẽdum vel ꝙ non intelligit ipsam transmutari ẽm esse, sed ipsam lædi in operatione, & ideo dicit per se apud operationem, & non simpliciter. Vel aliquod transmutari per se contingit dupliciter. Vno modo solitarie, & sic solum compositum per se transmutatur. Aliomodo per se.i.semper. & sic pars formalis: quæ est in mã semper lassatur, quando est in materia, seruatis conditionibus lassi, vt dicã. Et ideo nõ oportet.§ Circa dicta mouet.q. Auer. & quæstio cõponitur sic, id transmutabile est cui accidit in sui operatione fatigatio, sed in ĩtellectu accidit in sui operatione fatigatio, qm̃ lassatur lassu sensuum. ergo est transmutabilis. Huius quæstionis accepit cõclusionem.d. Et ideo non oportet obijcere huic argumẽto ex eo ꝙ accidit in intellectu de trãsmutatione. hæc est conclusio, reddit rationem minoris.d. propter transmutationẽ virtutum imaginationis, & maxime cogitatiuæ. Tunc accepit minorem.d. In intellectu.n. æstimatur accidere fatigatio hoc modo. Et non est ita.§ Soluit.q.& inquit: & non est ita.s.ꝙ intellectus transmutatur per se: sed tm̃ accidentaliter. & hanc conclusionem probat, & potest ratio sic componi, id non fatigatur ꝑ se, cui accidentaliter, & qñq; coniunguntur virtutes fatigabiles, Sed intellectui virtutes tres.s. cogitatiua, imaginatiua, & memoratiua, que sunt virtutes fatigabiles per accidẽs, & qñq; vniuntur. ergo intellectus nõ est per se fatigabilis. Minor declaratur exemplo, qm̃ tunc sunt necessariæ: quando sunt in loco virtutis sensibilis. huius accepit minoris. probationem, & inquit. Virtus.n. cogitatiua est de gñe virtutum sensibilium: imaginatiua aũt & cogitatiua: & rememoratiua nõ sunt in se necessariæ, sed in loco virtutis sensibilis.i.qñ sensus exterior nõ repñsentat sensile intellectui: & sic habetur minoris probatio. Sed dices semper intellectus eget phãtasia, siue in absentia siue in pñsentia sensiliũ, qm̃ intelligere non sine phantasia est. Dicẽdum ꝙ in absentia indiget eis principaliter & primo & tm̃. In præsentia aũt non tm̃, sed quasi per accidens, & ideo maior est vera, qm̃ non eget eis solis & per se. Et oẽs.§ Secundo probat idem, & ratio sic cõponitur, id non læditur ab illis tribus virtutibus lapsu earum per se, & essentialiter, quod iuuatur ab illis, & non essentialiter eget illis. Tunc accepit minorem.d.& omnes iuuãt ad pñtandum imaginationem rei sensibilis: vt aspiciat eam virtus rationalis abstracta, & extrahat intẽtionem vniuersalem: & postea recipiat eam .i.cõprehendat eam, redit post ad primam expõnem, & sermo eius patet. Ambigunt quidã primo an intellectus possit lassari. Et vr̃ ꝙ sic. tum primo, qm̃ contraria hñt fieri circa idem, sed intellectus delectatur. ergo illum & fatigari contingit. Tum secundo, quia agit in tẽpore, ergo contingit ipsum lassari. aliter subito ageret. Tum tertio, qm̃ aliquod est difficile intelligi. ergo intellectus difficulter & faciliter operatur. ergo lassatur. Ad hoc quidam dicũt ꝙ fatigatio potest capi dupliciter. Vno modo pro resistentia merito virtutis in contrarium tendentis ipsi virtuti agẽti: qualis inuenitur in corporibus naturalibus, quæ in materia communicant. Secundo accipitur pro omni ineptitudine subiecti ad receptionem alicuius operationis. Primũ membrum acceperunt forte.2.cœli.& in principio secundi capituli de Substantia orbis. Secundum inuenerunt in 2. cœli. vbi declaratur ꝙ si astrum adhæreret orbi tardius moueretur &c. Ad propositum ergo dicunt intellectum lassari.2.modo lassitudinis: cũ multis intelligibilibus fiat ineptus. Sed his accidit mirabile, ꝙ intellectus aliquibus intelligibilibus esset aptior, aliquibus ineptior: h̃ autẽ est derisibile qm̃ intellectus ad omne intelligibile summe inclinatur. ergo nulli est ineptior &c. Item quod fortificat̃ à forti intelligibili, non põt reddi ineptum illi, sed dictum est intellm̃ fortificari propter cõphensionem magni intelligibilis. ergo &c. Aliter ergo dico ꝙ lassitas põt capi tribus modis. Vno modo pro pœna & labore alicuius potentiæ in opus exequendũ, & huius causa remota est qualitas agentis ad resistens, propinqua vero est resolutio spirituum, vt dixi in lib. de Substantia orbis. Secundo modo põt capi pro omni resistentia, & sic cõpetit omnibus contrarijs, & raro vtitur Arist. hoc modo. Tertio modo pro oĩ improportione & ineptitudine potẽtię ad opus, sicut cœlum resistit intelligentiæ. Et tunc dico ꝙ intellectus nullo istorum modorum lassatur in se, sed sensus: sensus.n. cũ vtatur spiritibus, & organo, & spiritus resoluatur propter sensationem, ideo potest sensus lassari. Amplius etiam tertio modo lassatur, qm̃ oculus ineptus est alicui magno visibili. Primo modo aũt raro: vel nunq̃, intellectus aũt nullomodo horum lassari dicetur: cum sit prorsus à materia & corpore separatus ac seiunctus, sed bene per accñs lassatur. secundo modo, vel 3. modo ratione sensuum, vt dixi.

Tunc ad rationes. Ad primam patet sol. Intellectus.n. in se non delectatur, nisi equiuoca delectatione, sicut dñs delectatur in factura rerum, sed vt continuus corpori vt sic delectatur & tristari potest. Sed ad secũdum illa difficultas prouenit intellectui: vt vtitur sensibus. Ipse.n. in se oĩa summe intelligit vt cõstat. Sic ad tertium. intellectus.n. merito sui non agit in tempore, nec recipit in instanti, sed vt corpori continuus est, vt scis.

Dubitatio. *Solutio.* *Dubitatio.* *Solutio.* *Dubitatio.* *Solutio.* *Vtrũ intellectus defatigetur.* *Argumenta.* *1. Responsio.* *Cõm. 3. & 6.* *Commen 7.* *Responsio. 2.* *Ad argumenta*

COMMENTARIVM.

GRAECI: vt Them.& Simpl.& Philop. arbitrantur Ari. hic probare quod accepit.s.ꝙ intellectui in intelligẽdo nõ assignetur organum aliquod, sicuti assignatur sensitiuo, cuius Arist. ratio est, vt Philop. breuibus resumit, q.a intellectus potest pari pacto magna & parua intelligere, ac sensus non potest magna & parua sensibilia indifferenter sentire. Causa differentię est, quia intellectus est virtus separata ab organo, sensus aũt est virtus organica. Sed dices, vt in collectaneis diximus, Arist. hoc probauit proximo textu, ergo superfluit, hoc repetere. Potest expositio hæc defẽndi, ꝙ Arist. proximo textu hoc probauit vna ratione. At nunc idem probat alia ratione, & sic non superfluit. Præterea. Potest dici ꝙ hæc probatio est expositio proximæ rõnis, quia proximo textu probauit intellectum non esse virtutem mãlem siue organicam, quia tunc sibi assignaretur aliquod organũ sicut assignatur ipsi sensitiuo, modo in hoc textu destruit ♃ns, ostẽdens nullum tale posse assignari. Auer. aũt dat duas expositiones, prima est, ꝙ postq̃ probauit intellectum esse formã separatam per rõnes, nunc ostendit illud conuenire obseruationi sensatæ. Quæ expõ friuola est, quia cum Aris. conclusionem illam non probauerit, non põt nunc ostẽdere eam cõuenire experientiæ. Secundo exponit ꝙ Arist. hic ponat tertiã rationem ad probandum intellectum esse sub̃am separatam, quæ expositio stare non potest. primo cum hanc conclusionem Aristo. nullis rationibus probauerit. Non.n. talem conclusionẽ assignauit, quare eandẽ nunc nõ potest probare rõne tertia, nec quarta. Præterea. Si Auer. intelligeret per sub̃am separatam formam assistentem nobis, vt Gand. intelligit, falsa est eius expositio, quia ex hoc ꝙ intellectus non esset virtus organica, non debet sequi ipsum esse sub̃am assistentem nobis, vt oẽs intelligunt. Ego vero miror cur laborant exponere, quid velit facere Aristo. cum ipse quid velit facere proponat. Dicit.n.§ Quod aũt nõ similis sit impassibilitas sensitiui & intellectiui ab eorum proprijs obiectis: manifestũ est ex sensorijs quæ sunt organa sensuum, & sensu ipso.§ Siquis.n. inspexerit sensoria, quæ sensibus assignantur, & in sensu ipso inueniet talem drĩam, quæ vertitur inter intellectiui & sensitiui impassibilitates: cum.n. Arist. vt placuit Them̃. sumpsit quædam cõia intellectui & sensui: quorum vnum erat, vt nec intellectus, nec sensus pateretur ab eorum obiectis corruptiue, nunc ostendit dissimilitudinem inter talium impassibilitates ab obiectis. Quod ideo hoc loco ostendit, quia hæc dissimilitudo deducitur ex his, quæ proximo tex. dicta sunt:

Expositio græcorum. *Dubitatio.* *Solutio.* *Quæ Auer. Cõm. 7.* *Expõ propria.*

sunt: probatum.n.est intellẽm non esse organicum, & ideo ex h̃ deducitur impaſsibilitatẽ intellectus ab obiectis nõ esse similem impaſsibilitati sensus à suis obiectis. Patet ergo non esse difficile intelligere quid velit facere Ari. nec quid ipse faciat. Simpl. per impaſsibilitatem intelligit in ipsis susceptibilibus nondum factam susceptionẽ, quod nõ placet, cum Arist. innuat se per impaſsibilitatẽ intelligere corruptiuæ paſsionis carentiam, ac vacuitatem, ἀπάθεια, Apathia.n. græce latine paſsionis corruptiuę vacuitas, & licet videatur leue reprehendere tantum virum de græco verbo, tñ hoc feci, quia Philopo. & alij græci sic exposuerunt verbum. Accedit ꝙ hoc superius demr̃auit esse commune quoddã intellectui, & sensui. Declarauit.n. nec intellectũ nec sensum corruptiue pati ab obiectis eorũ. Proposita vero intentione, Arist. illam probat & dicit. Sensus.n. non potest sentire à vehementi sensibili, vt sonum & à magnis sonis: neq; à fortibus odoribus & coloribus videre, aut odorare. At intellectus cum ĩtellexerit aliquod valde intelligibile, nõ minus intelligit inferiora ĩtelligibilia, sed magis. Huius dr̃iæ causa in proximo textu habetur, quam repetit, cum dicit. Nam sensitiuum quidem nõ sine corpore organo est, cum sit virtus organi. Intellectus aũt est virtus ab organo separabilis, vt dictum est. Est ergo differentia, ꝙ sensus saltem per accidens pati potest à suo obiecto ratione organi, cuius est virtus. Intellectus nec per se nec per accidens, cum sit virtus soluta organo.

Dubitatio.

Sed dices ex his solum habetur differẽtia inter paſsibilitates sensus externi & intellectus, nõ autem inter impaſsibilitates intellectus & sensus interni. Et dicendum quod eodem haberi potest modo differentia hæc: nam phantastica à profunda phantasia sæpius dissoluitur, & cæteri interni similiter. Hæc de differentia horum.

ARGYR.

Factus autem vnumquodq;, perinde atq; is qui dicitur actu sciens, quod quidem tum accidit cum ipse per seipsum operari potest: est quidem & tunc quodammodo potentia, sed nõ perinde vt erat antea quàm didicisset vel inuenisset, atque tunc seipsum etiam intelligere potest.

Tex.com.8.

Cum autem sic singula factus est, vt sciens dicitur, qui est secundum actum (hoc autem accidit, cum potest operari per seipsum) est quidem similiter, & tunc potentia quodam modo, non tamen similiter, & vt erat anteq̃ didicisset, aut inuenisset, & ipse seipsum tunc potest intelligere.

COLLEC. Tex.com.8.

Cum tractauit de intellectu: vt potentia est intelligibilia, hac in parte pertractat de eo: vt perfectus est, quonam pacto ad intelligibilia se habet, & totus sermo eius manifestus est per ea, quæ in expositione commenti dicemus.

Cõm.8.

ET cum intẽtio. Debes scire, ꝙ intellectus est in potẽtia dupliciter. vnomõ ad intelligere. aliomodo ad vsum illius. prima potentia fuit ad actum primum. secunda dicit̃ ad actum secundum vt scis. Primo ergo ostẽdit quo pacto intellectus dicatur in potentia: quando iam est perfectus, & inquit. Et cum in eo fuerit vnumquodq; intellectorum tali modo: sicut dicitur in sciente, quod est sciens in actu. i. quãdo intellecta fuerint in eo entia in actu. i. actu vniuersalia & abstracta. Et declarat qñ hoc contingit. d. Et hoc contingit intellectui, qñ poterit intelligere per se: & non quando intellexerit per aliud. i. acquisitionem formæ imaginabilis. Tunc erit potẽtia quoquo modo. i. tunc dicetur de eo hoc nomen potentia non vere: sed modo simili. & sic litera debet legi trãspositẽ, &. q. d. tunc nõ erit proprie, in potentia ad actum primum: sed ad opus, & actum secundum vsumq; eius. Et hoc quod. § Tãgit sensus verbi Ari. d. Et hoc quod dixit, est differentia inter virtutes agentes propinquas & remotas: propinquæ.n. actui sunt quæ agũt per se. i. sine concursu extrinseci extrahentis eas de potentia in actum, remotæ aũt indigent. Arguitur ergo conclusio hoc modo, omnis virtus, quæ potest vti opere: quando vult, est in potentia propinqua, sed intellectus est virtus, q̃ potest vti opere quando vult, ergo est in potentia propinqua.

Dubitatio.

Sed ambiges, qm̃ intellectus in potentia propinqua existens, non est plus q̃ materia in potentia, nec minus, sed mã in potentia propinqua existẽs eget vno saltem motore, vt dicit Auer. 9. sapientiæ. ergo & intellectus &c.

Cõm.12. Solutio.

Ad hoc dicendum, ꝙ Auer. loquit̃ de potentia propinqua materiæ ad actũ subalem, & tunc necessario eget motore extrinseco, sed Auer. loquitur hic de potentia propinqua ad opus, seu ad vsum operis. Et cum intellectus. § Nunc docet modum: quõ intellectus intelligit se. & primo inquit, ꝙ licet intellectus sit aliquo modo ens actu: attamẽ nunq̃ intelligit se, nisi quia est factus ipsa intellecta, quæ intelligendo intelligit se, inquit. Et cũ intellectus fuerit in hac dispositione. i. actuatus intelligibilibus: tunc intelliget se, ſm ꝙ ipse non est aliud: nisi formæ rerum, inquantum extrahit eas à materia. i. recipit illas vr̃. Quasi igitur. § Tũc dat secundum quõ. s. intelligat se, & inquit. Quasi igitur se intelligit modo accñtali: vt dicit Alex. i. ſm ꝙ accidit intellectus rerum: ꝙ fuerint ipse. i. eius essentia. Et hoc est. § Ponit tertiam propõnem: per quã ponit dr̃iam inter intelligere intellectus nostri, & aliorum superiorum, & inquit. Et hoc. i. comprændere se, ecõtrario est dispositioni in formis abstractis: ille.n. cum intellectu earũ non est aliud ab eis in intentione: per quam sunt intellecta istius intellectus: ideo intelligunt se essentialiter, & non accidẽtaliter. Et hoc perfectius. § Dedit nunc quartam propositionem, per quã ponit dr̃iam inter intelligere primi intellectus, & nostri, & aliorum, & inquit. Et hoc perfectius inuenitur in primo intelligente, quod nihil intelligit extra se. Hic dubitatur contra secũdam propositionem, primo qm̃ quidditates vr̃es non sunt intellectus: ergo prædicatio mala.

Dubitatio.

Rursum si sunt essentia intellectus, ergo intellectus non intelliget se modo accidẽtali: immo essentialiter, qm̃ per vr̃e, quod est eius essentia, & hoc intelligere est essentialiter. Post hoc dubitatur circa tertiam propositionem, qm̃ intelligentiæ inferiores ita intelligunt superiores, sicut intellectus noster intelligibilia, ergo intelligẽtię inferiores intelligunt se intelligendo superiores, & sic per essentias superiorum, & sic per accñs.

Solutio.

Pro solutione oĩum debes scire primo, ꝙ prima intelligẽtia sola intelligit per essentiam, qm̃ nulla est alia superior à qua perfici poſsit, infima autem solum intelligit prout perficitur ab intelligentijs superioribus & per essentias superiorũ, & vniuersalia: prout mens remouet ea à materijs. medię intelligũt medio modo, qm̃ respectu superioris intelligunt perfectiue, & prout sunt causatæ. respectu inferioris, prout causæ sunt. Tunc ad primam dicendum, ꝙ intellectus propter duo intelligit se per accñs. Tum primo, quia non per eius essentiam, cum hoc solum sit in intellectu superiori. Tum secundo, qm̃ intelligit se per vr̃es formas, quę etsi non sint accidens intellectui: tamen accidit illis vt fiãt intellectus saltẽ in modo essendi. accidit aũt eis fieri intellectum, qm̃ in suis naturis sunt indiuidua, ideo fiũt intellectus per accidens. Et ideo eo modo quo intellectus perficitur ab intelligibilibus primo & per se intelligit se: eadem attingentia & cõphensione, non ꝙ alia cõphensione, intelligibilia, & alia se, sed vnica numero compræhẽsio primo est intellectorum: secundo intellectus. Et sic patet solutio ad argumenta primæ dubitationis. Ad secundam autem dicendum, ꝙ Auer. loquitur de intelligere earum, respectu inferiorum, & vt causæ sunt, & nõ vt causatæ, illæ.n. vt causæ intelligunt se per se, qm̃ non intelligunt se prout non intelligunt per essentias, quia intelligere earum est essentia ipsarum. Secundo qm̃ non intelligunt se propter intelligibilia: immo intelligibilia intelligunt intelligendo earum essentias, & sic est econtrario, vt recte dicit Auer. Et ex his patet: quõ intelligere, cõtingit alio modo ĩ intelligentijs, & alio modo in intellectu, & per consequens in solo primo intellectio est simplex. Et poſsumus exponere. § Aliter verbum vltimum Arist. exponit Auer. & dicit. Et poſsumus exponere istum locum, ſm ꝙ Alphara. dicit in suo tractatu de intellectu & intellecto, & est ꝙ cum intellectus fuerit in actu, erit vnum entium, & poterit intelligere seipsum per intẽtionem quã abstrahet à se ſm ꝙ abstrahit intentionem rerum, quæ sunt extra animã. Et dixerunt quidam Alpha. sentire intellectum se intelligere: quẽadmodum æstimatiua eligit species insensatas ex speciebus

nis discernit: caro nanq; non est sine materia, sed perinde atq; simum, hoc est in hoc.

Tex.cōm. 9. Quoniam autem aliud est magnitudo & magnitudinis esse, & aqua & aquæ esse, sic autē & in multis alijs (sed non in omnibus: in quibusdam.n.idem est.) Esse carni & carnem & alio aut aliter se habente discernit intellectus. Caro.n.non sine materia est, sed sicut simum est hoc in hoc.

COLLEC. Tex.cōm. 9. Videtur Simpl. hunc locum intelligere, ꝙ cum Arist. de anima, vt in se consistente locutus est, nunc de ea, vt est ad nos conuersa, & de intelligere eius vt est in nos conuersa, pertractat. ipsa.n.in se nihil intelligit, nisi formas & spēs, vt conuersa ad nos, & formas, & sensilia intuetur, ob quod erat opus & nunc de ea hoc pacto indagari. Sed proculdubio hæc expositio nulla est. Arist.n.tractabit posterius de opere intellectus vt est ad nos conuersus; ergo nō decet hac in parte id exequi. propter quod melius Them. & Auer. hunc locum interpretantur, quemadmodum in expositione commenti dicemus.

Cōm. 9. CVM compleuit sermonem. Proponit Auer. capituli intētionem, ac illius cām, & inquit. Cum compleuit sermonem de notificatione substātiæ intellectus materialis, .i. cum compleuit diffinitionē intellectus potentiæ, & dedit drīam inter ipsum, & substantiam sentiētis materialis, vt in fine secūdi libri, incepit dare etiam drīam inter intellectū in actu & imaginationem in actu. Cuius rationem dedit.d. Æstimatur.n.ꝙ imaginatio ipsa est intellectus, & syllogismus, per quē hoc æstimatur componitur, mouens & motum sunt idem, intellectus est motus, imaginatio in actu est mouens intellectum. ergo intellectus & imaginatio sunt idē. Minor probatur, ab eo mouetur intellectus, ad quod proportionē dicit talem, qualis est sensus ad sensile, sed ad imaginationem habet hanc proportionem, ergo &c. inquit. Et precipue cum dicimus ꝙ proportio eius ad intellectum, est sicut proportio sensibilis ad sensum. s. ꝙ mouet ipsum. Hæc est minoris probatio, & æstimatur ꝙ mouens & motum debēt esse eiusdem speciei. Et hæc fuit maior syllogismi principalis. Et hæc maior æstimatur ꝑ duo. Tum quia patiens in fine est simile agēti. Tum etiam qm̄ patiens vniuocum est illi, ex his ęstimatur maior, & sic patet intentio & causa intentionis. Et quia hoc.§ Proposita intentione exequitur, & intendit in hoc cōmento hoc enthymema, indiuiduum, & quidditas sunt diuersa in reb⁹ materialibus, ergo virtutes cognoscētes illa duo aut erūt duæ distinctæ, aut vna, diuersa dispositione. Et ex hoc vult habere, ꝙ, cum intellectus cognoscat quidditatem tm̄, & imaginatiua indiuiduum tantum, erūt duæ virtutes diuersæ, quibus patet differētia earum. Primo ergo apponit antecedens, & inquit. Et quia hoc indiuiduum est aliquid, & intentio per quam hoc indiuiduum ęst ens. s. quidditas & forma eius est aliud. v. g. ꝙ hec aqua est aliud, & intentio. i. forma, per aquā aqua hæc est ens, aliud est ab aqua, & hoc .s. indiuiduū esse aliud à quidditate, accidit similiter in multis rebus. s. in omnibus cōpositis ex materia & forma, tam naturalibus q̄ artificialibus, vt dicit Them̄. hoc est antecedens. Sed limitat añs in quibus verum, & in quibus non d. & dixit. Sed non in oībus ad excipiēdum res abstractas: quę sunt res simplices, & non composite. Cuius rationem dedit. d. & causa propter quā hæ duæ intentiones nō inueniuntur in oībus entibus, est ꝙ quidditas & essentia in entibus simplicibus est idem. v. g. ꝙ esse carnis idem est cum carne, quia intentio carnis in eis non est in materia. Hoc ergo est antecedens, & limitatio eius. s. ꝙ in rebus materialibus indiuiduum, & quidditas diuersa sunt. Necesse est.§ Cum accepit antecedēs, & limitauit ipsum, dedit ꝑñs, & inquit. Necesse est vt virtus experimentatiua. i. cōpræhensiua, compræhēdat eam aut per duas virtutes, aut per vnam: sed duabus virtutibus diuersis, h̄ est ꝑñs. Cū duabus.§ Exponit ꝑñs, & inquit. Cum duabus autē virtutibus erit, quando comp̄henderit vtrunq; per se. s. formam singulariter. i. seorsum, & indiuiduū singulariter. i. seorsum. Per vnam vero virtutem, & dispositionem diuersam, q̄n compræhenderit alietatem: quæ est inter has duas intentiones .i. quando comp̄henderit illa comparatione: quod.n. compræhendit alietatem inter duo necesse est (vt declaratum est) vt sit vnum vno modo, & multa alio modo. Vult dicere ꝙ est vnum: vt comp̄hendit drīam, quæ est quid vnum in se. plura aūt: vt comp̄hendit extrema. Verificat aūt h̄ in intellectu, d. Et ista est dispositio intellectus in comprehendendo alietatem, quæ est inter formam & iudiuiduū, compræhendit.n. formam per se, & indiuiduum mediante sensu, cōpræhendit igitur alietatē inter ea per dispositionem quę diuersatur. i. per plures sensus, quia mediante visu hoc coloratum, mediante gustu hoc saporosum &c. Quēadmodum.§ Hoc confirmat exemplo, & inquit. Quemadmodum sensus cōis compræhendit alietatē inter sensilia sensuum exteriorum per dispositionem diuersam. s. sensus plures, sed quia istas formas non comp̄hendit intellectus: nisi cum materijs: ideo comp̄hendit eas per dispōnem, quę diuersatur. i. modis diuersis. s. quidditatem per nām propriā; singulare aūt mediante sensu. Et causa propter quam forma.§ Reddit cām cur ita est ꝙ intellectus per se cōpręhendit quidditatem, vt vero cōtinuus sensibus, indiuiduum. & inquit. Et causa propter quā forma non comp̄henditur ab intellectu: nisi cum mā quod facit ipsum intellectū compræhendere eam diuersa dispōne, est ꝙ formæ nō sunt extra mām. forma.n. carnis non denudatur à materia, sed semper intelligitur cum mā, sicut simitas cum naso. cum simitas sit aliquod h̄ in aliquo hoc, & sic est de formis sensilibus, ꝙ sunt aliquod hoc in aliquo hoc, & qm̄ materia impedit cognitionem intellectiuam simpliciter: vt. d. Auicen. 8. meta. ideo oportet vt intellectus cōpræhendat indiuiduū non per se: sed mediante sensu. Sed hic ambigunt primo: vtrum in substātijs separatis sit compositio ex quidditate, & indiuiduo, an simpliciter sit idē quidditas & indiuiduū. Secundo ambigunt: vtrum intellectus intelligat singulare & qūo. Circa primam. q. debes scire ꝙ per quidditatē intelligitur vniuersale & forma ipsa, quę quidditas est: pro quanto est totius rei essentia. per indiuiduum intelligitur habens quidditatem illam. v. g. in homine quidditas est forma hoīs. indiuiduum est cōpositum ex vl̄i, & indiuiduo. est ergo sensus: vtrum in separatis sit indiuiduum idem ꝙ qdditas, an aliud indiuiduum à quidditate: quēadmodum in rebus sensilibus. Ad hanc. q. expositores in separatis substantijs: (excepto Deo:) triplicem asseuerarunt compositionē. s. ex essentia & esse ẜm rem diuersis, siue quod idem est, ex potentia & actu est.n. potētia tanq̄ essentia, actus vero tanq̄ esse. Compositionem ex esse, & virtute, qm̄ voluntas & intell's sunt distinctę res ab esse intelligentiarum. & sic est quoddam compositum virtuale. Deniq; cōpositionem ex vl̄i & indiuiduo. Aliud quidem.n. indiuiduū dicunt in eis, & aliud quidditatem, sed qm̄ vna virtute cōprehenduntur omnia hæc, ideo simplicia summe vidētur. Quod quidem sit compositio vl̄is & indiuidui, probant: omne qđ est in genere, est compositum hac cōpositione, sed quælibet intelligētia excepta prima, est in genere, qm̄ quælibet est finita: causa.n. finitatis in illis, cum non sit materia, erit esse limitatum in genere. Amplius quæcunq; sunt eiusdē speciei, sunt cōposita ex vl̄i indiuiduo, sed omnes motores separati sunt vnius speciei, vt docet Auer. secūdo celi. Rursum: omne apphensibile diuersis virtutibus est compositum ex quidditate, & indiuiduo, sed quilibet motor appræhēditur intellectu, & sensu interiori, quia appræhendit motum: ergo motorem, ergo est ibi cōpositio ex vl̄i, & indiuiduo. Postremo in omni cōposito quidditas, & habēs quidditatem sunt diuersa, sed q̄libet intelligentia est composita: (excepta prima,) ergo in qualibet earū quidditas, & habens quidditatem sunt diuersa. Quod autē sit ibi cōpositio ex esse, & virtute declaratur, qm̄ accidens variabile non inest alicui nisi mediante aliquo accidente inuariabili, sed intelligere est accidēs in intelligētijs, ergo & potētia intellectiua erit accn̄s id per quod inerit. Amplius, medium est eiusdē rationis cum termino ad quem, sed medium in intellectione est potentia intellectiua. ergo &c. Rursum potentia, & actus pertinent ad id genus, vt dicit Auer. 5. phicorum. sed intelligere est accidēs, & potentia intellectiua,

Cap. 6.

An substantia separata cōponatur ex quidditate & indiuiduo.

Pō expositio.

Commen. 48.

Cōm. 9.

intellectiua. Postremo, omne agēs causatum agit per potentiam ſm rem diuersam ab essentia, mō quælibet intelligentia est causata, quare &c. Quod sit ibi cōpositio ex esse, & essentia probatur, in quocunq; composito inuenitur duplex cōpositio: quarum vna est prior altera, pōt prior reperiri in aliquo absq; illa posteriori, sed in rebus generabilibus reperitur cōpositio ex materia & forma, & ex esse & essentia, & compositio ex esse & essentia prior est cōpositione ex materia & forma, ergo potest reperiri compositio illa in aliquo, in quo nō erit compositio ex materia & forma, & id non potest esse: nisi ens extra mām. ergo &c.

Cōm.4. Amplius. 2. meta. vult Auer. ꝙ in solo primo esse & essentia sint idem, in omnibus alijs sint diuersa, sicut participatum & participans, eo modo quo lignum capit calorem,

Cōm.51. sicut dicit. Et idem. 12. meta. ait, ꝙ Deus est esse per essentiam, sicut calor est calor per essentiā: reliqua sunt entia, sicut calida, sed calidum componitur ex essentia caloris, &

[Po]sitio peripateticorum. recipiente calorem. ergo &c. Sed ſm doctrinam phorum peripateticorū istud dici non pōt, ideo ꝙ in eis nō sit com

Tex.16. positio ex vlı̄ & indiuiduo, arguitur, inquit. n. Arist. 8. met. quæcunq; vero non habent mām nec intelligibilem, nec sensilem, statim vnum quiddam esse, vnumquodq; est. vbi Auer. exponit, oīa vero quę carent materia intelligibili & sensili: sicut materia rerū mathematicarum, vnumquodq;

Cōm.16. eorum est idem cum illo, quod dat suum esse. s. ꝙ quidditas & essentia sunt in eis idem &c. Amplius. 7. meta. Ari. dicit, quodquiderat esse, & vnumqđq; in quibusdam idem: vt in primis substantijs vt curuitas & curuitatē esse, si prima est. Dico aūt primam, quæ nō dicitur per aliud in alio

Commen.41. esse: vt subiecto vel materia. Et hāc partem Auer. exponit de intelligibilibus primis. Rursum. 8. meta. nam aīa & animæ esse idem, homini vero esse & homo non idem. & tu vide expositionem Auer. in cōm. 8. Adhuc id, in quo remota est causa dr̄iæ indiuidui à quidditate, est idem indiuiduum & quidditas, sed sola causa dr̄iæ indiuidui à quidditate est concepto cū mā, vt dicit Aris. & Auer. 7. meta. &c.

Commen. 25. Quod aūt non sit ibi compositio ex esse & essentia declaratur, qm̄ tunc quælibet intelligentia citra primā est contingens, qm̄ esse esset superadditum essentiæ. ergo contingēs sibi. Amplius, cuilibet cōpositioni ex re & re respon

Commen.39. det propria nouitas realis, sed nulla est nouitas ſm rem in eis. ergo, maior est Ari. 14. meta. & Auer. 12. meta. Adhuc, oē compositum est vnum, quia hoc actus, & hoc potentia, vt dicit Arist. 8. meta. sed ibidem dicit in fine ꝙ intellectus separati non sic sunt vni, sed seipsis, ergo non sunt compositi. Quod deniq; ibi nō sit cōpositio essentiæ & virtutis, constat, qm̄ peripatetici non ponunt ibi operationem distingui ab essentia. intelligere. n. earum est esse earum: vt Aristo. declarat. 12. sapientiæ. Pro determinatione huius

[In] dispu. tertia [in] solu. 16. oportet accipere ꝙ q̄libet forma (citra primam,) est composita, quod sic Auer. probat in lib. d. d. omne intelligens aliud est compositum, sed quælibet intelligentia est intelligens aliud, ergo quælibet est compositū quidpiam. Secunda ratio eius est ibidem in solˀ. 19. oē causatum est compositū, sed probat ipse ibidem. oēs esse causatas. ergo &c. Quid aūt si ista compositio. Dicendum ꝙ quælibet intelligentia citra primam recedit à prima, & per ꝯns deficit à perfectione illius, sed quilibet defectus priuatio est, & q̄libet priuatio materia apud Platonē. ideo quælibet citra primam est ex materia. Et qm̄ quælibet appropinquat primæ, & hoc erit ei perfectio, sed quælibet perfectio & forma & esse, ergo ibi erit compositio ex formæ modo, & materiæ. Hæc ergo cōpositio nō est ex mā & forma, nec ex esse & essentia, nec ex vlı̄ & indiuiduo, sed ex modis horū. priuatio. n. modus est materiæ, & non vere materia, similiter perfectio modus est formæ, & nō ipsa forma, ergo cōpositio illa erit ex mō materiæ, & mō formæ. Item priuatio non erit essentia, nec pfectio erit esse, ideo ibi nōn est compositio ex esse & essentia: erit tn̄ compositio ex modis horum, Amplius id compositum non est vere habens formam, ideo non est vere indiuiduum: & quidditas illius non est vere forma, ideo non est cōpositio ex indiuiduo & quidditate, sed ex modis horum. Erit ergo triplex compositio. s. esse & essētię materiæ, & formæ, & indiuidui & vniuersalis, quæ tn̄ sunt vnum in re, sed respectu diuersorum. Deus. n. potest tribus modis comparari intelligentijs. vno modo vt agens. & quia agens dat formam, ideo intelligentiæ respectu eius dn̄r compositæ ex materia & forma. Pōt comparari vt forma, & sic cū forma sit esse, essētia sit quasi potentia, & capiens esse: ideo quælibet intelligentia dicit̄ composita ex esse & essentia. potest aūt comparari ad eas vt exemplum & totum, & sic, cū sit puritas esse, relique respectu eius essent quodāmodo indiuiduæ, & sic compositę ex vniuersali & indiuiduo. nulla aūt harum compositionū erit ex re & re, sed ex modo rei & modo rei. Solus ergo Deus est summe simplex, vbi nec est cōpositio ex re & re, nec ex modo rei, & mō rei: cum nulli possit comparari, ratione cuius possit componi hac triplici cōpositione. Sed qūo sit compositio ibi ex itellecto & intellectu, iam diximus in cōmen. præcedenti. s. ꝙ quælibet intelligentia pōt comparari ad superiorem, & ad inferiorem. Siquidē ad superiorem, tunc cōpositio erit ex intellectu, qm̄ intelligentia superior perficit inferiorem intentionaliter, adeo ꝙ ex ea & intellectu inferioris fiet verius vnum q̄ ex materia & forma, & sic erit compositio non ex accidente & suba vel virtute & essentia, vt dicunt expositores, sed ex intellectu & intelligibili, quæ cōpositio est alterius rationis ab his. Si aūt comparetur ad inferiora, cum intelligat illa, vt causa est eorum, ideo non perficitur ab illis, & ideo vt sic, simplex est. Erunt ergo tres modi intelligendi. vnus in intellectu nostro. s. per cōpositionem tm̄ intelligibilium cū intellectu. Alius extremus sicut intelligit primus intellectꝰ. s. simpliciter summe, & non per compositionem. Et tertio modo in medijs intelligentijs. respectu. n. superiorum intellectio est compositio, respectu inferiorum est simplicitas summa. His habitis dicamus ad rōnes oppositas. Ad primam minor est falsa, qm̄ causa finitatis est esse cum mō materiæ, & non cum materia vel genere. Ad secūdam, minor falsa est, qm̄ sunt eiusdem speciei analoge, non vniuoce, vt dicit. Ad tertiam respondet Auer. primo cęli, ꝙ sensus percipit cœlum motum, intellectus intelligentiā mouentem per attributionem ad id. Ad quartā, vera est maior de cōposito ex his, non ex modis horum, vt diximus. Cōm.9. Ad argumenta alterius partis patet solutio. Omnia. n. supponunt intelligere esse accidens, quod ipsi non probant.

Ad arguméta tertiæ partis. Ad primū patet qualiter compositio ex his non est prior cōpositione ex materia & forma, sed bene ex modis horum, & ideo reperitur in quibusdam, vbi non compositio illa. Ad argumenta per verba Auer. patet solˀ. voluit. n. intelligere omnia esse composita vel ex his, vel modis horum. Deus aūt est simplex omnino, quia nec ex his, nec ex modis horum. Circa secundam

An intellectus intelligat singulare. q. dixerunt quidam ꝙ intellectus potest dupliciter cōsiderari. vnomodo ſm naturā intellectus, & sic non intelligit nisi vniuersale, quia eius natura est esse sine materia. Alio

Prima positio. modo put continuatur sensibus, & sic intelligit singulare mediante sensu. s. prout mediante sensu generatur ei spēs intelligibilis rei singularis. Hoc probat. Tum per exemplum de sensu cōi. Tum quia si intellectus mediante sensu itelligit singulare, vel aliquid illi imprimitur, vel nihil. Si nihil, sic posset dici ꝙ sensus mediante intellectu sentit vniuersale: quod est derisibile. Si aliqd, ergo causabitur species noua ei: per quam intelligit singulare, sed hic modus erroneus est, qm̄ dictum est intellectum nihil cognoscere singulare. Amplius, tunc intellectū in actu esset intellectum in potentia. Amplius illa species vel causatur in intellectu, à sensu virtute propria, aut virtute intellectꝰ agentis. Nō virtute intellectus agentis: quia tunc vlr eam causaret. Non virtute propria, qm̄ nulla forma corporalis agit virtute propria in formā separatam in lib. d. d. Quia intellectus (inq. t) est separatus, nullo modo patitur à corpore: Alij dicunt ꝙ intellectus per nām sensus cognoscit

Dispu. 7. in solutione tertq. singulare: pro quanto sensus sibi rep̄sentat singulare. ipse aūt perficitur ab eo intentionaliter, sicut intelligētia inferior à superi. Sed hoc nihil est, qm̄ eodē modo & sensus

2. Positio. pōt perfici ab vlı̄, & vt intellectum est vlē. Tandem opor

Positio ꝓpria. tet fingere, ꝙ singulare & vlē possunt dupliciter considerari. vno modo vt habent vim & nām duorum obiectorum

singu-

singulariter,& seorsum diuisorum,& sic percipiunt à duabus viribus diuersis omnino.s.ab intellectu,& sensu. Alio modo possunt considerari vt habent vim vnius intellecti, ac vnius cogniti.v.g.vt concipiuntur sub dña vel conuenientia,vt sic.n.habent vim huius formę cóceptę,ac vnius intellecti,vel quidditatis,qm dña vel conuenientia est vna quidditas, & sic intellectus intelligit vle singulariter, singulare aũt vt trãsit in ratione vnius intellecti. fuit autem necessarium hoc intellectui nõ simpliciter,quia in se non habet nisi cognoscere puras qdditates,sed vt est cótinuus ac conuersus ad nos,quia,vt sic,accidit ꝙ intellectu intelligamus vle,sensu singulare,& sic oportet,vt aliqua virtus vna ponat dñam,& illa est intellectus. Sed dices, omnis virtus appræhendens aliqua duo sub vnius ratione intellecti conuenientiæ vel differentiæ,appræhendit illa separatim,ergo &c.

Dubitatio.

Solutio. Respondetur ꝙ non oportet: metaphysicus.n.inquantum metaphysicus ponit differétiam inter ens,& hoc ens .s.sortem, & tamen non cognoscit sor. per se, sed mediãte habitu phico.s.pro quãto supponit ipsum notũ ab habitu physico,sic in proposito intellectus cóprehendit illa,vt habent vim vnius intellecti numero,non autẽ oportet ꝙ distinctim comprehendat illa,sed sufficit ꝙ sit aliqua virtus cui continuatur,quæ cognoscat illa &c.

COMMENTARIVM.

Prima expõ. NON leuis est huius loci interpretatio, præsertim cũ magni viri non idem sentiant. Thomas.n.& Egid. præcipui latinorum interpretes arbitrantur Arist. nũc agere de obiecto ipsius intellectus:cum.n.egisset de intellectu per comparationem ad sensum, nunc eum agere asserunt de obiecto intellectus,quod est quidditas rei materialis,siue ipsum vle sensibile,quod est vniuersale in sensibilibus,vel phantasmatibus existens. *Secũda expõ.* Simpl.vero autumat Arist.agere de ipso intelligere ac de ipso intellectu,vt ad nos conuertunt,quia egit de intellectu in se,dixit.n.ꝙ intellectus in se solum vlia intelligit,vt vero ad nos cõuertitur,intelligit vlia,& singularia,ac sensibilia. *Dubitatio.* Sed dices de intelligere & ipso intellectu vt ad nos conuersis postea aget, ergo superfluit hic de his agere. *Solutio.* Sed dici põt de eodem hic & postea Arist.agere,non tñ eodem modo.nam infra aget de operatione intellectus ad nos cõuersi in specie. At hic agit in genere,vt vtrunq; consideranti patet. *3. Differentia expositionis.* Them.vero & Auer. asserunt ꝙ cum actum sit de intellectu & imaginaria,quæ sit eorum natura: nunc Arist.agere dicunt,quænam dña inter vtranq; virtutem cõstituenda sit, cuius causam assignat Auer.ꝙ pleriq; eos differre non arbitrabant, argumento ꝙ imaginatio mouet intellectũ,vt in collectaneis dictum est. Philop.vero vult, ꝙ cum Arist.tria de intellectu proposuit disputare,vnum si sempiternus intellectus sit,aut corruptibilis. *4.Philop.expõ.* Aliud vero quo modo cõuenit, & differt à sensu: ex quo rursus sempiternitatẽ nactus est. Tertium deniq; quõ fit ipsum intelligere. prima quidem duo sufficienter(vt inquit)demonstrauit: nũc tertium intendit quõ,videlicet,ipsum intelligere fit.Vult tñ Arist.in præsenti textu dubitare,vtrum cũ duplicia sint intelligibilia mãlia & immaterialia, & duplex virtus cognoscitiua.s. sensitiua,& intellectus,vnaquæq; virtus propriũ suum cognoscat,vt sensitiua materialia,intellectiua vero immaterialia, an intellectiua cognoscat vtraq; materialia, & immaterialia.Cui vult vt Arist.respondeat, ꝙ virtus intellectiua nõ modo immaterialia,sed & materialia cognoscat, quia virtus quæ noscit sublimiora,longe magis deteriora cognoscet. Præterea idem probat,qa si intellectus solum immãlia cognoscit,erit intellectus ſm quid, quoniam solum intellectus ſm hæc,quæ cognoscit,non ãt intellectus simpliciter.Hæc Philop.quæ an vera sint,non est leue definire. *Propria consideratio.* Ego vero,quid faciat Arist.in hoc textu non ignoro,cur vero illud fecerit,ignoro. Arbitror ergo Arist. facere vnũ enthymema,quo deducto,ac dilucidato,hæc oĩa quæ viri isti dixerunt Arist.velle,facile deduci possunt. *Enthymema.* Enthymema quidem tale est,in omnibus compositis ex indiuiduo & vniuersali,ex materia & forma,ex qdditate & habente quidditatem,aliud est vniuersale & indiuiduũ,aliud forma & materia,aliud esse siue quidditas,& habens quidditatem,ergo intellectus hoc est anima rationalis (vt intelligit Philop.) aut alia atq; alia virtute vle & indiuiduũ, quidditatem & habens quidditatem discernit,aut eadẽ virtute aliter atq; aliter se habente,& cum non alia atq; alia virtute, (vt dicemus,) ergo anima discernit vle & indiuiduum eadẽ virtute aliter atq; aliter se habẽte:vtpote ipso intellectu aliter atq; aliter se habẽte. Quo profecto concesso oẽs assignatæ expositiones pñt stare. sequitur.n.statim obiectum intellectus esse vle in singularibus,vt expositores dixerũt. Sequitur etiã intellectum intelligere vle, & indiuiduum,vle quidem per se, indiuiduum vero, vt ad nos conuersum,vt dicit Simpl. Sequitur tertio intellectũ ab imaginaria differre,ꝙ intellectus vlia & singularia,imaginaria vero singularia tm̃ intelligat. *Dubitatio.* Sequitur quarto sol. qõnis motæ à Philop.s.ꝙ virtus intellectiua materialia.s. singularia, sensibilia, & immaterialia.s.vniuersalia intelligat. ergo verificato enthymemate mox oĩa illa,quę interpretes dixerunt sequuntur. Arist. ergo primo sumit añs, & dicit: qm aũt aliud est magnitudo,& magnitudinis esse, & aqua & aquę esse,& sic in multis alijs rebꝰ id genus,hoc est añs. Et quia dixit. §Et sic in multis alijs§ & nõ dixit:& sic in omnibus alijs. Assignat causam cur nõ in omnibus, sed in multis hoc añs locum habeat,anteq̃ infert pñs,& dicit. Sed non in omnibus, in quibusdam.n.idem est. Bene ergo dictum est sic esse in multis,& non in omnibus: quia in quibusdam idem est vle,& singulare,quidditas, & indiuiduum,vt in substantijs separatis. Tunc limitato añte & dilucidato: dat pñs cum dicit.esse carni,& carnem & alio, aut aliter se habẽte,discernit intellectus.i.anima rationalis: vt exponit Philop. Et sup.tu non alio atq; alio: ergo eodem intellectu aliter se habẽte anima rationalis discernit carnem,& vniuersale carnis siue esse carnis,quia accepit añs,& solum ipsum limitauit,non aũt probauit,statim illud probat,& dicit.Caro.n.nõ sine materia est,immo (vt Philop.inquit) sed forma in materia, sicut symum est hoc in hoc, hoc est forma in materia. esse vero carnis cum sit vniuersale,sine materia est.ergo añs bene assumptum est. Hęc de enthymemate. Quo vero ad verba attinet,Them. per aquam intelligit compositum ex materia & forma,qđ est indiuiduum aquæ,quia apud eum sola indiuidua componuntur ex materia & forma.Per esse vero aquæ intelligit formam aquæ,per quam aqua est aqua, quæ forma est ratio aquæ,& vniuersale omnibus indiuiduis aquæ.Ratio quidem non sermo,sed essentia aquæ,quam significat sermo definitiuus. Vniuersale vero nõ abstractiue sumptum, vt animalitas vel humanitas,sed per modum totius,vt animal & homo,alioqui nõ prædicaretur de indiuiduis. Vnde Philop.asserit ꝙ aliud est ipsum hoc, aliud vero ipsum huic.Ipsum quidem hoc,simul materiam & formam significat,vt sunt aqua,& magnitudo. Ipsum vero huic,formã solam sine materia significat.veluti aquæ esse,& magnitudini esse. Per exemplum aquæ, vt Them.inquit, intelligit naturalia: nam in naturalibus aliud est ipsum hoc,& aliud ipsum huic,vt Philop.inquit. Per exemplum magnitudinis intelligit idẽ in artificialibus. In artificialibus.n.aliud est statua: aliud esse statuæ: & sic in alijs. *Dubitatio.* Sed dices tunc prætermisisset mathematica in quibus etiam aliud est esse, & compositum ex materia & forma. *Solutio.* Propter hoc Expositor per magnitudinem voluit habere exemplum in mathematicis,in quibus indiuiduum cõponitur ex forma & materia intelligibili: quæ est ipsum continuũ,vel discretum. Triangulus.n.componitur ex figura, & continuo: verum de materia rerum mathematicarũ alibi. Posset tamen pro Them.dici,Arist.per magnitudinem artificialia intellexisse,per aquam verò naturalia,non tamen est Arist.diminutus,quia mathematica sunt etiam artificialia, cũ artificio quodam mathematica figurentur. Dixit vero nõ in omnibus idem esse vniuersale: & indiuiduum, quia vt Philop. inquit.In rebus immaterialibus idem est ipsum hoc,& ipsum huic, hoc est, ipsum vniuersale & ipsum singulare, vt in Deo. Attentione id dignum est ꝙ ſm Alex. Aris. conclusit vnam disiunctiuam,videlicet, ꝙ anima discernit vle, & singulare,vel alia atq; alia virtute,vel eadem aliter atq; aliter se habẽte, ideo vt Plutarchus & Alex. dixerunt hęc disiun-

disiũctiua vera est propria parte.s.ꝙ alia virtute anima cognoscat vniuersalia, ac immaterialia,videlicet intellectu, alia vero singularia ac materialia,videlicet,sensu. Philop. vero non negat intellectu vſia,& sensu singularia depræhendi: sed vult aiam eadem virtute aliter atq; aliter se habente depræhendi vſia & singularia,immaterialia,& materialia,vt postea dilucidabitur.Quod aũt intellectu apprehendat aia singulare ac materialia ipsa,probat Philop. primo,quia si intellectus non cognosceret singulare, nõ posset corrigere sensum,qui errat circa cognitionem rei singularis.At intellectus corrigit sensum,sensus.n.in aqua iudicat remum fractum,& solem in cœlo pedalem.At intellectus corrigit ostẽdens,ꝙ neq; remus fractus est, nec sol est pedalis: immo maior tota terra.Secundo argumentatur,cognoscens differentiam aliquorum: cognoscit multo magis extrema,vt 2.huius Ari.accepit,probans sensum communem esse. At intellectus cognoscit differẽtiam inter vniuersale & singulare, inter materialia & immaterialia,ergo cognoscit vtraq;. Hæc Philop. de quibus in dilucidario metaphysicarum disputationum.

ARGYR. *Sensitiua igitur parte calidum discernit et frigidũ,quorum quædam est ratio,caro. alia vero esse carnis discernit, aut separabilis,aut sese habente ad seipsam, perinde atque sese habet cum extensa fuerit,linea flexa.*

Tex.cõm.10. Sensitiuo quidem igitur calidũ & frigidum discernit. & quorum ratio quædam caro est. Alio autem aut separabili, aut sicut circũflexa se habet ad seipsam,cum extensa sit: carnis esse discernit.

COLLEC. Tex.cõm.10. Quoniam alio vel aliter se habente iudicare dixit magnitudinem,& indiuiduum,& magnitudini esse,distinguit quæ quidem alio,quæ vero aliter se habent. Et debes scire (vt Simp.testatur)ꝙ anima tria iudicat accidẽtia.s.sensilia,substantiam seu quidditatem,& specificatũ per illam quidditatem.i.habẽs quidditatem: quod est compositum, vt vero Them. dicit sensilia accidentia sensitiuo iudicat, quidditatem aũt intellectu in se consistente, habens quidditatem intellectu se habente,vt linea circũflexa.cognitio ergo qua attingit terminos & qdditates est sicut linea recta,quoniam cognoscit illas,vt in se consistens.habens autem quidditatem cognoscit cognitione,q̃ similis est sphærali vel circulari,quoniam intellectus intelligit compositum prout duplicatur & vt conuertitur ad nos. & hæc est expositio græcorum dicit Aris.anima sup. sensitiuo quidã igitur calidum,& frigidum iudicat, & illa quorum ratio.i. causa propinqua est quædã caro.i.indiuiduum sũbæ. Debes scire ꝙ ratio capitur q̃nque pro diffinitione,q̃nque(vt Plato accepit in gorgia & theeteto) pro causa propinqua & hoc pacto frequenter Arist. accepit: vt hic. propinqua autem causa accidentium omnium diffinita sũbstãtia est. Tunc dedit secundum.d. Alio autem aut.i.quando separabili.i.separata cognitione(vt Simp.exponit) iudicat formas carnium,vbi illa particula §aut§ confirmantis est,vt vult Simplic.Et tunc dat tertium.d. Aut sup. quando anima se habet,sicut circunflexa ad seipsam, cũ extensa sit discernit carnis esse.i.habens quidditatem carnis,& sic verificatum est consequens prædicti enthymematis.

ET cum necesse. Auer.vltra expõnis terminos euagatus vr̃ probare ꝯntiam illius enthymematis,& accipit tãq̃ confessum antecedens quodam,& illi addit ꝯns,& inquit. Et cum necesse est experimentari res diuersas per virtutes diuersas,& per sentiens,& sibi similia,experimentatur anima calidum frigidum,& sibi similia,hoc est antecedẽs, quod accipit confuse.Tunc dedit ꝯns.d.Necesse est secundum exemplum.i.per locum à simili,vt res existens in carne,per quam ipsa caro est quod est.i.per quam caro ponitur in specie,& non id per quod est calida aut frigida.i. & non id per quod est hoc indiuiduum demonstratum sit similis virtuti compræhẽdenti eam,& vt experimur alia virtute.i.necesse est, vt sit virtus separata à principijs indiuiduorum. Et probat hanc consequentiã ex verbis Arist.d. Et dixit assimilatur eis,quæ sunt illius,quia necesse est,vt proportio,quæ est intentionis ad intentionem.s.indiuidui ad vniuersalem: sit sicut proportio virtutis cõpræhendentis alteram earum ad virtutem compræhendentẽ alteram. est ergo maior, sicut obiectum ad obiectum, ita virtus ad virtutem.Dedit tunc minorem.d.Et cũ necesse est vt duæ intẽtiones sint diuersæ,sicut indiuiduum,& quidditas, necesse est vt virtutes sint diuersæ: sicut vniuersale,& indiuiduum.& sic patet consequentia primi enthymematis alterius cõmenti.Et tunc ponit conclusionem totius capituli d.Intelligens igitur non est imaginatiua, cum iam declaratum sit,ꝙ compræhensio virtutis imaginatiuæ & sensilis idẽ est. Et necesse est.§Et qm̃ intellectus apud Auer.dupliciter compræhendit.vno modo comprehensione simili lineæ rectę alio modo compræhensione simili lineæ sphærali. Hos duos modos exponit,& dicit. Et necesse est vt forma.i.quidditas experimentetur per aliquam virtutem. Sed hoc dupliciter esse ostendit.d. Et hoc erit ex hac virtute.i.& hæc quidditas compræhendetur hac virtute, aut per dispositionem lineę rectæ,cũm intellexerit primã formam existẽtem in hac re singulari.i.speciem,aut ẽm dispositionem similẽ lineæ sphærali,quando fuerit reuersa querendo intelligere etiam quidditatem illius, deinde quidditatem illius quidditatis, quousq; perueniat ad simplicem quidditatem in illa re,cuius exemplum dedit.d.v.g.ꝙ primo intelligit quidditatẽ carnis, deinde quærit intelligere quidditatẽ illius qdditatis,deinde quidditatẽ istius quidditatis,& hoc erit dum inueniet quidditatem in quidditate, & non cessabit donec perueniet ad formam simplicẽ.i.ad conceptum irresolubilem,& hoc probat per verba tex. & sermo eius patet. Ex his quiddã nostri tẽporis sumũt primum cognitũ esse speciem specialissimam, ẽm doctrinam Auer.cum dicat primam formam esse id quod primo apphẽditur:q̃ nihil aliud,nisi quidditas speciei, quæ prima est, tum dignitate: tum intentione.Sed mihi vr̃ ꝙ isti commitant fallaciam ẽm quid & simpliciter. Auer.n.duos tentat esse modos cognoscendi,quorum vnum rectum appellat: & dicit primum cognitum in illo modo cognoscendi esse speciem specialissimam. Alterum ergo reflexum,& in eo est quæcunq; quidditas à qua incipit resolutio. modo hæc consequentia nulla est,hoc est primum cognitum in actu recto,ergo simpliciter & vniuersaliter est primum cognitum,nisi probet ꝙ actus rectus sit prior reflexo,& tu considera. Ambigunt,cur cognitio,qua intelligimus primam formam, post quam quidditatem illius: vsq; in simplicem ascendentes: dicatur sphæralis seu circunflexa. Dixerunt quidam ꝙ duplex est cognitio.s.compositoria, qua cõponimus vltimam causam cum effectu,vt fit in demõstratione simpliciter,& resolutoria,quando resoluimus effectum in causas,vt fit in demonstratione qa,sic & in sciẽtia diffinitionum.qñ.n.resoluimus diffinitũ in principia illius,resultoria dicitur.qñ vero princip ia cum diffinito compositoria,& hoc sentire dicũt Auer.in 7. meta.ad verbum, & tu vide quia igiť cõphensio resolutoria similis est sphærę,compositoria vero non,ideo verificatur verbum Auer. ꝙ autem resolutoria similis sit sphæræ constat, qm̃ proceditur quodãmodo ab eodem in idem.qa proceditur à particulari: quæ continet vniuersalem quidditatem,ad vl'em, in qua continetur etiã, ergo processus est sphæricus. Sed proculdubio isti dupl'r errant: qm̃, vt dicit Auer.2. meta. sciẽtia diffinitionis est duplex.Vna quæ fit per dissolutionem: & hæc incipit à suprema quidditate per differentias intermedias diuidendo vsq; in infimam quidditatem. Alia fit per compositionem,quando à quidditate infima procedimus colligendo oẽs differentias intermedias vsq; in supremam quidditatem & simplicem.Præterea.Porphyrius testatur vbi ait,descendentibus igitur ad specialissima necesse est diuidentem ꝑ multitudinem ire.ascendẽtibus vero ad generalissima necesse est colligere multitudinẽ &c. Et huius rationem dedit Auer. ibidẽ in sua paraphrasi.d. quod est,quia quanto magis ascendit genus est minus notificans:& quãto magis descenditur,est magis notificans, & minus aggregans.Ecce q̃ plane habetur intẽtum. Secũdo deficiunt,qm̃ à pari cõpositoria erit similis sphærali: qm̃ processus à continente vniuersali ad contentũ. quod etiã id continet,ergo vtraq; erit sphæralis, qđ isti negant.

Dubitatio.

Responsio quorundam.

Commen.23.

Refutatio.

Cõm.11.

Cap.3.

Positio ppria. Ideo debes scire, q vnus & idē processus est resolutorius seu diuisiuus, & cōpositorius respectu diuersorū. v. g. processus à quidditate infima ad supremā vocatur resolutorius, & compositorius, vt. n. species est quoddam totum essentiale, & genus & dria partes essentiales, vocatur resolutorius, nihil. n. resolutio est: nisi totius in partes diuisio, ergo hic processus est diuisorius. Et qm̄ genus est quoddam totum vl'e respectu speciei: ideo ibi erit compositio, qm̄ proceditur à partibus ad totum vl'e in quo cōtinetur. Hic ergo processus vnus numero est diuisiuus & compositiuus. Similiter processus ab effectu ad cām in simul est resolutiuus & compositiuus: vt. n. effect⁹ est totum essentiale: proculdubio est resolutio, vt est pars virtualis respectu causæ erit cōpositio: qm̄ partes componuntur toto, totum autem resoluitur partibus. Auer. ergo nō intēdit in exemplo suo processum resolutorium tm̄, sed cōpositorium insimul, & ideo vocatur sphæralis pro quanto proceditur ab eodem in idem, fit. n. hic inceptio ab vno pūcto, deinde ab illo proceditur ad latera, quæ postea clauduntur in altero puncto. v. g. vt in hac figura, cum ascendimus colligimus multitudinem in vno, vt cum ab ipso A in E. procedimus per laterales differentias ascendimus C & B vsq; procedimus in E. oppositū ipsi A & sic patet, cur hic processus sit spheralis, & quomodo. Sed quid sit primum cognitum secundum Auer. nos tradidimus in libro nostro de intellectu, & maxime tract. 5. vide.

COMMENTARIVM.

HIC locus mihi semper difficillimus fuit nec expositores inter se conueniunt. Simpl'. vult, q cum Aristo. in enthymemate concluserit magnitudinem, & magnitudinem esse: aquam & aquæ esse aut alio, atq; alio discernere aut eodem aliter se habente, Nunc distinguat, quæ alio, queue aliter se habente aīa discernat. Asseritq; Aristo velle aīam parte sensitiua discernere magnitudinem, & aquam, & cætera indiuidua. quorum mā est caro quædam, intellectu vero vl'ia quidditatesq; magnitudinis aquæ, carnis, & id genus. Discernit anima intellectu quidditates cōpositorum mālium, vt inquit aut in se sumpto, hoc est, vt separatus à corpore. aut cognitione quæ est similis lineæ rectæ: immo vtroq; modo, vt inquit. Intellectus. n. vt separatus ab organo corporeo intelligit vniuersalia, quæ sunt indiuiduorum mālium formæ, atq; quidditates. Intelligit ēt hæc cognitione recta. Intellectus ergo vt separatus, & cognitione recta vl'ia intelligit. ergo aīa parte sensitiua itelligit singularia, parte intellectiua vt separata, vt cognitione recta intelligit vl'ia. Videtur aūt consona hæc expositio verbis Arist. dicit. n. sensitiuo quidem igitur calidum & frigidum & ea quorum ratio est quędam caro, anima discernit. Alio aūt, videlicet, intellectu anima ipsa vl'e cognoscit sup. cuius cām dicit, carnis. n. esse discernit, dico intellectu, aut vt est ab organo corporeo separabilis: aut cognitione recta, quæ cognitio recta se habet vt circūflexa ad seipsam, cum extensa sit, hoc est, cum extenditur, & rectificatur. linea. n. circunflexa cum extenditur fit recta. recta vero cum inflectitur fit linea circūflexa. anima ergo intellectu, quatenus est separatus ab organo apprǽhendit vniuersalia & quidē recta apprǽhensione: que est rectę lineę similis. Sed dices tunc disiunctiua non distingueret inter diuersa. Dicendum iuxta hāc expositionem verbum illud § vel § teneri copulatiue, hæc. n. disiunctiua est verā pro vtraque sui parte, quare vim habet copulatiue: quod sæpius Aristo. obseruauit. Præterea. Adhuc dubitabis quia anima vr̄ tribus modis posse aliquid cognoscere, pōt. n. aliquid cognoscere solo sensu, aliquid solo intellectu, quod est cognoscere cognitione recta. aliquid pōt cognoscere intellectu aliter se habente hoc est ad nos conuerso, quod est cognoscere cognitione reflexa. Quartus modus non datur. s. q anima aliquid cognoscat sensu aliter se habēte, qm̄ per sensum vno modo tm̄ cognoscere pōt. s. quo solus accipitur. Quæritur igitur cum anima cognoscere possit tribus modis, quæ sunt illa tria obiecta, quæ diuersis modis ipsa apprǽhendere potest. Simpl'. respondet etiam illis tribus cognitionibus respondere tria obiecta, nam sensu anima apprǽhendit accidentia, quorum indiuiduum māle est proxima causa. Intellectu solo: vt in se sumpto, anima apprǽhendit vniuersalia. Intellectu vero aliter se habente hoc est ad nos conuerso cognitione reflexa, anima apprǽhēdit indiuidua materialia, vt hunc ignem, & illam aquam, & id genus. ergo animæ tribus modis cognoscenti respōdent tria obiecta secundum Simpl'. licet Aristo. tantum duo expresserit. Et hæc est expositio Plutarchi, & Alexandri. Diuus Thomas & Egidius dixerunt animam sensu apprǽhendere & accidentia & omnia sensibilia indiuidua, intellectu vero vl'ia seorsum. Intellectu vero aliter se habente dixerunt animam apprǽhendere vl'ia & singularia vt cōueniunt, & differūt, quæ expositio videtur Them. Auer. autem asserit animam sensu apprǽhendere indiuidua sensibilia, intellectu solo apprǽhendere vl'ia. Verum cum anima per intellectum apprǽhendit primam quidditatem, q̄ est speciei specialissimæ, illam vt inquit: apprǽhendit intellectu non aliter se habente: sed recta cognitione. Cum vero anima p intellectum apprǽhendit quidditatem quidditatis, vsq; ad vl'issimam, eas apprǽhendit cognitione sphærali, vt in collectaneis patet. Sed siue anima apphendat duo, siue tria, Aristoteles non expresit nisi duo. Alterum, q apprǽhendit parte sensitiua: Alterū quod apphendit intellectu aliter se habente & per rectam cognitionē, dicit. n. sensitiuo quidem igitur calidū & frigidum discernit, & quorū ratio quædam caro est. Hoc est, anima discernit oīa sensibilia & mālia indiuidua, quorum ratio est quædā caro, siue hæc indiuidua sint accidentia, siue sub̄æ. Alio autem aut sicut separabili ab organo, & in se simpliciter sumpto. s. intell'u, aut pro & cognitione se hn̄te, sicut linea circunflexa, cū se habet ad seipsam, cum extensa sit: hoc est cognitione recta discernit profecto vniuersale, quia discernit carnis esse: & vniuersalia. Tertium cognoscibile. s. quod anima cognoscit intellectu conuerso ad nos ac cognōne reflexa, Arist. non explicauit: secundum horum expositionem. Them. vero suppleuit, voluit. n. ipsam animam apphendere intellectu conuerso ad nos circūflexam cognitione indiuidua nō seorsum; sed quo comparētur vniuersalibus. Indiuidua. n. seorsum anima sensu apprǽhendit, quo vero indiuidua vniuersalibus comparantur, intellectu apphendit cōuerso ad nos ac aliter se habente. Prætermisit vero hoc tertium, q a ex illis duobus colligitur, apprǽhēdit. n. anima aliter se habente intellectu, cum comparauit, quæ sensu apprǽhendit ad ea, quæ intellectu cognouit. Quæ omnia sunt ad expositionem Alexandri & Plutarchi accidentia. Philoponus: vt arbitror, melius hunc locum exposuit, vult. n. q Arist. fecit vnum enthymema, cuius conclusio erat vna disiunctiua, videlicet, q anima discernat carnem & carnis esse, aut alio atque alio: aut eodem aliter se habente. Tunc vult q Aristo. verificet illam disiunctiuam pro 2. parte. s. q anima apprǽhēdat vniuersale & indiuiduum eodem aliter se habente, quia intellectu apprǽhēdit vniuersale, & intellectu apprǽhendit indiuiduum. Intellectu quidem apprǽhendit indiuiduum, quo conuertitur ad nos, ac cognitione reflexa. Intellectu vero apprǽhendit vniuersale: quo separatur à nobis ac cognitione recta. ergo anima vtraq; illa eodē apprǽhendit, non tamē simpliciter eodem modo se habente, sed aliter atq; aliter se habente. Tūc legit verba hoc pacto, anima supple igitur sensitiuo hoc est intellectu conuerso ad sensitiuum, siue (vt ita dicam) sensificato, apphendit calidum & frigidum, & vniuersaliter omnia ea: quorū ratio est quædā caro, hoc est omnia mālia indiuidua. Alio autem, hoc est eodem intellectu, aut vt separabili & non conuerso ad nos, aut cognitione recta, quæ est sicut linea circunflexa extensa discernit esse carnis, & vniuersalia. ergo anima eodē aliter atq; aliter sumpto apprǽhēdit vtraq; illa, & sic Arist. disiunctiuam verificat pro 2. parte, vt Philoponus exponit. Iuxta ergo Philoponi expositionē Aris. proximo textu mouit. q. vtrum. s. anima eadem virtute apprǽhendat mālia, & immaterialia: an alia atq; alia: Respondit (vt Philoponus exposuit) q eadem virtute aīa apphendit vtraq; illa, aliter tn̄ atq; alr̄ se habente. In præsenti vero textu vult Aris. declarare quo modo aīa apphendat vtraq; illa eadē virtute aliter se hn̄te. Et vt autumat ipse Ari. vult aīam apphendere per intell'm singularia atq; ipsa materialia, quo

Quæ Auer. Com. 10.

lia,quo conuersus est ad sensitiuum. Quo vero est intelľs non econuersus ad sensitiuum,& ad nos;vult aĩam apprehendere vľia,& immãlia,hæc est expositio Philop.Vtrũ vero per sensum aĩa singularia intelligere possit, hoc est extra propositum,& 2.huius definitum.Quid vero sit intellectum conuerti ad nos,siue ad ipsum sensitiuum,& quo mõ intellectu conuerso ad nos aĩa intelligat singularia mãlia, Philop.non exponit,nec Simpľ.qui quo ad hanc partẽ sentit cum Philop. Rñdent boni expositores,ꝙ hæc cõuersio fit per reflexionem.nam cum intellectus recta cognitione apprehenderit vľia, reflectit se ad species quibus illa vľia apprehendit,& sic apprehendit species:& qm̃ species fuerunt productæ à phantasmatibus apprehensione spẽrum, apprehendit phantasmata quæ sunt singularia, quorum ẽt apprehensione apprehẽdimus singularia representata per phantasmata. ergo græci per intelľm conuersum ad sensitiuum intelligunt intellectum; reflexum ad actum suum, quare singularia intellectus intelligit per modũ lineæ circunflexæ,quia vt cõuersus ad nos illo ordine. Vniuersalia vero intelligit rectus,hoc est vt intellectus,& vt sumitur per modum lineę rectę,quia vt intellectus est.ergo anima intelligit singularia intellectu inflexo ad nos. Intelligere vero recte se hñte, hoc est quo intellectus est, intelligit vniuersalia. Ex quo patet ꝙ intellectum recte intelligere vel reflexę, non est intellectum intelligere intellectione recta vel reflexa,sed est intellectum intelligere hæc, vt conuertitur ad nos,illa vero: vt intellectus est. Sunt aliæ expositiones, de quibus in dilucidario 7. & primo meta. abunde dictum est. Nunc vero de his hactenus.

ARGYR.

Rursus in hisce quæ in abstractione cõsistunt, eadem esse videntur.rectum.n.se habet vt simum.est.n.ipsum cum continuo semper.Quod si quidditas sit diuersa,aliud est profecto esse recti,aliud ipsum rectũ,vt ibi.sit.n.dualitas.Quare fit: vt & hæc etiam alia, vel alio modo sese habente parte discernat.Omnino igitur vt res separabiles sunt à materia, sic sese habent, & ea quæ sunt circa intellectum ipsum.

Tex.cõm.11.

Iterũ autem in ijs,quæ in abstractione sunt,rectum vt simum est,cum continuo.n.est.Ipsum autem quod quid erat esse,si est alterum recto esse,& rectum, alio. Sit.n.dualitas,altero igitur,aut aliter se habente discernit. Omnino igiť vt & separabiles sunt res à materia, sic & ipsæ circa intellectum sunt.

Tà. Ipse quæ

COLLEC. Tex.cõm.11.

Tribus modis forte potest iste textus induci. Vno modo:vt Simpľ.vult,ꝙ cum hoc accepisset,ostẽdit contra Pythagoricos rationes mathematicorum nõ esse formas separatas,& per se stantes,sed esse concretas cum mã, licet alia ac alia virtute sint cõceptæ formæ:& alia mã illarum. Vel melius.potest.n.quis dicere, Arist.cum tu declarasti differentiam intellectus ab imaginatione penes obiecta, obiectum intellectus & imaginatiue non est aliud simpliciter,quia nõ in rebus mathematicis: ideo ad hoc solutionem videtur dare,ꝙ quemadmodum in nãlibus alia quidditas virtute alia habens quidditatẽ iudicatur,sic & in mathematicis.Vel tertio dici põt,ꝙ Aris. accepit ꝙ in omnibus rebus quidditas & indiuiduum sunt diuersa exceptis substantijs separatis,& vľis propositio non probatur, nisi inductione,cum induxit in naturalibus,modo & in mathematicis conducit,& inquit.Iterum aũt in his, quæ abstractæ sunt,rectum se habere dicimus sicut simum, cuius rõnem dicit, cum continuo.n.est, quod continuum est tanq̃ materia.recti autem pro sed anima iudicat, sup.quod quid erat esse, si est alterum recto esse, & rectum alio.i.diuersa virtute rectum,ab ea quæ iudicat quid esse recti. sed quia occultum est: quid sit rectum hoc in metaphysica expedit contra Pythagoricos.sit.n.dualitas,itaq; tunc anima iudicabit vna virtute,aliter tamen se habente habens dualitatem,quæ est recti diffinitio.

Cõm. 11.

ET istud intelligere. Proponit Auer. quasi intentionem.d. Et istud intelligere intellectus nõ tm̃ inuenitur in rebus mãlibus, sed in mathematicis. vult dicere ꝙ quẽadmodũ circa composita nãlia aĩa tribus modis se habet, ita & in mathematicis.Et probat.d.Rectum.n.quia est in continuo sicut simitas in naso,necesse est vt quemadmodũ intellectus intelligit simitatem cõpositam cum naso, ita intelligat quidditatem recti compositã cum continuo.ideo concludit.d.Cum igitur posuerimus ꝙ in mathematicis ẽt sunt duo,quorum vnum est in altero, tunc anima nõ experitur ea nisi per aliam virtutem,sed tm̃ per dispositionem, quæ diuersatur:cũ non intelligit ea nisi cũ re:licet non intelligat ea cum mã sensili,est ergo triplex modus cognoscendi,vnus quo cognoscit quidditatem, & illã cognoscit intellectu,alius quo cognoscit accñtia illi, & illa cognoscit sensu.tertius quo cognoscit habẽs quidditatem & hoc cognoscit intellectu vt conuersus ad nos.& sic patet conclusio: Sciendum.§ Ambiget quis duo declarata sunt.primum ꝙ quidditas:& indiuiduum qñ comprehenduntur ab eadem virtute comprehenduntur modo diuerso ab ea.Secundum ꝙ intelľs dupliciter põt cognoscere quidditatem .s.cognitione recta,vt qñ cognoscit illam modo simplici: & qñ cognoscit illã cognitione reflexa, ambiges ergo cur in primo modo cognoscendi,quo intellectus indiuiduum cõprehendit,non põt poni illa multiplicitas cognoscẽdi, sicut in secundo modo cognoscendi qñ cognoscitur quidditas absolute?Hanc conclusionẽ persoluit.d. Sciendũ est .n.ꝙ dispõ habita ab intellectu,q̃ diuersatur in eo,qñ comprehendit formas rerum primas sensiles est ea per sensus: & dispositio: q̃ diuersatur in eo per cõprehensionẽ quidditatis & formę est dispositio diuersa in se,non ꝑ sensus.vult dicere ꝙ dispositio.qua intellectus cõprehendit quidditatẽ,est ei ꝓpria,ac ꝑ nãm intellectus, & nõ per nãm sensus. dispositio,qua cognoscit indiuiduũ:est per sensum,& non nãm intellectus.Tunc concludit solutionẽ.d.Et ideo assimilauit ipsam Arist. lineæ sphærali, qñ.s.intellectus est in hac dispositione.s.comprehendens quidditatem tm̃. Plato aũt lineæ gyratiuæ:& per hanc dispositionem intellectus, sup.intelligit formas rerum mathematicarũ: cum nõ accepit intelligẽdo eas magnitudinẽ sensibilem. Debes scire ꝙ in circulatione duo concurrunt.s.vnitas lineæ: q̃ circulariter voluiť. Secundũ est virtus vna numero,q̃ potest eã voluere in cõprehensione,linea est obm̃. virtus cõprehensiua est virtus reuolutiua. Quia igitur intellectus est virtus reflexiua.& obm̃ eius à prima forma vsq; in vltimã est tanq̃ linea,quia sp̃ procedit supra q̃dditatẽ, iõ intellectio: qua intelľs intelligit primã formã deinde formã illius formæ: est simili lineæ sphærali.quia vero indiuiduũ, & q̃dditas sunt duo obiecta:& intelľs non est virtus potẽs in intelľu rõne sui,sed rõne sensus,iõ ibi deficit vnitas lineæ.& virtutis potẽtis reuoluere illã. Vt mihi vř & vľr.§ Qm̃ qs posset dubitare,intellectus intelligit q̃dditatem abstrahendo:vtrũ sit vnus modus abstrahẽdi in nãlibus & mathematicis.Soluit hanc q̃onem.d.vt mihi vř,& vľr dispositio rerũ,quas cõprehendit intelľs,inueniť in eo,in mõ:ꝭm quem sunt in se, in propinquitate & distantia ab abstractione in mã.Q. igitur eorũ fuerit remotũ à mã,poterit abstrahi ab intellectu absq; mã,licet nõ habeat esse nisi ĩ materia,sicut est in mathematicis. & ꝙ eorũ fuerit propinquũ materiæ nõ poterit,& applica verbis,& patet.Debes scire ꝙ Auer. vult ꝙ abstractio naturalis & mathematica conueniunt: quoniam nulla earum materiam circũdicit formaliter.differunt tñ,quoniam habens quidditatẽ in naturali est materiam dicens.habens quidditatem in ipsa mathematica materiã sensibilem non dicit,sed intelligibilẽ.Quid ãt sit mã mathematicorũ alibi scripsimus diffuse.Pro nunc aũt Io. 2. physicæ auscul.opinatur mãm mathematicorũ esse substantiam, quoniam nihil est subiectum mathematicorum proximum nisi substãtia: cum sit causa propinqua, vt dicit Plato in Gorgia,& Theeteto. Pro isto arguitur:qm̃ id,ꝙ ponitur vt additum in diffinitione alicuius, est mã illius, sub̃a ponitur vt additũ in diffinitione mathematicorũ: maior Auer.est.7.meta.minor constat. Sed hæc positio contradicit Auer.& Ari.& rõni.Auer.in.7.meta.Aris.& Auer. 12.meta.Rationi aũt,qm̃ tunc mathematicus consideraret principia sub̃ę.nihil.n.consideraret aliquod in ordine ad accidẽtia,quin id in ordine ad principia intrinseca illius ꝯsideret. Hoc autem est ꝯ Auer.3.meta.Ideo expositor mãm

Dubitatio.

Solutio.

Opin. Ioan.

Cõm. 39. Confutatio. Cõ.35.in calce. Commen.44. Commen.3. Solutio.

mathematicorũ dicit esse continuum.est.n.ſubm oĩum figurarũ.Et hoc Thẽm.& Simp.& oẽs.& ꝑ mãm intelligibilem Ari.continuũ intelligit:vt cõſtat. Obijcit Io.2.phyſi. huic,qm̃ cum continuum ſit res mathematica adhuc habebit mãm.Præterea.Tum non abſtraheret à mã ſenſili.continuum.n.eſt ſenſile cõe.Adhuc ſi mathematicus abſtrahit à ſenſilibus qualitatibus,tunc quicquid eſt circa illas conſiderabit,& ſic cõſiderabit ſubam &c. Dico ergo ꝙ poteſt intelligi per mãm intelligibilem ſubm in ſciẽtia, eſt.n.mã oĩum propriorum accidentiũ,& intelligibilis, quia primo notum & ab hac non abſtrahit mathematicus,nec aliquis artifex,& hoc Tho.intelligit & oẽs, eſt.n.continuum ſubiectũ mathematicæ.qm̃ numerus eſt ratione continui.vt ſcis.Tunc rationes Ioan.nullę ſunt.Prima nõ,quia omnia mathematica non habent mãm ſed ſolum accidentia mathematica. Secunda nihilominus, quoniam nõ abſtrahit à ſenſili ſenſu interiori. Tertia minime, qm̃ ſubſtantia ſubterfugit rationem conſiderandi mathematicam.

COMMENTARIVM.

MVLTIFARIAM hũc locum Simpl. legit,ſi recte verba eius perpendi,vt in collectaneis patet.Expoſitores vero.ſ.D.Thomas,& Egid.Thẽ. & Auer. velle vñr ꝙ cũ Ariſt.verificauit enthymema in naturalibus, & artificialibus nũc idem enthymema in mathematicis dilucidat. Eſt .n.in mathematicis enthymema,aliud eſt rectum & recto eſſe.ergo aĩa diſcernit illa aut alia atq; alia virtute aut eadem aliter ſe habente.Vnde dicit.Iterum aũt in his,quę in abſtractione ſunt rectum eſt vt ſimum. nam rectum eſt cũ ipſo continuo,ꝙ eſt eius mã:ſicut ſimum eſt cum naſo,qui eſt eius mã.Sumpſit autem rectum pro exemplo oĩum rerum mathematicarum.Hæc igitur eſt ſuppoſitio,qua habita reſumit enthymema:& dicit.Si aũt ipſum quod q̃d erat eſſe,quod eſt recto eſſe: alterum eſt: & alterum ipſum rectum,alio ſup.atq; alia anima ipſa diſcernit. Quia vero qõ eſſe poteſt quid ſit recto eſſe,de qua qõne in (vt Simp. inquit)metaphyſica Ariſt.diſputabit,vbi dualitatem dixit eſſe ipſum rectum, vnitatẽ vero recto eſſe,ideo dicit. Sit.n. dualitas ſup.ipſum rectum: vt Simp.inquit,vnitas vero rõ recti,eiuſq; eſſe.Quo expoſito,repetit ꝯñs enthymematis, & dicit.Aĩa igitur aut altero.aut eodem aliter ſe habente diſcernit hæc: nec explicat,qua parte aĩa diſcernat eſſe recti,& qua dicernat ipſum rectum,nec explicauit quid anima in mathematicis intellectu aliter ſe habente, & q̃d parte ſenſitiua:qm̃ hæc omnia ſupponit explicanda eſſe, vt in naturalibus dictum eſt. Dictum eſt.n.ꝙ anima ipſum rectum parte ſenſitiua diſcernit,cum ſit indiuiduum, rõnem vero recti,cum ſit vniuerſale, intellectu deprehendit. Intellectu vero aliter ſe habente deprehendit ipſa indiuidua rerum mathematicarum : vt ad vniuerſalia comparantur. Animaduerte tñ indiuidua naturalia aĩam diſcernere ſenſu externo,& internis,indiuidua vero rerum mathematicarum ſolis internis,imaginationeq; ipſa. Philop.vero arbitratur Ariſt.ponere hic ſecundum exemplum ſolutionis aſsignatæ.Quæſiuit.n.vtrum eadem virtute anima apprehendat vlĩa,& ſingularia,an alia atq; alia,vbi Philopo.voluit Ariſt. ſoluiſſe, ꝙ eadem.ſ.intellectu aliter ſe habente, quam ſolutionem primo verificauit in naturalibus, nunc vult ꝙ ponat ſecundũ exemplum per ꝙ verificat illam ſolutionẽ in mathematicis.nam etiã in mathematicis anima diſcernit eodem.ſ.intellectu aliter ſe habente vlẽ,& ſingulare,vniuerſale quidẽ intellectu ſimpliciter ſe habente,rectum vero ac ſingulare intellectu conuerſo ad nos, vt dictum eſt in naturalibus. Demũ parte illa§ oĩs igitur§vult, vt dicam breuibus,ſolu.totius dubij,quæ eſt ꝙ vt ſeparabiles ſunt res à materia,ita & quæ circa intellm̃, hoc eſt (vt dicit)velut ſola cõſideratione ſeparantur à materia : rõne: & non exñtia,ſic intellectu:vt cognoſcens vlĩa non exñtia ac ſubiecto ſeparatur à ſeipſo,vt cognoſcit ſingularia, ſed ratione tm̃. Hæc eſt ſolutio totius dubij ſecundũ Philo. Vel fortaſſe hæc non eſt ſolutio totius quęſiti,ſed quaſi ex dictis excerptum,ac corollarium quoddam.Q. Thẽ.aliter intelligere videtur, q̃ Philop. expoſuit. Vult.n.Thẽ. Ariſto. inferre intellectum eo modo à conſideratione ſua ſenſibilem materiam reijcere,quo res ipſæ ſuaptę natura à ſenſibili materia abiunctæ ſunt,vnde cum res mathematicæ non re à ſenſibili materia,ſed ſola ratione abiũgantur, ita intellectus in cõſiderando illas: nõ re,ſed rõne ſenſibilem mãm recijcit.Quia vero res metaphyſicę re à materia ſenſibili præcidunt, ẽt intellectus in conſiderando illas ꝑcidit à ſenſibili materia. At res naturales cum nec re,nec ratione à ſenſibili materia præcidant,intellectus in comprehendendo illas. licet ab hac vel illa ſenſibili materia præcidat: à ſenſibili tñ materia non ꝑcidit,cum.n.conſiderat hoĩem,licet non conſideret has carnes, illa oſſa à carnibus & oſsibus non præcidit,quoniam licet ſenſibilis materia non ſit pars eſſentiæ, tamen eſt id ſine quo eſſentia eſſe non poteſt,hæc Thẽ.& quidem pulchre. Vnde lege verba,Omnino igitur, vt & ſeparabiles ſunt re à ſenſibili materia,ſic ſunt ipſæ circa intellectum ipſum, hoc eſt ſic conſiderãtur ab intellectu.Quo vero ad verba attinet verbum illud §ſic & ipſę circa intellectum ſunt,§Grece ſic legitur, οὕτω καὶ τὰ περὶ τὸν νοῦν,vbi verbum τὰ, in tranſlationibus antiquis§quæ§ legitur, nos vero §ipſæ§ legimus nam ſic textus perſpicuus eſt. Philop. vero legit τὰ, hoc eſt quæ vt patet in eius commentario.

ARGYR.

Dubitabit autem nõ iniuria quiſpiam quonam modo intelliget intellectus: ſi ipſe quidẽ ſimplex ſit ac paſsionis expers, nihilq; habeat cum vlla re prorſus commune, ſicut Anaxagoras aſſerit,intelligere autem pati quoddam ſit,vt diximus.Quo nanq; quippiam eſt vtriſq; commune,hoc nimirum alterum agere,alterum pati videtur.

Tex.cõm.11.

Dubitabit autem vtiq; aliquis, ſi ĩtellectus ſimplex eſt,& impaſsibilis, & nulli quicq̃ habet cõe, ſicut dicit Anaxa.quo modo intelliget,ſi intelligere pati quoddã eſt? Inquantum.n.aliquid commune vtriſq; ineſt,hoc quidem agere. illud autem pati videtur.

COLLEC. Tex.cõm.11.

Nunc mouet.q.circa declarata,& ſoluit illam.Et quoniam hæc.q.in commẽto erit manifeſta:ideo taceo tex.expoſitionem vſq; in commenti finem.

Comment.11.

CVM dedit. Proponit Auer.ca. in ſe intentiones, & eius ſermo patet. Et dubitauit.§Proſequitur, vbi mouet q.rationalẽ in dictis,& rememorat q̃ declarata ſunt,& oñdit ea ꝯdici,& inquit,Dubitat homo in hoc quod dictũ eſt quod intellectus mãlis eſt ſimplex,& non paſsibilis, quod dictũ eſt propterea quia nõ exiſtimatur ipſum habere coniunctionem aliquã cum re mãli,ſicut recte dixit Anaxa. & ſicut declaratũ fuit prius.Propoſitio ergo declarata ẽ, intellectus eſt ſimplex ac impaſsibilis,qm̃ ſemotus eſt à mã. Modo hic apponit quod diximus poſt.ſ.ipſum eſſe virtutem paſsiuã,& intelligere eſſe paſsionẽ,& inquit. Qõ autem eſt, qũo intelligitur ꝙ formare per intellm̃ ſit paſsio .i.de gñe virtutum paſsiuarum,& nullam habeat cõionem cum re : à qua patitur. Propoſitio ergo ſecunda eſt ꝙ intellectus patitur ab intelligibili,& non cõicat in mã.Iſtæ vñr contradicere inter ſe.Et probat.d.qm̃ per aliquod cõe agenti & patienti æſtimatur hoc agere : & hoc pati. vult habere hãc maiorem, oẽ patiens ab aliquo cõicat cum eo in materia,cuius rõnem poñit.d.Niſi.n.eſſet mã, non eſſet paſsio.vt dictum eſt in primo de gñone.Tunc dat minorẽ d.Et cũ poſuerimus intellectũ non eſſe mãm, neq; in mã, dedit cõcluſionẽ ſub forma qõnis.d. Qũo igitur intelligimus cũ hoc,ꝙ intelligere eſt paſsio nõ actio.q.d.ergo intellectus non patitur intellectione. Et propter hoc reſumit.q.d.Sumus igitur inter duo, aut vt nõ ponamus ꝙ intelligere eſt in capitulo paſsionis, aut ponamus ꝙ intellectus mãlis cõicat corpori,queãdmodum forma imaginationis.i.ipſum phantaſma mouens cõis eſt corpori.Ex his litera phi conſtat.Inquit.n.dubitabit aũt vtiq; aliqs, ſi intellectus ſimplex eſt, & impaſsibilis, & nulli nihil habet cõe,& pro.i.ſolutus ab omni materia cõi ſibi & intelligibili,ſicut dicit Anax.quo intelliget,ſi intelligere pati aliquid eſt.q.d.hęc cõtradicunt,quod oſtendit.d. Inquantum .n.aliquod cõe vtriſq; eſt,hoc quidẽ agere,id vero pati videtur.Eſt ergo maior,omne patiẽs cõicat in materia cum agente,& tunc ſup.minorem,ſed intellectus non communicat in materia cum intelligibili,ergo non patitur.

COM-

COMMENTARIVM.

Cvm egit de intellectu in potentia,& de intellectu in habitu.Mouet de his duas dubitationes. Quarum prima videtur potissimum intellectui in potentia conuenire.Minus vero intellectui in habitu. Secunda vero dubitatio q̄ vr̄ magis cōuenire intellectui in habitu. Minus vero intellectui in potentia.Vbi annotatione dignū est ꝙ vtriq; intellectui competit pati,quia(vt Simpl.inquit)vterq; intelligit intellectione,q̄ est quędam passio:vtriq; et competit esse simile ei: è quo patitur, verum hæc inter se differunt quia intellectui potentia magis cōuenit pati, minus vero intellui actu,esse vero simile ei,è quo patitur, magis conuenit intellectui in habitu,minus vero intellui in potētia. Hinc duæ qōnes emergūt,q̄ licet de vtroq; intellectu fieri possint.Prima vr̄ magis de intellectu in potētia. Scd̄a vero magis de intellu in habitu.Est ergo prima dubō.vtrum intellectus intelligat,& vr̄ ꝙ nō: quia intelligere est pati. ergo si intellectus intelligit intells pateref, sed intellectꝰ non patit,quia agēs & patiēs cōicant in mā,at ipsius intellectus,& rei,q̄ intelligitur:nō est vna cōis mā,ergo intells nō patit. Qd̄ vero intells cū intelligibili nō cōicet in mā, patet,qa est simplex & impmistus,vt dixit Anax. Hæc et dubō habet locū de intellectu in habitu, qui et cum intelligit actu: patit. Licet principaliter habeat locū de intellectu in potētia,qui ab intelligibili patit habitum & actū, intellectus vero in habitu solum patitur actū.Dicit ergo, dubitabit vtiq; aliquis si intellectus simplex est,& impassibilis.s.ab obiectis,& nulli eorum,q̄ intelligit quicq̄ habet cōe.s.mām vel subiectum,sicut dicit Anaxa.quo modo intelliget: si intelligere pati quoddam est?q.d.quia videtur non posse intelligere.Q. vero omne patiēs ab aliquo debeat habere aliquid cōe,probat dicens. Inquantum.n.aliquid cōe vtrisq;.s.agenti,& patienti inest,vtpote materia, hoc quidem agere:illud vero pati videtur,vt lib.de generatione est probatum.Hęc est prima qō secundum Simpl. Them.vero quæstionem hanc dirigit f̄m Anaxa. Vult.n. Arist. mouisse hanc qōnem q̄ Anax.cum.n. Anax. asseruisset tria de ītellectu,ꝙ sit simplex,& impermistus, & qd̄ sit impassibilis ab obiectis,& ꝙ non cōicat in aliquo cū obiectis:dubiū est an intelligere possit: si itelligere est pati ab intelligibilibus,nā eo ipso,ꝙ intelligeret,pateretur ab intelligibilibus, & ita haberet aliquod cōe cum eis.s.mām. quare nec esset simplex,nec impassibilis.vnde tota dubitatio est:quō intellectus est impassibilis,& intelligat,quia si intelligit patitur,& ita est passibilis:& impassibilis.Philoponus vero vult hanc esse secundam dubitationem, quia prima pertractata est proximis textibus. Est autē hæc tertia dubitatio,vtrum intellectus intelligat sensibilia. nam videtur ꝙ non,quia sic pateretur ab ipsis: cum intelligere sit pati,& si patitur ab ipsis sensibilibus,erit cum sensibilibus similis in materia, & sic erit permistus contra Anaxa. verum in sensu textus inter se non discrepant.

ARGYR. *Præterea ambiget quispiam: si ipse etiam intelligibilis sit. Nam aut cæteris rebus inerit intellectus,nisi alia ratione sit intelligibilis ipse, intelligibile autem vnum quoddam est specie,aut aliquid ipse mistum habebit quod ipsum intelligibilem perinde atq; cætera facit.*

Tex.cōm.13.

Amplius autem,si intelligibilis & ipse est, Aut.n.& alijs intellectus inerit, si non secundum aliud ipse intelligibilis est, sed vnum quoddam specie ipsum intelligibile est. Aut mistum aliquid habebit,quod ipsum facit intelligibilem,sicut alia.

Al. Sed. Et. Aut mistum si vt est mistum. COLLEC. Tex.cōm.13. Commen.13.

Mouet secūdam quæstionem circa medium, quo intellectus intelligit se,& quoniam litera patebit post expositionem commenti,ideo dicetur in fine.

Ista est dubitatio. Proponit primo Auer.intellectū q.& inquit, Ista est secunda dubitatio de intellectu māli, & est vtrum est in se intelligibilis,non per nām exn̄tem in eo,sed adeo ꝙ intellectus & intellectū in eo idem erit oībus modis,sicut est dispositio in rebus abstractis,aut intellectum ex eo est aliud quoquo modo ab ipso. est ergo.q. vtrum intellectus intelligat se per essentiam eius.Vel per hoc ꝙ sit separatus à materia,& à conditionibus materiæ ab aliquo intellectu. Et et vtrū.§ Recapitulat.q.& arguit pro vtraq; parte,vbi ipse supponit vnū quasi manifestum per se.s.ꝙ intellectus quicqd intelligit,vno mō intelligendi intelligit: qm̄ vnius spēi non est nisi vnus modus opandi: sicut docet Aris. in lib.de gn̄one animalium.Intells ergo vno tm̄modo intelligēdi intelligit omne intelligibile. Tunc recapitulat.q.d.Et et vtrum ipsum est id ꝙ est intellectum ex eo.i.vtrū indiuiduum, & quidditas sint penitus idem,sicut ī abstractis,ita ꝙ ipse intelligat se per essentiā. Aut intellectū rōne,aliud est quoquo mō ab ipso.i.aut intelligitur per quidditatē separatā ab indiuiduo eius: sicut intelligūtur res māles: necesse est.n.alterum duorum. Et tunc arguit,& lege sic literam.Si intellectus est intellectū ex eo oībus modis, (quod est primum membrum qōnis,) necesse est vt aliæ res,quæ sunt extra aīam,habeant intellectum.i.sint intellectus intelligentes per se.Probatur quidem p̄ntia.s.quia non est alius modus de intelligere res & se,sed intelligere est idem in oībus rebus.i.si modus intelligendi sit vnus,sequitur ꝙ alię res intelliguntur per essentiam:& sic erunt intelligentes. Aut sequitur vt non sit intellectum per se,sed per intentionem in eo: quæ facit ipm intelligere.i.per quidditatem, quæ est alia ab eius indiuiduo,sicut est dispositio in rebus,quæ sunt extra aīam, quæ intelligitur per quidditatem aliam ab indiuiduo,& inquit. Et tacuit,vt videtur, id quod sequitur hanc pōnem, & est ꝙ intellectus in se non est intelligēs,quemadmodum nec res materiales. Et tunc abbreuiat sermonem, & dicit. Et abbreuiatio dubitationis talis est,vt videtur,si intellectus intelligit se.hoc dupliciter pōt contingere. Aut.n.erit intellectum:sicut aliæ res abstractę intellectæ.i.per essentiā: & sic.i.tunc res,quæ sunt extra aīam, erunt intelligentes. consequentia tenet,qm̄ vnus est modus,quo intelligit oīa intelligibilia. Cum igitur ipse sit vnum intelligibilium: si intelligit se per essentiam. ergo & oīa per essentiam. ergo nullum aliorum intelligitur per abstractionem quidditatis ab indiuiduo,sed per essentiā: & sic quodlibet esset intellectus separatus,& intelligēs. Aut erit intellectum sicut aliæ res extra aīam.i.aut intelligitur per hoc,ꝙ quidditas eius separatur ab eius indiuiduo:& sic.i.& tunc nō erit in se intelligens,nec cōphendens. p̄ntia tenet, quoniam nulla forma,quæ est qdditas in indiuiduo intelligit,vt patet in omnibus. Et hæc quidem.q.est omniū subtilissima, vt constat. Et hoc modo inquit Arist. Amplius aūt si intelligibilis & ipse,aut sup.per essentiam,aut per hoc quòd quidditas soluitur ab indiuiduo,si per essētiam alijs inerit intellectus. cuius consequentiam probat.d.nisi secundum aliam rationem ipse intelligibilis est,vnum autem aliquid intelligibile est specie.i.vnus est modus intelligendi specie, quo intelligibile vniuocum est omnibus quæ intelliguntur. Et sic patet consequentia. Si autem fit mistum.i. si aūt non per essentiā intelligitur,sed fit mistum quoddā; in quo qdditas sit abstrahibilis, habebit aliquid: quod faciet ipsum intelligibilē,sicut alia: & hoc est incōueniens.

COMMENTARIVM.

Expō Simpl. et Auer.

Movet secundam.q.quæ magis,vt Simp. inquit,est de intellectu in habitu,nā licet vterq; intellectus seipsum intelligere possit,tn̄ principaliter intellectus,qui seipsum intelligit,est intellectus in habitu: intellectus.n.in potentia intelligere non potest se,nisi fiat in habitu.Quærit ergo de mō,quo intellectus seipsum intelligit, & argumentatur,si intellectus posset seipsum intelligere:aut seipsum intelligeret per essētiam,hoc est intellectiue,quæ est eius essentia,eo mō,videlicet,quo Deus seipsum intelligit. vel intelligeret se per hoc, quod habet secum aliquid ad mistum,quo abstracto intelligit se,quale secum admistum esset eius notio,vel eius propria species, vel quidditas eius repræsentata per talem speciem.non est dicēdum intellm̄ seipsum intelligere per propriā essentiam,quia eadē rōne cætera:quæ intelligit,per essentiam eorum intelligerent: cum intelligibile sit vnū specie,& vnus intelligēdi modus f̄m speciem cōis omnibus:quæ intelliguntur. Q. si cętera p essentiam intelligerent, tunc cæteris inerit intells, quia oē per essentiam intelligibile, est intells, & intelligibile.

Nec dici potest ipsum intellectum esse intelligibilem per intentionē quæ abstrahitur ab ipso, quia tunc intelligeret, sicut cætera intelligunt, & ita sicut cætera nō intelligunt, ita nec ipse intelligeret, & haberet aliq.d, ꝙ faceret ipsum intelligibilē, videlicet, intētionem abstrahibilē ab ipso, sicut cætera hñt. Vnde dicit, Amplius aūt si intelligibilis & ipse est, aut sup. per essentiam, aut per abstractionē intentionis ab ipso. Si per essentiam, & non ſm aliud ipse intelligibilis est, sed est vnū quoddam specie ipsum intelligibile, vnusq; cōis modus intelligendi, quo quodlibet intelligibile intelľr, alijs oībus, quæ intelligunt: inerit intellect⁹, quia oē, quod per essentiā intelľr, est intellectus & intelligibile, sed si nō per essentiā intelligeret, sed ꝑ abstractionē intētionis ab ipso, tūc mistū aliquid habebit. s. intellectionem abstrahibilē, quę faciet ipsum intelligi: sicut alia intelliguntur, & ita sicut alijs per hoc quod intelliguntur per abstractionem, nō sunt intellectus, sic ipse intellectus nō erit intellectus. Si. n. intelligeret per intentionē ab eo abstrahibilem, intellectus esset quid mãle, & ita non esset intelligens, sed intelligibile tantum. Philop. vero vult ꝙ hęc sit tertia dubitatio, quæ ſm ipsum sic formaṫ: si intellectus est intelligibilis, ergo per conuersionem intelligibile est intellectus: intelligibile est intellectus. ergo lapis est intellectus, cū sit intelligibilis, q̄ dubitatio licet sit bona, tñ prima forma magis cōuenit verbis Arist. Quo vero ad verba attinet, verba illa § aut mistū, § in græco alio codice sic habetur. Si aūt est mistū, aliquid habebit, quod ipsum facit intelligibilem § & potest stare textus.

Expō Philop.

ARGYR.

At. n. ipsum pati diuisum est prius vna quadam ratione cōmuni. Atque intellectus potentia quidem est quodam modo intelligibilia ipsa, actu vero nihil est eorum antea quàm intelligat ipsa. Oportet aūt in ipso nihil esse perinde atq; in tabula, nihil est actu scriptum antea quā in ipsa scribatur. Hoc. n. in ipso fit atq; accidit intellectu.

Tex. cōm. 14.

An pati quidem, secundum cōe aliquid est. Quoniā dictum est prius ꝙ potentia quodammodo est intelligibilia intellectus, sed actu nullum antequā intelligat. Oportet autē sic, vt in tabula in qua nihil est actu scriptum, ꝙ quidem accidit in ipso intellectu.

Soō Quoniā idea

COLLEC. *Tex. cōm. 14. Commen. 14.*

Soluit primam. q. & qm̄ sol. & textus manifesta erunt in expositione commenti: ideo postponam &c.

CVM dedit, Auer. persoluit. q. primam. Et primo resumit. q. incipiendo capituli intentionem, & huius partis sermo patet. Ista. q. dissoluitur. § Persoluit secundam qōnem, & intendit ꝙ illa duo non implicant, vt dictum fuit, qm̄ pati est duobus modis, vniuersaliter & perfectiue, particulariter & corruptiue. Secūdo modo maior syllogismi est vera. Omne. n. patiens passione corruptiua debet esse in materia. Primo modo non inquit ista. q. dissoluetur, in sciendo ꝙ passio: qua prius vtebamur in. q. est magis vniuersalis, q̄ aliquod dictum in rebus naturalibus, ꝙ sit passiuum. vult dicere ꝙ intellectus patitur vniuersali passione. Ex hoc exponit. d. Et ista intētio vniuersalis de passione in intellectu nihil aliud est: nisi quod est in potentia intellectum, non in actu, quousq; intelligat: Et tunc ostendit ꝙ intellectus dṙ potētia æquiuoca. d. Et diceret etiam ipsum esse in potentia, est alio modo ab eis, ſm quos dṙ, ꝙ res materiales sunt in potentia. Est ergo sol. ꝙ intellectio est passio vl̄is, & intellectus est potentia vniuersalis. Maior autem vera est de passione particulari & potentia particulari & corruptiua. Ambiges forte: omne vl̄e prædicatur de eo cuius est vl̄e, sed intellectio est passio vl̄ior alteratione, ergo alteratio est intellectio. Vel dicas ꝙ intellectio est passio vl̄ior. i. largius dicta. Vel vl̄ior ratione obiecti, qm̄ obiectum: quod recipit intellectus: est vl̄e, tñ intellectio est vna spēs passionis contra diuisa ad alterationem: licet passio sit quoddā analogum eius &c. Et hoc est quod. § His habitis Auer. ponit dr̄iam inter passionem intellectus ab ītelligibili, & passionem pħicam. d. Et hoc quod diximus prius intelligendum est hic. s. ꝙ hæc nomina, potentia, receptio, & perfectio, modo æquiuoco dicūtur cum eis in rebus materialibus. Et differentia, ꝙ passio intellectus ab intelligibili dicitur, æquiuoca à passione pħica. Et probat hoc, & ratio sic componitur, illa, ad quorum vnum ducit ratio, ad alterum sensus, æquiuocantur. Sed ponit minorem. d. Diuersitas. n. istius intentionis. s. receptionis, quæ est in intellectu: à receptione, quæ est in rebus materialibus, res est ad quam ducit ratio. i. demonstratio, sed ꝙ alteratio pħica sit passio, patet sensu. Vnde nō. § Ponit secundam differentiam. d. Vnde non est opinandum ꝙ prima materia est causa receptionis, sed causa receptionis transmutabilis. Vult dicere ꝙ secunda differentia hæc est, qm̄ transmutatio pħica est cum abiectione contrarij, & ideo dicitur transmutabilis, transmutatio seu passio intellectus dicitur perfectiua. Et est. § Tangit tertiam differentiam. d. & sup. passio pħica est receptio huius singularis. i. demōstrata. Causa aūt receptionis simpliciter. i. vl̄r est ista natura. s. intellectus. Vult dicere ꝙ receptio & passio ītellectus est vl̄is & simpliciter. Ecce qūo receptio intellectus nō est mediante spē: vt fingit Ioā. Receptio. n. intellectus ab intelligibili, his tm̄ tribus differūt. ergo in oībus alijs congruunt. ergo sicut materia immediate formam recipit particulariter & signate: ita & ītellectus immediate recipit intelligibiles formas vl̄iter & simpľr. ergo intellectus est materia vl̄is intellectorū, prima materia est sub̃m formarum indiuidualium. Et ex hoc. § Et cū dedit hæc per modum corollarij: verificat quædā, & inquit. Et ex hoc fuit possibile ꝙ corpora cœlestia reciperēt formas abstractas, & intelligerent eas: & per corpora cœlestia intelligit aīalia cœlestia, quæ sunt viua apud Auer. & quia potius intelligentiæ intelligunt, exposuit id. d. & pro .i. fuit possibile vt intelligentiæ abstractæ perficerentur ꝑ se adinuicem, &. q. d. & volui dicere corpora celestia intelligere: qm̄ intellectus eorum se perficiunt, eo mō quo intelligibile perficit intelľm. Et hoc declarabiṫ. Probatur hoc dupliciter. Et primo per impossibile. d. & si nō sup. esset illa perfectio & receptio illo modo, nō esset possibile, vt illic intelligatur recipiēs, neq; receptibile. Hoc à signo testatur. d. Vnde videmus, ꝙ id: quod est liberatum ab hac natura. s. ab hoc ꝙ perficitur ꝑ aliud: est primum intelligēs .i. ibi nō est receptio aliquo mō. Et ponendo istam nām. § Fuit aūt. q. antiqua probans intellectus puros nō esse, nisi vnum numero, & componetur hoc pacto: nulli actus puri & separati sunt multi, sed ītellectus separati sunt actus puri & separati, ergo non multi, & hęc via fuit Algazelis, & Anaxagoræ, & aliorum. Soluit & hanc Auer. d. Et ponendo istam naturam dissoluitur. q. quomodo intelligitur multitudo: & qūo intelligūtur multæ ex formis abstractis, qm̄ cum scitur intelligentias habere istam naturam, scitur ꝙ nō sunt puri actus simpliciter & oīno ab oī materia semotæ. & cum scitur ꝙ aliqua earum est perfectior altera, tunc scitur multitudo: & sic ad. q. formam: patet minorem esse falsam. Et intelľs idem. § Tertio intulit qūo intelľs & intelľm idē est. Et hoc pōt tripliciter intelligi, sed pro nūc intelligo sic, ꝙ intelľm. v. g. forma superior, est intelľs, qm̄ respectu inferioris est intelľm, & in se, cum sit separatum, erit intelľs ecōtrario rebus materialibus, quarū intellecta non sunt intelľs, sed indiuidua continentia quidditates intellectas, & habet alios modos intelligendi: vt dicam.

Qūo intellectus inferior superiores intelligat. Prima positio

Quomodo quidem intellectus primus intelligat entia infra ipm̄ & qūo mediæ intelligentię sint sciētes res infra se diximus. Oportet ergo tm̄ imorari, qūo intellectus inferior. v. g. intellectus lunæ intelligit superiores. Et licet in parte sit dictum, tñ hic est locus multum difficilis. Ad ꝙ quidam sapientes dixerūt Deum comparari intelligentijs, vt lumen, & qm̄ lumen multiplicat speciem in medio potenti recipere illam, ita Deus multiplicat lumen, ꝙ est quoddam accñs spirituale: existens in mētibus intelligentiarum, per quod eleuanṫ intelľs illi ad intelligere primū: & sic dicitur lumen, quod representaṫ eis ordine quodam, & sic diciṫ spēs intelligibilis. Et hæc forte pō vera est: sed non videtur mens Arist. & Auer. primo, qm̄ declaratū est 12. meta. ꝙ oē, quod est in sub̃a separata, est sub̃a eius, nisi dependeat ab aliquo materiali. Amplius secūda, esset fœlicior in cōprehensione sui q̄ Dei: qđ est derisibile, qm̄ se per essentiā intelligit, & Deum per accñs, vt patet. Adhuc

Cōm. 15.

declararunt

declararunt phi, q̃ vnius intellectus est vnus modus intelligendi. ergo si inferior intelligētia intelligit se per essentiam, & quælibet intelliget per essentiam illius rei intellectæ, aut nec se, nec illam. Q. vero sit ꝯ Auer. iam diximus in lib.d.d.& dicemus cōm.15. &c. Alij phi voluerūt q̃ intelligētia inferior intelligat primam, vt cām, & ipsa sit rō intelligendi illius, vt causatū. & sic dixerunt q̃ intelligentia inferior intelligit superiorem per essentiam inferioris. essentia.n.inferioris est causata ab intellectu superiori. & omne causatum ducit in cognitionem causæ, ergo intellectus inferior per essentiā sui intelliget superiorē. Oportet.n.imaginari essentiam inferiorem esse obiectum adæquatum sui intellectus, & sic tanq̃ obiectum adæquatum intelligitur solum à semet, & qm̄ illa essentia est effectus superioris, etiam continet saltē instrumentaliter essentiam superioris, & sic intellectus ille per essentiam illius secundario intelligit superiorem, & qōnes accidentes huic oēs dedimus in lib.d.d.vbi Auer. visus est tenere hūc modum apertissime. Sed Subiegius clarus vir in quodam tractatu intelligentiarum & beatitudinis multis argumentis calumniauit hunc modum Auer. Primo qm̄ tunc secunda intelligentia esset beata atq; felix in seipsa, nullo modo dependens à prima in intelligere, & sic esset æque perfecta, sicut prima, & æque actus purus, cum non perficitur à superiori. Amplius tunc scientia nō esset scitum, qm̄ scitum esset intelligentia superior, sciēs essentia inferioris. Rursum: tunc posterior intelligentia non intelligeret perfecte superiorem, qm̄ ipsa deficit à prima. ergo non sufficienter repræsentat primam. Postremo, tunc ibi non esset cōpositio, quoniā Auer. hic nullam aliam cōpositionem ponit, nisi ex intellu & intelligibili, vt patet hic. Multa alia dicit, quæ non sunt hic narranda. Tandem colligens verba Auer. opinatur: q̃ intellectus inferior intelligat superiorem per essentiam superioris, quemadmodum.n.intellectus noster perficitur ab intellectis, ita & intelligentia inferior à superiori. Adeo q̃ vnus est modus intelligēdi respectu intellectorum mālium & intelligentiarum, nisi sit hæc dña q̃ intellecta materialia nō sunt intellectus in se, quoniam sunt in materijs, sed fiūt intellectus, prout mens remouet illa à materijs, intellecta autem abstracta: cum in essentijs earum sit quidditas idem q̃ indiuiduum, erūt intellectus intelligentes. Q. aūt hæc sit mens Auer. conatur ostendere: qm̄.8.Phy.dicit, in abstractis intellectum & intellectus sunt idē. Et 12. met. ait, perfectio vniuscuiusq; mouentium vnumquemq; orbium perficitur per primum motorem, sed non effectiue. In hoc.n.remouet peccatum Auic. nec materialiter. ergo formaliter, & sic vna est alterius forma, vt dicit. & hoc vna est alterius cognitio, ac desideratum. Et hoc exponit ibi, tm̄ illic est causa & causatum, ſm q̃ intellectum est causa intelligentis. modo intellectum non est causa effectiua intellectus, nec mālis, sed formalis: vel finalis qđ idem est. Et ideo dixit eodem commento q̃ vnum est causa plurium, ſm q̃ à pluribus intelligitur. & in magno commento dici: q̃ in omni intelligentia intelligente aliud, est aliquid simile materiæ, & aliquid simile formæ. Erit ergo secūda simile materiæ, ideo subiectum quasi recipiens, & prima simile formæ, ideo recepta. Et quia prima est nullius formæ materia: ideo dicit q̃ forma est quidditas eius: & aliꝫ quoquo modo diuersantur in quidditate & essētia: vt patet. Et tunc verificatur verbum suum hic, q̃ intelligentiæ abstractę perficiuntur per se adinuicem, adeo, q̃ vna sit alterius forma, vt dicit. Apud hos ergo oportet dicere inferiorem intellectum esse tanquam mām, superiorem tanq̃ formam: quæ in se substantia est, tñ est quasi accidentaliter sciētia alii, vt dicit Auer.12. meta. Ex his concludit infimam intelligētiarum esse, tanq̃ mām oīum superiorum ordine quodam, vt scripsi in lib. de intellectu, & q̃ ex intellu superiori & inferiori fit verius vnum q̃ ex materia & forma, qm̄ illa vnio est firmior & essentialior: vt dicit. Sed hæc positio ꝯdicit rationibus, & verbis Auer. rationibus quidem, qm̄ omnis intellectus dependēs ab alio priori illo in genere agentis, finis, & formę cognoscit suam cām illis tribus modis. sed intells inferior dependet à superiori illis tribus modis, vt Auer. ꝓbat in lib.d.d. ergo intelligit superiorem illis tribus modis. Si igitur inferior intelligit primā in rōne agentis, vel per essentiam propriam, vel per essentiā superioris. si per superiorem, ergo tm̄ vt formam eam intelligeret, quod ipsi dicunt. si per essentiam propriam, ergo ꝯ eos. Secundo intellectus primus intelligit oīa: vt cā est agens: finis, & forma oīum. ergo intells inferior intelligit illam per se, vt causatā ab ea in gñe agētis. maior est Auer. in eodē loco. ꝑntiam probo, qm̄ sicut causa à priori absolute repſentat effectū, ita effectus à posteriori repræsentat cām. Et hanc rōnem tangit Auer. ibi. vide. Item, oē cuius intells est intelligibile qđ intelligit, intelligit per essentiam propriā, sed dicit Auer. ibidē intells & intelligēs & intelligibile est in separatis substātijs, vnū & idē. ergo &c. Præterea. Minor habitudo est effectus gñabilis ad cām æternam, q̃ effectus æterni ad cām æternā. sed per cognitionē essentiæ effectus gñabilis cognoscimus cām eius ęternam. ergo ꝑ cognitionem suiipsius per eius essentiam intelligentia inferior cognoscit primam. Q. autē contradicat verbis eius patet in lib.d.d. sæpe. Ideo id, quod nobis videtur tandem est, quod intellectus superior potest duobus modis comparari inferiori. Vno modo vt forma. Alio modo vt causa.s.agens, & efficiens, vt dicit Auer. quemadmodum sensile potest comparari sensui in actu duobus modis.s.vt forma intētionaliter perficiens sensum, & vt agens eum in actu, dico modo quod si sensus in actu esset substātia, cuius sensatio esset sua essentia, duobus modis sentiret sensile.s.in ratione formæ, & sic per essentiā sensilis sentiret sensile. Alio modo in rōne agentis, & sic per essentiam propriā. ita in proposito intelligentia inferior per essentiā superioris intelligit superiorem intellectione, quæ est essentia intellecti, prout superior est forma inferioris. Alio modo in rōne agentis, & sic intelligit superiorem per essentiā propriam; & quia Auer. in lib.d.d. loquitur de Deo: vt quoddam est agens. ideo dedit q̃ secunda intelligentia intelligit primā per essentiam ipsius secundæ. hic aūt loquitur de eo vt forma est, ideo voluit q̃ intelligitur per essētiam superioris, vt dicam. Ex his sequitur q̃ duobus modis pōt intellect⁹ possibilis copulari superioribus. Vno modo copulatione materiæ, & formæ, & sic per essentiam superiorum intelligit superiores. Alio modo vt effectus: & sic per essentiam sui luminis, quod est in eo, vt lumē. quod dicit intellectus agens copulatur illis, & hoc dicemus in cōm.36. Et hoc exemplum. § Qm̄ tabula est natura quædam. intellectus aūt est in potētia anteq̃ intelligat, ideo conat verificare exemplum, & inquit, & hoc exemplum q̃ induxit: est valde simile dispositioni intellectus, qui est in potentia cum intellectu, qui est in actu.i.intellectis. quēadmodum.n.tabula nullam picturam habet in actu: neq; potentia ꝓpinqua actu, ita in intellectu materiali nō est aliqua formarum intellarum quas recipit, neq; in actu, neq; in potentia propinqua actui. Et exponit terminos.d & voco potentiam propinquam actui dispositionem mediam inter remotam potentiam & postremam perfectionem, idest actum primum ꝫ qui est in medio priuationis simpliciter, & actus secundi: & hoc est, vt nō sit in eo intentio: quæ sit intellecta in potentia, & hoc est proprium solum intellectui, scilicet habituato: quod per exemplum exponit.d. Perfectio.n. prima sentientis est aliquid in actu respectu potentiæ remote, & est aliquid in potentia respectu postremæ perfectionis.i. actus secundi: & ideo assimilauit Aris. primam perfectionem.i.actum primum sensus geometræ: quando non vtitur geometria. scimus.n.certe q̃ habemus virtutem sensibilem existentē in actu.s.primo licet tunc nihil sentiamus, quoniam sumus in potentia ad actum secūdum. Declaratus est igitur modus consimilitudinis istius exempli huic, quod dictum fuit ab Arist. in intellectu materiali, & sic patet differentia & conuenientia tabule rasę ad intellectum potentiæ. Dicere autem. § Nunc refellit expositionem Alex. & primo narrat eam, & inquit. Dicere aūt q̃ intellectus materialis est similis præparationi, quæ est in tabula, & nō q̃ sit similis tabulæ preparatæ, vt præparata, vt exposuit Alex. hunc sermonem: falsum est. Voluit, igitur Alex. q̃ intellectus potentiæ nō sit similis tabulæ præparatæ, sed

Secūda pō.

Tertia positio.

Commen 40. in calce. Commen.44.

Commen 17.

Apu.3.in sol.

18.dubiū circa finem.

In solu.15.

In solu.15.

In solu.16.

Positio propria

præparationi & rasuræ tabulæ, cuius ratio est, quoniam tabula est ens in actu. intellectus potentiæ non est ens in actu. ergo nõ assimilatur tabulæ, sed priuationi tabulæ: vt dicit Alex. loco vt supra. Præparatio.n.§ Arguit contra Alexan. & accipit tres propositiones.d. Præparatio.n.est priuatio aliqua. & hæc est vera apud Alex. quoniam præparatio est carentia in subiecto apto nato, & hoc est esse præparationem. Deinde ponit secũdam.d.& nullam habet nãm propriam, nisi propter nãm subiecti.i.est idem secundum rẽ & nãm subiecto, cuius est priuatio, superaddens tamen relationem rationis.s.puram absentiam. Et hoc probat, quoniam illa quorum differentiæ sunt eædẽ, & conuenientię sunt idẽ in re, & accipit minorẽ.d.Et propter hoc fuit possibile, vt præparationes diuersentur in vnoquoq; ente. sup.differentijs, & conuenientijs subiectorum. & sic patet minor. Conclusio aũt proposita est. Deinde ponit tertiam, non potest propria priuatio alicuius intelligi, nisi intelligatur proprium subiectum, sed bene priuatio cõis intelligi potest sine subiecto determinato. Determinata aũt sine determinato est impossibile: & inquit. O Alex. reputas Arist.intendere demõstrare nobis nãm præparationis tantum, non nãm præparati. hoc est impossibile, quia nõ est natura istius præparationis propria ei, si fuerit possibile sine cognitione naturæ pręparatæ, sed possibile est cognoscere nãm præparationis simpliciter ĩ quocunq; sit, absq; sup. cognitione subiecti determinati, vt dixi. Et sic patet tertia propositio. Ego aũt verecundor.§ His tribus nunc arguit contra Alex.& inquit. Ego aũt verecundor ex hoc sermone, & ex hac mirabili expositione. si.n.intendebat demonstrare nãm pręparationis, quę est in intellectu, per oẽs sermones prædictos in intellectu materiali, necesse est vt intendat demonstrare per eos nãm præparationis simpliciter, aut nãm pręparationis propriæ.s.specialiter accõmodatam rõnali animæ. Deinde destruit membra.d.Nãm autem præparationis propriæ in intellectu, impossibile est demonstrari sine natura subiecti, cum præparatio propria vnicuiq; subiecto currat cursu perfectionis & formæ ex eo.i.sit sicut forma subiecto, cuius est. sed oportet necessario per cognitionẽ naturæ preparatio, scire nãm pręparati. vult ergo dicere, quod non potest sciri præparatio intellectus, nisi sciatur intellectus: & quod id idem, quod de preparatione scitur, & de subiecto scitur. quoniam sunt vna natura, per secundam & tertiã propositionem. Tunc destruit secundum membrum.d.& si intendebat per illos sermones demõstrare nãm præparationis simpliciter.i.cõmunem ad omne subiectũ, tunc id non erit proprium intellectui.s.quod sit separatũ simplex &c. Et hoc consequens confutat.d.& omne hoc est perturbatio. Deinde probat antecedentiam.d. Omnis.n.præparatio: in eo quod est præparatio; vere dicitur nihil esse in actu ex eis, quæ recipit, & quod est non passibile: & vere dicitur esse non corpus, neque virtus in corpore.q.d.quoniam est priuatio simpliciter, nihil dicens nisi carentiam tantum. Tunc recolligit vim rõnis.d. Quõ igitur possumus exponere id quod Arist. intendit hic demonstrare nobis de natura intellectus materialis, id quod est commune omnibus recipiẽtibus.s.in quibus est præparatio ad recipiendum vnumquodq; genus formarũ, & non ad demonstrandum nãm præparati per cognitionem naturæ præparationis propriæ ei, & sic falsitas amborum membrorum constat. Et si intellectus.§ Secundo arguit enthymematice.d.& si intellectus materialis esset solummodo præparatio, esset sine aliquo subiecto, probo antecedentiam. intellectus materialis est separatus à materia: & à subiecto, vt supponit. præparatio est intellectus materialis. ergo præparatio esset sine subiecto. & sic patet antecedentia. Destruit tunc consequens.d. Præparatio.n. ostendit præparatum, vnde Arist.cũ inuenit præparationem, quæ est in intellectu, esse diuersam ab alijs, indicauit preci se: quod natura subiecta ei differt ab alijs naturis præparatis. Ecce quõ præparatio nõ differt à subiecto, & per consequens non potest solui ab eo. Et quod est.§ Tertio arguit, id in cuius natura non est aliquod intellectum in actu, nec in potentia proxima, sed est expoliatum ab omnibus neq; est corpus: neq; virtus in corpore, sed subiectum præparationi intelligentiarum est huiusmodi: vt declaratum fuit, ergo neq; est corpus, neq; virtus in corpore, & sic non tantum vera sunt illa tria verba de præparatione, sed de natura præparata. Huius accipit minorem.d.& quod est proprium isti subiecto præparationis.s.intellectui, est quod non est in eo aliqua intentionũ intellectorum in potentia: aut in actu.& sic patet minor. Tunc dedit conclusionem.d. vnde necesse fuit ipsum non esse corpus, neq; formam in corpore.& cum non erit corpus, neq; virtus in corpore, non erit etiam forma imaginationis.i.phantasma, vt dicit Auemp. illæ.n.sunt virtutes in corporibus, & sunt intentiones intellectæ in potentia. & sic patet ratio. Et cum subiectum,§ Concludit quasi verificationẽ expõnis veterum.d. Et cum subiectũ istius præparationis, neq; est forma imaginationis.i.phãtasma. vt dicit Auemp. neq; mistũ ex elementis, vt Alex. intendit, neq; potest verificari de preparatione, cum illa non possit esse sine subiecto, ideo sequitur quod intelligitur de subiecto pręparationis, & ideo recte videmus quod Theophr. & Them. & Nicol. & alij antiquorum peripateticorum magis retinent demonstrationes Arist. & magis conseruant eius verba. cũ .n. intuentur eius verba, & eius sermones: nullus potest ferre ea super ipsam præparationem tantum: vt diximus. neq; supra rem subiectã præparationi. si posuerimus ipsam esse virtutem in corpore, dicendo eã esse simplicem: & abstractam: & non passibilem, & non mistam corpori.q.d.quod hęc verba non possunt verificari de intellectu, nisi sit solutus à corpore. Et si istud.§ Quarto arguit, si hæc positio non est Arist ergo est Them. vel alicuius alterius, sed hoc est impossibile, cum hæc opinio sit ita difficilis: quod nullus potuit eam inuenire, nisi esset Arist. vel ei æqualis, quod est impossibile. Inquit. Et si istud non esset opinio Arist. oportet opinari eam esse opinionem vestram.s.O Themistij, & Theophrasti, sed propter hoc quod dico.s.quod sit vestra, nullus debet dubitare, quin illa sit opinio Arist. quoniam omnes opinantes hoc non credunt eam, nisi propter id quod, plus dicit.s.propter verba, & demõstrationem Arist. cuius rationem dicit, quoniam ita est difficile hoc.i.inuenire hanc opinionem, quod si sermo non inueniretur in eo, tũc valde esset difficile cadere super ipsum, aut forte impossibile, nisi inueniatur aliquis talis, vt Aristo. est. sed hoc non est possibile. credo enim quod iste homo fuit regula in natura, & exẽplar, quod natura inuenit ad demonstrandam vltimam perfectionem humanam in materijs. Et sic patet quarta ratio. Et forte.§ Dat causam erroris Alex.d. Et forte opinio attributa Alex. fuit facta ab eo solo, modo ipse non potuit venire ad æqualitatem. Arist. ideo non potuit tantum verum inuenire. Et ideo.§ Dat signum quod fuit inuẽta ab eo solo.d. & in tempore eius erat inopinabilis abiecta ab oĩbus. & ideo videmus Them. dimittentem eam omnino, & fugere eam: sicut cauentur inopinabilia. Et est contrariũ.§ Remouet tacitam.q. quoniam quis dicet hæc opinio est famosa, ergo vera, vel saltem non abijcienda. Inquit, & est contrariũ ei, quod contingit modernis, nullus.n.est sciens: & perfectus apud eos, nisi qui est Alex. & cã in hoc est famositas istius viri. Rñdet.d.& credimus, & vere scimus quod fuit vnus de bonis expositoribus.q.d.quod bene verũ est ipsum esse bonum expositorem, non tamen simpliciter vera dicentem. Licet Alpharabius.§ Posset quis dicere Alpha. qui maximus est, & sequitur Alex. ergo opinio Alex. non est spernenda. Dicit licet Alphar. cum hoc quod maximus erat in istis sequitur Alex. in hac intentione. & non tantum sequitur, sed addit huic opinioni quoddam inopinabile. in lib.n. Nicomachiæ videtur negare continuationem esse cum intelligentijs abstractis, & dicit hanc esse opinionem Alex. & inquit, quod nõ est opinandũ quod finis humanus est aliud, quam perfectio speculatiua, vt dicam statim. Auemp. autem.§ Soluit quod Alpha. & si sit maximus, tamen in hoc non est tenendus, quoniam Auemp. exposuit sermonem eius.s.Alex. & dixit, quod opinio eius est opinio oĩum peripateticorum.s.quod cõtinuatio est possibilis homini, & quod est finis illius, vt dicã. Et forte.§ Vltimo ostendit cãm errandi in hoc tẽpore ex opinione Alex. & inquit. Et forte hoc est vna cãrum: propter quas videmus, quod cõsuetudo, & mos plurium dantium se philosophiæ in hoc tempore sunt corrupti, & hoc habet alias cãs non latentes considerãtes in philosophia operatiua.i.morali. Et potest intelligi quod hæc.s.impossibilitas continuationis est cã: quare plurimi hodie nõ amplius consueuerunt dare se philosophiæ: & moribus eius, quia credunt

fœlicitatē esse impoſſem. Et cā etiam alia, quare nō ſe dant phiæ, dicta eſt etiam. 10. Ethic. Oportet. n. inquit corpus ſanū eſſe, & alia. Vel pōt intelligi, ꝙ hæc. ſ. poſitio Alex. ī ponendo rōnalem aiam eſſe corruptibilem, & nō remanere poſt mortē, eſt cauſa quare phi hodie nō vtunē bonis moribus. ſunt. n. nunc praui in omni genere virtutis, qď manifeſtum eſt tēpore meo. 1497. in quo nō video phm aliquē, qui moribus preditus ſit: ac virtutes ſeruet, ille. n. hodie eſt phs, q̄ aſtutijs ac vitijs ſtudet, & hoc habet alias cās. ſ. quæ dictæ in moralibus. ſ. æſtimatio viri. cum. n. ſapiens inſpexerit ſe paruifieri, iraſcitur, & dat ſe vitijs, adeo ꝙ nō pōt amplius eſſe pars ciuitatis, vt dicit Auer. & ſic patet hoc. Et debes ſcire ꝙ duobus modis ſciri poſſunt à nobis ſubſtātię abſtractæ. Vno modo per eſſentias aliorū, vt. ſ. per effectus nāles, vel rōnes cōes eis, & rebus naturalibus. & hæc eſt ſcia ſpeculatiua nālis, vel Metaphyſicalis, & hæc eſt illa quā tradit de eis Ariſt. ī 8. Phyſicæ auſcult. in lib. 12. Meta. & hic. Oſtendit. n. de eis, quid non ſunt, & forte ſm aliqua cōmunia quid ſunt, & hoc pacto dixit Alphar. & alij, eſſe poſſem ſciam earum, & hanc eſſe fœlicitatem vltimā, & ſic ſm eum finis humanus nihil aliud eſt, niſi perfectio ſpeculatiua. Et forte ꝙ hoc ſentit Auemp. vt Auer. ſibi imponit 9. Meta. d. acquiſitionē fœlicitatis eſſe per ſcias ſpeculatiuas. Alio modo per eſſentias earū proprias, quæ vocaē cognitio intuitiua apud Auer. & hāc negant Alpha. & Auēp. & Auer. aſſerit, volēs in hac cognitione conſiſtere fœlicitatem hoīs, in eo ꝙ homo, vt dicā. Ex his patet pō Alphar. & dña eius ab Auerroi. Sed dubitatur, qm̄ videē ꝙ ſi ponatur vnicus intellectus omnibus, & ꝙ primus intellectus corrumpatur, nō ſit neceſſaria ſcia moralis. Et ſi ſeqē idem cōtra Alexand. & Auer. Pōt dici ꝙ & ſi ſit vnicus intellectus omnibus hominibus: & æternus, adhuc pōt ſcientia moralis eſſe neceſſaria. ſ. antecedenter & pñr. Antecedenter quidem, qm̄ intellectus potētiæ eſt colligatus ſenſibus vt ſi non fuerint temperati omni virtute: iam retrahēt hoiem ab intellectu, & eum reddent adeo ſenſibus immerſum, vt nunquā fœlicitari poſſit. Propter qď dicit Auer. 7. Phyſi. ꝙ maxime caſtitas eſt virtus deſeruiēs fœlicitati. & hoc declaraui alibi. Cōſequenter aūt, qm̄ (vt dicit Auer. accipiens ab alijs expoſitoribus) ex perfecto intuitu primi intellectus cauſatur amor intenſus in Deum, propter quod tunc fœlix ſpernit temporalia, & ſeruat ordinem naturalem: quo fit vt homo ita conſueſcat in virtutibus moralibus, ꝙ totaliter cadet qō ſenſuum cum rōne. Et ſic ratio remanebit dña omnium virtutum corporis & qm̄ conſueſcere in moribus eget tempore, vt 2. Ethicæ tradit Ariſtoteles: eo quia multis principijs homo obſiſtit: niſi cū conſueſcat in his: vt 6. Ethicæ ſcribit Ariſtot. & ideo dicit Auer. ꝙ fœlicitas qualis optima: paruo tēpore durat 12. Meta. His ergo perſpicuum eſt, quonam pacto Auer. poſſit ſeruare mores, tametſi opinatur vnitatem intellectus. Ego aūt in lib. de intellectu demonſtraui cōtra Auer. qualiter ipſe non poteſt ſeruare mores: nec præcepta ſapientum, & videas. Inquit ergo modo Ariſt. Aut pati quidem ſm cōmune aliquid. i. analogam rōnem diuiſum eſt prius, qm̄ intellectus potentias quodammodo intelligibilia eſt, ſed actu nihil antequam intelligat, quod exemplo declarat. d. Oportet autem ſic: quod quidem accidit intellectui: ſicut tabulæ: in qua nihil actu eſt ſcriptum. Et ſic patet ſolutio primæ quæſtionis.

Cap. 10. — Commen. 22. — Dubitatio. — Solutio. — Commen. 20. — Cap. 14. — Commen. 38.

COMMENTARIVM.

SOLVIT has duas qōnes. primo primam, & dicit ꝙ intelligere eſt pati: non tñ corruptiue, ſed ſm cōem rōnem, hoc eſt æquiuoce, quia eſt pati perfectiue. per hoc ad formam, cum. n. dicit agens & patiens conueniunt in mā, hoc verum eſt de pati corruptiue, nō aūt de pati perfectiue. Vnde dicit. An pati quidem ſm cōmune aliquid eſt ipſum intellgere, non aūt ſecundum rōnem propriam, & vniuocam: ſed ſm rōnem æquiuocam, quia licet ſit pati, nō tamen eſt pati corruptiue, ſed perfectiue. Probat autē hanc ſolutionem per ea, quæ prius dixit, & primo probat ꝙ ipſum intelligere nō eſt pati corruptiue ab obiectis: vt Themiſtius pulchre exponit. qa dictum eſt prius ꝙ intellſ nō eſt ſimpliciter ipſa intelligibilia per identitatē, vt Emped. & Democritus dixerunt, ſed eſt pura potentia ad illa, & actu nullum eorum: antequam intelligat, & ſic nec eſt ignis, nec lapis, nec aliquod ens materiale. ꝙ ſi nō eſt ens materiale, non pōt corruptiue pati. Intellectus ergo corruptiue non patitur, vt probatum eſt. Vnde dicit: dico intellectum non pati corruptiue ab obiectis: nec ipſum intelligerē eſſe paſſionem corruptiuam, quoniam dictū eſt prius, ꝙ intellectus nō eſt aliquod corpus materiale, nec materiale quicquam, ſed potētia quodammodo omnia intelligibilia, dico quodammodo, quia eſt ſuba, ſed in potentia ad intellectiones rerum, cum nullum eorū ſit actu antequā intelligat. & ſic nec lapis, nec ignis, nec aliorū aliquid, quæ ipſe intelligit, quare cum ſit quid immateriale, pati corruptiue non pōt, ſed ipſum intelligere erit paſſio quædam non corruptiua. Q; vero intellſ patiatur ab intelligibilibus perfectiue: oſtendit per exemplum tabulæ, vel libelli: in quo nihil ſcriptum eſt. Vnde dicit. Oportet aūt ſic, ſicut in tabula, in qua nihil eſt actu ſcriptum intelligibilia in intellectu recipi. nam, vt Themiſtius inquit: ſicut in tabula literaria in qua nihil ſcriptū eſt, cū elementa literaſque in ea ſcripſeris, nō patitur ab illis, ſed potius ꝑficitur, ita intellectus nō patitur, cum intelligit, ſed ꝑficiē potius, propterea addit Ariſt. quod quidē accidit intellectui, quia intelligendo non patitur, ſed perficitur, cū nihil præhabeat, ꝙ ab eo abijci poſſit ſucceſſu noue formę. Per hęc ad formam concedo ꝙ intellectus intelligit, & ꝙ intelligendo patiatur ab obiectis: non tñ ſequitur eſſe materiam cōem intellectui & intelligibilibus, quia intelligere non corruptiue, ſed perfectiue eſt pati, hoc pacto expoſuerunt Them. & Simpſ. Quo vero ad verba attinet, tabula græce eſt γραμματεῖον grammatio, hoc eſt tabula literaria. Grammation enim literaria tabula eſt. nam priſci papyri carētia in arborum corticibus ſcribebant: quæ dicebantur apud græcos grammatia. Iamblicus vero ꝑ grammation intellexit non chartulam. ſed tabellam ſcriptā in qua nihil actu apparet ſcriptū, ſed habitu. Eſt enim differentia inter chartam & grammation: quia charta nihil habet ſcripti, grammation habet, ſed obſcure, & quaſi nō perceptibile. Dicit autem hæc Iamblicus, vt conciliaret Ariſtotelem, & Platonem. Plato enim voluit in intellectu puerorum eſſe rerum rationes admodum turbulentas: quæ poſtea procedente ætate eluceſcunt. Poſuit enim de mente Ariſtotelis intelligere noſtrum eſſe reminiſci. Quare Ariſtoteles comparauit intellectū non chartæ, ſed grammatio, vt innueret eum præhabere rerum notiones in obſcuro. Sed de his abunde ſuperius.

ARGYR. *Eſt etiam intelligibilis & ipſe, vt intelligibilia cuncta. Nam in hiſce quidem quæ ſine materia ſunt, intelligens & id quod intelligitur idem eſt. etenim idem eſt contemplatiua ſcientia, & id quod ita ſub ſcientia cadit.*

Tex. cōmē. 15. Et ipſe autem intelligibilis eſt vt intelligibilia: In his enim quę quidem ſine materia ſunt, idē eſt intelligens, & quod intelligitur. Scientia enim ſpeculatiua, & ſcibile idem eſt.

COLLEC. Tex. cōm. 15. Fuit. q. ſecūda, vtrum intellectus intelligatur per quidditatem abſtractam ab eo, aut per eius eſſentiam. Et ſi per eſſentiam eius, ergo oīa eſſent intellectus. Et ſi per quidditatem, ergo eſſet intellectum in potentia. Nūc ergo ſoluit qōnē hanc. Vbi debes ſcire, ꝙ qō de intellectu: quō intelligitur, pōt eſſe de intellectu per ſe, & de eo, vt eſt continuus ſi enim ſit de intellectu ꝑ ſe. Dicendū ꝙ ſicut intelliguntur intellecta materialia, intelligiē intellectus in ſe. intelliguntur aūt intellecta materialia ꝑ eſſentias eorum ac quidditates, & intellectus etiam intelligitur per eſſentiam propriam ac quidditatem propriam. ſed hoc eſt diſcrimē. qm̄ intellectus eſſentia eſt ſimpſr intellm, & intellſ, intellecta vero materialia non ſunt intellſ. Amplius quidditas intellectus eſt ſcitum ſcia, & ſcitum, intellecta autē materialia non ſunt intellectus & ſciæ, ergo modus intelligendi, quo ſe intelligit, & alia, vnus eſt, qm̄ ſe intelligit ꝑ eſſentiam, & alia ꝑ quidditates & eſſentias. Si aūt loquimur de intellectu

intellectu copulato, ille intelligit se intelligendo alia: & sic intelligit se p essentias aliorũ. est.n.virtus ita sublimis q eo intuitu, essentias aliorum intuetur, & quatuor psoluit problemata suijpsius, vt diximus. Græci vñr exponere literam de intellectu primo modo. Auer.aũt secundo modo. Inquit Arist, & ipse aũt intelligibilis est: sicut intelligibilia. ſm græcos.i.per essentiam eius, sicut & alia per essentias eorũ ſm Auer. sicut intelligibilia.i.eo intuitu, quo intelligit alia. In his quidem.§ Differentia tñ est ſm expositionem græcorũ, q quidditas intellectus est ipse intellectus. sed quidditas intellecti materialis nõ. Et huius differentiæ (vt dicit Simpl.) reddit cãm.d. In his quidem.n.quæ sunt sine materia, idem est, & quod intelligitur.i.intellm, & intelligens.v.g.intelligentia lunæ est intellectum ab intellectu nostro, & in se quidam est intellectus, ac p se intelligens, etenim scĩa speculatiua, & scibile idem est. & intellectus noster pp hoc intelligit intellm lunæ per sciam, quæ est suba intellectus lunæ. Et sic patet expõ græcorum. Et debes scire ſm Auer. q intelligibilia materialia ꝯueniunt cum intellectu, & differunt. Congruunt quidem, qm ambo intelliguntur per quidditatem aliam à re, cuius est quidditas. intellectus.n.est potentia pura, vt copulatur nobis, & quod est potentia non intelligitur: nisi fiat in actu; non fit in actu, nisi prout recipit quidditates aliorum. ergo intellectus intelligitur per quidditatem aliam à se, queadmodum res materiales per quidditates alias ab indiuiduis. Differunt aũt primo, qm intellectus non intelligitur per intentionem.i.quidditatem abstractam à se, qm ipse est ens separatum ex natura sua, ideo ab eo nõ potest abstrahi quidditas alia. Alia aũt entia, in quibus differũt indiuidua, & qdditates, intelliguntur per hoc, q quidditas separatur ab indiuiduo. Secundo differt, qm intentio per quã intells intelligit se, est semper in actu, & nunquã abstrahibilis ab ipso, qm quidditas illa nõ est ipsius: nisi modo accñtali, & ideo illa quidditas est intellectus accñtaliter. Intentio vero in alijs est intelligibilis in potentia, & ideo qñq; abstrahitur ab eis, & sic intells seu intellectum actu. Ecce quõ vnamet quidditas est intentio, qua cognoscitur indiuiduũ alicuius rei, & cognoscitur intellectus. respectu intellectus dicitur abstracta actu, qm nunquã ab eo abstrahitur, respectu rei dicitur in potentia abstracta, qm aliquando fuit ab ea abstracta. Ex his apud Auer. litera non est exponenda, sicut græci, sed hoc pacto, intellectus intelligibilis est, sicut intelligibilia.i.per hoc q intelligit intelligibilia, & non per eius essentiam. Probat Arist. & componitur rõ sic, omnis suba simpliciter sine materia intelligit se per suam essentiam, sed intellectus potẽtiæ nobis copulatus non est substantia sine materia, saltem intelligibili, ergo non intelligit se per essentiam propriam, & per ꝯñs intelligit se per essentiam aliorum. Secundo si intellectus intelligeret se p essentiam, tunc scientia esset scitum in eo, quod nõ est verum nisi in subijs pure abstractis ab omni materia. Ecce quõ litera est intelligenda alio modo ſm Auer. & tu lege commentum, quia manifestum est.

COMMENTARIVM.

HIC soluit secundam qõnem ſm Simplicij enumerationem, vel tertiam, vt enumerat Philoponus. Sed de intellectu huius loci mihi non leuis fuit semper difficultas. Auerroes.n.dicit suo modo, vt in collectaneis dictum est. Tñ iuxta græcorũ expões, sic ordino textum, q Arist. in hoc loco soluit qõnem quo ad mãm. Textu vero sequenti quærit obiter aliam qõnem, quã dimittit nobis insolutam. Demum.3.eandem soluit secundam qõnẽ principalẽ quo ad formam. Pro intellectu ergo solutionis qõnis quo ad materiam, debes scire, vt Philoponus notauit, q intelligibilia sunt duplicia, & quæ suapte natura sunt intelligibilia, vt Deus & intelligentiæ, & quæ sunt intelligibilia potentia.s.quæ suapte natura sunt sensibilia, appræhensione vero nostra intelligibilia vt res materiales. Quæ intelligibilia suapte natura sunt, ipsa eadem sunt intellectus, & intelligibilia, quæ vero sunt intelligibilia potẽtia, suapte natura vero sensibilia: sunt intelligibilia nõ intellectus. Hãc ergo solõnem ait cum dicit. Et ipse aũt intellectus intelligibilis est, vt suapte natura intelligibilia, & sic sicut suapte natura intelligibilia sunt intellectus, & intelligibilia, sic intellectus noster est intellectus, & intelligibilis. Deinde probat hanc conclusionẽ videlicet, noster intellectus est intellectus, & intelligibilis, & dicit. In his.n. quæ sunt sine materia, idem est intellectus siue intelligẽs, & quod intelligitur. Hanc exponit, & probat, cum dicit, Scientia enim speculatiua in his quæ sunt sine materia, & scibile idem est. Modo in talibus intellectus speculatiuus est scĩa. ergo in talibus intellectus speculatiuus est scibile. Sũpsit.n.sciam pro sciente, in Deo.n.scientia & sciens idem est, & similiter in singulis intelligentijs. dico scientia speculatiua, quia in subijs immaterialibus peripatetici non posuerunt practicam sciam. Patet ergo hæc propositio, immaterialia sunt intellectus & intelligibilia, tunc addo minorẽ, sed intellectus noster est immaterialis hoc est ens sine materia. ergo ipse est intellectus, & intelligibilis, quod fuit solutio ad materiam qõnis. In hunc modum, vt arbitror, Themistius, Philoponus, & Simpl. exposuerunt. Nostri vero expositores non recte hunc locum interpretantur, nec Auer. recte exposuit, vt patet in collectaneis.

ARGYR.

Sed cur non semper intelligit, considerãda est causa. In ijs autem quæ materiam habent, vnumquodque intelligibilium potentia est. Quare, illis quidem non inerit intellectus. nam intellectus talium, potentia sine materia est. ipse autem, intelligibilis rationem subibit.

Tex.cõmẽ.16.

Cur autem non semper intelligat, causa consideranda est. In habentibus autem materiam potẽtia solum vnumquodque est intelligibilium. Quare illis quidem non inerit intellectus. sine materia enim potentia intellectus est talium. illi autem intelligibile inest.

COLLEC. Tex.cõmẽ.16.

Expositores græci conducunt text. hunc modo suo: sed melius vt Auer. dicit q Arist. reddit causam, cur intellecta rerum materialium non sunt intellectus intelligentes in suis naturis, & inquit. Nõn autem semper intelligendi causa consideranda est.i.sed cur intellectus potentiæ nõ semper intelligit, causa consideranda est, & sup. cur res materiales intellectæ non intelligunt, adhuc consideranda est cã. Respondit ad secundũ.d. In habentibus autẽ materiam potentia solum vnumquodq; intelligibiliũ est, quare quidem illis non fuerit intellectus. Et tũc reddit cãm cur intellectus intelligit.d. Intellectus.n.talium est potentia sine materia. idem aũt intelligibile erit, ergo intellectus intelligit, & intelligitur, quia solutus à materia. alia vero, qa in materia, non sic. & ita patet litera. cur autem nõ semper intelligat patet, & ideo tacuit sol. illam.

Commẽ.16.

ET oportet perscrutari. Proponit intentionem.d. Et oportet perscrutari de causa, pp quã nõ semper intelligit, ita q intellecta eius sint in se.s.simul intellectus & intellecta. est ergo intentio.s.quærere cãm: quare quidditates rerum mãlium non intelligunt. Rñdet, & inquit. Et causa in hoc est, quia id ex intellectis: quod non habet mãm, suum intellectum, est intellectus in se, & ipse semper intelligit, quod aũt habet mãm, vnumquodq; intellectorũ est in ipso in potentia, & ideo res intellectæ mãles non intelligunt. Et quod diminuitur.§ Videtur.q.qm Aristo. diminutus est. duo.n.sunt entium genera, quæ.s.intelligũt semp, & quæ in se nunquã sunt intells intelligentes, põt ergo quis ambigere, cur sicut Arist. tradit cãm secundi.s.quare ipsorum entium quædã nũq intelligunt, non tradit cãm primi.s.cur quædam semper intelligunt. Rñdet Auer. & inquit. Et qd diminuitur à sermone intelligitur p suum oppositum, & p hanc particulam§ autẽ§ quæ notat diuisionẽ.i.est nota aduersatiua duorũ oppositorũ, &.q.d.& cã in hoc est, qa intellectus eius quod non habet materiam, est semper & in actu, intellectũ aũt eius quod habet mãm, est in potentia, & sic patet qualiter illa particula§ aũt§ dat intelligere oppositũ eius: quod dixit. Ista igitur.§ Declarat idem.d. Ista igitur intellecta, pp hoc quia sunt intellecta in potentia, non hñt intellectum. intellectus.n, attributus istis, non est nisi formæ istorum.i.quidditates, quæ sunt intells p accñs, quia sunt abstractæ à materia, & ideo istæ formæ respectu eorum non erunt intellectæ in actu.i.non cõpræhensæ ab eis

Dubitatio. Solutio.

eis.i.cognitæ à semetipsis p essentias earum, neq; per eas erunt intellecta & in respectu illius: quod abstrahit ea à materijs suis, erunt intellecta in actu: adeo ꝙ per ea intellectus potentiæ erit intelligens, & illa p illam eãdem intentionem erunt non intelligentia. & hoc est cõplementũ sermonis in dissolutione prædictæ q̃onis quam replicat.d. Ille enim sermo coegit nos ad alterũ duorum, si intellectus fuerit idem cum intellecto materiali, in intellectu materiali necesse est vt sint aliæ res, que sunt extra aĩam intelligentes, sicut Plato ponit. Si vero sit aliud ita vt sit intellectũ per intentionem in eo, ita quidem ꝙ indigeat intellectu in essendo intellectum, hoc procedit in infinitũ. soluit.q. Dissolutio istius.q.est, q̃m intentio, p quam intellectus materialis fit intellectus in actu, est: q̃a est intellectũ in actu, vult dicere quidditas aliorum: quæ in se respectu intellectus potentiæ est intellectũ in actu. intentio vero, p quam res, quæ sunt extra animã sunt entia intellecta, est: quia sunt intellectæ in potentia, & si essent in actu, tũc essent intelligentes, vt scis.

Secundum Philop.h̃ ponuntur duo alia attributa intellectui in actu.6.videlicet, ꝙ intellectus in actu sit separabilis.5.vero ꝙ sit immortalis.6.quidem tangit, cum inquit. Et hic intellectus.s.qui est actu est separabilis, & impermistus: hoc erat. 6.secundum enumerationem Philoponi. Tangit.6.cum dicit, & est impassibilis ẜm substantiam,hoc est immortalis. Quod hæc intellectui agẽti competant,probat cum dicit. Semper.n.honorabilius est agens patiente, semper principium est honorabilius materia. Ergo sup.tu si intellectui possibili competunt hæc, scilicet ꝙ sit separabilis, & ẜm substantiam impassibilis, rationi consentaneum erit, vt agenti intellectui competant. Quare si possibilis intellectus est separabilis,& secundum substantiam impassibilis intellectus qui actu est, erit separabilis, & secundum substantiam impassibilis. Auer.vero textum hunc resoluit ad quatuor attributa,nõ sequens enumerationem Philoponi.vult.n.ꝙ Aristot.attribuat ei, ꝙ sit separabilis. Secundo ꝙ sit impermistus. Tertio quod sit impassibilis secundum substantiam. Quarto ꝙ sit actu ens, sed male construit verba, nam verbum illud existens actu, vel ens actu, vel qui est actu, est nominatiui casus, & construitur cum illo verbo & intellectus à parte anteriori verbi substantiui subintellecti. Est enim sensus, & hic intellectus, qui est actu, separabilis, & impermistus,& impassibilis secundum substantiam est. ergo verbum illud, qui actu est, non est attributum, sed ille intellectus, cui assignat attributa. Præterea. Separabilis & impermistus idem est,ac fere synonyma sunt.ergo non sunt attributa nisi duo: & non quatuor. Ex illo verbo § separabilis§ quod græce est χωϱιςτὸς,colligit Philoponus contra Marinum: & Alexan.scilicet ꝙ agens intellectus non sit Deus, vt Alexan.dixit, nec dæmonicus vel angelicus intellectus, vt dixit Marinus, nam choristus sonat non separatum, sed aptum separari. modo Deus & angelicus vel dæmonicus intellectus actu separatus est: & sic intellectus agens de quo loquitur, est humanus intellectus, qui nondum separatus est, sed separabilis, h̃ est aptus separari.Quærebamus in collectaneis vtrum appręhensione finiti possumus appræhendere infinita.Ideo animaduerte quæ secundo lib.disputationum metaphysicarum diximus, verum quantum attinet ad propositũ, nunc breuibus dicamus ꝙ nos possumus cognoscere aliquam rem aliquando intuitiue, vt quando in se appræhenditur: vt cum in sua existentia videtur Cæsar,scilicet in propriis carnibus,& in propriis ossibus, aliquando vero abstractiue,vt cum videtur in suo simili, vt cum in suo exemplari videtur.Tunc dicerẽ appræhensione finiti non posse infinitum appræhendi intuitiue,siue finitum appræhendatur intuitiue,siue abstractiue,siue complexe, siue incomplexe. Causa autem est, quia infinitum non est appræhensibile intuitiue, nec per se, nec per aliud. ergo appræhensione quauis ipsius finiti nunquam intuitiue appræhenditur infinitum. Secundo dicerem appræhensione finiti quouis modo facta appræhendi infinitum abstractiue. Siquis enim nunquam pygmæum nouerit, vno solo appræhenso quouis modo, mox infinita eiusdem speciei appræhendit, ergo appræhensione finiti, videlicet, vnius pygmæi infinitos appræhendemus. quia vero illos infinitos pygmæos in propriis existentiis non appræhendimus, sed in suo simili,fit vt solum abstractiue appręhendamus.Similiter de appræhensione complexa, dato enim ꝙ aliquis nunquam nouerit hominem ridere, & nunc appræhendat hũc hominem ridere, appræhensione illius complexi infinita talia appræhendet. Sed quia illorum infinitorum appræhensio est in suo simili, abstractiue illa appræhendi dicentur.

Qua Auer. Com. 19. (margin)

Verborum consideratio. (margin)

q de infiniti cognitione. (margin)

dicentur. Simili ratione appræhẽsione vnius simplicis vel complexi, abstractiua infinita eiusdem speciei simpliciter vel complexe appræhendemus. Ex his patet non esse ab ratione dicta, quæ de infiniti appræhensione diximus in collectaneis.

ARGYR. *Scientia autem ea quæ est actu, est idem quod res. Ea vero quæ est potentia, in vno, prior est tempore. Absolute aũt neque tempore. sed non nunc quidem intelligit, nunc autem non intelligit. Separatus vero id est solum quod est, atque id solum est immortale perpetuumq;. Non autẽ recordamur: quia hoc quidem expers est passionis. Intellectus vero passiuus extinguitur, & sine hoc, nihil intelligit.*

Tex.20. Idẽ autẽ est: quæ secundum actum scĩa est: cum re ipsa. Quæ vero scd'm potẽtiam est, tpe prior in vno est, omnino ãt neq; tpe. Sed non aliquando quidem intelligit: aliquando autem non intelligit. Separatus autẽ est solum hoc quod quidẽ est & hoc solum immortale est & perpetuum. Non reminiscimur autem, quoniam hoc quidem impassibile est, passiuus vero intellectus corruptibilis est, & sine hoc nihil intelligit.

COLLEC. Tex.com.20. Continuatio literæ est apud Auer. & expositores græcos, q cum notificauit q substantia intellectus agentis est sua actio, vult dare cãm super hoc. Sed hunc locum Alexã. aliter intelligit, & aliter continuat. Similiter Them. & aliter, simul & cum eo Simp. vt dicetur post loco eius. & qm̃ totum hoc declarabitur post commenti expositionem, ideo nunc sit dictum intantum.

Cõm. 20. ISTVD capitulum. Induxit in hoc commento expositiones tres. & pro intellectu expõis Alex. debes scire, q Alex. vult q Aristo. non probet propositionem dicentem scientiam in eo idem esse cum eo, sed tres drĩas intendit ponere inter vtrosq; intellectus, soluereq; questionem arduam ac desideratam: vtrum. s. post mortem memoretur anima. Drĩarum autem prima est, q intellectus potentiæ respectu vnius indiuidui prior est tempore agente intellectu, simpliciter autem econtra. Secunda est, q intellectus potentiæ, quandoq; intelligit, quandoq; non. intellectus ãt agens semper. Tertia autem, q intellectus agens est imortalis, ac separatus. econtra intellectus potentiæ, quibus differentijs positis, remouet quæstionẽ datam. proponit itaq; Auer. primo intentionem suam in hoc commento: deinde exponit capitulum ẽm Alex. vbi tangit has quatuor differentias horum intellectuum. prima ibi. § Põt.n.intelligi. § secunda ibi. § Et cum dixit neq;. § Tangit secundam. tertia ibi § Et cum dixit & cum § Tangit tertiam drĩam, tertia ibi. § Hæc est qõ § Tangit quæstionem, & totus sermo eius est manifestus per se. § Them. ãt. § Exponit nunc textum ẽm di-

Cap.6. cta Themistij hic. apud quem Arist. drĩas, ac conuenientiã ponit inter tres intellectus. s. potentiæ, agentem, & speculatiuum. conueniunt.n. quia oẽs separati, ac immortales sunt. Differunt vero, qm̃ intellectus potentiæ prior est respectu nostri, quam intellectus agens, & speculatiuus, licet contra simpliciter intellectus agens, & speculatiuus sint priores. Secundo differunt intellectus potentiæ, & agens, qm̃ intellectus potentiæ qñq; intelligit, qñq; non. intellectus ãt agens absolute, vt separatus est, sp intelligit. Tertio congruunt, qm̃ sunt perpetui, intellectus.n. potentiæ perpetuus est. intellectus agens ẽt, ac intellectus speculatiuus: qui nihil aliud est nisi agens, vt tangit intellectum potentiæ, & quia intellectus speculatiuus est perpetuus, ideo mouet quæstionem, cur post mortem non reminiscit anima, & soluit, qm̃ intellectus communis corrumpitur, & hoc profecto pacto visus est Simplicius hunc locum intelligere apud me, & ẽm manifestũ sui sermonis. Primo ergo Auer. narrat has drĩas, & conuenientiam, deinde ibi § Et erit qõ contra. § Mouet quæstionem, & soluit quæ ponunt in textu, & prima pars est manifesta per se. Et erit qõ. § Nunc mouet quæstionem, & primo eligit vnum intellectum. d. Et erit quæstio contra intellectum agentem, ẽm q tangit materialem, qui intellectus agens: vt tangit materialem, est intellectus speculatiuus. erit ergo qõnis sensus: cum nos in vita intelligamus per intellectum speculatiuum, qui immortalis est, cur non post mortem. Sed cũ dixit. § Confutat nunc expositionem Alex. & inquit. sed cũ dixit, & non rememoramur. dixit q remotum est vt ista dubitatio ab Arist. fit circa intellectum: nisi ẽm q intellectus agens est forma in nobis, sicut dixit Alex. qui voluit q non sit de intellectu speculatiuo, sed de agente: prout est forma nostri. s. in statu adeptionis. Contra quod arguit Themistius, & dicit q ponenti intellectum agentem esse eternum, & intellectum speculatiuum esse non æternum, non contingit hæc quæstio. s. quare non rememoramur post mortem eius, quod intelleximus in vita. Et hoc est bene dictum, qm̃ 7. met. Arist. & Auer. dicunt, quod quærere pp quid homo sit homo, nihil est quærere. si ponit intellectũ speculatiuum esse corruptibilem, nihil est quærere, pp qd nõ remanet intellectus adeptus, & speculatiuus post mortem. Et est. § Quispiam dicet, q qõ non est de intellectu speculatiuo: sed de adepto. cum enim in vita intelligamus per adeptum, quare sicut in vita est principium intelligendi mihi, non ita post mortem? quæstio ergo est rationabilis & optima: & sic aliquid supponit veri, & quærit dubiũ. Id.n. veri supponit, nos intelligere per adeptum dum viuimus. quærit ãt cur non post mortẽ. Hanc. sol. refellit Auer. confirmans Themistij sententiam. d. & est sicut dixit. Ponere enim istam. q. circa intellectum agentem: ẽm q est adeptus: vt. d. Alexan. remotnm est, cuius rationem dicit: scientia enim existens in nobis in dispositione adeptionis, æquiuoce dicitur cum scientia in nobis existente per naturam: id est per acquisitionem nostram naturalem, quę est per demonstrationem: quia & disciplinam vult dicere, qm̃ illa scientia in statu adeptionis est intuitiua, & per essentias intellectuum separatorum: Scientia autem speculatiua est per demonstrationem, & abstractiua. & quasi intendit hanc rationem: scientiæ intuitiuæ non est memoria, qõ hæc quærit de memoria scientiæ: ergo hæc quæstio non debet quæri nisi de abstractiua. Ideo concludit: ista igitur qõ (vt apparet) non est nisi in scientia existente per naturam. i. abstractiua, quæ habeẽ ex processibus naturalibus. Impossibile.n. § Dicet forte quispiam q hæc quæstio nec est de scientia naturali: nec intuitiua: sed datur tertium genus sciendi: h refellit. d. Impossibile est.n. vt ista quæstio sit: nisi circa cognitionem æternam existentem in nobis. i. intellectum speculatiuum: qui est ęternus apud Them. aut per naturam: vt dicit Them. aut per intellectum adeptum in postremo, vt dicit Alexã. ergo illa euasio nulla est: qm̃ omnis scientia est altero istorum modorum. Quia igitur hæc. § Concludit de mente Themistij, intellectum agentem esse intellectum speculatiuum: ob quod quasi remouet quæstionem tacitam: & inquit. Quia igitur hæc quæstio apud Them. est circa intellectum speculatiuum: quoniam declaratum est sup. non posse esse adeptionem & intuitum sermonis, id est tractatus de intellectu agente, ideo opinatus fuit, quòd intellectus speculatiuus est agens apud Aristot. non simpliciter: sed secundum quòd tangit, id est speculatur, & est obiectum speculatum à materiali. Testatur & super omnia. § Probat secundo intellectum agentem esse speculatiuum Themistius alia ratione. quoniam Aristot. mouet eandem quæstionem in primo huius, & eam persoluit: sicut hic. & voluit per intellectum: de quo est quæstio: intellectum speculatiuum. ergo hic intendit intellectum speculatiuum. ergo intellectus speculatiuus erit agens. Et quòd hæc sit ita, inducit omnia verba eius in primo de anima. secunda ibi § Themistius igitur. § Illa verba conuenire his ostendit. Posita ergo litera Aristot. & conuenientia verborum recolligit sensum. d. Dixit propter hoc quod intendebat hic per intellectum passibilem partem animæ concupiscibilem, id est intellectum patibilem, cuius vna potentia est irascibilis, quam Theophrastus: & Aristot. communem intellectum vocant. Ista enim pars videtur habere aliquã rationem, id est syllogizatur particulariter: auscultat.n. ad concedendum id quod respicit anima rationalis, id est continuatur intellectui tanq̃ inferior ei: vt scis. Et sic patet

Cõm. 59.

expositio Them. Debes scire, vt scripsimus in lib. de intellectu: ꝙ intellectus agens potest considerari dupliciter. Vno modo vt agens est substantia in se consistens: & sic vocatur agens. Alio modo vt tangit possibilem, non quidem corporaliter: sed tactu spirituali.i. prout speculatur: & intelligit à possibili: & sic est intellectus speculatiuus: & hoc totum diximus in lib. de intellectu: & plura. Hæc expositio ad verbum Them. est cap. 28. 29. & 30. & tu vide: q̄m omnia hic inuenies: quæ sibi Auer. imponit.

Nos autem. § Dat tertiam expositionem: & motiuum suæ positionis tangit. d. Nos aūt cum vidimus opiniones Alex. & Them. esse impossibiles, & inuenimus verba Arist. manifesta secundum nostram expositionem: credimus ꝙ ista est opinio Arist. quam nos diximus, & est vera in se. hoc est id quo mouetur ad aliter dicendū. Q̄m āt. § Nunc exequitur, & inquit. § Q̄m aūt § verba clara sunt apponēdo hanc minorem, sed intellectus agens est principium operationis in corpore generabili: quia in nobis: vt perspicuū, est, ergo generabilis. Alex. r̄ndet ad hoc, negando maiorē, & quia illa maior est cōis vtriq; syllogismo, iō. d. Auer. ꝙ eodem modo ipse r̄ndebit ꝯ Alex. negando maiorem. & sic syl̄s ille: sicut non concludit de intellectu agente, nec de po◌̄i. Sermo perspicuus est. Et per istum intellectum. § Alij syllogizant intellectum esse corruptibilem: hoc mō, oē id: quo hoīes differunt in quatuor virtutibus dictis in Topicis, quas Alpharabius enumerauit in Elenchis, est corruptibile, sed intellectus est id, quo hoīes differunt, in illis virtutibus, ergo intellectus est corruptibilis. R̄ndet Auer. negando minorem, q̄m hoīes nō differunt in his virtutibus per intellectum separatum, sed per intellectum passibilē: qui virtus cogitatiua dr̄. Debes scire ꝙ quatuor sunt discursus argumenti. s. syllogismus, inductio, exemplum, & enthymema. quia ergo viderunt quidam aliquos esse nā magis potentes syllogizare, aliquos minus & aliquos magis exemplo vti, aliquos magis pronos ad inductionem &c. Iudicarunt esse in intellectu quatuor potentias. his quatuor argumenti sp̄ebus r̄ndentes, per quas homines diuersantur. hoc āt esse non potest: nisi intellectus sit corruptibilis, ideo iudicarunt intellectum esse corruptibilem. cui r̄ndet Auer. hoc discrimen esse pp aīam cogitatiuam particularē: & non intellectum in se. Vel potest exponi de quatuor primis virtutibus moralibus, quas Arist. enumerauit. 6. Ethi. diuersantur. n. hoīes, q̄m quidam magis prudētes, quidā minus, q̄dam magis consiliatiui, quidā minus &c. Cui similis est r̄nsio, ꝙ hæc dr̄ia ꝓuenit pp nām cogitatiue, & nō pp intellectum in se. Vel potest. 3. exponi de potentijs quatuor sensitiuis. s. sensu cōi, imaginatiua, cogitatiua, & memoratiua: & tunc non erit sol. q̄onis: sed confirmatio præcedentis solutionis datæ ad q̄onem Alex. Dictum est. n. intellectum potentiæ esse ęternum, sed intellectum materialem esse corruptibilē, quod hoc syllogismo cōfirmat, hoc modo, id quo hoīes sunt diuersi: quo ad quatuor virtutes sensitiuas, est corruptibile, sed per aīam cogitatiuam homines sunt diuersi in quatuor virtutibus sensitiuis. ergo &c. Sermo eius patet. Et per istum. § R̄ndet iterum cuidam alteri q̄oni, & potest intelligi duobus modis. Primo modo sic, q̄m quidam arguunt, id à quo sumitur dr̄ia hoīs, est corruptibile, sed ab intellectu potentiæ sumit̄ dr̄ia hoīs. ergo est corruptibilis. R̄ndet, & per istum intellectum. s. cogitatiuam, differt homo ab alijs animalibus: Melius āt exponitur: vt quis petat, cur intellectus non copulat̄ animalibus brutis: sed t̄m homini. R̄ndet, & inquit, & per istum intellectum. i. virtutē cogitatiuam, differt homo ab alijs animalibus. q. d. quia homo habet cogitatiuam nobilissimam intellectui propinquam per quam intellectus copulatur homini ꝺm esse. Cuius solutionis cām adijcit, & inquit: & si non, sup. si virtus esset propria homini forma differens sp̄ē à formis aliorum, tunc necesse esset, vt continuatio intellectus agentis, & recipientis cum animalibus brutis esset, & demū, quia si hæc cogitatiua nō differt sp̄ē à cogitatiuis aliorum aīalium, tunc intellectus copulatur nobis, & illis: per medium idem in sp̄ē, & eiusdē rationis.

Dubitatio. *Solutio.*

Dubitatio. Intellectus quidem. § Amplius quæret quis, si intellectus potentiæ esset æternus, etiam operatiuus intellectus est æternus: quemadmodum & speculatiuus, cuius oppositum patet. *Solutio.* R̄ndet, intellectus quidem operatiuus differt à speculatiuo per diuersitatem præparationis existentis in hoc intellectu. q. d. quia operatiuus est proprius huic intellectui corruptibili, quia ꝺm hunc operatiui sumus, intellectus autem speculatiuus proprius est intellectui simpliciter, quia per illum sumus speculatiui: sed quid sit intellectus speculatiuus, & quid practicus, & in quibus partibus animæ fiant, iam diximus in lib. de intellectu sufficiēter, tu vero recurre illuc. Debes scire. ꝺm hunc p̄h̄um ꝙ hic est ordo intellectuum, ꝙ anima cogitatiua hominis est forma materiæ, ex qua & materia resultat quoddam non perfecte hō: sed mediū. Intellectus est forma cogitatiue, ē qua, & cogitatiua constituitur aīa rōnalis essentialr̄, & per se, quæ aīa rōnalis habet duas partes, vnā, per quam est educta de potentia materiæ. s. cōgitatiuam: quæ est vltimus gradus partium sensitiuarum. Alterā, per quam hoc perficitur, & reponitur in spē completa, & est intellectus potentiæ, ex quibus tota rationalis anima cōsurgit, quæ est forma substantialis hominis: in eo ꝙ homo. Et sic patet quo pacto cogitatiua est forma hominis. est enim dimidium formæ, & non tota forma. Sed de his in lib. de intellectu diximus longo sermone. Nunc ad textus expositionem occurro.

QVAE vero ꝺm potentiam. Iam per Auer. literæ expositiones appositæ sunt, ideo t̄m exponam literam: vt Simp. vr̄ exponere. continuetur ergo sic litera. Eadem quidem ꝺm actum scia rei cum ipso scito actu. quæ vero ꝺm potestatem tempore prior in vno est: oīno aūt, neq; in tempore. Vult dicere ꝙ scīa, quæ est in potentia: respectu vnius hominis, prior est scīa actu: omnino autem. i. simpliciter talis scīa in potentia non est prior tempore scia in actu, sed econtra: actu scia prior est scia in potentia absolute. Sed quia dixit ꝙ scia in potentia est prior tempore scia in actu, respectu vnius hominis, & quis credere posset intellectum intelligere nouiter nunc, & prius non, subscripsit, sed non aliq̄n quidem intelligit: aliq̄n vero non intelligit, sed semper ꝺm se intelligit, & sapit per eius essentiam. Separatus enim est. § Ratiocinatur, id. s. ꝙ semper intelligat: Et arguit sic, nullum separatum ens, vere exn̄s immortale, & perpetuum, quandoq; intelligit: quandoq; non. Hæc maior perspicua est, nec in litera apponitur, sed t̄m adijcit minorem, & inquit. Separatur. n. solum hoc quod vere est, & h̄ solum immortale, & perpetuum est. Hæc est minor. conclusio āt relinquitur, q̄a fuit præaccepta, quę fuit. ergo intellectus non q̄nq; intelligit, & q̄nq; non intelligit, sed sp intelligit. Debes scire ꝺm Simplicium, ꝙ intellectus est ꝺm se separatus nec est aliquid animæ, sed bene anima est quid ipsius: q̄m (vt Them. dicit in. 1. lib.) ita intellectus se habet ad corpus, & ad corporis animationem: quemadmodum sol ad medium diaphanum, & ad illuminationem. q̄m quemadmodum sol presens diaphano sufficienter dispositio efficitur forma illius, non ab informando, sed à formando, quia format in eo illuminationem per quam diaphanū participādo solem ei copulatur, sic intellectus p̄ns corpori humano disposito, forma redditur formans in corpore animationem, quæ anima hominis dr̄: per quam homo viuit, & est homo quæ intellectum participans & copulat̄, ex qua copulatione efficitur anima rationalis tota hominis forma, cuius vna pars est intellectus participans in seipso non mutatus. sed mutatio facta est in corpore, & animatione eius. ideo inquit, solum hoc quod vere est, intellectus est separatus, quia ipse per se exn̄s est, nec mutatus ex eo ꝙ corpori factus est forma, sed per mutationem eius, cuius efficitur forma redditur forma hominis. homo. n. ipse mutatur quia vitam & animationem ab eo suscipit: quæ anima est eius, per quam intellectui copulatur. dixit. § Et hoc solum immortale, & perpetuum est. § Q̄m tota anima non perpetua, ac immortalis, quia eius vita, seu animatio aboletur. solus aūt intellectus iste participatus remanet. Ex his patet intellectus literæ ꝺm Simplicium, quæ non multum distat. ab expositione Them. quam dedit cap. 26.

Dubitatio. Non reminiscimur autē. § In primo lib. soluta est quæstio, cur post mortem non rememoramur. Nunc apud Simplicium, soluit quæstionem cur eorum, quæ erant ante gn̄ationem

tionem hominis, homo non recordatur si intellectus ante generationem erat, & sciens substantias sempiternas. Cui rñdet, & inquit. Non reminiscimur aũt eorum, quæ intellectus sciebat ante, quia intellectus est hoc incorruptibile. i. quantũcunq; intellectus sit semper ante nostram generationem subaudi, quia eget passiuo intellectu. passiuus vero intellectus corruptibilis, & sine hoc nihil intelligit anima, cuius hic est pars essentialis & propria. Concordat Simp. Plat. & Arist. quantum ad aïæ æternitatem. In Phedone. n. animam æternam conducit, eo quia per seipsam mobilis existit, quam rationem exponit Simp. ad Aristot. mentem sic, anima non tñ patiens, sed agens, & principiũ, & causa eorum quæ fiunt. sed agens in anima seipsum potest intelligere, ergo aliqua pars animæ seipsam potest intelligere. Tunc oẽ potens seipsum intelligere, põt actionẽ vnire in substantia eius impartibiliter, sed aliquid animæ potest seipsum intelligere, ergo & actionem vnire in eius subã impartibiliter. Tunc omne potens in substantia eius impartibiliter vnire actionem eius est actus, existens separabilis, & simplex. sed aliquid animæ est potens in substantia eius actionem propriam vnire. ergo inseparabile, & simplex. Tunc omne separabile, & simplex suijpsius est, & non in altero. intellectus separabilis, & simplex. ergo intellectus suiipsius est, & non in altero. Tunc omne existens suiipsius, & non in altero est in capite contrarij inuitalitatis, & insubstantialitatis, ac oppositi susceptiuum, intellectus suiipsius est, & non in altero, ergo incapax contrarij inuitalitatis & insubstantialitatis, & oppositi. Tunc omne incapax hmõi, est mortis, & corruptionis non capax. agẽs intellectus: qui pars est aïæ, est hmõi incapax, ergo neque mortis, neq; corruptionis est susceptiuus. Tunc omne incapax mortis, & corruptionis immortale, & æternum. intellectus est incapax mortis, & corruptionis, ergo immortalis, ac æternus. Per seipsum mobilem ergo esse intellectũ, Plato intelligit animam esse non tñ non patientem, sed agentem, & principium, & cãm eorum, quæ fiunt. Hoc vero accepto patet, qũo à primo ad vltimum, assumendo sub conclusione, cõductum est intellectum esse immortalem, ac perpetuum. & per hoc apparet Boethi error, qui animã totam corruptibilem putat. Dubitatur primo, cur dixit hoc solum esse immortale. Rñdet Simp. quia expresse subdit, patibilis vero intellect⁹ corruptibilis. Aliæ solutiones in expositione commenti datæ sunt. Secundo dubitatur, cur intellectus ille patibilis possit corrumpi. vr̃. n. ꝙ non primo, omnis intellectus sine materia est, intellectus ille est intellectus, ergo sine materia. Item oẽ intelligibile ẽm se est separatũ, & incorruptibile, sed ille intellectus est intelligibilis ẽm se, ergo incorruptibilis, & separatus, & immortalis. Rñdet Simp. ꝙ hmõi intellectus ẽm sui naturã materialis est. si ãt ĩmaterialis efficitur, hoc est sibi per accidens: inquantum copulatur agenti. similiter ẽm se non est intelligibilis, sed inquantum copulatur agenti; vt perspicuum est. Sed an ratio Simplicij: per quam probat intellectus ęternitatem, valeat, & quo pacto demonstratio Platonis intelligenda est in lib. de intellectu diximus. nunc sint hæc solum resumpta ad literæ expositionem.

Solutio. *Dubitatio.* *Responsio.* *Dubitatio.* *Solutio.*

COMMENTARIVM.

1. põ Phi.

PHILOPONVS vult ꝙ iterum hic Arist. prosequaẽ alia attributa intellectui agenti, quæ ẽm ipsum sunt quatuor. Primum, ꝙ intellectus potestate ab intellectu, qui actu est, differat tempore, non subiecto, quod, ẽm eius numerationem, erat. octauum. Secundum vero, ꝙ semper intelligat, & non aliqñ sic, & aliqñ non. quod ẽm eius enumerationem erat tertium. Tertium, ꝙ sit separatus immortalis ipse solus, verum hoc positum est: & ideo est repetitio: ꝑpea tertium sit ꝙ obliuiscaẽ, quod fuit ẽm eius enumerationem. 9. Quartum vero, ꝙ operetur per phantasiã, & fuit vltimum ẽm eius enumerationem. Hęc quatuor asserit nũc Arist. declarare. Tum considerans hæc, asserit primum esse pro positione Plutarchi, & ꝫ Alex. & Marinum: qm̃ intellectus, qui subiecto idem est intellectui potentia, non potest esse DEUS, vt voluit Alexã. nec aliquis intellectus externus infra Deum, vt voluit Marinus. Secundum vero videẽ pro Alex. vel Marino. nam. d. eum semper intelligere, qđ Deo vel intellectui externo conuenit. Tertium ẽt videtur contra Alex. & Marinum. cum dixit intellectum in actu esse solum immortalem, quia si intellectus in actu est DEUS, non est solus Deus immortalis, si est angelicus intellectus vel dæmonicus, non est ipse solus immortalis. Quartum est ꝫ Alex. & Marinũ, quia nec Deus, nec externus intellectus obliuiscitur. Quintum etiam, nec. n. Deus, nec externus intellectus operatur ꝑ phantasiã. Hæc etiã omnia vel plura sunt contra Plotinum. Primum quidem, quia si intellectus sꝑ est intelligens, non esset qñq; in potentia. Est etiã contra Plotinum, quia si intellectus in actu est sꝑ intelligens, non solus ipse esset immortalis, cum & alia sint immortalia. Rursus si intellectus in actu sꝑ est intelligens, non obliuisceretur, & sic oïa hæc vñr contra Plotinum. Et licet, quæ Philop. possint verbis cõuenire, tñ mihi facilius videtur textus exponendus. Ideo non prosequendo ordinẽ Philo. dico ꝙ hic Aristo. loquitur de intellectu in actu, non de intellectu agente, sed de intellectu poñ actu perfecto. Intellectus. n. aliqñ sumitur pro intellectu potentiali, de quo dictum est: aliqñ pro intellectu in habitu, de quo etiam dictum est: aliqñ pro intellectu agente, de quo etiã dictum est. At nunc loquitur de intellectu in actu, qui diciẽ speculatiuus actu contemplans scibilia, qualis est in doctore dum legit, aut dum disputat. De hoc ergo loquens sibi attribuit per ordinem hæc, primum sumitur comparatione obti, & est ꝙ intellectus in actu simul est cum re scita, hoc insinuat, cum innuit dñiam inter intellectum in actu & intellectum in potentia. Vnde. d. Sed scĩa quæ est ẽm actum, hoc est intellš actu sciens, idem est, hoc est simul cũ re scita, cuius actuali speculatione dr̃ actu sciens. Sumpsit . n. abstractum pro concreto, sicut sæpe album concretum pro abstracto. s. qualitate sumit, & ita pro sciente actu sciẽtiam sumpsit. Sumpsit idem pro simul: nam intellectus cũ speculatur actu, est idem rei quam speculatur, idem dico non simpliciter, sed intentionaliter vt sæpius Arist. in hoc ꝫ. visus est dicere. quia dixit, ꝙ actu scĩa est simul cũ re scita, oñdit quo modo sciẽtia potẽtia, hoc est potestate intellectus sit simul cum re scita, &. d. Scĩa vero quę est ẽm potentiam hoc est, sed intellectus potentialis in vno eodẽue hoïe est tꝑe prior re scita: puero enim prius tempore inest intellectus potentialis, quam res scita. Omnino aũt. s. simpliciter respectu hominis cõmuniter accepti vel respectu diuersorum hominum non est tempore prior, quia potest intellectus actu sciens vel scitũ actu in præceptore prius esse tempore intellectu alicuius futuri discipuli nondum nati: & sic licet respectu vnius hominis potentialis intellectus sit prior re sua scita: respectu tñ diuersorum res scita põt tempore prior esse potentiali intellectu alicuius nondum nati: vt res scita mea prior est potentiali intellectu antechristi. Ex hac ergo dñia patet, ꝙ intellectus actu sciens simul est cum re scibili, quod est primum ratione obiecti sumptum. quia vero quis posset quærere: vtrum hic intellectus actu possit aliqñ intelligere, aliqñ non, vt facit intellectus in habitu, qui dr̃ intellectus in actu, & tamen aliqñ intelligit, aliqñ non. Rñdet re colligens ẽm attributum, &. d. Sed non aliqñ quidẽ intelligit, aliqñ autẽ nõ intelligit, quia sic non differet ab intellectu in habitu, sed dũ accipitur vt intelligens & actu sciens, semper intelligit hoc est ẽm quod colligitur comparatione intellectus in habitu. Sed dices, si hic intellectus non qñq; intelligit, & quandoque non intelligit, sed dum actu est sciens, semper intelligit, cum intelligere esse non possit sine phantasia, hic intellectus actu sciens non erit separatus ĩmaterialis, ac immortalis, sed desinet esse desinente phantasia, sine qua esse non potest. Ideo respondẽs ponit tertium, & inquit. Separatus ãt est intellš hoc solum quod quidẽ est, & hoc solũ qđ quidẽ est ĩmortale & perpetuum est. Et intelligit per quod qdem est, subã. q. d. licet intellš actu sciens esse non possit sine phantasia, tñ id eius qđ est ꝙ qdem est, hoc est id eius, quod est subã, id solum est intellš separatus ab ipsa phantasia, & id solum est immortale & perpetuũ: & sic ẽm substantiam solam erit separatus & immortalis, non autem ẽm sciam: quia ẽm substantiam solam non dependet à phantasia, sed ẽm scĩam ab illa dependet: & hoc est tertium

2. Expõ. *Dubitatio.* *Solutio.*

est tertium ei attributum: quod sibi attribuit per independentiam à phantasia. Sunt ergo intellectui actu scienti attributa tria: & q simul sit, & non sit cum re ab eo scita in actu. Et q, vt actu sciēs, non est qnq; intelligēs, & qnq; nō intelligens. & solum ratione habita ad eius subā dicatur separabilis, immortalis, & perpetuus. nam ratione habita ad sciam: per quam est actu sciens: nec est separabilis, nec immortalis: & ideo in morte obliuiscitur pp corruptionē phantasiæ è qua dependebat eius actualis scia. Sunt q. duo tm attribuunt intellectui actu scienti. s. & q sit simul cum re scita, & cum actu sit, q non qnq; intelligat, qnq; non intelligat: imo vt actu sciens necessario sciat, quia oē qđ est dum est, necesse est esse, quibus positis, volunt, q Arist. redeat ad totam intellectiuam animam, vel ad intellectum ipsum mālem, qui est intellectus humanus, quo homo est rationalis. Et iuxta hanc expositionē legitur textus sic, licet intellectus actu sciens sit simul cum re ipsa scita: vt sic non est qnq; sciens, & qnq; non. Separatus āt intellectus. s. noeticus, & non dianoeticus, earum virtutum, quæ sunt in nobis, est solum hoc, quod quidem est: hoc est sempiternū: & si solum est mortale, & perpetuum, & tunc sensus est exclusiue, intellectus noeticus est sempiternus, perpetuus: & immortalis: & nihil aliud eorum, quæ in nobis sunt. Quæ expositio licet possit stare, reuera tn omnia illa tria de intellectu tradidit Arist. quia vero dixit intellectū actu sciētem, quo actu sciens est, dependere à phantasia: & phantasia perditur in morte: ideo videtur sciam perdi in morte. Supponendo ergo sciam amitti ac deperdi in morte: quærit vtrum post mortem reminiscamur, eorum, quæ in articulo mortis per corruptionem phantasiæ obliuiscimur: ac deperdimus: reminiscentia. n. præsupponit obliuionē. Rñdet, & dicit: non reminiscimur āt, qm hæc quidem impassibile est, hoc est dato q noeticus intells sit æternus: quasi dicat: dato q noeticus intellectus sit impassibilis, anima in morte non perdit sciam, & deinde post mortem recuperat eam, quia obliuisci & reminisci non fit sine intellectu passiuo, qui est phantasia, siue intellectus dianoeticus: modo hic intellectus corruptibilis est, & sine hoc nihil intelligit .s. reminiscendo. Ex his sequitur hanc qōnem non esse possibilem cum vnitate intells, vt ponunt Auer. & Thēm. nam si supponatur vnicus omnium hominum intells, frustra quærimus, cur non reminiscimur. quæres. n. cur non reminiscamur: supponit intellectum nostrum proprium cuiq; remanere: quia quærit cur remanente proprio intellectu, nō reminiscamur suppositā. n. vnitate intells, in morte corrumpitur mihi & tibi, ergo frustra quæritur cur post mortem non reminiscamur, esset. n. simul. vt siquis quæreret vtrum non ens reminiscatur. Præterea. Solutio non erit ad propositum, nam si intells est vnus omnium, cum intells desinit esse meus, corrūpitur mihi ergo non oportet dare cām suæ non reminiscentiæ ex corruptione dianoetici intellectus, quia eo ipso q desinit esse meus corrumpitur mihi, & sic statim sequitur nos non reminisci. non ergo recurrendum erit ad corruptionē imaginatiuæ, nisi meus proprius intellectus remaneret. Patet ēt eos qui ponunt nullum intellectum remanere, nec quæstionē, nec solutionem posse seruare, qa si quilibet intellectus est mortalis, frustra quæritur cur non reminiscamur. qō. n. supponit intellectum remanere. Minime solutio erit ad propositum, quia si intellectus est mortalis, non oportet dicere nos non reminisci; quia corrumpitur intellectus passiuus, quia nos non reminiscimur, quia nihil nostri remanet: hæc. n. qō non quæritur de bestia, cum eius nihil manet. Patet ēt q Arist. non quærit cur non intelligamus post mortem, sed cur non reminiscimur post mortem, quia vult nos post mortem bene intelligere. sed non vult nos intelligere intellectione phantastica, quæ est cum reminiscentia, & aliqn cum obliuione. Vnde si in morte obliuiscimur, post mortem non reminiscimur, & sic nō intelligimus reminiscitiue: cum quo tamē stat nos post mortem eadem intelligere quæ intelligebamus in vita. Sed vel aliomodo, vel per intellectionem non amplius à phantasmatibus dependentem, quæ Aristo. non explicauit.

ARGYR. *Indiuisibilium igitur intellectio, in hisce consistit, circa quæ falsitas non est. At in quibus & falsitas iam & veritas inest: in hisce compositio quædam iam est conceptuum intellectus, quasi ipsi sint vnum. Atq; vt Empedo. dixit.*

Multorum certe capita, admirabile dictu,
Ceruice absq; fuere exorta in luminis aura,
Illa tamen dulcis post hoc concordia iungit.

Sic & separata, componi solent, vt incommensurabile & diameter.

Indiuisibilium quidem igitur intellectio, in his est: circa quæ non est falsum. In quibus autem falsum & verum est: compositio quædam iam est intellectionū, velut vnum entium, sicut Emped. dixit: Vel multorum quidem capita b sine ceruice c germinauerūt: postea composita sunt per concordiam, sic & hæc separata cōponuntur: vt d asymetron: & diameter.

Tex cōm. 21. Tanquā velut. a ᾗ οὐ capita, tēpora b ἀναύχενες absciſſa c ἐβλάστησαν inceruitia germinauerunt pullulauerunt d asymetron incommensurabile, diametro sine costa. COLLEC. Te. cōm. 21.

Quærunt expositores cur ordinem conuertit circa speculationem de intellectu, prius. n. de operationibus, post de potentijs & vltimo de essentia docuit in sensibus procedere. Rñdet Simp. quia intellectus est notior intellectione & intelligibili, ideo seruauit ordinem conuersum. sed qūo fit istud: in principio tertij dedimus. Vult igitur Simplicius q nūc de intelligibilibus proprijs intellectus apponit, quæ sunt duobus modis indiuisibilia, & diuisibilia, & indiuisibilia iterum multis modis actu: vt linea, simpliciter: vt punctus, & simpliciter & summe simplex vt Deus gloriosus, cuius simplicitatem Simpli. exponit, & Thēm. cum Simplicio concordare videtur, & tu vide cap. 40. in sua paraphrasi.

Cōm. 21.

CVM compleuit. Auer. accepit intentionem, & ordinem, & cām intentionis, & inquit. Cum compleuit notificare subam. i. diffinitionem trium intellectuum s. mālis, & eius qui est in habitu: & agentis, incepit considerare de actionibus & proprietatibus intellectus: Hęc est intentio, & ordo, & patet qūo differt expositio hæc ab illa Simplicij. Ille. n. vult Arist. nunc de intelligibilibus agere. Auer. vult eū agere de actionibus intellectus, & est melius, qm iam dando drīam inter intellectum, & imaginationem, declarauit quid sit obiectum intellectus, & dicit q est quidditas separata à magnitudine, ideo nunc de operibus magis agit. Et hoc est § Quasi reddit causam huius intentionis: ex eo quia non pōt haberi perfecta notitia essentiæ alicuius, nisi cognoscatur eius operatio & obiectum. dictum est de diffinitione essentiæ, & de obiecto. Ideo inquit: & hoc est qđ remansit de cognitione istius virtutis. Et quia famosior. § Apponit nunc specialem intentionem partis, & inquit. Et quia famosior drīarum, per quas diuidit actio intellectus, sunt duæ actiones, quarum vna dicitur formatio, & alia fides, incepit hic notificare differētiam inter has duas intellectus actiones, & dixit. § Et quia famosior differentiarum. § Qm sunt aliæ diuisiones, quas Philop. in principio primi priorum adijcit. s. discursum. Vt igitur notet solutionem qōnis, dixit Arist. enumerasse famosiorem diuisionem, quia minus famosam: quam Philop. dedit, reliquit. Dicitur formatio. § simplex intelligentia: qm vlia formæ sunt: vt Auer. inquit. 1. meta. ergo intelligere vniuersale est formare, & per pñs intellectio formatio est. Fides, autem compositio est, qm ei intells vel consentit vel dissentit ad modum fidei. Dixit notificare differentiam. § Quia aliud quærit, & aliud supponit, q quidem hæ sint animæ drīæ supponit. quid vero sint quærit. Appræhendere autem res. § Exponit ergo quid sit simplex intellectio, & quid composita, est. n. simplex intellectio in qua nullus cadit error, pp quod à Plotino infallibilis intellectio dicitur, ab Arist. solus verus intellectus. Compositio āt vel diuisio est, in qua & verum & falsum cadunt alternatim, vt in principio peri hermenias docuit Arist. & sermo perspicuus est. Et contētus fuit. § Ambiget quis fidei duæ sunt spēs vna quæ affirmatio dicitur. Altera quæ negatio: vt in lib. peri hermenias dixit, cur reticuit negationem, tm affirmationem diffiniēs. Rñdet Auer. & contentus fuit prima diuisione. i. primo mēbro diuiso. s. in declarando affirmationem tm, sine secūda

Cōm. 25.

Dubitatio

Solutio

i. absq;

.i.absq; declaratione negationis,cum oppositum intelligat per eius oppositum,& sic Arist.fecit hoc.vt breuitatis amator. Debes scire q tribus modis fiunt diffinitiones. vno modo per genus & dr̄iam vltimam: quando dr̄ia scit. Alio modo per genus & proprium,quando dr̄ia ignoratur,quia (vt Auer.inquit.8.meta.&.5.physi.auscul.)loco dr̄iæ ignotæ vtimur proprio. Qn̄q; fit diffinitio ex genere, & negationibus propriorum, sicut diffinitur cœlum q neque est graue neq; leue corpus. quando & differentia & propria latent: ideo diffinitur per negationem oppositarum differentiarum, quia igitur formationis differentia, & propriū latent:ideo Arist. diffiniens formationem,inquit. Formatio est intellectio indiuisibilium:circa quæ non cadit ve℞, sed falsum.est.n.h̄ descriptio per negationem data. Intellecta autem.§ Adijcit quid fides sit,& inquit. Intellecta autē in quibus inuenitur veritas & falsitas, est aliqua compō in eis ab intellectu materiali.Est ergo intellectio vera vel falsa.i.fides compositio facta ab intellectu materiali, ex eis.i. simplicibus intelligibilibus. Debes scire: (vt Ammonius notat in lib.peri hermenias,)q verum & falsum sunt in rebus,in intellectu,& in enūciatione.In rebus quidem, quēadmodum sanitas in humoribus,& vīr effectus in cā agente.In intellectu vero:vt sanitas in animali, & vīr accidens in subiecto.In enuntiatione quoque,vt sanitas in vrina, & vīr vt signatum in signo.quando ergo inquit§ Intellecta āt, in quibus inuenitur veritas & falsitas, est aliqua compositio.§ Intelligit hæc esse in illis compositis, vt in signo. Secundo debes scire. vt Ammonius inquit ibidem, q enuntiationis multa sunt principia.Hæc quidē vt materia:vt termini simplices.s.nomen & verbum. Hæc vero vt forma,vt oratio,quæ genus est enuntiationis,& per ōns forma,quia genus forma, vt dicit Auer.5. meta. Hæc autem vt agens: vt intellectus.hæc ergo tria notauit. Per id.n.quod inquit §Est aliqua compositio§ formale principium intelligit orationem.s. fides.n.oratio seu compositio aliqua est. Per id etiam quod inquit§ In eis§ principium vt materia tangit.s. terminos simplices:nomen & verbum.Per id autem,quod inquit § Ab intellectu materiali § agens principium dedit intelligere.hæc ergo fides est. Intellectus quidem.§ Quia dixit intellectum esse causam agentem fidei, qūo id fiat adijcit, & inquit. Intellectus quidem primo intelligit singularia.i.simplicia subaudi, deinde componit ea, vel diuidit ea.3.iudicat illa,qm̄ si est ita in re,vera est, si vero aliter falsa.Ecce qūo tres dispositiones in intellu notauit Auer. circa fidem, quarum prima fuit simplicium appræhensio. Secunda fuit ex illis compositio vel diuisio.Tertia fuit iudiciū ex rerū habitudine acceptū. Et ista actio.§ Quia difficilia non possunt intelligi nisi per exemplū, conducit exēplum in opinione Emped. vbi debes scire, q quemadmodum in fictione Emped. sunt tres causæ conceptæ.s.materia:vt collum,caput,& partes.forma:vt compositio consequens & ordinem, & situm partium. & agens:vt amicitia, & lis, ita & in enuntiatione, forma oratio existit. materia termini, nomen scilicet & verbū, agens vero intellectus materialis,sermo est perspicuus. Intellectus.n.intelligit. § Nunc ex his illam triplicem intellectus dispositionem conducit,exponens quo pacto prius simplicia,deinde secundo compositionem, & tertio indiuiduum perficiat. Sed ambiges,qm̄ hæc propositio est vera, Home. est poeta:& tamē huic nihil r̄ndet in re,qm̄ tunc Home. esset.R̄ndet Aristo.in.2.peri hermenias, quod aliquod adiectum.i. compositum, pōt prædicari dupliciter de aliquo subiecto, vel per se,s̄m se,& quodlibet sui,vt homo est animal rationale.hoc.n.totum, est animal rationale, per se prædicatur de homine s̄m se, & non ratione partis. Aliomodo ratione partis,quando totum non prædicatur s̄m se de subiecto: sed ratione partis,sicut in hac. Soc.est mortalis.In proposito ergo: id totum prædicatum, est poeta, prædicatur de Home.non per se,quia est non predicatur s̄m se de Home. sed solum ratione illius partis. s. poeta. Dicendum ergo q non oportet vt in re r̄ndeat s̄m totum, sed s̄m partem modo (vt Ammonius & Boetius dicunt in lib. peri hermenias) aliquid illius partis est,qm̄ poesis & carmina Homeri sunt, in quibus Home. habet esse, sicut pater in filio.

Cōm.5. *Cōm.13.* *Dubitatio.* *Responsio.*

Ad formam ergo dicendum q illi aliquid saltem per accidens respondet in re,vt visum est.

COMMENTARIVM.

EGIT Arist.de materiali intellectu, de intellectu in habitu,de intellectu agente,& demū de intellectu in actu, quid velit nunc facere nō est leue introducere. Simp. velle videtur Arist. facere nunc pertractationem de obiectis, quæ sunt diuisibilia,& indiuisibilia.Nec obstat,vt in collectaneis dicimus:q Arist. egit de obiectis intellectus, cum egit de dr̄ia inter intellectum,& imaginariam.nam ibi egit de obiectis per genus. Hic vero agit de obiectis per species.Hanc autem expositionem Them̄.intendit. Philopo. antequam exponat, præmittit quandam diuisionem indiuisibilium, q indiuisibilia vnomodo dn̄r simplicia, siue termini incomplexi. Secūdo dicitur magnitudo quæ actu est indiuisa,potestate vero diuisibilis.Tertio dicitur aqua,cuius partes sunt diuisæ, est.n.actu diuisa, potestate indiuisibilis.Quarto dicitur forma materialis,quæ specie est indiuisibilis:per accn̄s est diuisibilis ratione materiæ. Quinto punctum,vnitas.& instans, quæ s̄m quantitatem dn̄r indiuisibilia in materia.Sexto substantiæ separatæ,quæ simpliciter dicuntur indiuisibiles sine materia. Omnia tamē hæc dicuntur termini indiuisibiles,quatenus possunt esse extrema propositionum subiecta,vel prædicata.Dn̄r etiam à iunioribus termini incomplexi dr̄ia terminorū complexorum,quæ sunt orationes, propōnes, vel syll̄i. Vnde Them̄. per indiuisibilia intelligit oīa illa simplicia,quę sunt in decem generibus per se, vel reductiue. Hac diuisione præmissa§ Philop.velle videtur,q Arist. distinguat aīæ operationes, quatenus alia est, quæ dicitur intellectio, alia quæ dicitur compositio.vtraq;.n.est terminorum, quos Aristo. indiuisibilia vocat. Dicit.n.indiuisibilium quidem igitur intellectio,quæ est prima aīæ operatio:in his est,circa quę non est falsum.ergo intellectio est terminorum,vt simplices sunt,ac indiuisibiles.In quibus autem falsum & verum est, compositio quædam iam est intellectionum, velut vnū entium ergo compositio, quæ altera est aīæ operatio, est indiuisibilium, vt inuicem componuntur vel diuiduntur.

Verum Philop. arbitratur has esse aīæ operationes, non t̄n s̄m eandem virtutem, quia primam vult esse intells, secundam eius aīæ partem, quem græci dianoeticam appellant. Ideo inter has virtutes,quatuor constituit dr̄ias.prima quidem est,quia intellectus nunquam mentitur,cum solum versetur circa indiuisibile,circa quod nunquam est mēdacium.dianoetica vero non solum vera dicit: verum etiā mentitur. Secunda, intellectus appræhendit indiuisibile, quod est proprie vnum. dianoetica appræhendit aliquid, vt vnum, quod non est proprie vnum. propositio.n.quam appræhendit,non est proprie vnum.Tertia,dianoetica mētitur aut propter tempus,aut p̄p predicatum,vt dicetur postea. Intellectus vero nunquam, quia nec p̄p tempus, nec p̄p prædicatum. Quarta dr̄ia est,quod dianoetica circa p̄positiones,intellectus circa terminos versatur. Ego vero dico cum Philop,q Arist. hic vult agere de operationibus animæ: sed nonnisi quatenus pertinent ad intellectum, q͞a s̄m veritatem vtraq; operatio est intellectus, vel animæ ratione intellectus:vt verba Arist.sonant. Ergo Arist.distinguit operationes intellectus: quia altera græce noesis, dr̄ latine intellectio.Altera σύνθεσις νοημάτων hoc est compositio intellectionum, quæ est cōe quippiam ad enuntiationem, & ad syll̄os. Harum dr̄iam innuens vult q intellectio non sit falsa. compositio vero intellectionum est vera & falsa,in quibus quatuor dedit nobis intelligere.primum q operatio intellectus sit duplex. Secundum q differant penes verum & falsum. Tertium q secunda operatio supponant primam,quia prima est intellectio,secunda est cōpositio intellectionum,non potest autem esse compositio intellectionum, nisi præcesserit intellectio. Quartum est qūo intellectus intelligit simplicia vt termini simplices sunt: & qūo intelligit indiuisibilia primo modo sumpta. voluit.n.omnia hæc intelligi intellectione,quæ non est falsa. Intellectione vero falsa vel vera voluit hæc intelligi additione prædicati vel verbi vt dicemus. Circa verba Arist.Philop.mouet contradictionem:hic.n.dicit circa intellectionem

Quorum sunt hæ operationes secundum Philoponum. Differētiæ virtutum. *Expō propria.* *Qō Philop.*

tellectionem indiuisibilium non esse falsum. In lib. de interpretatione dicit circa intellectionem indiuisibilium, nec esse verum nec falsum. 6. vero meta. dicit circa intellectionem indiuisibilium intellectum esse verum tantum, & nunquam falsum. Quod etiam postea iterum repetet. Vnde & Plotinus etiam asserit indiuisibilium intellectionem esse infallibilem. Respondet tandem ꝙ veritas bifariam accipi potest aut substantialiter, quo dicere solemus hũc hominem esse verum hominem: quia non est depictus: vel marmoreus: & aurum hoc esse verum, quia non sophisticũ. Alio modo, vt distinguitur contra falsum, & sic verum est propõ vera, & falsum propõ falsa, vt forticolę dixerunt. Tũc dicit intellectionem indiuisibiliũ esse veram semper, qa non est sophistica, vel metapho. aut similitudinaria, sed subaliter talis: qualis est vt dicetur. Sed sumendo verũ vel falsum secundo mõ, nec est vera, nec falsa, quam responsionem etiam Simplicius affirmat. Quo vero ad verba attinet, Arist. dicit §In quibus autem falsum & verum est, compositio quædam iam est intellectionum,§ vbi vult secundã intellectus operationem non esse compositionem simpliciter, sed quandam compositionem intellectionum. nam enuntiatio non est rerum compositio simpliciter: vt in materia sunt, sed vt intelliguntur. Vnde verbum intellectionum græce est νοημάτων noematon, modo noema græce latine est notio: notio vero & conceptus idem est: mõ conceptus, siue notio aliquando accipitur formaliter pro notione ac conceptu formali, vt vtar verbis metaphysicantium, aliquando pro conceptu obiectiuo, qui est obiectum appræhensum. Secunda ergo operatio intellectus est compositio quędam notionum obiectiuarum, quia est compositio rerum non simpliciter, sed vt appræhenduntur obiectiue ab intellectu, & vt per voces, aut scripta significant vt Them. exponit. Verum de his in ludicris dialecticis nostris abunde diximus. Addit hanc compositionem intellectionum esse §velut vnum entium§ad dñiam eius quod est in prima operatione, vt Philop. notat: nam illud quod intelligitur in prima intellectus operatione est vere vnum ens: quia est terminus simplex, ac incomplexus, compositio vera hæc intellectionum est non vere vnum ens, sed velut vnum ens, quia additione prædicati est vnum ens. Exponit vero has intellectus operationes exemplo sumpto ab illa rerum compõnem, quam dixit Emped. quia in illa Emped. compositione cernuntur omnia, quæ in his intellectiuis operationibus sunt: & licet eius opinio de rerum origine falsa sit, tñ falsis vti possumus pro manifestatione verorũ. Emped. ergo quatuor elementa dixit ingenita: ab illis vero in prima rerum origine pullulasse rerum partes dissimilares seorsum, vt capita & ceruices seorsum, brachia, & humeros seorsum, & cætera id genus. Has vero partes sic seorsum ab elementis germinatas dicebat amicitia coniungi, sic & hæc simplicia primo ab intellectu concipiunt: deinde componuntur. Quare vt in rerum compositione contingit, & bene & male componere, ita quoq; in notionum vnione accidit & vero & falso componi. Auer. in cõmentario voluit Aristo. solum de affirmatione esse locutũ, innuere vero negationem virtute sui oppositi, & hoc Philop. arbitratur. Alij tñ dicũt eum esse locutum de compositione communiter, siue illa sit rerum, siue sit vocum: & sic complexus est vtraq;. Verum Arist. postea innuit hic se loqui de affirmatione, vt Philopo. notabit: sed vtcunq; sit, in Empedoclea rerũ origine, habetur eorum quæ Arist. dixit perfecta dilucidatio, quia colligitur primo ordo, qm̃ prius partes sunt quam tota, & hoc pacto in compositione noetica intellectus primo intelligit simplicia, quæ in decem generibus sunt, deinde progressus (vt inquit Them.) componit illa, connectitq; vt cum componit diametrum esse a symetrum costæ quo fit, vt duæ sint intellectus operationes circa terminos.

Solutio.

ARGYR. *Quodsi eorum etiam quæ fuerunt vel erunt, fit compositio, & tempus insuper intelligitur, atque additur, falsitas. n. in compositione semper consistit. nam si albũ non albũ esse dicat, ipsum tum non album componit. Licet ãt, diuisionẽ etiã omnia dicere. Attamen falsitas aut veritas non solum consistit in hoc, Cleonem albus, sed in his etiam, Cleon erat, vel erit albus. Id vero quod singulos dictos conceptus cõponit, vnũq; facit, ipse est intellectus.*

Si autem factorum vel futurorum: tempus cointelligens & componens est, falsum enim in compositione semper est. etenim si album non album dixerit: ipsum non album composuit. Contingit autem & diuisionem dicere omnia. Sed ergo non falsum est aut verum, ꝙ albus Cleon est: sed & ꝙ erat aut erit. Quod autem vnum facit, hoc intellectus est.

Te. cõm. 22. Si autem Sed si Ad vnum intelligens cointelligens Dixerit Verbum interpretis Omnia Vtraque Vnũquodque COLLEC. Tex. cõm. 23.

Sicut Simpl. innuit, res sunt duobus modis, quædam æternæ, & in his solum potest esse compositio prædicati cum subiecto. Quædam in generatione & corruptione, & tempore exñtes, & istæ intelliguntur (vt Them. d.) interdũ tanquam præteritæ genitæq;: interdum tanquam futuræ & gignendæ, interdum tanquam pñtes & genitæ. Tunc syllogizat hypothetice sic, si factorum. s. præteritorum, & futurorum tempore eo intelligens est. i. faciat compositionem in tempore hoc est añs. Tunc adiicit consequẽs: & inquit Et componens. i. similiter ea componens erit cum tpe. est ergo intellectus hypothetice, si intellectus intelligit res existentes in tempore; tunc eas ꝰm differentiam temporis componit, vt si fuerunt præteritæ, cum differẽtia præteriti, & si futuræ cum dñia futuri, & si pñtes cũ dñia pñtis. Tunc subaudi põnem añtis. s. ꝙ intellectꝰ intelligit res exñtes in tempore, & ponatur consequens, ergo intellectus componit eas cum dñijs proprijs temporis. Dubitabis forte, nũ compositio hæc rerum temporalium cum tẽpore sit propria intellectui. Rñdet Them. ꝙ sit, quia sensus, & imaginatio sunt expertes notitiæ temporum, præsertim præteriti & futuri. quicquid. n. scit imaginatio aut sensus tanquam instans pñsq; scit. Falsum. n. in compositione. §Syllogizat hypotheticam sic, in quibus verum falsumq; existũt, ac innotescunt ea intellectus componere potest, sed circa tempus veritas & falsitas innotescit, & circa res compositas cum tpe, ergo intells ea cum tpe cõponit. Apponit minorẽ, & inquit. Falsum. n. in compõne sp est, cuius exemplum subscribit, nãq; si albũ vt niuẽ: non albo vt nigro, aut si nõ album vt æthiopem: albo componunt, ambæ compositiones falsæ sunt. hæc. n. falsa est, nix non est alba. Similiter & illa, æthiops albus est etiam falsa. Sed quia quis posset dicere cum compositione non esse diuisionem terminorum, adijcit. contingit autem diuidentem dicere. i. componere omnia. non. n. potest quis componere nisi prius terminos diuisim conceperit, & sic patet minor. Si ergo est. §Replicat syllogismum, & apponit añs, & inquit. Si ergo est non solum falsum, aut verum, ꝙ albus cleon est, sed ꝙ erat albus, & ꝙ erit albus; vnũquodq; autem faciens vnum sic. s. composite est intellectus subaudi, ergo intellectus componit res cum differentijs temporis.

Dubitatio. Responsio.

Cõm. 23.

ET si illa intellecta. Continuetur sic commentum ꝙ cũ Auer. declarauit, qũo fiat compositio absolute, nunc quo fiat compõ cum tempore exponit, sed qm̃ in rebus transmutabilibus possunt fieri propositiones necessariæ, de inesse, & contingẽtes: ideo tangens omnes harum materias, inquit. Et si illa intellecta singularia. i. simplicia fuerint rerum, quæ innatæ sunt esse aut in præterito tempore, aut in futuro subaudi, aut in præsenti, tunc intellectus in primo signo naturæ intelligit cum illis rebus tẽpus in quo sunt, & postea in secundo signo naturæ componet ipsum tempus cum eis, & in tertio signo naturæ iudicabit, ꝙ illæ res fuerunt, aut erunt, aut sunt sicut iudicat, ꝙ diametrum est asimeter costæ. Debes scire ꝙ propositiones formatæ de rebus æternis, semper sunt necessariæ, & in omni tempore veræ. Propositiones autem formatæ de temporalibus, si sint in tempore præterito, sunt necessariæ, omnis. n. propõ de præterito, cum conditionibus suis est necessaria. Propositiones autem de futuro omnes sunt cõtingentes. Propositiones vero de præsenti sunt & de inesse: vt in prioribus & in lib. Peri hermenias diximus, has ergo spẽs propositionum his verbis tetigit Auer, vt perspicuum est. Et quia

quia narrauit. Apponit pñtis partis intentiones, & ordines, & sermo eius est perspicuus, attñ syll's Auer. sic componitur, omne simile compositum ſm totum est compositio, sed propō falsa est similis compōni: vt ostendit exemplo, ergo compositio. Et quia apparet. Ponit conueniētiam, & drīam inter affirmationem, & negationem, & conuenientia primo est. qm̄ affirmatio dici pōt diuisio, & negatio diuisio, qm̄ affirmatio primo ab intellectu intelligit, quo ad terminos seorsum, deinde componitur, similiter & negatio. Rursum affirmatio pt dici compō, vt patet, & negatio. est.n. negatio compositio terminorum, & per ɔñs cōpositio hæc est conuenientia. Drīa vero est, qm̄ affirmatio dicitur absolute ac per essentiam compositio, negatio vero absolute ac per essentiam diuisio, & hæc patent in lib. Peri hermenias. Et cū declarauit. Debes scire: vt in principio secūdi peri hermenias dicit Auer. ꝙ propositionum duæ sunt species, vel in quibus prædicatum est verbum, & hæ binariæ sunt, vt homo fuit, vel homo currit &c. quędam in quibus prædicatum est nomen, & hæ trinariæ sunt, vt hō est iustus, & hæ pñt esse ambæ temporales: attñ absolute tēporales sunt quæ binariæ, quarum prædicatum est verbū. Ostendit ergo ꝙ in propositionibus binarijs est veritas ac falsitas: quemadmodum in trinarijs, & sermo est ꝑspicuus. Et quod facit hæc intellecta. Hic ponit cām efficiētem compositionem & diuisionem, & inquit. Et quod facit hęc intellecta singularia. i. simplicia esse vnum per cōpositionem: postquam erant multa: est intellectus materialis. Syllogizatur hoc sic, omne distinguens intellecta singularia, seu simplicia, componens, similia & diuersa, est componens, & comprehendēs intellecta composita. Sed intellectus materialis est distinguēs intellecta simplicia &c. ergo intellectus materialis est comprehendens intellecta composita, & componens. Apponit minorem, & inquit. Iste.n. distinguit intellecta singularia, & componit consimilia, & diuidit diuersa. hæc est minor. Tunc adijcit maiorem, & inquit. Oportet enim vt virtus comprehendens simplicia, & composita sit eadem. Hæc maior. s. omne comprehendens simplicia est comprehendens composita, & componens illa, quæ fuit maior. Hæc maior prosyllogizatur sic, sicut sensus cōis ad intellectum, sic sensilia diuersorum sensuum ad intelligibilia. Ergo à commutata proportione, sicut primum. s. sensus communis ad tertium. s. ad sensilia diuersorū sensuum, ita secundum. s. intellectus, ad quartum. s. ad intelligibilia. sed sensus communis est vnus & idem. i. comprehendit simplicia sensibilia, & componit, sic & intellectus idem erit qui comprehendit simplicia, & composita. Apponit ergo vim minoris, & inquit. Qm̄ proportio istius virtutis ad intentiones formarum imaginatarum. i. phantasmata debet esse sicut proportio sentientis communis ad sensibilia diuersa. Non ſm ꝙ. Ex his remouet peccatū Auempacæ, qui distinguit inter virtutem. i. comprehendētem simplicia, & virtutem comprehendentem composita, imo virtus est vna & eadem, vt probatum est. Inquit non ſm ꝙ apparet de verbis Auempa. in initio sui sermonis de virtute rōnali. s. ꝙ virtus cōpositiua debet esse alia ab imaginatiua. i. simplicium apprehensiua. Dubitant iuniores an compositio sit prior diuisione, vel contra: vt Auer. sentire vr̄. Sirianus, cui cognomen est Philoxenus, in lib. Peri hermenias, negationem seu diuisionem priorem esse compositione seu affirmatione exēplo testatus est. hæc.n. prius vera est, Socr. sanus non est: q̄ hæc, Socr. sanus est, qm̄ Soc. prius non est, quam sit, vt dicit. Alex. Aphrodiseus ibidem non tm̄ affirmationem seu compositionem priorem esse negatione seu diuisione, imo nihil illis esse vniuocum multis rationibus affirmat quas Porphy. & Ammonius longo sermone pertractarunt. Ego autem ad Auer. mentem dicerem, ꝙ diuisio potest accipi duobus modis, vno mō enūtiatiue, & sic diuisio idem est ꝙ propositio negatiua, & sic diuisio est posterior affirmatione, vt oēs peripatetici dñt, quicquid dicat Philoxenus. Alio mō accipitur diuisio pro intentione rei diuisæ, & simplicis, & sic est simplicium intelligentia, & per ɔñs, vt sic dicerem esse priorem compositione, & sic sentit Auer. Secundo ambigunt, vtrum sit aliqua compō simplicium sine tpe. Rñdet Egidius in hoc loco ꝙ compositio quæ fit ex terminis vr̄ conceptis abstrahit à tpe: immo est prior compositione rerum cū tpe, quemadmodum, hęc pluuia est aqua guttatim cadens, vera est: non tñ pluuiam esse, vel fuisse, vel forte designatur, imo nulla pluuia ente, hæc vera est. Sed hæc solutio vr̄ contra Arist. & peripateticorum expōnes. Inquit.n. Arist. in secūdo Peri hermenias. præter verbum aūt nulla affirmatio vel negatio est. est.n. vel erit, vel fuit, vel quæcunque alia hmōi verba ex his sunt quæ sunt posita, consignāt.n. tēpus. Ecce quo oēs propōnes sunt compositiones rerum cum tpe. Amplius. vt in prioribus dicit, oīs propō est vel de inesse, vel necessario inesse, vel contingenti inesse. & oīs hæc est compositio rerum cum tpe vt perspicuū est ab Auer. ibidem, ergo omnis propō est compositio rerum cum tpe. Dicendum ergo ꝙ compositio rei cum tpe est duplex, quædam prima, vt hæc, homo est, vel illa, hō fuit, vel hō erit. In his.n. solum res cum tempore copulat̄: Alia est compō rei cum re principaliter: mediante tpe, & sic hæc propō, pluuia est aqua guttatim cadens est compō rei cum re, & mediāte tpe, qm̄ si necessaria est, prædicatum componit̄ subto ꝓ omni drīa tpis. Si de inesse, prædicatum copulatur subto pro tpe pñti. Si de contingenti, tunc copulatur pro tpe futuro: vt dicit Auer. ergo oīs propō est compositio rei cum tpe, vel principaliter, vel per accñs saltē. Sed dices quælibet operatio intellectus abstrahit à tpe, cum intellectus sit vlium. Rñdet ꝙ quælibet operatio intellectus abstrahit à tpe entitatiue, qm̄ quælibet eius operatio ſm entitatem propriam est soluta à tpe, non tñ representatiue, qm̄ quælibet significat prædicatum inesse subiecto, quod non potest esse: nisi altero trium modorum.

Dubitatio. Responsio prima. — Responsio Alex. — Responsio propria. — Dubitatio. Egi. responsio. — Responsio propria. — Dubitatio. — Solutio.

COMMENTARIVM.

SECVNDVM Philoponum hæc est tertia proprietas compositionis noeticæ quæ dr̄ secunda aīæ operatio qua differt à prima. Vbi debes scire intellectum posse mētiri, vel vera dicere: aut ꝓꝓ prædicatum, aut ꝓꝓ tempus, Si enim dixero, homo est volabilis, vel erit, vel fuit volabilis propositio falsa est ꝓꝓ prædicatum illud volabilis, quod ꝓ nullo tpe competit homini. Sinautem dixero troica erunt, vel heri erant, vel pauloante fuerunt: propō falsa est propter tempus. Ex his vult habere secundam intellectus operationem quam hic noematum compōnem appellauit bifariam posse esse veram, vel falsam, aut rōne tpis cointellecti in verbo, aut ratione prædicati verbo superadditi. At prima intellectus operatio nec ratione tpis, nec ratione prædicati potest esse aut vera aut falsa. Vel potest aliter textus iste introduci non recedendo ab his quæ Philoponus, ac Simpl. & Them. dixerunt, ꝙ cum declarauit verum & falsum esse in secunda operatione intellectus, quo est compositio noematum hoc est rei intellectæ vt prædicati, cum re intellecta, vt subiecto: declarat verum & falsum esse in eadem compositione, quo est vera, vel falsa ratione temporis cointellecti verbo, cum verbum ſm adiacens prædicatur: & tunc textus hoc pacto continuetur, verum & falsum non solum in compositione sunt, quo illa compositio est prędicati, sed si intellectus tempus ad vnum intelligens hoc est, sed si intellectus est tempus cointelligēs in verbo, & illud in verbo componens. Vtroq;.n. modo verum & falsum in compositione accidunt, potest.n. bene & male tempus verbi cum subiecto componere, potest.n. bene & ponens verbum cum subiecto, verum dicet: male vero cōponens, falsum dicet. Siquis.n. diceret erunt troica, mentiretur, propter futurum tempus. sinautem diceret, troica fuerunt, vera diceret, propter preteritum tempus. Propterea assignans cām, inquit. Falsum.n. & sup. verum semper est in compositione, non autem in simplicibus. Quod aūt verum & falsum sint in compositione, hoc exemplis manifestat cum inquit. Etenim si album. s. cygnum aliquis dixerit esse non album, non album cum albo composuit, & sic mentiretur propter malam prædicati compōnem, & neqs crederet hæc accidere solum in compositione, hoc est affirmatione, ostendit hæc vera esse in diuisione, hoc est negatione, vt exponit Philopo. & inquit. Et non solū hæc, quæ dicta sunt, vera sunt in compositione, sed contingit et in diuisione, hoc est negatione dicere oīa, hoc est vtraque, quæ

1. Expositio.

quæ dicta sunt.s. ꝙ quædam vera vel falsa sunt ratione temporis, quædam ratione prædicati. Dicit autem § contingit § quia quæ affirmatione vera sunt, contingit dicere diuisione siue negatione, non tamen, sic dicta semper sunt vera: vt Philoponus exponit. Deinde concludit, ꝙ quando aliquod prædicatum competit alicui, vel quando aliqua propositio est vera ratione prædicati, respectu temporis cuiuscunque est vera, quoniam à propositione de secundo adiacente ad propositionem de tertio adiacente est bona consequentia: non tamen si propositio est falsa ratione prædicati, est falsa ratione temporis. Vnde dicit. Sed ergo supple si non est falsum, sed verũ est ꝙ albus cleon est.q.d. ergo si verum est, ꝙ cleon sit albus propter prædicatum, sed & ꝙ erat aut erit.i.etiam erit verum ratione temporis, sic intelligit Philoponus hæc verba: non tamen absq; difficultate. Sunt enim manca, & mutilata, vt mihi videtur. Et ne credat aliquis virtutem, quæ simplicia appræhendit alteram esse ab ea virtute, quæ appræhendit composita, inquit. Quod autem vnũquodq; facit, hoc intellectus est, verbum § vnumquodque § in codice Philopo. habetur. In nostro græco codice legitur vnum, & arbitror, legi corrupte. intelligit autem per § vnumquodq; § .s. intellectionem & cõpositionem intellectionum. sumpsit autem § facit § vt Philopo. inquit. pro intelligit, fortasse quia intellectio illorũ est facere illa. Hæc expositio mihi videtur, licet fuerit mihi non leuis.

ARGYR. *Cum autem dupliciter indiuisibile dicatur aut potentia aut actu, nihil prohibet intellectum cum longitudinem intelligit, indiuisibile intelligere, & in indiuisibili tempore. est.n. indiuisibilis actu. Et tempus: perinde atq; longitudo, diuisibile ac indiuisibile est. Non igitur dici potest, quid in vtroq; temporis dimidio intelligebat: non est.n. si non diuisio fiat, nisi potentia: At cum vtrũq; seorsum intelligit: diuidit simul tempus. atq; longitudines, illa intelligit. Quod si longitudinẽ vt ex vtrisq; constantem intelligat: in eo quoq; tempore nimirum ipsam intelligit, quod ex vtrisq; pari modo temporibus constat atq; componitur.*

Te. cõm. 23. Indiuisibile autem: qm̃ dupliciter dicitur, aut potẽtia, aut actu, nihil prohibet intelligere indiuisibile: cũ longitudinẽ intelligit, (Indiuisibilis.n. actu est) & in tẽpore indiuisibili. Silr.n. tempus diuisibile & indiuisibile est atq; longitudo. Non igr̃ est dicere quid in vtroq; dimidio intelligebat. non.n. est: si non diuisa sit, nisi potẽtia. Seorsum ãt vtrũq; intelligens dimidiorum, diuidit & tempus simul, tunc autẽ vt longitudines. Si vero vt si ex vtrisq; est, & in tempore quod in vtrisq; est.

Longitudine continuum. Intelligere vt si quasi vero enim

COLLEC. Tex. cõm. 23. Vult declarare intentionem secũdum Simplicium. Accepit autem diffinitionem rerum indiuiduarum, & inquit. § Indiuiduum vero qm̃ bifariam, vel potestate, vel actu. § Est ergo prima diuisio, omne indiuiduũ, vel potestate est, vel actu potestate quidem indiuiduum est omnino indiuiduum. actu vero indiuiduum non est necessitate & penitus. Sed dices quo pacto hæc mẽbra se habeant. Rñdet Simpl. ꝙ omne indiuiduum potestate est indiuiduũ actu, & non conuertitur. est.n. indiuiduum actu longitudo, & omne continuum. Indiuiduum potestate subdiuiditur, qa vel vt forma, vel vt terminus: vt forma: vt substantiæ primę & simplices: vt termini: quemadmodum puncta, quæ indiuidua sunt: sed vt termini. est.n. superficies s̃m corpus indiuidua. linea s̃m superficiem indiuidua punctus simpliciter indiuiduus: & sic s̃m terminos indiuiduus dicitur, & sic patet quomodo omne indiuiduum potestate est actu indiuiduum, & non econtra. Nihil prohibet intelligere. § Quia (vt dictum est) indiuiduum dupliciter dicitur, potestate.s. & actu, & perspicuum est intellectum intelligere indiuiduum potestate: in tempore indiuiduo simpliciter, dixit nihil prohibet intellectum intelligere indiuiduum qñ intelligat longitudinem, & in tempore indiuiduo. syllogizat ãt sic, omne indiuiduum actu intelligitur in tempore indiuiduo actu, sed longitudo, & vlr̃ continuum est actu indiuiduum, ergo longitudo, & continuum intelligitur in tẽpore indiuiduo actu. Accepit tñ minorem, & inquit. Indiuiduũ enim actu, & dixit § nihil prohibet § quia longitudo & continuum intelligi pñt, & in tempore actu indiuiduo, & in tẽpore diuiduo: attamen quando intelligitur, vt vnum, nihil prohibet, vt intelligatur: vt in tempore actu indiuiduo, & sic patet hoc. Similiter.n. tempus. § Potest exponi, ꝙ & tẽpus potest similiter intelligi, vt vnum, quia similiter tẽpus diuisibile & indiuisibile longitudini, diuisibile quia potentia, indiuisibile quia actu. Vel potest exponi, vt remoueat obiectionem, qm̃ quis dicere posset, tempus semper est diuisibile, & nullomodo indiuisibile, ideo scribit, ꝙ tempus dupliciter dicitur potestate indiuisibile, vt prius seu nunc. est.n. simpliciter & actu, & potentia indiuiduum. Actu aũt vt continuum, ideo inquit. Similiter.n. tempus diuisibile dicitur vno modo.s. potentia: actu indiuiduum, & indiuisibile supple potestate similiter dico ipsi longitudini. Non igitur. § quod nunc dicit. Ostendit secundam expõnem.s. qũo simile est de tempore & continuo, seu longitudine. & vult (vt Simp. sentit) ꝙ quemadmodum longitudo tota simul intelligitur, & non vna medietas in vno temporis dimidio, nec altera in altero dimidio: & sic & tempus in quo fit intellectio est totum actu indiuiduum. esset.n. actu diuiduum quando separaretur intellectio. ergo sicut longitudo actu diuersis intentionibus intelligitur, sic & temporis partes diuersæ erunt. & sicut longitudo vna actu, sic & tẽpus, sermo Arist. perspicuus est: vt Simplicius dicit.

Cõm. 23. CVM declarauit. Proponit Auer. capituli intentionẽ & inquit. Cum declarauit ꝙ actio intellectus indiuisibilis est in rebus indiuisibilibus, qm̃ posset dubitare quis, ergo non intelligit continuum & diuisibilia: ideo incepit declarare: qũo contingit ei intelligere diuisibilia habentia quãtitatem intentione indiuisibili, & in tempore indiuisibili. Et exponit quasi se, & inquit: & pro idest. ex quo modo cõtingit ei, vt intelligat ea indiuisibiliter, & in tempore indiuisibili, sicut dispositio est intelligendo res multas, idest sicut apparet in multis rebus: quas intellectus intelligit indiuisibiliter, & in tẽpore indiuisibili.i. subito. Hæc est partis intentio, & causa intentionis: vt constat. Et quia indiuisibile. § Proposita intentione partis, prosequitur & ostẽdit quo pacto intellectus intelligat res diuisibiles tempore indiuisibili, & inquit. Et quia indiuisibile dicitur duobus modis, potentia & actu, vt diximus ex sententia Simplicij, possibile est dicere ꝙ intellectus intelligat res, ex rebus diuisibilibus, id est quæ sint de numero rerum diuisibilium potentia, indiuisibilium actu, sicut est longitudo. Adijcit & tempus latens quod est in eis indiuisibile actu: vt dictum est circa literam, & subaudi poẽ est ꝙ hoc fit intentione indiuisibili, & in tempore indiuisibili, quemadmodum intelligit res indiuisibiles ĩ vtroq; modo.s. quia intelligit res indiuisibiles actu: & indiuisibiles potẽtia. Et adijcit ꝙ hoc non tantum est possibile, immo & necessarium, & inquit. Necesse est.n. vt intelligat intentionem.i. formam indiuisibilem indiuisibiliter, siue illa intentio fuerit diuisibilis aliquo modo, aut nullo modo. Et cum dixit. § Quare recolligit syllogismum sic, intentio indiuisibilis intelligitur ab intellectu in tempore indiuiduo, omne intellectum est intentio indiuisibilis. ergo omne intellectum intelligitur ab intellectu in tempore indiuisibili, apponit maiorem, & inquit. Intendit vt intelligat intentionem indiuisibilem.i. formam: accepit minorem & inquit. Et id intellectum est indiuisibile, & in tempore indiuisibili, & sic patet totus syllogismus. Tempus.n. § Quia accepit de tempore & magnitudine esse idem dicendum, hoc confirmat, & inquit. Tempus.n. inuenitur vno modo diuisibile, & alio modo indiuisibile: sicut in longitudine, quia (vt diximus in textu) tempus est actu indiuiduum, prout partes copulantur ad idem nunc. est quoq; diuiduum: vt potentia potest seorsum diuidi, vt perspicuum est, vt de longitudine dictum est. Et cum declarauit. § Apponit nunc intentionem partis sequẽtis, & perspicuus est locus. Componitur autẽ sic syllogismus, quæcunq; proprijs intentionibus intelliguntur, sunt actu. sed partes lineæ dum sunt in toto non sunt actu: ergo partes lineæ dum sunt in toto, non intelliguntur proprijs inten-

Dubitatio. Solutio.

intentionibus. Apponit conclusionem, & inquit. quasi dicat, nullus igitur potest dicere, ꝙ qñ intellectus intelligit lineam, primo intelligat vtraq; partem per se, deinde totū. hæc est conclusio. s. partes lineæ dum sunt in toto, nō intelliguntur proprijs intentionibus. Dedit minorem, & inquit. Illæ. n. duę partes non sunt in actu, quousq; in linea diuidītur, sed sunt in potentia. ecce minor. Sed accidit ei. § Quo pacto intelligat eas diuersis intentionibus adijcit, sed quia sermo eius est perspicuus, lege ex te. Mouerunt autem expositores plures ambiguitates, vt vtrū intellectus possit diuiduum intelligere ipso ente indiuiduo, vel quomodo intellectus potest intelligere diuersas magnitudines: quarum vna sit parua, altera magna, & an in diuerso, vel eodē tpe, & aliæ multæ accidunt quæstiones, ad quas breuiter cū Simplicij distinctione rñdetur ꝙ intellectus est forma animæ, cuius vna virtus est imaginatio. Vult ergo Simplicius, ꝙ intellectus, vt intellectus est, semꝑ intelligit indiuidua simpliciter, vt vero conuertitur ad imaginationem intelligit diuidua, & magnum & paruum, & hæc talia. Sed vt intelligatur Simplicij sententia debes scire, ꝙ ipse ex toto secutus est Platonem. voluerunt igitur Platonici duplicē esse mundum, vt in simposio Plato tradit. intelligibilem. s. diuinam mentem, quæ est huiusmodi mundi principium, & exemplar. Alium sensilem hunc. s. sensibus perspicuum, qui est diuini exemplaris imago. Rursus tres esse animarum ordines aiunt. quædam. n. in superiori mundo semper viuētes, quales sunt animæ sphærarum, ac stellarum, & dæmonum. Aliæ semper in hoc mundo viuentes, vt vegetatiuæ, sensitiuæ &c. quæ tantum hī viuunt. Sunt & tertio mediæ, quæ rationales sunt, quæ hinc illuc, atq; econtra peragunt vices. Æstimant ergo Platonici, vt Simplicius, Plotinus, Origenes, & alij, animam nostram per intellectum viuere semper in illo mundo intelligibili, per sensum vero & vegetabilem esse semper in isto. per naturam mediam in motu primo, ac perpetuo, ideo perpetuas agit vices, quoniam alio & alio sæculo in primo mundo intelligibili, & alio in hoc sensibili mundo viuere alternatim necesse est, nec id fit mutatione locali. sed quando & imaginatio ad rationem, & ratio ad mentem tota cōuertitur, tunc animus totus ad mundum intelligibilem ascendit. At cum ratio ad imaginationem, tunc lapsus ad mundum sensibilem iudicatur. & hoc fieri sæpe ac sæpius dicunt. Et ex his huiusmodi quæstiones tolluntur, qm̄ intellectus seu ratio intelligit. hī. s. paruam magnam magnitudinem & in tempore, non quidem vt in mundo intelligibili tantum viuit, qm̄ tūc non nisi formas & terminos simpliciter indiuiduos intelligit. Sed vt conuersus ad imaginationem. & viuens hoc in sensili mundo per vitam imaginariam intelligit cum tēpore, & paruam: & magnam formam vt perspicuum est. Et forte ꝙ hī est Auer. intentio: quantum enim ad hī Auer. à Simplicio non differt, licet forte quantum ad aliud, de quo in lib. de intellectu satis.

Dubitationes.

Solutio.

COMMENTARIVM.

SEQVENDO expositionem Philo. dicamus ꝙ cum Arist. declarauit quomodo intelligitur indiuisibile ſm primum eius significatum, quod est esse terminum incomplexum, hoc est cum declarauit quomodo intelliguntur termini vniuersaliter sumpti, hac in parte declarat quomodo intelligitur indiuisibile secundomodo, & tertiomodo. Erat enim indiuisibile secundomodo magnitudo, quæ actu indiuisibilis est, potestate vero diuisibilis. Tertiomodo vero indiuisibile dicebatur quod actu diuisum est: potestate indiuisibile, vt duæ aquæ, quæ actu diuisæ sunt: quatenus vero possunt continuari dicūtur potestate indiuisibiles, vult igitur intellectum posse intelligere vtrūq; indiuisibile & secundo & tertiomodo, & quatenus illa vt indiuisibilia intelligit, ea intelligit, tempore indiuisibili. & hoc dicit § Indiuisibile autem qm̄ § in specie § dupliciter dicitur, aut potentia § vt duæ aquæ, quæ actu quidem diuisæ sunt, potentia vero sunt indiuisibiles, quia possunt continuari. § aut actu § vt magnitudo, quæ actu indiuisa est potentia indiuisibilis § nihil prohibet § intellectum vel animam ipsam § intelligere indiuisibile, cum intelligit longitudinem § hoc est continuum, sumpsit. n. longitudinem pro continuo, vt Philop. inq̄t, cuius causam affert, & dicit. § Indiuisibilis. n. actu est: § ergo intellectus intelligendo continuum intelligit indiuisibile saltem actu. Supplenda vero est litera ſm Philop. ꝙ ét nihil prohibet intellectum intelligere indiuisibile, cū intelligit actu diuisa, quæ possunt cōtinuari, vt duas aquas cum eas intelligit, quatenus indiuisibile quid sunt. Quia vero intellectus cum intelligit magnitudinē, accipit multiplex vt multiplex, quod videtur dissonum, ideo vt Philoponus monet, dixit § nihil prohibet § quatenus nihil obstat vt intelligatur multiplex vt vnum. Et quia quis posset dicere intellectus intelligit magnitudinem, ergo eam intelligit diuisibiliter sicut ipsa est, & quia vnumquodq; eorum intelligit simplici intellectione vt vnum, ac indiuisibile, addit § & in tempore indiuisibili § quia non intelligit dimidium magnitudinis in dimidio temporis, & per tēpus indiuisibile (vt Philop. dicit) intellexit ipsum nunc, qđ non est tempus, sed principium temporis, est. n. nunc illud qđ appellāt instans. Sic igitur patet intellectum intelligere hęc duo significata ipsius indiuisibilis, vt indiuisibilia, & in instanti, mō quo intelligit simplices terminos in eius prima operatione. Quia vero dixit intellectum ea intelligere indiuisibili tempore, ne quis dicat tempus indiuisibile non dari, ideo subdit vt Philop. inquit. § Similiter. n. tēpus diuisibile & indiuisibile est longitudini. § Hoc est non ab ratione dixi tempus indiuisibile, quia potest accipi tēpus dupliciter pro tempore diuisibili, & pro tempore indiuisibili: sicut potest sumi magnitudo dupliciter pro magnitudine indiuisibili, quæ est punctus, & pro magnitudine diuisibili: quæ est corpus. ergo tempus potest accipi pro ipso nunc, & pro ipsa successione. Philop. repræhēdit hic Arist. asserit. n. cum male diuisisse tempus per diuisibile, & indiuisibile, male etiam magnitudinem per diuisibilem & indiuisibilem: qm̄ indiuisibilia magnitudinis sunt principia magnitudinis, at principia magnitudinis nō sunt magnitudo. Similiter principia temporis non sunt tempus: modo indiuisibilia temporis sunt temporis principia. Sed videtur Philopo. delirare, cum velit repræhendere Arist. in nomine: non. n. videt eum esse locutum de licētia: qua possumus abuti nominibus, vbi non requiritur exquisita eorum acceptio, vt patet. 4. physi. vbi Arist. dixit indiuisibile temporis aliqñ accipi pro tempore, sed qm̄ ipse erat grammaticus, debemus ei cōcedere vt possit Aristo. in grammatica corrigere. His declaratis, ex eis objicit cōtra Platonē eius errorem remouendo: quem primo huius tetigit. Plato. n. non potuit credere res amplas, magnas, ac vastas posse subito intelligi. non. n. intellectum posse totum cernere arbitratus est, nisi partibus prius prospectis. Partes autem prospici non posse ait, nisi hanc prius, illam posterius prospexisse verum sit: quo videtur, vt successiua sit intellectio, veluti & res, quæ intelliguntur successiue ac diuisibiles sunt. Objicit ergo ex his Arist. contra Plato. & dicit. non igitur est dicere in vtroq; temporis dimidio quid hoc est partem animam intelligere: vt, videlicet, altero temporis dimidio alteram continui partem, & altero alteram intelligat, cuius causam assignat & dicit. Non. n. est magnitudo siue quæcunq; res magna, si non sit diuisa actu, nisi solum potentia diuisibilis. ergo intellectus eam potest intelligere, vt quid indiuisibile, & indiuisibili tēpore, vt dictum est. Anima. n. intelligens aliquid vt vnum, intelligit illud vt indiuisibile: vnitas. n. indiuisio est, & quia intelligit simplici intellectione illa vt indiuisibilia: ideo ea intelligit tempore indiuisibili. Philo. vero non in Platonem hoc ex dictis ab Arist. illatum esse asserit, sedvt confirmatiuū eius, qđ pauloante dixerat. Mihi vero videtur hoc contra Platonem dixisse, quia primo huius ét ita contra eum locutus est, verum in re non est dr̄ia. Cum vero declarauit quomō intellectus intelligat magnitudinem tanquam indiuisibile actu, & tempore indiuisibili, declarat statim (vt Philop. inquit) quomodo intellectus intelligat magnitudinem, vt quid diuisibile, & vult ꝙ intellectus intelligat magnitudinem diuisam non intellectione simplici, sed composita ac discursiua, quia intelligit partes eius tempore diuiso, vt alteram medietatem altera temporis parte: alteram vero altera. Vnde dicit. § Seorsum autem § sup. intellectus § vtrūque dimidiorum §

dimidiorum § magnitudinis actu diuisæ §intelligens§ hoc est intellectione composita ac discursiua vt Philop.exponit, depræhendens sic intelligendo § diuidit & tempus simul § quia alteram medietatem intelligit altera temporis parte,& alteram altera. Addit tamen ꝙ intellectus intelligens vtraq; longitudinis dimidia,non intelligit illa simpl'r esse longitudines,sed vt si essent longitudines.nam medietates actu sunt vna longitudo, vt Philo.dicit:qa vero intelliguntur seorsum:vt longitudines intelliguntur,diuersæ ac seorsum.Acceptæ.Addit tamen,sed si id,quod intelligit intellectus,est quoddam compositum ex vtrisq;,vtpote cum intelligit longitudinem compositam, hoc est dissectam in duas medietates,etiam id quod est in tẽpore,est ex vtrisq;, vel in vtrisq; diuisum.ergo intellectus intellectione composita,siue discursiua intelligit magnitudinem, cuius dimidia diuersis temporibus intelligit:hoc pacto exponit Philop.& tunc,meo iudicio, non cum nota aduersatiua legenda est litera, sed cum nota causali, hoc pacto. Si.n.magnitudo est ex vtrisq;.f.hinc inde dissecta per vtraq; dimidia,& in tempore quod in vtrisq; est, hoc est, & in tempore erit diuisio in vtrisq; medietatibus. ergo sicut magnitudo diuisim intelligitur discursiua quasi intellectione, sic etiam in tẽpore diuiso intelligetur.Vel sic. § Si vero ex vtrisq; est § sup. magnitudo, quam ipsa anima, vt vnum & indiuisibile intelligit §& in tempore§ supple indiuisibili illam intelligit,§quod tempus indiuisibile est in vtrisque temporibus præterito. f. & futuro vt communis terminus illa copulãs, & sic legatur aduersatiue. Animaduerte tamen partes magnitudinis intelligi partibus temporis, quando intelligũtur,vt diuisibilia,quando vero vt indiuisibilia actu, intelliguntur indiuisibilibus temporis, quia altera intelligitur altero indiuisibili temporis, altera intelligitur altero indiuisibili temporis. Dubitant hic circa opinionem Platonis: nam intellectus non intelligit nisi per speciem, vt est rei veritas. Ergo si intelligit magnitudines, vt montes & maria & cœlum, vel intelligit per speciem diuisibilem, vel indiuisibilem,non per speciem indiuisibilem, quia tũc intellectio non fieret per simile: non enim species indiuisibilis est similis obiecto diuisibili & magno. Præterea. Tunc intellectus maiorem & minorem magnitudinem æquali specie ac eadem intelligeret, quia indiuisibili, nec per speciem diuisibilem, quia tunc intellectus esset diuisibilis: non enim diuisibile recipi potest in subiecto indiuisibili. Egidius laborauit in soluendo quæstionem hanc, verum non bene percepi quid ipse velit. Simplicius autem dubitat, vtrum intellectus hæc intelligat tempore diuisibili,an indiuisibili tempore. Videtur enim prima facie ꝙ intellectus intelligat quicquid intelligit intellectu, & tempore diuisibili, alioqui quia omnes intelligerent omnes æqualiter intelligerent tempore indiuisibili, & sic rudis, & solers æqualiter intelligerent contra Aristo. 1. poster.circa finem. Ad primam ergo quæstionem,saluo meliori iudicio, dicerem speciem magnitudinis, per quam anima magnitudines intelligit entitatiue (vt ita loquar)ac ₰m eius esse substantiam non esse diuisibilem:nec esse maiorem maioris magnitudinis, nec minorem minoris.repræsentatiue vero diuisibilem, quoniam ex diuisibili obiecto productam,& sic repræsentatiue est maioris magnitudinis maior,& minoris minor. Ex his patet solutio: anima enim potest intelligere maiorem & minorem magnitudines spẽ indiuisibili entitatiue, repræsentatiue vero spẽ diuisibili, quia per illam spẽm magnitudinem intelligit non quo magnitudo est diuisibilis, sed quo est vna, & indiuisibilis, & ita licet spẽs repræsentet diuisibile,quod illud repræsentat vt vnum, indiuisibiliter repræsentat. Ad scd̃am Simp. r̃ndet, ꝙ intellectus vt intellectus nec intelligit in tempore, nec in instanti temporis, quia cum non sit in tempore, nec in instanti temporis:cum accipitur vt intellectus,eius operatio nec tempore, nec instanti temporis mensuratur, sed fortasse intelligit in æuo,vt cæteræ intelligentiæ. At si intellectus sumatur,vt conuersus ad nos, hoc est intellectus intelligens mediantibus phantasmatibus aliqua intelligit in instanti,vt cum intelligit simplicia, vel indiuisibilia,aliqua intelligit in tpe, cum componit, & diuidit, saltem per accn̄s ratione sensuum, ratione quorum ipse est in tpe.

Dubitatio. *Solutio. 1æ. ad primã. 1. Dubitatio.* *Solutio. 2. Q̃onis.*

ARGYR. *Quod vero non quantitate, sed forma est indiuisibile: id in indiuisibili tẽpore & animæ indiuisibili percipit atq; intelligit, per accidens autem: & non hoc sane quo illa diuisibilia sunt, id quod intelligit & tẽpus in quo intelligit, sed hoc quo indiuisibilia sunt. Inest enim & in his indiuisibile quiddã: at fortasse non separabile, quod quidem vnum tam tempus ipsum quam ipsam longitudinem facit. atq; id, in omni sane continuo & tempore & longitudine similiter inest.*

Te. cõm. 26. Quod aũt non secũdum quantitatẽ indiuisibile est, sed spẽ,intelligit indiuisibili tpe,& indiuisibili aĩæ intellectione, (Scd̃m accidens aũt) & non inquantum illa diuisibilia sunt, id quod intelligit, & tempus in quo, sed inquantum indiuisibilia. Inest.n.& in his aliquid indiuisibile (sed forte non separabile)quod vnum facit tempus, & longitudinem, & hoc similiter in omni est continuo & tempore & longitudine.

COLLEC. Tex. cõm. 26. Potest h̃ sermo sic continuari apud Simplicium, cum incepit loqui de intentione indiuiduorum, seu indiuisibilium, interserit modum, quomodo intelliguntur formæ, quas Plato idæas appellat, vt habeatur differentia horum, quo ad intellectionem. Debes vero scire, ꝙ intellectiua anima ex ambobus est.f.impartibili substantia,qui participatus intellectus dicitur,& ex substantia circa corpus partita. ex his.n.ambobus confluit tota anima hoĩs.quo ergo ad id, quod in ea est indiuisibile & simplex formis & idæis recte coaptatur,& coniugate ipsis coalescit.Quo vero ad id,quod in ea est partium,& diuiduum, continuis & rebus quantis copulatur: ac recte innititur. ergo hoc inquit, ₰m vero quantum non indiuiduum sed forma.anima intelligit indiuisibili tempore & indiuisibili animæ. Ecce dicta aĩa copulatur idæis seu formis indiuisibili tempore,& per hoc coit cum copulatione ad res diuisibiles potentia. copulatur.n.illis ₰m indiuisibile tp̃is. Sed per id quod adijcit, & indiuisibili animæ.i.intellectu participato, innuit dr̃iam. idæis.n.copulatur indiuisibili animæ, quia intellectu simplici,& impartibili. rebus vero quãtis diuisibilibus potẽtia copulatur per diuisibile aĩæ, quia per sũbam, quæ corpori est partita,vt Simp. sentire videtur. Sed ambiges aĩa intelligit formas indiuisibili tpe, ergo intelligit eas in tẽpore, à coniuncto ad diuisa. R̃ndet Simp. ꝙ indiuisibile tempus est nunc seu instans, quod non est tempus, quemadmodum lapidea nauis non est nauis, & homo mortuus non est homo. Ad formam vero non respondet, dicendum tamen quòd quando est oppositio in adiecto, non vʒ à compositis ad diuisa:vt Arist. inquit in.2.periherm. non.n. sequitur, Homerus est homo mortuus, ergo est homo. vide.Hæc expositio Simp.vt ipsemet dicere videtur, est magis ₰m Platonem,q̃ ₰m Aristot.ideo aliter apud Them. & Auer.in commento exponemus. Secundum accn̄s vero.§ Accepit vnum membrum differentiæ, scilicet quomodo anima intelligit formas seu ideas,& dixit ꝙ indiuisibili tẽpore,& indiuisibili animæ.Nunc resumit secundum membrum, scilicet quõ intelligit cõtinua,& inquit§vero§sed id quo anima intelligit, subaudi continua, & quo tempore.i. & tempus: quo intelligit illa continua,non quatenus illa diuisibilia,sed quatenus indiuisibilia ₰m accn̄s sup. intelligit. anima enim intelligit continua substantia partita per corpus, & tempore, sed non quatenus diuidua & partita sunt: sed quatenus indiuidua saltem ₰m accn̄s. Ecce dicta anima copulatur formis per indiuisibile animæ. f. intellectum,& per indiuisibile temporis.i.nunc, vt dixit:sed quãtis, & rebus diuisibilibus potentia copulatur anima per tempus diuisibile: & partem eius diuisibilem, non tamen quatenus diuisa sunt,sed quatenus per accidens participat indiuisionem, vt diximus. Est enim & in his aliquod indiuiduum &c.§ Ratiocinatur ꝙ illa tria sunt indiuidua saltem per accidens. sunt enim illa tria, scilicet tempus quo anima intelligit imaginatio,qua intelligit, & res ipsa, quæ intelligitur, quæ est magnitudo seu continuum. Q̃d hic tria sint indiuidua per accn̄s, arguitur sic, omnia quibus inest

Dubitatio. *Responsio.*

bus inest aliquod indiuiduum simpliciter, sunt saltem per accidens indiuidua, sed illa tria. s. tempus, imaginatio, & magnitudo sunt quibus aliquod indiuiduū simpliciter inest, ergo saltem per accidens sunt indiuidua. Minor tātum accipitur: & non declaratur, & inquit. Est enim & in his aliquod indiuisibile, quod facit tempus vnum, & longitudinem vnam, & hoc indiuisibile est similiter in omni continuo, & tempore, & longitudine, hic est minoris vis. Dixit aliquod indiuisibile.§ Quoniam vnicuique horū trium inest proprium indiuisibili: tempori quidem nūc seu instās, magnitudini autem punctus, imaginationi, quæ est pars rōnalis animæ, inest intellectus participatus. adijcit aūt§ forte non separabile§ quia re vera ab anima rationali separabile est suum indiuisibile, intellectus enim est separabilis à parte animæ imaginatiue, sed alia non, non. n. punctus à linea, & instans à tempore separari possunt.

Commen. 24. CVM declarauit. Literam illam Them. & Auer. pariter & eodem modo exponunt. Apponit ergo Auer. primo partis intentionem. vbi debes scire, quod indiuisibile est tribus modis pro nunc. vno modo secundum formā, vt hō, & equus, & vniuersaliter oēs spēs: vniuersaliter cōcepta. species. n. est indiuisibilis secundum quidditatem & formam, est tamē diuisibilis per accidens. s. secundum materiam & quātitatē, quæ est diuisio numeralis, vt. 5. Meta. dicit Arist. Aliomodo dicitur indiuisibile per quātitatem, vt cōtinuum, cuius motus est vnus, inquit modo cum declarauit modum: secundum quē intelligit intellectus, quod est indiuisibile per quātitatem, & est id, quod est indiuisibile in actu & diuisile potentia. Incepit declarare modum secundum quē intelligit id quod est indiuisibile per formā, & hoc est indiuisibile actu & potentia, nisi quia accidentaliter pōt diuidi. i. rōne materiæ & quātitatis.

Dubitatio. Dubitatur qūo est possibile quod aliquod sit indiuisibile actu potentia per se, & tñ diuiditur per accidēs. quod enim inest alicui per se, eius oppositum neque per se, neq; per accidens ei cōpetit.

Responsio. Dicendū apud Auer. in. 3. phicæ auscultationis, quod forma: vt forma vult esse indiuisibilis potentia & actu per se. i. ex natura formæ: tamē per accidēs, vt recipitur in materia mediante dimensione, efficitur diuisibilis. Declarauit aūt Auer. 6. phicæ auscultationis, quod aliqua propositio est vera per se, quæ est falsa per accidēs: hæc ergo propositio, forma est indiuidua, est vera per se: falsa tamen per accidens, in formis quæ recipiuntur in materia mediante dimensione. Et sic eius oppositum neque per se nec per accidens sibi cōpetit, sub eadem rōne, vt perspicuum est.

Dubitatio. Sed argues subtiliter, de necessitate omnis forma est indiuidua: hæc enim est per se, forma est indiuidua, ergo necessaria & de omni. Sed forma in materia est forma, ergo forma in materia necessario est indiuidua, ex maiori enim necessaria, & minori de inesse, conclusio est necessaria primo priorum. Amplius, omnis forma inquātum forma est indiuidua, forma in materia est forma, ergo est indiuidua.

Responsio. Sustinendo verbum Auer. hic dicēdum ad primam, quod ex maiori necessaria, & minori de inesse, sequitur conclusio necessaria secundum conditionem, vt Philoponus dicit primo priorum auctoritate Alexand. & Soxigenis eius præceptoris, & Auer. idem sentit in sua paraphrasi ibidem. conclusio ergo debet esse hæc, forma in materia est indiuidua necessario inquātum forma, & hæc est firmiter vera. Ad secundā dicēdū quod peccat in dialectica. Declarauit. n. Arist. primo priorū. quod ex maiori reduplicatiua, reduplicatione cadēte ad mediū, nō fit syllogismus. qñ. n. fit reduplicatio vel medij, vel minoris debet cadere à parte maioris extremi, vt Arist. dicit, vt & nos in cōmentarijs nr̄is declarauimus. syllogismus ergo debet sic ordiri: omnis forma est indiuidua inquātum forma. forma in materia est forma, ergo forma in materia est indiuidua inquātum forma. Hæc. n. debet esse cōclusio & illa debet esse maior vt perspicuum est. Aliter tñ potest responderi ad principale: vt solebamus dicere in cōmen. nostris libri de substantia orbis, quos ætate. 20. annorum scripsimus, quod per se apud Auer. capitur pro naturaliter tali: per accidens pro innaturaliter tali, vt etiam primo posteriorum dicit Arist. hæc enim est per se, lignum est album. i. naturalis, illa per accidens albū est lignum. i. innaturalis, vt perspicuū est. Dicendum ergo, quod hæc est per se, forma est indiuidua, quia naturalis, si ergo aliqua forma sit diuisibilis, est innaturalis, & cōtra naturā formæ, & hoc dicit Auer. 2. cœli. vbi vult quod aliquod est per se, & separabile: vt naturaliter. hæc. n. est per se, terra est rotunda: tamen separabilis, quia non oīs terra est rotunda.

Commen. 193. Ad formam dicendum quod forma est indiuisibilis actu & potentia per se. i. naturaliter, & sic eius oppositum neque per se, nec per accidens naturaliter ei competit. & tu cōsidera. Quod aūt§ Adijcit nunc quo pacto indiuisibile hoc modo intelligitur, & inquit. Quod aūt est indiuisibile forma, & qualitate. i. essentia, & non quātitate tm̄, quoniam (vt inquit) indiuisibile dicitur duobus modis. s. forma & quātitate, hoc inquā compræhēditur ab intellectu in tēpore diuisibili, quia non (vt Them. inquit) partem hanc Soc. in dimidio temporis intelligit, & illam altero dimidio, & per indiuisibile aīæ exponit Auer. vt dicit Them. i. & per intentionem indiuisibilem, quia (vt Them. inquit) non solū anima intelligit insectili tempore, sed etiam intentione insectili, non ita vt singulis syllabis hæreat & partē vocabuli parte intentionis absoluat, sed ita, vt quāquā diuiduum vocabulum est, indiuidua tamen compræhēsio, & intellectio est, deinde legit literam, & sermo patet.

Dubitatio. Sed ambiges eo modo res intelliguntur: qūo nobis offeruntur, sed offeruntur nobis in tempore, ergo in tempore intelligunt.

Responsio. Rñdet Them. & negat maiorem, quia (vt dicit) nos audimus in tēpore sed intelligimus non in tēpore, vt explanat. Et quia tempus.§ Reddit causam, cur illa duo. s. tempus, & magnitudo sint per accidens indiuidua, & pōt componi ratio: vt diximus, quęcūque hñt aliquando indiuisibile, ab eis inseparabile, indiuidua sunt, sed tempus & magnitudo habent aliquod indiuisibile ab eis inseparabile, ergo indiuidua per accidens. sermo Auer. patet. Cur aūt id indiuisibile sit inseparabile. Them. exponit, quod propter duo. primo quia non potest separatim subsistere: vt pythagorici forte dixerunt, neque separatim intelligi, vel significari, quoniam cum sit priuatio, non pōt sine habitu intelligi, & sic inseparabile dicit. Et hoc indiuisibile§ Ostendit officium illius indiuidui, & inquit. Et hoc indiuisibile existens in his rebus facit longitudinem esse vnā, & tempus esse vnū, & hoc probat per impoīe, & inquit. Et si nō, nō intelligeretur hic vna longitudo, neq; vnum tps, si non esset hæc. nam in eis destruas oīs, sed supple quodlibet horum intelligit, vt vnum. Tunc dat oppositum antecedentis, & inquit. Hæc igitur natura est causa in hoc, quod istæ res sunt vnæ.

Dubitatio. Sed dices, ergo illę res, in quibus est hoc indiuiduū, erunt indiuiduæ simpliciter.

Solutio. Apponit quoddam verbum ad huius solutionem, & inqt. Cum hoc quod sunt diuisibiles. q. d. & si ita sint, possunt tamē esse potentia diuisibiles.

Dubitatio. Sed dices nunquid hæc indiuidua sint etiam diuisibilia aliquo modo?

Solutio. Rñdet & quia hęc indiuidua sunt in istis rebus, ideo contingit eis, vt sint diuisibiles per accidens. punctus. n. & instans, & vnitas sunt per accidens diuisibiles, quoniam sunt in re diuisibili, vel quia dicunt attributionem ad rem diuisibilem. sic. n. Auer. vult de intelligentijs prædicari diuisibile. 8. Phy. & ex hoc concludit veritatem verbi Arist. & inquit. & ex hoc quod hæc natura est existens in rebus materialibus est cā quod intelligere fuit in non tempore.

Commen. 32. Et ista natura.§ Ostendit quo pacto hæc natura indiuidua est cā diuisionis per accñs etiam, & inqt, & ista natura existit eodem modo. s. in tēpore, & in longitudine, & in alijs spēbus. dico eodem modo. s. non separabilis ab eo, in quo existit, quia si separat, tunc diuisio per accidens non accideret. Debes scire, quod puncti existentia in continuo est causa diuisionis per accidens, & indiuisionis per accidens eodem modo, nec inconuenit idem esse cām duorum oppositorum per accidens: vt perspicuū est. Debes scire forte secundum Auer. quod quemadmodū vna est natura priuationis, & subiecti secundum rem: licet sit dr̄ia in modo, sic eadē est natura puncti & lineæ; lineæ & superficiei: superficiei & corporis. Similiter & eadem natura ipsius nunc & tēporis, quoniam indiuisibile est priuatio diuisionis, diuisibile ponit id quod priuat indiuiduum, & sic tps est actū extra aīam diuisibile. attamen vt considerat ab intellectu, efficit indiuiduum, & instans, & sic tēpus, & instans sunt vnū in actu extra aīam, & duo in potentia, vt in anima. Et hæc

Commen. 200. Cō.46.33.76. Commen.65.

videtur sententia Auer.4.Physi.& in 6.Phy.& 8.Phy.Similiter punctus & linea sunt vnum in actu extra aiam, sed in aia reducuntur ad duo in potentia: prout intellectus cōsiderat vnum sub modo vno,& non alterū, & sic de alijs dicatur, & de hoc alibi diximus. Sed dubitatur,qm̄ Auer. vult ꝙ magnitudo sit vna propter punctū, tempus vnum propter instans. Sed Them. vult ꝙ hmōi cōtinua sint vna propter vnitatem, quæ eodem modo est in eis, & per ꝯns contradictio. Amplius dubitatur,qm̄ tūc numerus seu multitudo nō posset intelligi,vt vna, cuius oppositū videtur.

Dubitatio. Cap.43.

Responsio. Ad primum dicendum, ꝙ quodlibet continuū est vnū vnitate formaliter & proprio indiuiduo materialiter seu fundamentaliter.v.g.dies formaliter est vnus vnitate; fundamentaliter vero instanti:ad quod partes eius copulanť, similiter magnitudo formaliter est vna vnitate, sed fundamentaliter est vna puncto, ad quod eius particulæ cōicāt. Them.ergo loquitur de vnitate formaliter,& Auer.fundamentaliter:vt perspicuum est. Ad scd̄m Them.innuit responsionē ꝙ etiam numerus est vnus ab vnitate.v.g.binarius ab vltima vnitate.& alij similiter, & sic pn̄t intelligi sub rōne vnius. Postremo quærit Egid. vtrū omne vnum ꝑm formam sit vnum ꝑm cōtinuitatem. Rn̄det ꝙ bene, oē vnum cōtinuitate est vnū forma, sed non econtra, ꝑ duas instātias,prima est de exercitu,scd'a de aiali: cuiùs esse est vnum forma,non tn̄ vnum cōtinuum.vide eū, quia aperte loquitur. Sed ambigo in eius verbis, quia cū quātitas sit duplex apud Arist.in lib.de cā motuū aialium,& 2.Perigeneseos.s.molis & perfectionis, similiter & cōtinuum duobus modis.s.mole & perfectione,quæro quo pacto aial sit vnum,vel præsentaliter, vel trāscendenter,si præsentaliter ergo & continuū præsentaliter,si transcendenter, ergo & transcendenter continuū,& sic dicendum ꝙ omne ꝑm formam vnū est continuum secundum formā, attamen Arist. vult ꝙ non omne vnum ꝑm formam sit vnum & cōtinuum secundum molem.Et hoc satis est,& hoc forte intelligere vult Egidius.

Dubō Egid. Responsio.

COMMENTARIVM.

ET scientia, Auer. aliter textum exponit, & cõtinuetur sic, cum dedit secundam differentiam inter operationẽ intellectus agentis, & intellectus potentiæ, nũc dat tertiam. & inquit: & scientia, quæ est in actu in intellectu agẽte, est ipsum scitum. essentia enim dei est sibi & alijs scientia, vt diximus, & scia quæ est in potentia. i. illa intellectus mãlis, est prior tempore indiuiduo: q̃ scientia, q̃ est in actu, prius enim nobis inest scire rerum materialium, quod est diuersum ab essentia agentis, & post scimus per essentiam agentis. Vniuersaliter aũt simpliciter, id est absolute scientia, quæ est in potentia, non est prior scientia, quæ est in actu. Et syllogizatur hoc sic, oẽ generans est prius genito. sed scientia in actu est generans scientiã in potentia, ergo scia in actu prior est scientia in potentia. Minor probatur sic. omne generatũ generatur ab eo, quod est in actu suæ speciei, sed scientia exiens de potentia ad actum est generata: ergo scientia exiens de potẽtia ad actum generatur ab ea: quæ est ĩ actu: quæ fuit vis minoris. sermo eius perspicuus est. Et forte. ‡ Dat secundam expositionem: quã Them. dare vr: & inquit. Et forte intendebat per hunc sermonem inuenire cãm: propter quã comprehensio intellectuũ separatorum est formatio tãtum: id est simplex. & veritas in eo nunquã admiscetur falsitati. Et est. ‡ ratiocinatur cãm sic: scientia quæ est idem cum scito: est simplex: & formatio tm̃, sed scientia separatorũ est illa quæ idem est cum scito: ergo est formatio tm̃: & c. dicit & est quia scientia illorum est ipsum scitum omnibus modis. hæc est minor. ecõtrario dispositioni in scitis intellectus materialis: vbi non sunt idem: vt patet. Sed quæres propter quid in illis omnis intellectio est formatio tm̃: Secundo, cur veritas ibi non admiscetur falsitati: vt. d. Auer. Ad primum debes scire: q̃ quidditas rei materialis abstractæ, concepta est formatio intellectus materialis nostri: sed quia quælibet intellecta separata est abstractior quam quælibet quidditas: cum sit per essentiam vniuersalis: & per consequens per essentiam forma, tunc quælibet ergo illarum intellectui proprio erit formatio tm̃. quælibet ergo intellecta separata: quia p essentiam abstracta: ac per essentiam vniuersalis: ac per essentiam forma, ideo per essentiam formatio, & per consequens tm̃ incomplexe intelligitur ab intellectu proprio, vel intellectu infimo. Ad secundam quidam dicunt, quia ideo ibi semper est veritas, qm̃ intellectum, & intellectus idem, & per ɔ̃ns nunquã potest esse disproportio, sed semper conformitas, & identitas. Melius aũt est, vt Themistius dicit, quia illorum intellectio semper est formatio: vt nunc probauimus. & quia semper formatio, tunc intellectio illorum abstrahit à materia propositionis & trãsmutationis. ergo veritas illorum est pura, & non habens potentiam ad falsitatem. Declarauit enim Auer. primo Cœli, quòd compositum dum est, est potentia non esse, & dum, non est: est potentia esse. quia igitur in illis intentio est formatio, ideo non est ibi potentia ad falsum, neque ad verum, sed vera semper. Et alia, vide in primis editionibus.

Cap 45. *Dubitatio iunioris.* *Responsio.* *Commen. 45.* *Cõmen. 131. et 119.*

COMMENTARIVM.

Prima Philoponi expositio.

SECVNDVM Philoponum: Cum Arist. posuit differentias inter intellectum qui versatur circa simplicia: & intellectum, qui versatur circa composita, nunc ponit differentias inter intellectum, q est actu, & intellectum qui est potestate, & sunt duæ differentiæ ẽm Philop. Prima quidem, quia intellectus, qui est actu est ipsæ res, quas intelligit. Qui vero potestate, non est ipsæ res, nisi intellexerit ipsas. Hanc ergo differentiam dicit, idem autem est, quæ secũdum actum scientia hoc est intellectus, q est actu scia, cum re ipsa, quam scit. Intellectus vero potestate supple, non est ipsæ res, nisi intellexerit ipsas. Secunda differentia est, q̃ intellectus potestate in particulari tempore præcedit illum qui est actu. In toto tempore vero non precedit. Oportet enim semper esse, id quod est actu, vt reducatur id quod est potestate de potentia ad actum, & hãc ponit. Quæ vero ẽm potentiam, prior est in vno, hoc est in particulari tempore. Omnino autẽ. s. in toto tempore, neque tempore prior est, sed potius posterior, sunt enim ex actu existente omnia quæ fiunt. Quo vero ad verba attinet, cũ Arist. d. ‡ Cum re ipsa ‡ intelligit scibile ẽm Philoponũ, per scientiam vero actu, intelligit intellectum actu scientem, qui fit idem scibilibus mediante eorũ scientia, vt dicit Philoponus. Secundam differentiam Philoponus aliter intelligit. Vult enim q̃. 2. differentia sit q̃ scia quæ est potentia, hoc est intellectus potẽtia tempore prior est in vno indiuiduo intellectu actu, qm̃ respectu vnius hoĩs prius inest intellectus, qui potestate est, q̃ intellectus actu. omnino aũt, vt habet vnus textus, vel simpliciter, vt hẽt alius textus, id qđ est potestate non est prius eo quod est actu: hoc est in mundo vl̃r quod potestate est, non est prius eo quod actu est: immo potius qđ actu est in mundo est prius eo, quod est potestate, cum id quod est ptãte nõ reducatur ad actum, nisi ab eo quod est actu. ergo vult intellm̃ potestate esse priorẽ intellectu actu respectu vnius hoĩs. & cũ sumuntur & intellectus, at cum sumuntur sub rationibus generis. s. patientis & agentis, in mundo agens prius est patiente. Et sic patet secunda differentia. Hæc sunt q̃ Philo. dicit: verum non exponit quid Arist. per intellm̃ in actu, quẽ sciam in actu vocat, intelligat. Sed dubitat Alex. q̃a has easdem dr̃ias Arist. supra tetigit ad verbũ. ergo frustra repetit. Concedit Philop. has easdem dr̃ias superius tetigisse Arist. non tñ frustra fecisse, qm̃ hic repetit vt summatim per modum epilogi colligat oẽs dr̃ias omnium intellectuũ. Simplicius aũt refert hæc ad intellectũ agentem, intelligit. n. per actu sciam intellm̃ agentẽ, & per potentia sciam, intellm̃ potẽm. quare voluit per actu sciam intelligere intellectum agentẽ, quem dicit esse idẽ cũ re scita: per sciam vero potentia intelligit intellm̃ materialem, q non est idẽ rei scitæ. iste tamen est prior agente, respectu vnius hominis, quia prius inest illi, licet agens sit simpl̃r prior. Quod vero respectu vnius sit prior, probat, q̃a simpl̃r semper intellectus est oĩa sciens, cum homines sciant non de nouo, sed ex scientia habita. Quærit postea quare hæc repetit, cũ hæc eadem iam dixerit prius, & cãm assignat: quia illic locutus est de intellectu vt forma est, hic vero de intellectu agente, vt scientia est. Ego vero non possum, quæ Simplicius. d. bene apprehendere. non enim video qũo hic loquitur de intellectu, vt scientia: & illic de intellectu, vt forma: cum verba fere eadem hic, & ibi afferat Aristot. Propterea melius dico q̃ Arist. repetit ipsius intellectus in actu illas duas conditiones, quas superius attulit, & intelligit per scientiam in actu, intellectum, qui est sciens in actu, & per scientiam in potentia, intellectum qui est sciens in potentia. Dicit ergo, idem aũt est ea scia, quæ actu est ipsi rei scitæ, id est actu sciens aliquã rem idem est illi rei scitæ, est idem, id est simul est cum re scita. Quæ vero secundũ potentiam, id est sciens ẽm potentiam, tempore prior est in vno. omnino autẽ & simpl̃r, neque natura, neque tẽpore prior est ipso scibili: ac ipso actu sciente: & assignat cãm, cum inquit. nam omnia quæ fiũt, sunt ex actu ente, & sic licet puer tempore sit prius potentia sciens q̃ actu sciens, simpliciter tamen sciens actu, est prius sciente potentia. Non enim põt potentia sciens, effici actu sciens, nisi præsupponat actu sciens, à quo extrahatur de potẽtia ad actum. ergo scibile actu & sciens actu priora sunt ipso potestate sciente omnino ac simpliciter. Auer. male verba Arist. hic intelligens colligit intellectionem intellectũ separatorum nõ esse nisi simplicem quæ dicitur formatio. Occasione aũt eorũ quæ Auer. ait, nõnulli dixerũt Deum & substantias separatas, non intelligere enuntiabilia atq; cõplexa, sed solum simplicia: & eorum argumentum est, quia quidquid intelligunt, aut est illorum essentia, aut intellectione suæ essentiæ. ergo solum simplicia asserũt substãtias illas intelligere. Verũ de re hac perpulchre ĩ theologicis: propterea omittens ea, quæ illic prolixe diximus, pro nunc dicẽdum Deum intelligere, & simplicia, & enuntiabilia, qm̃ essentia Dei est distinctissima similitudo simpliciũ oĩum, & oĩum enuntiabiliũ, cũ sit oĩum distinctissima cã. Propterea dicẽdũ Deũ intelligere enũtiabilia, posse dupl̃r intelligi, aut enuntiabiliter, h̃ est ɔponẽdo, & diuidẽdo, vt nos intelligimus, & hoc pacto Deus enũtiabilia nõ intelligit, nõ. n. ɔponit, aut diuidit, & si sic intelligãt isti: non male dicũt. Alio mõ põt intelligi Deum appræhendere

Tex. cõm. 19. *Expõ Simplic.* *Quæ expositio Simplic.* *Expõ propria.* *Quæ Auer.* *An Deus complexa intelligat.*

dere enuntiabilia inenuntiabiliter, quia cognitione simplici suæ essentiæ, & sic Deus appræhendit enuntiabilia: non tamen enuntiabiliter, q̃m appræhendit illa simplici appræhensione suæ essentiæ, & per ꝯñs composita appræhendit simpliciter, & enuntiabilia inenuntiabiliter, multa, & pulchra illic diximus quæ si leges, non displicebunt. Ex his patet, cur hic repetit conditiones intellectus in actu: cum .n. locutus sit de conditionibus intellectus in actu, quando actu scit simplicia quæ sunt propria obiecta intells: ne quis credat illas conditiones solum esse veras de intellectu in actu: quando actu sciens est propria obiecta, ostendit easdem conditiones esse veras de intellectu in actu, q̃n actu scit obiecta extranea: quæ sunt ipsa cõplexa. Quærebamus cur simplicia dicuntur obiecta naturalia intellectus, complexa autẽ extranea: & diximus in collectaneis, quæ non sunt pueriliter dicta: tamen nũc dicerem, simplicia esse obiecta naturalia intellectus, sicut colores visus: q̃m circa illa intellectus non potest esse falsus: extraneari.n. videtur intellectus ab eius natura, cum intelligit falsa, cum intelligere falsum non sit intelligere, sicut errare circa visibilia, non est videre, quia igitur intellectus circa simplicia non potest esse falsus, videntur illa sibi naturalia obiecta, quia vero circa ipsa complexa potest esse falsus, circa ea quodammodo videtur extraneari, quare non iniuria obiecta extranea dicẽda erunt complexa ipsa. Ex his patet ꝙ ea, quæ hic Arist. d. de intellectu actu sciente, non differunt ab eis, quæ superius dixit. Intelligit.n. per actu scientiam, intellectum actu sciẽtem, & per potestate scientiam, intellectum possibilem, vnde nõ ab ratione Philop. vult eundem esse intellectum actu scientem, & potestate scientem subiecto, rationẽ vero differre dictis differentijs.

Cur repetit cõditiones intellectus in actu.

De obiectis extraneis.

Tex. cõ. 29. 28.

ARGYR.

Sensibile aũt: ad actum ex potentia sensitiuũ ipsum deducere, actuq; videtur efficere. non.n. patitur ac alteratur. Quapropter, alia quædam est hæc species motus. nam motus actus est imperfecti. At actus simpliciter, qui quidem est rei perfectæ, alius est omnino diuersusq; ab illo. Sentire igitur, ipsi dicere solum ac intelligere simile est. Cum aũt sensus iocundum aut molestũ discernit: quasi affirmauerit aut negauerit, tum persequitur aut fugit.

Tex. cõm. 28.

Videtur autem sensibile quidem ex potẽtia existente sensitiuo: sensitiuum actu facere, nõ.n. patitur, neque alteratur. Vnde alia est hæc species motus. Motus enim imperfecti actus est. Simpliciter autem actus alter est, qui perfecti. Sentire quidem igitur simile est ipsi dicere solum & intelligere. Cum autem delectabile, aut triste fuerit quasi affirmans, aut negans: prosequitur aut fugit.

COLLEC. *Tex. cõm. 28.*

Sicut Simpl. dicit: intellectus duobus modis est. s. speculatiuus, & practicus: speculatiuus quidem, vt veritatem sciamus. practicus vt bene operemur. cũ ergo egit de intellectu speculatiuo, nunc de practico loqui vult. & quia omnis cognitio de intellectu habetur per simile in cognitione in sensu, ideo quemadmodum tractans de intellectu speculatiuo incepit sermonẽ de sensu, sic & nunc incipiẽs de practico incipit de sensu. est tamẽ differentia, q̃m in tractando de intellectu speculatiuo vsus est sensu: vt cognitiuo. nunc vero tractãs de intellectu, vt practico, vtitur sensu, vt iocundi, & tristis perceptiuo. Inquit. Videtur autem sensibile actu agens reducens organum ex potentia sensitiuo ad actum sentiendi. ergo tetigit tria in sensatione, organum, quod sensorium dicitur, sensile, quod tanq̃ agẽs videtur. genus sensationis. s. passio, quæ peruenit in sensorio ab ipso sensili. sed adijcit § videtur § quia sensile non est vere agens, nec sensorium vere patiẽs, nec sensatio vere motus. Et reddit rationem, quæ potest sic ordiri: Nulla mutatio, cuius subiectum vere non alteratur, neq; vere patitur, est motus. Tunc adijcit minorem, & inquit. Nõ.n. patitur, neq; alteratur sensorium vera alteratione. Dedit conclusionem. & inquit. Vnde alia hæc species motus, & non vere motus. Motus.n. § Põt esse probatio minoris, vt Simp. placet, & p̃t esse alius syllogismus: vt est melius, q̃ sic componitur, oĩs motus est actus imperfecti, sensatio non est actus imperfecti. ergo sensatio nõ est motus. Accepit minorem, & inquit. Motus.n. actus imperfecti. hęc est minor. Adijcit propositionem aliam, q̃ superfluit ad syllogismum: licet sit vtilis ad terminos, q̃a explanat quid sit actus perfectus, & inquit. Actus qui perfecti est simpliciter alter, & actus diuersus ab actu imperfecti. Ex his apparet quo pacto sentire non sit simile motui imperfecti, sed actus perfecti. Sentire quidem igitur. § Conclusit ꝙ sentire nõ est motus, nunc colligit qualiter sensus duobus modis se habet, & qualiter cõparatur intellectui illis duobus modis, & inquit. Sẽtire quidem igitur absolute vt cognitio simile est ipsi dicere solum. i. ipsi conceptioni simplici, & pro id est ipsi intelligere. i. ipsi speculationi: & p ꝯñs sensus, vt cognitiuus tm̃, intellectui speculatiuo similis est, quando autem delectabile aut triste, velut affirmans, aut negans, sensus prosequitur aut fugit, tũc similis est intellectui practico: quando.n. percipit delectabile q̃a prosequitur: ideo affirmat. quando percipit triste, quia negat, fugit. ergo vt iocundi vel tristis perceptiuus, similis est intellectui practico, qui est, vt bonum vel malum agamus. Hęc est expositio literæ secundum græcos expositores.

Commen. 28.

PLVS quod hic. Apponit partis intentionem, & inquit. Plus quod hic vult declarare de dispõne istius virtutis. s. rõnalis, est propter assimilationẽ eius sensui. vult dicere ꝙ ea, quæ facturus est de intellectu, declarabit per ea, quæ sunt in sensu: q̃m in quibus assimilatur manifestiora sunt in sensu q̃ in intellectu. & incepit (inquit) primo comparare eas in re, q̃ dicitur in eis motus: aut passio. i. cõparare in genere: & non in specie, an sensatio dicatur motus & intellectio. Et quia videmus. § Cõclusio est, prima sensatio nõ est motus alterationis. Et syllogismus est, nullus motus sine exitu de potentia ad actum, & sine præuia dispositione est alteratio. sensatio est motus sine exitu de potentia in actum, & sine præuia dispositione. ergo sensatio non est alteratio. Huius accepit minorem primo. ibi vero § ideo opinandum § accepit conclusionẽ, & sermo est perspicuus. Quapropter non. § Dat quasi secundam conclusionem, quæ est, ꝙ intellectio nõ est alteratio, & primo arguit quasi loco à maiori, q̃m magis sensatio videtur alteratio: & non est, q̃ intellectus. ideo ait. Quapropter nõ est inopinabile h̃: quod dictum est in intellectu. s. ꝙ est exitus de potentia in actum sine transmutatione & alteratione. Et causa. § Idem probat sic, nulla actio perfecta est alteratio. omnis intellectio est actio perfecta. ergo nulla intellectio est alteratio, inquit. Et causa, propter quam isti motui. s. physico, contingit transmutatio: & alteratio, illi autẽ. s. intellectioni non, est: quia iste motus, cui accidit transmutatio, est actio non perfecta, & via ad complementum, ille autem est actio perfecta, immo complemẽtum, & hæc fuit vis minoris. Et quasi. § Hec est tertia quasi ratio, quæ sic componitur. Omnis actio, cui per accidens gratia materiæ accidit transmutatio, ẽm se est libera à trãsmutatione, sed intellectio actio est, cui accidit transmutatio propter materiam, ergo ẽm se est actio libera à transmutatione, & sic actus perfecti. Primo ponitur minor. secũda ibi. § Et cum hoc. § Ponitur maior, tertia ibi. § Quod.n. accñs § declaratur maior & sermo patet. Et hoc quod induxit. § Quod antiqua est. Omne recipiens, vel est materia: vel in materia. sed intellectus potentiæ, nec materia, nec in materia. ergo intellectus potentiæ non recipit. Hæc.n. quæstio maxima est, ponere.n. receptionẽ sine materia vel impossibile, vel difficile est intelligere. Et quasi innuit solutionem. § Soluit q̃onem, & vult ꝙ duplex sit receptio, quędam indiuidualis, (& hæc est physica, & realis.) Quædam vniuersalis, (& hæc est intẽtionalis.) intellecta.n. recipiuntur in intellectu non vt accidentia, vt diximus, sed vt formæ in proprio subiecto intẽtionaliter, & vniuersaliter, vt dictum est sæpe. Ad formam negatur maior, quia materia est causa transmutationis, & receptionis trãsmutabilis, & non spiritualis. Similiter negatur minorem. intellectus.n. potentiæ est materia intelligibilium. & si non sit materia rerũ: est materia quidditatũ rerum, & intentionum oĩum rerum. Multa diximus de his in primis editionibus, & in

lib.

lib.de intellectu,nunc tm̃ quid Auer. opinetur adijcimus. vult.n.Auer.ꝙ quælibet itellecta inferior sit subiectum & materia superioris intellectus:nõ quidem ita ꝙ intellecta superior sit accidens infimę,nec substantia,sed est intétio: & intellectio ei.Et hæc receptio appellatur simpliciter & vr ab Auer.& hoc pacto intellectus materialis,qui est infimus abstractorum, est materia omnium separatorum, & omnium formarum materialium intétionaliter,& intelligibiliter,non ꝙ intentiones rerum sint accidentia intellectui,sed sunt intentiones,& scientiæ illi. quidditas.n.lapidis est res intellecta,& intellectio intellectui, quéadmodum intellectus superior est intellectum & intellectio respectu inferioris.& sic Ioan.& alij,qui ponit spés intelligibiles esse accidentia animæ,non intelligunt verba propria.& dedimus contra hos fortissimas rationes in lib. de intellectu. Et cum declarauit.§Ponit intétionem dicendorum,& adijcit duas alias conuenientias inter intelligere,& sentire, & sic erunt tres.prima ergo est : quia neuter horum est alteratio:vt visum est.Secunda est,quia tam sensatio,q̃ intellectio sunt in nõ tpe,vt visum subito. Sed dices dicere per verba fit in tempore. Respondet Them. supra ꝙ h est verũ ex parte prolationis,sed ratione recipientis ipsum intelligere fit subito.vide. Si igit.§Tertia conuenientia est,qm̃ tam sensus q̃ intellectus affirmant vel negant,qm̃ sensus circa iocundum affirmat prosequẽdo,circa triste negat fugiendo,quia omnino intellectio & sensatio coeunt in his tribus,vt vides. Dubitatur hic (& satis subtiliter,)quid sit intellecta respectu intellectus potétię. Rñdet Ioan.ꝙ sunt accidentia intellectui, quæ corrumpuntur & generantur ad corruptionem & generationem phantasmatum.& h videtur intellectio Them. & Alex. & Simp. Et arguit pro Ioan.qm̃ quæ adueniunt alicui post esse completum sunt accidentia,vt primo physi.accipi põt Amplius vel suba vel accidens . non suba,ergo accidens Rursum q̃ continue fiunt, ipsi intellectui erunt omnino. & desinunt in aliquo,illo remanẽte in suo esse primo,sunt accidentia pura illi. Dicendũ verius ꝙ hmõi intellecta neq; sunt accidens,nec suba. intellecta.n.prima est forma oĩum aliarum apud Auer.& oẽs alię materię,& tñ nec est substantia,nec accidẽs alijs , vt perspicuum est apud eum.

Dubitatio. *Solutio.* *Dubitatio.* *Positio Io.* *Commen 69.* *Põ propria.* *Solutio alia.*

Ad primum dicendum,ꝙ maior debet intelligi de his q̃ adueniunt alicui realiter,& non spiritualiter, color.n.nec est accidens,nec substantia sensorij, sed intentio compræhensa.& sic intellecta maiori negatur minor. Ad secundam neq; substantia,nec accidens : licet concedã,ꝙ omne intellm̃ sit vel substantia vel accidens,nõ tamen respectu intellectus erit substantia vel accidés,cum respectu illius non sit nisi intentio,& non res,quemadmodum Deus ẽm rem est vel substantia,vel accidens, tñ respectu intelligentiæ infimæ nec substantia,nec accidens,sed intentio compræhensa. Ad tertiam dicendum ꝙ minor falsa est. immo intellecta sunt semper in intellectu apud Auer. nec fiunt, nec generãtur de nouo,sed hæc est innouatio respectu nostri tantum, vt in lib. de intellectu dictum est . plura diximus in lib.de intellectu,& tu vide.

COMMENTARIVM.

SECVNDVM Simpł. Arist. nũc agit de practico intellectu. Secundum vero Philop. Arist.iterum colligit differentias inter practicum intellm̃ & speculatiuum,& sunt quatuor. prima ꝙ practicus intellectus semper circa particularia versatur . speculatiuus circa vlia & particularia. Secunda dr̃ia est,ꝙ practicus semper phantasia vtitur, speculatiuus vero non semper.Tertia differentia est,ꝙ in speculatiuo quidé veritas,& falsitas est,in practico vero,bonum & malum.Quarta dr̃ia est,ꝙ speculatiuus sine appetitu agit veritatem solam,& falsitatem cognoscens, practicus vero cum appetitu agit,cum noscat quale quidem bonum,qualeúe malum sit. Vtrum vero intellectus practicus & speculatiuus idem sint,Philop.asserit eos esse subiecto idem,habitudine differre. Alij vero dixerũt esse diuersos quia voluerunt intellectum speculatiuum esse noeticum intellectum,practicum esse dianoeticum,vt Auer. dixit superius,& Simpł. Sed quia de hoc erit sermo,pro nũc sit dictum intatum.Verum quo pacto hæ dr̃iæ colligi possint,& in qbus verbis Ari.non parua difficultas est. Propterea alij non imperiti voluerunt Arist. hic facere cõparationes inter intellectum,& sensum, & ita reducũt verba Arist.ad 12.inter intellectum & sensum comparationes,q̃ expositio non leuis est,propterea quid in fine sit dicẽdum, replicabimus. Dicamus ergo ꝙ volens Arist . describere ac exponere intellectum practicum, vel ponere dr̃ias inter intellm̃ practicum & speculatiuũ,anteq̃ hęc aggrediatur,aliqua præassumit de sensu.Et vt Philop.dicit,propter duas cãs,aut quia sensus & intelłs sunt similes quãtum ad eorum immediatas operationes,aut quia oĩa quæ declarauit de intellectu,delectatus est illa declarare exemplis sensus,quæ Simp.ét asserit. Sed nec Simp. nec Philop.verbis Ari.formã tribuerũt. Propterea debes scire sensum vtriq; intellectui esse per similé. Sensus,vt cognitiuus ipsius sensibilis in se similis est intellectui speculatiuo,qui contemplatiuus est entis absolute.Sensus vero vt perceptiuus rei tristis vel delectabilis similis est intellectui practico boni ac mali perceptiuo . Repetit ergo primo similitudiné inter speculatiuum intellm̃,& sensum sensibilis absolute cognitiuum. Secundo inter intellm̃ practicum boni & mali perceptiuum,& sensum tristis ac iocundi appręhensiuum. Declarans vero primam similitudinem, repetit quæ dixit de ipso sentire. Vbi annotatione dignum est,in ipso sentire tria esse,sensibile,sensitiuum,& sensationem.Exponit ergo primo quid sit sensibile vt ex hoc habeat quid sit sensitiuum,& dicit,ꝙ videtur sensibile quidem,quod facit sensitiuum actu sentiens,illud facere ex potentia existéte sensitiuo.Ergo sensibile est quod facit sensitiuum de potétia ad actum per se,& nihil plus per se.Ex hoc vult habere q̃d sit sensitiuum.nam si sensibile est quod facit sensitiuum de potẽtia ad actum & nihil plus erit ipsum sensitiuum,quod à ipso sensibili fit de potentia actu sentiẽs,& nihil plus,& sic patet quid sensibile,quidúe sensitiuum sit.Quod autem sensibile faciat sensitiuum actu sentiens & nihil plus, nisi forte per accidẽs,probat & dicit, q̃a dum sensitiuum actu sentiẽs fit à sensibili, solum fit actu sentiens & nõ patitur, nec alteratur. Dixit§nõ patitur§.s.corruptionem alicuius formæ. Dixit§non alteratur§.s.in aliquo suo accidẽte,nisi per accidẽs ratione instrumenti, & q̃n obiectum fuerit ei improportionatum . Ex his procedit ad declarãdum quid sit sensatio,& vult,ꝙ sensatio,qua sensibile agit in sensitiuum,est alia motus spẽs ab eis,quæ in physicis dictę sunt, & quasi æquiuoce dicitur.Quod probat quia motus,vt 3. phicorum dictum est,est actus imperfecti.siquidem mobile,cuius motus actus est imperfectum quid dr̃:quatenus.s. in potentia est ad vlteriorem perfectionem,priorem perfectionẽ deperdendo . Sensatio vero q̃ perfecti actus est, alter motus est specie,quasi æquiuoce dictus. Sensitiuum .n.cum ab ipso sensibili deducitur ad actum,non deperdit aliquid,perfectum.n.est,& idem actu manens,nihil ob sensationem amittens,sed perfectionem agens . Ex his patet quid sit sensibile,quidúe sensitiuum,& quid sensatio. His declaratis ẽm Philop. ponit dr̃iam inter intellm̃ speculatiuum,& practicum:vel dicamus ꝙ his declaratis,declarat similitudinem,quæ est inter intellm̃ speculatiuũ , & ipsum sensum (vt ita loquar) speculatiuum : verius cognitiuum. Et hanc ex operationibus indicat,cum dicit.Sentire quidem igitur.s.speculatiuum siue cognitiuum simile est ipsi dicere solũ,& ipsi intelligere speculatiuis . Ipsi dicere speculatiuo quidem,q̃n intellectus cõposita intelligit cõponendo vel diuidendo. Ipsi vero intelligere,q̃n intellectus intelligit simplicia,nec cõponendo,nec diuidẽdo.vtrunq; .n.intelligere est simile ad sentire cognitiuum,siue speculatiuum,quod est circa sensibile absolute,non vt triste vel delectabile versatur,sed tm̃, vt sensibile siue sit per se, siue per accñs. Est.n.apud sensum sensibile per accñs,vt cũ album hominem vel album æquum sentimus , & hoc simile est ad ipsum dicere speculatiuũ intellectuale.Est apud sensum sensibile per se,vt cum album vel nigrum sentimus,& hoc simile est ad ipsum intelligere speculatiuum simplex.

Cõ. 20. in fine.

Hactenus prima similitudine,quæ est inter sensum speculatiuum,& intellm̃ speculatiuum. Deinde assignat secundam,quæ est inter sensum(vt ita loquar)practicũ,& intellectum

lectum practicum, & dicit. Cum vero sensus noster quasi affirmans delectabile prosequitur, aut cum fuerit negans tristabile fugit. Et per hoc vult habere esse similem intellectui practico, qui affirmans bonum, concludit esse agendum, affirmans malum concludit esse fugiendum. Ex his patet duæ similitudines, quarum altera est inter sensum vt theoreticum, & intellm vt theoreticum. Altera vero inter sensum vt practicum, & intellm, vt practicum. Ex quibus vlterius colligi pōt prima dria, vt Philop. asserit. s. ꝙ speculatiuus intells versetur circa vlia, practicus circa particularia. nã speculatiuus est similis sensui speculatiuo, qui versatur circa sensibile simpliciter: posterius vero est similis sensui practico, qui versatur circa sensibile contrarium. Quæret fortasse quispiam, & quidē non ab ratione, vtrum sensatio sit motus, q̄ qō de intellectione habet locum etiã.

Dubitatio vtrũ sensatio sit motus.

Quæ Egid.

Egid. rñdet sensationem nec esse alterationē, nec passionem, nec motum. Et duabus rōnibus mouetur. prima quidem, ꝙ in oī motu est deperditio alicuius prioris formæ, at in sensatione nihil deperditur, sed aliquid acquirit. Secunda vero. ꝙ oīs motus est successiuus, sensatio vero non est successiua, sed subitaria. Sed videtur sensationem esse motum, qm̄ Arist. vbiq; definiens motum, ait motum esse actum entis in actu, sed non ẽm ꝙ in actu, sed ẽm ꝙ in potentia. At sensatio est actus sensitiui quod est in actu, sed quatenus illud est in potentia ad sensationem, vr̄ ergo motus. Rōnes vero Egidij friuolæ sunt, prima quidē probat sensationē non esse motū corruptiuum, qua aliq̄d abijciatur ab ipso sensitiuo, & hoc concedimus. Secūda vero friuola est, quia nec successio sufficit ad rōnem motus. quippe cum formæ elemētariæ successiue inducantur, quarum successiua acquisitio non est motus, successio ergo nō ponit aliquid in specie motus, & qui sapit doctrinam Auerroicam asserere cogitur hoc. Nec subitarium tollit rōne motus, vt Auer. inquit. 8. physicæ auscultationis. nam augmentatio est subitaria, quæ tamen est vere motus & quidē vniuoce. Propterea non recedendo ab his quæ Arist. dixit superius, dicerem sensationem esse motum, non tamen corruptiuū, sed perfectiuum, qm̄ perficit sensitiuum, nihil ab eo abijciendo. Vtrum vero motus dicatur vniuoce de sensatione, & motu: verbi causa, alteratiuo, atq; deperditiuo, bona disputatio esset, & licet multifariã dici possit, vt multifariam etiam nos diximus: nunc dicerem motum dici vniuoce de sensatione, & alteratione ẽm metaphysicã rōnem, quia vterq; est actus entis potentia, ẽm quod in potentia. At ẽm rationem physicam æquiuoce dicitur: nam alteratio est actus entis in potentia trãsmutabilis vt transmutabilis: sensatio vero est actus entis in potētia, vt in potentia, ergo æquiuoce dicitur ẽm physicam rationem. Vlterius dubitabis cur motus proprie, & ẽm phicam rōnem consideratus dicitur imperfecti: sensatio vero actus perfecti. Expositor asserit motum ẽm vniuocam rōnem esse actum imperfecti, qm̄ est actus entis in potentia, vt in potentia: modo ens in potentia, vt in potentia, est quid imperfectū, at sensatio est optio sensitiui iam facti in actu p suam speciem, cum sensatio sensitiuo non competat, nisi actu existenti. Sed hæc expositio, nisi ei q̄d suppleatur: videtur ambigua, qm̄ sensatio ipsa ē sensitiui actus vt in potentia, vt dicitur in textu, alioqui non deduceretur ab ipso sensibili de potētia ad actum. Propterea debes scire, ꝙ sensatio est actus sensitiui, vt perfecti per sensationem, veluti lumen est actus diaphani actu illuminati; illuminatum. n. de inesse pōt illuminari, aut poſe est illuminari non quidē possibilitate distincta cōtra inesse, & necessario inesse, sed possibilitate sequenti inesse. & necessario inesse. Sensatio ergo dicitur actus sensitiui per sensationem perfecti, quia non in potētia ad sensationem maiorem, vel remissiorem eiusdem speciei. At motus est actus imperfecti, quia licet motus dum est actus eius, quod mouetur sit actus perfecti per motum, tñ non dicitur motum: quia tale mobile est in potentia, ad intēsiorem vel remissiorem motum, eiusdem speciei. Propterea motus ꝓprie dictus est actus entis imperfecti, quia eius quod est vlterius motu eiusdē spēi perfectibile, cum quocunq; motu dato possit dari intensior, & remissior, ẽm idem genus motus. Sensatio ergo est motus perfecti, qm̄ sensitiuum, cum sentit, non est in potētia, nisi per accidens forsitan, ad maiorem, vel minorem, sensationem, motus vero est actus imperfecti, qm̄ mobile, cum mouetur: vlterius mouebitur, vel est in potentia ad intensionem vel remissionem eiusdem. Vel facilius, & quasi ẽm idem dici pōt, sensationem esse actum perfecti per ipsam: quia quod nunc sentit colorem immediate, antea non sentiebat: nec immediate post hoc procedet ad sensationem, sed vel priorem conseruabit, vel cessat sentire. At motus est actus imperfecti, qm̄ omne quod mouetur, mouebitur, & mouebatur: quatenus mouetur: cum motus, in eo ꝙ motus nec primum, nec vltimū detur: & hoc pacto puto Thomam intelligere. De intellectione vero vtrum sit motus perfectiuus Auer. in cōmen. tenet ꝙ non: quoniam ẽm ipsum intells est substantia separata, q̄ nihil noui recipit. & siquid recipit illud est obiectiue, & non subiectiue. omne . n. vt dicit, recipiēs de nouo: recipit singulare, qm̄ sola singularia noua esse pñt. Talis autē receptionis indiuidualis causa est materia. ergo intells non potest noui quicq̄ recipere: & multa diximus in collec. expo. pro opīone Auer. at pro veritate dico intellectū posse recipere aliq̄d de nouo, & accidentia vt sæpe diximus. Ad argumētum Auer. dico ꝙ duplex est singulare alterum in esse, & representando: & huius singularis receptio, nonnisi propter mãm est. nihil. n. singulare hoc pacto singulariter recipit, nisi sit materia, vel materiale. Aliud est singulare in essēdo, quod est vniuersale in repræsentando, & tale singulare potest recipi in substantia immateriali. & hoc pacto concedimus ipsam animam singulare singulariter recipere: licet sit forma, à materia non dependens.

Solutio alia.

Commen. 25.

Quæ expositor

Dubium cōtra Thomam.

De intellectione.

ARGYR.

Atque delectari aut dolere, est operari ipsa medietate sensus ad bonū aut malū, vt talia sunt. et fuga et appetitus qui est actu, hoc sunt & non aliud est appetitiuum, aliud fugitiuum: nec alia sunt ista à sensitiuo, quanquàm ipsorum ratio non est eadem, sed diuersa.

Tex. cōm. 29. Dolere. Tristari. Mediente. Medietate. τοῦτο hoc idem

Et est delectari, & dolere operari sensitiua medietate ad bonum, aut ad malum, inquantum talia. Et fuga igitur & appetitus qui est secundum actum: hoc sunt: & non aliud est appetitiuum & fugitiuum, neque abinuicem, neque à sensitiuo: sed esse aliud est.

COLLEC. Tex. cōm. 29.

Tria sunt ex parte sensus: vt Simplicius dicit. s. sensatio. Secūdo, lętari vel tristari. sensatio. n. prior est passione, est . n. possibile aliquid sentire, siue tristari, aut lętari, sed delectari, aut lætari sine cognitione impossibile. In tertio ordine est appetere, vel fugere. i. ꝓsequi delectabile, & fugere tristans. fuga quidem & prosecutio non passio. sed actus. sentire. n. iudicium est, lætari, aut tristari pati, sequi vel fugere actus. fuga quidem actus fugiendi, prosecutio vero actus sequendi. ergo primo est iudiciū, deinde passio, tertio actus. Et hæc Arist. denotauit, & inquit. Et est delectari, aut tristari agere. i. pati sensitiuum medians. i. sequēs. ad iudicium sensitiuæ, ad bonum, & ad malum. inquantum talia. s. iocundum vel triste. & dixit § inquãtum talia vel eiusmodi § qm̄ sensus non iudicat bonum sub ratione boni, nec malum sub ratione mali, sed bonum sub rōne iocundi vel dulcis, & malum sub ratione tristis. sic ergo tristari vel lætari sunt passiones, sequētes iudicium sensitiuum, & fuga, aut appetitus sunt hęc, quę ẽm actum, quoniam sunt actus sequentes ad passiones, & licet appetitus dr̄, & de fuga, & prosecutione, dr̄ per excellentiam de prosecutione apud Arist. Et non alterum appetitiuum. § anteq̄ assignet quid sit practicus intells considerauit: quo pacto illa tria sint, & inquit. Appetitiuum & fugitiuum non alterum in subiecto, neq; abinuicem. i. inter se. neque à sensitiuo. ergo hæc tria. s. prosecutiuum, & fugitiuum, & sensitiuum sunt idem in subiecto, & differunt secundum esse, idest rationem: cuius differentiæ signum dat Simplic, quia sensum absq; appetitu vel fuga: efficit interdum, & rursum cum appetitu solo: interdum absq; fuga, & econuerso.

Cōm. 29.

ET cōtristatio & delectatio. Declarat Auer. ordinem illorum trium, & qualiter conueniant ac differant, & inq̄t. Et contristatio & delectatio animæ est actio. i. passio ei & motus:

motus.i.mediate virtute sensibili.i.iudicio sensus. ergo est odor in his duobus, q iudicium est primo, deinde in secundo ordine est passio. Et motus.§ Et declarat quid sit hic moueri: & quo fit,&.d.& motus.i.pati eius: ex hoc modo circa bonum aut malum est, ẽm q malum est contristabile,& bonum delectabile:non ẽm q bonum est bonum,aut malum est malum,sicut est dispositio in querere,aut fugere intellectus. Debes scire,vt ex Them. excipitur: q sensus non percipit,neq; patitur à bono inquantum bonum, neq; à malo inquantum malum,sed ab his inquantum iocundum vel triste,qm̃ bonum aut malum consequunt ens, inquantum volitum,quæ sunt propria intellectui. intellectus.n.percipit ens inquãtum ens,& per ɔñs patitur ab ente inquantum bonum,vel inquantũ malum. Sensus autem quia percipit sensibile, ideo patitur à sensibili inquantum conueniens,vel disconueniens.Sensus ergo dum percipit obiectum sub ratione sensibilis neq; fugit, neq; sequitur, neq; patitur. dũ vero voluptas sensus patitur, ab eo tristatur vel delectatur. dum aũt delectatur vel tristatur sequitur vel fugit.ergo in sensu sunt tria,cognitio; quæ perficitur ab ipso sensu,vt cognoscente, & obiecto,vt percepto. passio,quæ perficitur ab ipso sensu,vt voluptate, obiecto, vt delectabili,& tertio est prosecutio & fuga,q̃ perficiuntur ab his,& eodem modo in intellectu sunt hæc tria ordine eodem.sed de his posterius dicemus. Et in hoc.§ Declarat tertium.s.fugã,& quærere,& inquit.In hoc est desiderare rem presentem,ẽm q est presens.& indiuisibilis,& fugere eam.s.desiderium sensibile,qm̃ hoc est propriũ desiderio sensitiuo.s.q non mouetur nisi cum præsentia sensati in actu.ergo fuga vel quærere sunt actus horum cum p̃sentia sensati. Econtrario.§ Adijcit drĩam aliquam,quo ad hæc in intellectu,& inquit. Econtrario desiderio intelligibili,qm̃ in intellectu fit prosecutio,vel fuga.i.affirmatio vel negatio,& nõ cum præsentiali actualitate obiecti: vt dicemus post. Et pars animæ.§ Tũc quo pacto illa tria se habeant dicit,& inquit.Et pars animæ,quæ querit & fugit,est eadem pars, non duæ diuersæ, & hoc intelligit tam in intellu,q̃ in sensu.intellectiuum.n.& volitiuum & fugitiuum,vel quæsitiuum idem sunt in intellectu, & in sensu, suo modo.sunt.n.eadem pars in subiecto, differunt autem actione,& ratione vt diximus. Debes scire,& sicut ex parte obiecti: ita ex parte potẽtiæ se habere debet,qm̃ quemadmodum vnamet rex ex parte obiecti est cognoscibilis, dolorifica: vel voluptifica, fugibilis, vel prosequibilis, sic ex parte potentiæ, flauum.n.inquantum cognoscibile est obiectum sensus:vt cognoscitiuus. flauum etiam inquantum dolorificum vel voluptificum est obiectum sensus:vt voluptiui.Rursum flauum:vt presens voluptificum vel dolorificum obiectum sensus fugientis vel prosequẽtis. hæc ergo tria sunt vna res ex parte subiecti, quia idem flauum in subiecto est cognoscibile voluptificum,dolorificum,& fugitum vel quesitum,licet sit drĩa secundũ diffinitionem. Similiter & ex parte potentiæ,eadem.n.potentia.in subiecto est cognoscens,voluptans,& prosequens vel fugiens, licet differant hac ratione,vt diximus. Similiter potest dici de intellu:vt suo loco dicemus. Hæc sunt q̃, ex Them. excipiuntur,& Alex.in suo libro de anima:& tu vide.

Cap.47. Cap.20.

COMMENTARIVM.

1. Expō Simpl.

CVM dedit similitudines inter intellectum & sensum, ex quibus voluit habere,q̃d sit perceptio rei tristis vel rei delectabilis vt cõpleat totam rõnem sensus practici. Nũc vult declarare quid passio sit, & qũo ex passione sequatur fuga vel prosecutio,vt Simpl.autumat. nã in processu sensitiuo,qñ animal fugit,aut prosequitur: tria sunt. Est primo perceptio rei tristis, vel delectabilis, q̃ nihil aliud est q̃ iudicium de re appræhensa.Secundo loco est pati tristari,videlicet,aut lætari, est autẽ perceptio prior passione. potest.n.esse perceptio rei tristis vel delectabilis sine passione.passio aũt sine perceptione minime. Tertio est prosequi vel fugere.est autem fuga vel prosecutio nõ passio, sed operatio à passione proficiscens.Cum igitur Arist. ex illis similitudinibus inter sensum & intellectũ habuit quid sit p̃ceptio rei tristis vel rei delectabilis,nunc declarat q̃d passio sit sub nomine tristari,vel lætari,& dicit. Et est delectari & dolere operari ad bonũ aut ad malum, non quatenus bonũ vel malum, quæ ad voluntatem & ad intellm attinẽt,sed quatenus sunt delectabile vel triste, quæ ad sensum pertinent.Propterea addit sensitiua medietate, & intelligit phantasiam siue sensum cõem,siue sensum exteriorem,vt postea dicetur. Dixit §operari ad bonũ aut ad malum§ qm̃ pati non est actu fugere malum,vel prosequi bonum,sed mediante passione præuia parari ad bonum assequendum vel ad malũ euitandum.Verbum.n.operari grece ἐνεργεῖν,energin latine agere, vel operari. operari autẽ dicimus,qñ paramur ad agendum. Dixit§sensitiua medietate§ quia non paramur ad bonum,vel ad malum per intellectum,sed per sensum iudicantem ac percipientem bonũ vel malum.Vnde sequitur ipsum pati præcedere fugã, vel prosecutionem,sicut potentia & præparatio actum. Propterea declarans quid fuga vel prosecutio sint dicit.Et fuga igr̃ & appetitus qui est ẽm actum hoc sunt, fuga quidẽ act⁹ eius qui passus est tristitiã: appetitus vero actus eius, qui passus,est delectationem,ergo ambo sunt operari ẽm actum, & in hoc differt à pati: quia pati est præparari ad actualem fugam,vel prosecutionem. At fuga vel prosecutio operari est ẽm actum eius,qui passus est. Et propterea dicit,& fuga igitur,quæ est ẽm actum,& appetitio, quæ ẽt est ẽm actum,sunt hoc.s.operari quod dicebamus esse. ipsum pati licet sit drĩa,quia pati est prius,& quasi potentia. fugere vero vel prosequi quasi actu vtrunq; tñ operari ad bonum vel ad malum.Quare appetitus,qui græce est onyxis,licet sit cõe ad fugam & ad prosecutionem,hic tñ pro ipsa prosecutione sumitur.Demum quasi aduersus Plato. subdit,& non alterum appetitiuum.i.prosecutiuum & fugitiuum,hoc est nec inter se,nec ab ipso sensitiuo sunt subiecto altera: idem.n.est eorum subiectum.s.cor,esse vero & ratio eorum altera est.At Plato arbitratus est alia parte corporis aĩal sentire,alia appetere,vel fugere.Arist.vero corde hæc oĩa animal operari autumat. Et Auer.addit aĩal hæc agere eadem anima,& eadem aię parte,videlicet, concupiscibili. Plato vero nec eadem aĩa, nec eadem aĩæ parte.Hęc sunt,quę ex cõmentario Simpl.colligi possunt.

Quæ Auer.

2. Expō Philo.


Philop.vero nõ minus vere q̃ curiose: aliter tex. esse intelligendum autumat.Vult.n.q Arist.postq̃ dedit primam drĩam inter intellm speculatiuum & practicum, nunc dat tres alias.prima.n.drĩa erat q speculatiuus intells semper circa vl̃ia versat.practicus vero circa particularia.At nunc ponit secundam q practicus semper phantasia vtitur.Speculatiuus vero non semper.& hoc innuit cum dicit§sensitiua medietate.§nõ.n.absq; phantasia vel sensu cõi aut externo operatur practicus, quæ sensitiua potentia est quædam medietas organi sensitiui vt dicetur.Tertia drĩa est,q speculatiuus intells est ad verum & ad falsum. Practicus vero ad bonum & ad malum.Has duas innuit, & est delectari & dolere, quæ sunt operationes practici intellectus sensitiua medietate, hoc est mediante phantasia vel sensu ad bonum & ad malum: & sic innuit vtrasq; drĩas. Addit §inquantum talia§ quia non est operatio intellectus practici ad bonũ & ad malum simpliciter ẽm rem, sed vt aĩal, vt id dicatur bonum,quod saluat: quod vero corrũpit, malum.Hæ ergo ẽm Philop.sunt duæ drĩæ:& sic habent tres. Quarta drĩa erat,q speculatiuus agit sine appetitu veritatem cognoscens,& falsitatem,practicus vero cognoscens bonum vel malũ non sine appetitu cognoscit,& hoc dicit. Et fuga igr̃ & appetitus qui est ẽm actum idem sunt:idem.n.est fugere & appetere ẽm subiectũ. Similiter non aliud est fugitiuum & appetitiuum subiecto,neq; inter se, nec à sensitiuo,sed esse aliud est,& sic sola ratione differũt,quatenus in plus est appetitiuum q̃ fugitiuum. ergo appetitiuum & fugitiuum,& sensitiuum idẽ sunt subiecto,sola ratione differũt. Quare & in intellectu idem erit, & sic non potest intells practicus cognoscere bonum vel malum sine appetitu,sicut nõ potest sensus fugere aut prosequi vel cognoscere fugibile vel delectabile sine appetitu, qm̃ appetitiuum est idem cum fugitiuo vel prosecutiuo,& appetitiuum est idem quod sensitiuum.ergo sicut non põt sensus practicus cognoscere triste, aut delectabile, fugere, aut prosequi sine appetitu,sic intellectus practicus nõ potest

test cognoscere bonum vel malum sine appetitu, quæ fuit quarta differentia secundum Philop.& potest hęc expositio verbis conuenire : licet cum difficultate.

ARGYR. *Animæ autem quæ principium est rõcinandi: ipsa phantasmata perinde atq; sensibilia sensui ipsi, subijciũtur. atq; cum bonum aut malum esse dicit affirmando aut negando, tũ fugit aut persequitur. Quapropter ipsa anima sine phantasmate nunquàm intelligit.*

Tex.cõm. 30. Rationabili autem animę phantasmata vt sensibilia sunt. Cum autem bonum, aut malum affirmauerit, aut negauerit: tunc fugit, aut prosequitur. Quapropter nunq̃ sine phantasmate intelligit anima.

COLLEC. Tex.cõm. 30. Hanc literam græci videntur exponere subtiliter apud me. Vbi debes scire, ꝙ sermo Arist. est locus à commutata proportione sint ergo quatuor termini, videlicet.



Hi.n.termini sic se habent, ꝙ eadem est comparatio ipsius A ad B sicut C ad D vt pspicue patet. ergo à cõmutata ꝓportione: sicut primum.s.A ad tertium.s.C sic secundum.s. B ad quartum.s.D sed primum.s.A sensus ad sensile C se habet in triplici ordine, qm̃ primo sensus iudicat C sensile. secundo patitur.s.tristitiã vel delectationem, tertio sequit vel fugit. ergo & secundũ.s.intellectus tribus modis se habet ad quartum.s.phantasma, qm̃ primo iudicat secũdo patitur. tertio affirmat vel negat. Apponit igitur conclusionem, & sic debet legi litera, cum bonum aut malum affirmat aut negat.i.& fugit & prosequitur intellectiuę animę vel dianoeticæ parti phantasmata: vt sensibilia sunt ẽm illos tres ordines, & hæc expositio est Simpl. quam verbis prolixis tradit: & eam voluit intelligere Them. hic. Propter quod nequaq̃.§ corollarium conducit ex dictis, & inquit. Propter quod nequaq̃ sine phãtasmate intelligit aĩa vel dianoetichizat aĩa vt in græco haberi solet. potest aũt sic theorema componi. Se habens ad phantasma sicut sensus ad sensile, per phantasma & non sine phãtasmate intelligit. Anima se habet ad phantasma sicut sensus ad sensile, vt dixit, ergo sine phantasmate anima non intelligit: sed omnino per phantasma. Dixit aũt§ non sine phantasmate: & non cum phantasmate§ qm̃ anima duobus modis intelligit, vt Simp. vult, per ascensum ad intellm̃, & tũc sine phantasmate intelligere potest, vel extrinsecus per extensionẽ ad sensilia.& sic per phantasmata intelligit. dicit ergo, aĩa non sine phantasmate intelligit: vt notaret ꝙ hoc non est sibi essentiale simpliciter & semper. Probat autẽ Simpl. tribus rationibus ex verbis Arist. acceptis ꝙ Arist. loquitur de intellectu practico: & nõ speculatiuo, sed quia oẽs veteres expositores hoc opinati sunt: non resumo rationes eius: vide si placet.

Commen. 30. ET in anima. Apponit primo Auer. conclusionem loci commutati, & inquit. Et in aĩa sensibili.i.in sensu cõi inueniuntur imagines quarum modi sunt ẽm modos sensuũ ad sensibilia, ita ꝙ proportio istarum imaginum ad intellectum mãlem est sicut proportio sensibilium ad sensus, & hoc per aliam translationem declarat, & perspicue patet. Hæc fuit conclusio cõmutatæ proportionis. Et cum anima sit.§ Apponit conclusionem totius syllogismi, & inqt. Et cum anima rationalis distinguit imaginationem, & iudicat eam esse bonam, aut malam, non ẽm ꝙ est nota esse talis aut non talis tantum.i.ẽm ꝙ est ens intelligibile, quia vt sic est differentia propria intellectui speculatiuo, q̃ cognoscit imaginationem: vt ens: & nõ vt bonum, cum hoc inq̃ facit, tunc anima cancupiscibilis.i.volũtas aut quæret id &c. In quibus verbis notauit tres ordines. Primus est iudicandi, cum dixit§ distinguit imaginẽ§.i.cognoscit q̃dditatem sensibilem, seu mãlem repræsentantem in phantasmate. Secundus patiendi: cum dixit § & iudicat eam esse bonam.§ tunc.n.patitur. Tertius agendi cũ dixit § tunc aĩa concupiscibilis § & est qñ affirmat vel negat, quos actus monstrat per id qđ adijcit, & hoc est similiter ei quod accidit sensui contristabili, aut delectabili, & sic patent hi tres ordines: quos in litera dedimus. Et quia proportio.§ Syllogizat theorema quod notauimus in litera, & iam sermo eius perspicuus. Et in hoc.§ Opinatus est Them. ꝙ intellectus speculatiuus est intellectus agens vt tangit polem, ille.n.vt intelligitur ab intellectu mãli est intellectus speculatiuus, vt visum est, contra hoc adijcit Auer. corollariũ primũ, & inquit. Et in hoc dicit expresse ꝙ intellecta vniuersalia colligata sunt cũ imaginibus, & corrupta per corruptionem earum. est ergo syllogismus. Iste intells speculatiuus colligatur cum imaginibus, & corrumpitur ad corruptionem illarum, & augmẽtatur, & generatur ad generationem & augmẽtum illarum. Sed intells agens non colligatur cum imaginibus, nec generatur, nec augmentatur ad g̃nonem, & augmentum illarum, ergo intells agens nõ est intellectus speculatiuus. syllogismus est in secũda figura. Et expresse ẽt.§ Auemp. credit intellm̃ mãlem esse phantasma illustratũ, vt cõm. 5. diximus, contra quẽ adijcit secundum corollariũ, & inquit. Et expresse ẽt dicit ꝙ proportio intelligibilium ad imagines est sicut proportio coloris ad corpus coloratum, nõ sicut proportio coloris ad sensum visus, sicut æstimauit Auemp. Et debes scire ꝙ color se habet ad corpus coloratum: sicut forma ad mãm, & natura ad indiuiduũ. Silr intelligibile se habet ad phãtasma, sicut forma ad mãm, & vle seu natura ad particulare seu indiuiduum. Color aũt ad visum se habet vt accidens ad subiectum, & obiectum ad potentiam. Vle ãt ad phantasma non se habet sicut color ad visum, sed bene ad intellectum se habet velut color ad visum, & sic patet comparatio hæc, & error Auemp. Sed dubitatur, q̃a color se habet ad coloratum: vt forma ad mãm, & similiter respectu visus secundo de aĩa. Amplius vle se habet respectu indiuiduorum vt forma primo meta.& respectu intellectus similiter vt forma, ergo comparatio est vna & eadem. Respõdetur ꝙ color est forma colorati, & sensorij vel sensus aliter, & aliter. parietis quidẽ est forma simpliciter, & absoluta ẽm esse reale. sensorij vel sensus visus est intentio vel forma ẽm esse intentionale. Similiter, & vle est forma indiuiduorũ imaginatorũ, & intellectus indiuiduorum quidem ẽm esse reale & absolute. Intellectus vero est intentio & forma intẽtionalis. & sic comparatio nõ est eadem, & per ons sermo Auer. oĩno falsus est. Ex his patet quanta colligatio est inter phãtasmata, quæ sunt indiuidua imaginata, & intellm̃, colligãtur.n.in vna forma simplici. vna .n.met forma est indiuiduorum ẽm esse reale: vt vle, & intellectus ẽm esse intentionale, & eadem est colligatio sensus cum colorato. vna.n.met forma coloris est parietis ẽm esse reale, & visus ẽm esse intentionale. Secundo patet qualiter possibile est vnam met formã esse alicui intẽtionem seu cõphensionem & alteri non, & tñ vtiq; est vna numero, & habens vnã met habitudinẽ. v.g. vle intellectui est cõphensio: & indiuiduis non: sed sola forma, & tñ respectu intellectus, & respectu indiuiduorũ habet habitudinem formæ: licet non eodem modo, qm̃ intellectui est intentio, & indiuiduis natura, & res. Similiter color parieti non est cõphensio, & est forma, sensui vero & forma, & comprænhensio seu visio propter modum diuersum quẽ habet in vtroq;. Et plus patet tertio ꝙ vna met forma ẽ aliquibus forma ẽm vnum modum, & tñ vni erit imaginatio seu phantasiatio, alteri intentio. v.g. quidditas rei mãlis est forma imaginatiuę & intellectus, & vtrisq; intentio, & tñ intellectui est intentio: imaginatiue vero imaginatio, & hoc, quia non secũdum vnum met gradum abstractionis.

Cõm. 30. Dubitatio. Commen. 27. Responsio.

Et ex his patet q̃ superuacuæ sint species intelligibiles, quæ sunt accidentia intellectus: vt fingunt latini secundũ Auer. mentẽ, vt diximus in lib. de intellu. Sed intellectæ.

Arguit

Arguit secundo contra Auemp. & sic componitur syllogismus. Nullæ intentiones abstractæ à materia recipiunt in formis imaginatis, vt in subiecto. hæc.n. ꝑspicua est, quia abstractum à materia non recipitur in materia, vel in habente materiam. Tunc tm̃ minorem adijcit, & inquit. Sed intellecta sunt intentiones formarũ imaginationis abstractæ à materia. conclusio deficit: sed loco conclusionis apposuit transumptionem, & inquit. & ideo indigent necessario in hoc habere mãm aliam à materia: quã habẽt à formis imaginationis, & hoc per se manifestum est intuentibus. Debes scire, sicut scripsimus in primo priorũ, ꝙ syllogismus hypotheticus transumptiuus est, quando concluditur conclusio quædã, ex qua arguens trãsfert se ad aliam conclusionem. v.g. si conclusio alicuius syllogismi est disciplina est contrariorum, conclusio transumptiua erit, ergo sensus est contrariorum, & hæc translatio nõ est syllogistica: sed tm̃ ex suppositione accepta à respõdente. sic igitur arguit Auer. debet.n. conclusio esse, ergo intellecta non recipiuntur in formis imaginatis, vt in subiecto, & translatio erit, ergo recipiuntur in alio subiecto, & nonnisi in intellectu. apposuit ergo cõclusionem transumptiuã, & non propriam. Et si intentiones. § Tertio arguit syllõ hypothetico à destructione ãntis ad destructionem ãntis & inquit. Si intentiones imaginatæ reciperẽt intellecta subiectiue, vt Auemp. fingit, idem reciperet se, & mouens esset motũ, sed res non recipit sese, nec mouẽs mouet se, igitur oppositum ãntis intentiones. s. imaginatæ non recipiunt intellecta: vt subiectũ: sed quo pacto hæc hypothetica valeat. & quo pacto destructio teneat in expositione quarti, & quinti diximus, nũc vero supponas. Et declaratio. § Quarto arguitur ꝯ aliud verbum Auemp. voluit.n. ꝙ phantasma recipiat subiectiue realiter intellecta, & ꝙ sit intellectus potentiæ. hæc ꝯria vñr. Et syllogismus componitur sic, intellectus mãlis non recipit intentiones intellectas in actu vel potentia, realiter & subiectiue, ſm Ari. sed ſm Auemp. phantasma recipit subiectiue realr̃ intellecta: in actu vel potentia, ergo phantasma non est intellectus mãlis, in secunda figura, & sic implicat in suis dictis. Apponit maiorem, & inquit. Et declaratio Arist. ꝙ necesse est: vt in intellectu mãli non sit aliqua intentionũ existentiũ in actu subiectiue & ſm rem, aut in potentia. hæc maior fuit. Apponit conclusioné. d. Sufficit in destructione opinionis Auẽp. vt visum est. Ex his apparet qualiter intellecta nõ realiter sunt accidentia intellectui: vt fingunt latini, & maxime Ioannes, immo (vt dicit Auer.) hæc non recipiũtur in intellectu nisi vt intentiones. i. intentionaliter & vniuersaliter, vt sæpius diximus, quæ receptio non est realis: sed æquiuoca ad illam: vt sæpe diximus in lib. de intellectu, & alijs locis infinitis. Adijcit vero causam erroris Auemp. in qua persiste & bene, quoniã multis fuit causa errandi tempore Auer. & nunc tempore nostro. 1498.

COMMENTARIVM.

Expõ Simplic.

DECLARAVIT processum sensitiuum ad fugam, vel prosecutionem: nunc intellectiuum processum per simile in sensu declarat, verum Simpl. (si recte percepi) hæc refert ad dianoeticam aïæ partem. hãc.n. autumat esse practicum intellectũ, hanc procedere ad fugam, vel prosecutionem. nã Arist. inquit dianoeticæ animæ inesse phantasmata, & non dicit noeticæ aïæ. Propterea in processu dianoetico tria esse affirmat. primo perceptioné boni vel mali. secundo passioné. tertio fugã vel prosecutionem. Hanc expõnem in collect. asserebam esse Them.

Expõ Them.

Verũ diligentius verba Them. perlibrando, vr̃ mihi aliter eũ dicere. Inquit.n. cum igitur aïæ dianoeticę allucinantur quædã imagines, quæ visa & phantasmata appellamus: bonum item & malum hoc polleat in mente, quod in sensu voluptas, aut dolor: quoties parte ac animi phantasma, aut visum cũ bonitate aut malitia nectimus: toties prosecutio, aut fuga succedit. Ex his apparet Them. intelligere istud, processũ hunc esse intellectiuum, & non dianoeticum: ergo ſm ipsum cum phantasmata insunt ipsi dianoeticę, veluti sensibilia insunt sensibus. s. exterioribus, intellectus percipit in eis bonum vel malum: vt sensus cõis in illis percipiebat triste, vel delectabile. sensus.n. cõis in sensibilibus sibi præsentatis per sensus exteriores quasi ministros percipiebat triste, vel delectabile, intellectus in phantasmatibus præsentatis per dianoeticã quasi ministram percipit bonum, vel malũ. Est tñ differentia, ꝙ cõis sensus sensibile nõ componit, vel diuidit cum tristi, vel delectabili, ideo non affirmat vel negat, non.n. est virtus diuisiua, vel cõpositiua, nec syllogistica: propterea dicit quasi affirmans, vel negãs, vt superius notauimus: intellectus vero cũ phantasmate cõponit vel diuidit bonum vel malum, vere affirmans, vel negans cum sit virtus compositiua, vel negatiua, & syllogistica. Rursus sensus anteꝗ̃ fugiat, vel prosequatur, patitur ab apphensione rei tristis, vel rei delectabilis. intellectus cum sit virtus immaterialis, non patitur. Propterea sensus non statim appræhẽso tristi, vel delectabili, procedit ad fugam: sed mediãte passione: intellectus vero percepto bono, vel malo, mox ex affirmatione, vel negatione boni, vel mali procedit ad fugam, vel prosecutionem.

Similitudines & dissimilitudines.

Ergo ꝓcessus intellectiuus est similis processui sensitiuo, & dissimilis, vt innuit Them. Similis quidẽ, quia sicut sensus cõis nõ procedit ad fugã vel prosecutionẽ, nisi in sensibilibus sibi præsentatis per sensus exteriores perceperit triste, vel delectabile, ita intellectus non procedit ad fugam, vel prosecutionem, nisi in phantasmatibus sibi præsentatis per dianoetiam perceperit bonũ vel malum. Est tñ dissimilis, quia sensus cõis non cõnectit cum sensibili triste, vel delectabile vere affirmans aut negans: cum non sit virtus cõpositiua, nec syllogistica: intellectus vero cũ phantasmate connectit bonum vel malum vere, & proprie affirmans vel negans: cum sit virtus cõpositiua, vel diuisiua & syllogistica. Amplius, sensus ex affirmatione rei tristis, vel rei delectabilis, nõ statim procedit ad fugam vel prosecutionem, sed mediãte passione, quæ est tristari, vel lætari, at intellectus ex affirmatione, vel negatione boni, vel mali, immediate procedit ad fugam, vel prosecutionem, qua ratione bene Them. inquit. quantum voluptas pensat in sensu tm̃ bonitas in intellectu: & quod videlicet in sensu dolor, hoc põt in intellectu malitia. ergo sensus cõis non procedit ad fugam immediate post perceptioné, sed necesse est eum pati: at intellectus ex sola perceptione procedit ad fugam. Ex his prosequit̃ quasi tertiam dr̃iam: nam processus intellectiuus ad fugam, vel prosecutionem est syllogisticus, cũ procedat ex affirmatione, vel negatione ꝓprie dictis. Sensitiuus vero processus non est syllogisticus, cum non affirmat, vel negat, intellectus.n. connectens bonũ vel malum cum phantasmate, syllogizat esse fugiendũ vel prosequendum: sensus percepto bono vel malo patitur, passione vero facta, mox refugit, vel prosequitur. Inquit ergo Arist. dianoeticæ aũt animæ phantasmata vt subiecto insunt, veluti sensibilia sensibus externis. ergo similitudo est ꝙ intellectus ita in phantasmatibus percipit bonum aut malũ sicut in sensibilibus præsentatis per sensus externos sensus cõis percipit dolorificum, & voluptificum, & per ꝯ̃ns sicut sensus non procedit ad fugam, vel prosecutioné nisi percepto tristi, vel delectabili, ita nec intellectus procedit ad fugam, vel prosecutionem, nisi prius perceperit bonũ aut malum: hæc est similitudo. Deinde assignat dr̃iam cũ inquit. Cum aũt bonum aut malum affirmat, aut negat, hoc est, vt Them. inquit. Cum aũt phantasma connectit cũ bono vel malo affirmando, vel negando quasi syllogizans fugit aut prosequit̃. Ergo notauit dr̃ias tres, videlicet, ꝙ intellectus ad fugam nulla passione interueniẽte procedit, & ꝙ intellectus connectens cum phantasmate bonum vel malum vel affirmat vel negat: & ꝙ intellectus ex affirmatione vel negatione syllogizat fugam, vel prosecutionem. At sensus non procedit ad fugam, nisi passione mediante, & non affirmando, vel negando, neq; syllogizando. Ex his infert Arist. quasi cõem inter sensum procedentem, & intellectum similitudiné, cum inquit. Propter quod nequaꝗ̃ sine phãtasmate intelligit anima. i. ꝙ queadmodum sensus sine sensibus pelli ad fugam, vel prosecutionem nunꝗ̃ põt, ita intellectus sine visis, & phãtasmatibus cieri, atq; ad fugam, vel prosecutionem procedere non põt. Vnde per animam, non dianoeticam, sed intellectũ eum qui aïæ est congenitus, intelligit Arist. vt Them. exponit. Intellectus.n. animæ

animæ congenitus intellectus malis est. Philop.vero facilius hunc tex. intelligit: vult.n.q Arist.soluat dubiũ: dictum est.n.q speculatiuus intellectus non sp phãtasia vtitur, practicus vero sp. Contra posset quis dicere, quia primo lib. dictum est, q intelligere aut est phantasia, aut non sine phantasia. Hic aũte ponens secundam drĩam inter intellectum speculatiuum & practicum, dicit intellectũ speculatiuum non semper vti phantasia: sed practicũ. Respondet ergo Ari. vt Philop. innuit, q speculatiuus intellectus: interdum vtitur phantasia, vt & practicus intellectus: tñ licet phantasia vtatur, phantasmata huic sunt velut sunt sensibilia sensui speculatiuo, hoc est sine tristitia & voluptate. practico vero insunt cũ appetitu, affirmando, vel negando. Et hoc dicit. § Rationabili aũt animæ § hoc est intellectui speculatiuo, vt exponit Philop. asserens Aris. abusum esse verbo dianoeticæ animæ, pro speculatiuo intellectu, phantasmata sunt, vt sensibilia sunt sensui ipsi speculatiuo. § Cum aũt bonum aut malum affirmauerit § hoc est: cum aũt intellectus practicus vtitur phantasia affirmando bonum aut negando malum: tunc appetitu fugit malum, aut prosequitur bonum. Ergo vult habere q practicus intellectus vtitur phantasia cum appetitu affirmatiuo boni: vel cum appetitu fugitiuo mali: & sic practicus phantasia vtitur cũ appetitu: speculatiuus vero, sine appetitu. Propterea concludit, q anima nunq̃ sine phantasmate intelligit, quia speculando vtitur phantasia, practicando vtitur phantasia, ergo recte dictum est animam nunq̃ intelligere sine phãtasia. Dicit Philop. q intellꝰs speculatiuus non semper vtitur phantasia: nam licet particularia sine phantasia non intelligat, tamen vniuersalia intelligit sine phãtasia. Quod an verum sit, alibi disputatũ est. Ex his patet dianoeticam animam apud Arist. accipi aliquando pro speculatiuo intellectu: licet abusiue: vt Philop. dicit.

Fit autem & hic perinde vt ibi. nam aer quidem pupillam talem efficit, ipsa autem aliud, & auditus simili modo. ipsum vero vltimum: vnum quidem est, & medietas vna. at ipsius, plures sunt rationes. Quo vero dijudicat atq; discernit calidum à dulci differre: dictum & prius est, et nũc etiam est dicendum. est.n. vnum quid ipsum: & ita vnum vt terminus. atque hæc ipsa vnum sunt: aut si multitudine rationis, aut numero quem habent ad vtrunq; vt illa inter sese habent. Quid enim interest, si, quonam pacto discernit, aut ea quæ sub eodem genere collocantur aut contraria, dubitemus, vt album ac nigrum?

Sicut.n. aer pupillam hmõi fecit: ipsa autem aliud & auditus similiter, vltimum autem, vnum est, & vna medietas, esse autem ipsi, plura. Quo autem discernit, quo differt dulce & calidum, dictum est quidem & prius, dicendum autem & hic. est enim vnum quid, sic autem vt terminus. & hoc in proportione & numero existens vnum, habet se ad vtrũque, vt illa adinuicem. Quid.n. refert hoc addubitare qũo non homogenea iudicat, aut contraria, vt album & nigrum?

Illa particula § quemadmodum § vt Simpꝉ. vult, non ad aliquam nouam similitudiné referenda: sed ad iam cognitum. refert ergo id quod iam dixit: per nunc manifestius exponit, & inquit. Quéadmodum.n. aer pupillam.i. sensorium hmõi, fecit. Et dixit, huiusmodi qm̃ non fecit in sensorio passionem tm̃, sed passionem talem.s. vitalé quæ est iudicium. & ipsa alterum.i. & ipsum sensoriũ tale effectum & actuatum, efficit alterum.i. sensum cõem. Amplius & auditus similiter se habet: respectu eiusdem sensus cõis: efficitur.n. talis ab auditili, & sic factus efficit sensum cõmunem sibi similem. adijcit § vltimum, vero & vnũ est vna medietas, esse aũt ipsi plura. § Debes scire, q sensus cõis est vnum, & vna medietas, vnum quidem quia genere & specie vnus: quéadmodum quilibet alter sensus: vt in secundo de aĩa dixit. vna medietas vero, qm̃ velut centrum multorum ab ipso prodeuntium, & in ipsum redeuntium comprehensioné, medietas igitur, qm̃ centrum medium, & qm̃ extremis mediũ omnibus cõicat. Amplius sensus cõis est vnus in subiecto, & diuersa s̃m esse. vnꝰ quidem subiecto, qm̃ vna & eadé existens impartibilis virtus cognoscit oĩa, diuersa vero s̃m esse, quia multa cognoscens: s̃m differentes proprietates ac diuersas rõnes. Subscribit & sic se habent, quæ circa actuum intellectum. § Et hoc deficit in litera latinorum, quod Simpꝉ. ponit. terminat.n. per hoc nunc suspensionem, est.n. vsus ly § quemadmodum § non tanq̃ ad aliquid assignandum: sed vt ad aliquid prædictum assignatorum, & patet similitudo, & literę sensus quã non possunt intelligere latini propter errorem literæ. Quæ autem discernit. § cum dixit, vnum vltimum oĩum sensibilium iudicatiuum & idem, ratione vero plura, hoc ipsum explanat expositione, ostédens verum esse quod dictum est. dixit.n. de hoc in sermone de sensu, nũc & breuiter submemorãs, sed propter breuitatem obscurioré literam facit, & inqt. Quo aũt dignoscit quo differunt dulce, quo ad sensilia gustus & calidum, quo ad sensilia tactus, dictum est quidem & prius, dicendum autem & nunc, subaudi rememoratiue; est.n. inquit ipse aliquid vnum. dixit aliquid vnum: non simpliciter vnum, quia subscribit quéadmodum & terminus, qui est quid vnum in subiecto, at vero diuersum quid s̃m esse & rationes vt diximus in exemplo de cētro satis perspicue. Et sic apparet expositio literæ secundum expositores græcos, & q̃ male intelligant latini etiam patet.

CVM demonstrauit. Proponit Auer. intentionem, & prosecutionem, & clare loquitur, & quæ dicit per ea, quæ diximus in expositione literæ perspicua sunt. Verum est in fine literæ Arist. in arabica translatione iste sermo. § Dicamus igitur etiam s̃m hunc modum, q quemadmodum inesse est idem, ita & in diffinitione § quæ litera proculdubio falsa est: vt patet in græco, verum ipse conatur eam quantum potest reducere ad bonum sensum: & ideo tres expositiones adijcit. est autem difficultas in his verbis quantũ ad hoc, quid intelligat per ly § quéadmodum inesse est idé §. prima expositio refert ad iudicãtia, & inquit.i. qm̃ demonstratum à sermone prędicto.s.2. de anima, q sicut iudicans esse diuersum apud sensum debet esse vnum, ita apud intellectum iudicans imaginationes rerum diuersarum debet esse vnum. ergo prima expositio refert ly § quemadmodum inesse § ad virtutes iudicantes. Secunda refert ad res iudicatas, & inquit. Et põt intelligi sic, & sicut inesse rerum diuersarum est vna intétio.i. vna natura, quæ facit vt comprætendens eas sit vnum. & quid sit illa natura vna exponit.d. Et est ꝑportio.i. forma proportionalis, ac cõis, quã accipit virtus compræhensiua: qñ facit cõparationem inter duas res diuersas. complet similitudinem & inquit. Ita imaginibus diuersis est vna intentio.i. vna forma, quę facit vt iudicans eas sit vnum. Debes scire q visus cõpræhendit oĩa sua obiecta inquantum participant rõnem sui primi obiecti, est aũt primum obiectum color. omnia ergo visilia cõicant in hac forma. Similiter & auditus, & oẽs alij circa propria obiecta se habent. Amplius & omnia sensilia respectu sensus cõis cõicant in vna intentione proportionis & analogiæ, à qua primo moueť sensus cõis, & propter quã mouetur ab alijs qui eam continent. Similiter & intellectus se habet circa propria obiecta, qm̃ habet vnũ primum à quo primo & per se mouetur, & rõne cuius mouetur ab alijs. ergo quéadmodum inesse est idem.i. in obiectis est vnum obiectum apud sensum, sic & in obiectis intellectus dabitur vnum obiectum: merito cuius iudicabitur vnus index, & h̃ expositio differt à prima: vt patet. Et põt intelligi. § Nunc ponit tertiam expõnem. vbi debes scire, q coloratum, & sensus vnum sunt rõne formæ, quæ est vtrisq; vna, idem.n. color est forma realis parietis, & intentio ipsi visui, ergo vna est forma numero vtrisq;; licet s̃m modum diuersum. paries ergo coloratus, & sensus vnum sunt ratione formæ. Similiter imaginatiua, & intellectus vnum sunt, eo q̃ idem phantasma est forma imaginatiuę, & intellectio ipsi intellectui. Dicit ergo & p̃t intelligi sic .i. & causa in hoc.s. in similitudine inter intelꝉm, & sensum in hoc est, qm̃ sicut in hoc esse singulari est vnũ, quod est ens apud sensum. (color.n. idem est in hoc esse singulari.s. pariete albo, & apud sensum) ita imaginatio est vnũ apud intel-

Marginalia: Expõ Philop. — Quod dianoeticæ animæ pro intellectu speculatiuo. — ARGYR. — Per. cõm. 31. — intellectus, esse at… terminus … — COLLEC. … cõm. 31. — Cõm. 31.

intellectum,quod est imaginatum: quia eadem est vtrisq; forma:vt diximus,& cũ multa fuerint apud imaginatum, erunt multa apud imaginationem,vt scis:cõmendat hanc expositionem per hoc ꝙ sequentibus conuenit. Erit ergo literæ expositio,quẽadmodum sensus,& sensatum inesse.i. forma est idẽ,quia eadem forma vtrisq;,ita imaginatum & intellectus idem erunt inesse.i.in forma.qm̃ eadem est forma vtrisq;,vt diximus. Sed omnes hę expõnes sunt superfluę ad literam græcam: vt visum est.

COMMENTARIVM.

VERBA Aris. in hoc loco reperiuntur pro magna sui parte corrupta,ego vero illa lego,vt Philop. in suo codice habebat. Quæ vero Simpl.& Them.dicant,in collecta. perspicua sunt,quæ vero Auer.sunt penitus aliena ab Aris. mente. Ego igitur sic continuarem tex. saluo semper meliori iudicio,ꝙ cum Aris.acceperit intellectum intelligere intelligibilia in phantasmatibus:& posset aliquis dicere intellectum non esse vnum,qui diuersa intelligibilia in diuersis phantasmatibus intelligit,enititur probare intellectum esse vnum subiecto,ratione vero plures, qui diuersa intelligibilia diuersorum phãtasmatum intelligit. Probat autem hoc (vt Philop.inquit)similitudine sumpta,& à sensibus particularibus,& à sensu cõi,& primo declarat quomodo se habeãt particulares sensus ad sensibilia, & dicit. sicut aer alteratus à colore alterat pupillam,& fecit illam talẽ,qualis ipse est.(Ipsa aũt pupilla fecit aliud tale.s.qualis ipsa est.s.spiritum: & spiritus fecit potentiam crystallinam talem, & hæc vt vna existens iudicat,quasi vna medietas:esse autem eius multiplex est,& auditus eodem modo vnum est iudicans.)Sic sup.vt Philop. & Simpl. supplent, est intellectus vnus subiecto existens, ratione plures, qui iudicat diuersa intelligibilia. Hæc de sensibus particularibus ad intellectum,de sensu vero cõi inquit. Quo aũt discernit anima quo differt dulce & calidum,dictum est quidem & prius.2.huius. Dicendum aũt & hic:nã sensus communis est vnum quid,modo quo terminus,hoc est cẽtrum vnum respectu omnium linearum: dico sensum cõem esse vnum, sicut centrum, quia hoc.s.sensus cõis existens quid vnum se habet in proportione & numero ad vtrunq; sensibilium diuersorum sensuum.s.album & dulce , vt illa.s.album & dulce adinuicem: nam album & dulce ad communem sensum relata sunt subiecto vnum, ratione plura, sic sensus cõis ad se relatus est vnus subiecto, plures vero vt refertur ad illa sensibilia.s.album & dulce. Est sensus cõis ad centrũ vnus proportione,quia sicut centrum ad vtrãq; lineam,sic sensus cõis ad vtrunq; sensibile. Est etiã sensus cõis ad centrum vnus numero, quia sicut vnum exñs centrum plures habet ad lineas habitudines, sic vnus existens sensus cõis ad plura sensibilia habet plures habitudines. Sic igitur vult habere intellectum ad intelligibilia esse.s. vnum subiecto,plures ratione: & ita licet intelligibilia in phantasmatibus plura sint,intellectus subiecto erit vnus, rõne vero plures, vt patet & similitudine sumpta & à sensibus particularibus,& à sensu communi. Sed dices nunquid eodẽ modo cõis sensus se habeat ad sensibilia diuersorum generum,sicut ad sensibilia eiusdem generis se habet sensus particularis,& respondet non esse dubitandum se habere sensum cõem eodem modo ad sensibilia diuersorum generum,vt se habet particularis sensus ad sensibilia eiusdem generis,& dicit. Quid.n.refert hoc addubitare quõ.s.sensus cõis iudicat non homogenea aut cõtraria, vt sunt album & dulce,quæ(vt Philop.inquit)non sunt homogenea, quia sunt diuersorum generum, & contraria.s. quatenus ad diuersos sensus attinent, vt album & nigrum .s.iudicat vnus particularis sensus.s.visus.q.d.nulla differentia est: quia sicut sensus particularis est vnus subiecto ad illa,& ratione plures, ita sensus cõis est vnus subiecto ad dulce,album,ratione autem plures. Hæc est expositio Philoponi,vt in eius commentario collegi,quæ expositio facilis est,ideo eam elegi.


Intentio.


ARGYR.

Sit igitur vt est A quod est album, ad B quod est nigrum sic C ad D: quare mutato ordine comparationem etiam eorũdem vere facere licet. Si igitur C D sint vnũ: ipsa profecto sese habebunt perinde atque A B vt sint idem et vnum, non eandem autem habeant rationem. & illa simili modo. Eadem erit omnino ratio: & si A quidem sit dulce B vero album. Intellectiuum igitur, ipsas formas in phantasmatibus ipsis intelligit.

Tex.cõm.36

Sit igitur vt A qđ est album, ad B quod est nigrum, sic C ad D vt illa adinuicem, quare & permutatim. Si igitur C D vni sunt, sic se habebunt, sicut & A B idem quidem & vnum,esse autem non idem, & illud similiter. Eadem autem ratio est & si A quidem dulce sit B vero album. Intellectiuum igitur, species in phantasmatibus intelligit.






COLLEC. Tex.cõm.36

Ostendit quo pacto illa duo accepta in textu præcedenti,se habeant.s.dulce, & calidum, per quæ vult intelligere omnia sensibilia.& vult ꝙ idẽ sunt numero,& proportione. numero quidem,quia vni cognitiuo insunt definitiue. proportione vero,quia ẽm differẽtes quidem rationes similiter se habent inquit. Et hæc.s.calidũ,& dulce proportione,vel numero vnum sunt ad vtraq;: & ad seinuicem.i. respectu potentiarum cognoscentium,& ad seinuicem,vt dixi. Quid.n.refert. Quia exemplum apposuit in nõ contrarijs,quæ ab vno sensu,& sub eodẽ genere habentur,aduertit ꝙ nihil differt iudicare nõ homogenea.i.diuersa genere,aut cõtraria,vt album & nigrum,qm̃ siue genere differant,siue genere coeant,omnino oportet vt sint quodãmodo eadem numero respectu potentiæ cognoscentis,& eadem proportione secũdum rationes cognoscendi illas.


Sit igitur sicut.§ Aliter Simp. aliter Auer.vt in cõmento dicetur. nunc Simpl. sequamur ꝙ nunc in literis idem declarat: fiat ergo figura hoc pacto.




Patet ergo,ꝙ sicut se habet A ad B sic C ad D:quoniam ambo sunt genere diuersa, proportione eadem vel numero, vt diximus,ergo permutatim: sicut A ad tertium C sic B ad quartum D & per ꝯñs patet sermo. Vel vt Simpl.aliter facit in linea A ponatur albũ,in quo B nigrum, in quo C dulce,in quo D amarũ. erit ergo locus, sicut album ad nigrũ, sic dulce ad amarum, ergo sicut albũ ad dulce, sic nigrum ad amarum: sunt autem album,& dulce eadem numero:& proportione vt diximus, sic & nigrum & amarum, quare non

non refert ambigere in his quæ sunt eiusdem generis: vel diuersi quantum ad hoc. Reliquum literæ quo pacto intelligi debet apud Simplicium dicemus in commento.

Commen.32. ET hæc consecutio. Secundum Auer. primo ponitur conclusio literæ, & accipitur vnum quod in ratione supponitur. i. ꝙ sensibile ad sensibile idem est proportione: sicut imaginabile ad intelligibile, ideo inquit: ꝙ hęc prosecutio .i. similitudo inuenitur in eis ſm proportionalitatē eorum in numero & dispositio iudicantis ex anima apud vtrunq; esse. s. sensibile & imaginabile: est sicut dispositio vtriusq; adinuicem. Est ergo suppositio ꝙ sensibile ad sensibile est sic se habens: sicut imaginabile ad imaginabile. Hec ꝑfecto erit conclusio latius dicenda. Et indifferenter. § Limitat conclusionem, & inquit: & indifferēter, siue iudicium fuerit de rebus contrarijs, aut diuersis figura & qualitas. i. modus cōsiderationis debet esse idem apud virtutem sensibilem, & rationalē in rebus diuersis in genere, & in contrarijs. Recolligit conclusionem, & inquit, & cum declarauit ꝙ nulla est dria in cōsideratione istorū duorum gn̄um apud virtutem sensibilē, & rationalem, dedit demonstrōnem super hoc ex proportionalitate, & æqualitate, quā habent in numero, ſm imagines rerum cum suis indiuiduis. ecce quo pacto differt expositio Auer. ab expositione Simplicij. Describitur ergo figura apud Auer. sic.




Arguo modo sic, sicut primum. s. A. ad secundum. s. B. sic tertium. s. C. ad quartum. s. D. est. n. proportio eadem: vt patet. ergo sicut primum. s. A. ad tertium. s. C. sic secūdum. s. B. ad quartum. s. D A & C percipiuntur, ac iudicātur ab eadem virtute, ergo B & D iudicabunt similiter. Et hæc erat cōclusio. Primo ergo Auer. ponit maiorem, & eam literæ applicat. secunda ibi § Et cum proportio. § Apponit minorem, & sermo iste patet. Et istam conclusionem. § Cōclusio syllogismi debet esse ſm Auer. ergo B D debent compræhendi ab eadem virtute: dicit ꝙ hanc non posuit: sed posuit illam quæ potestate sequitur ad hanc, & est conuertens huius. Hæc. n. sic cōuertitur. s. virtus est vna & eadem compræhendens B & D & est conclusio vera. sequitur. n. potestate ab illa, inquit, si igitur C & D comprehenduntur ab eadem virtute: eadem. s. proportione, quia C à sensu, & D ab intellectu, quæ sunt eadem proportione respectu illorum, quia A & B eiusdē virtutis, tunc duæ virtutes in hac intentione: & ex hoc modo. i. ſm proportionem sunt idē: & non diuersantur omnino supple quo ad modum se habendi, licet diuersentur in suis naturis. Apposuit causam propter quam quidam volunt intellectum esse sensum, & inquit: & per hanc similitudinem inter virtutem rationalem, & sensibilem æstimarunt plures antiquorum (ſm ꝙ Arist. narrauit in hoc. 2. vt Homerus, Emped. & alij) ꝙ illę duæ virtutes sint eadem. i. intellectus, & sensus, & econtra: vt vidimus. Hæc est vna expositio huius commenti. Potest autē & aliter apud me exponi sermo Auer. vbi debes scire ꝙ figura debes sic scribi.



Tunc Auer. primo accepit casum & disposuit figuram, & inquit. Sit igitur A album, & B nigrū, & C imago. i. phantasma albi, & D imago. i. phantasma nigri. Tunc sumit maiorem, & inquit. Erit igitur proportio D ad B sicut albū & nigrum. & proportio C ad D sicut imago albi, ad imaginē nigri. ergo maior sicut A ad B. ita C ad D. applicat sermones verbis Aristo. & patet. Et cum proportio. § Apponit nunc minorem, & conclusionem, & inquit: & cum proportio A ad B est sicut proportio C ad D hæc fuit maior. Apponit & minorem, & A & B compræhenduntur ab eadem virtute, hæc est minor. Apponit cōclusionem D. ergo C & D debent cōpræhendi ab eadem virtute: & sic Auer. cōpleuit syll'm hoc modo: vt vides. Et istā. § Apponit excusationem Ari. & inquit. Et istā conclusionē diminuit ex suo sermone, & dedit ꝯn̄s illam. i. eam q̄ potestate sequit̄ ad hanc.

Et debes scire, sicut in primo Priorum diximus, ꝙ aliqua conclusio sequitur trāslatiue hypothetice ad aliquem syllogismum multis modis, vel loco à contrario, vel loco à simili, vel alijs modis. Conclusio ergo principalis est C & D compræhenduntur ab eadem virtute, illa vero quæ sequitur ad hanc hypothetice translatiue est, ꝙ duæ virtutes ex hoc modo sunt vna: & eadem. s. proportione. s. sensus & intellectus, quia circa propria obiecta se habent eodē modo, ſm eandem proportionē. Vult ergo Auer. ꝙ Aris. reticuit conclusionem propriā, sed dedit translationem, vt patet. Reliquū exponatur sicut in prima expositione. Quo pacto differat hæc expositio à prima patet. Hęc enim non facit syllogismum à commutata proportione, sed à simili, vt videbis. Et cum declarauit. § Eodem modo Auer. idem declarat in alijs sensibus, & alijs sensibilibus, & eodem modo disponatur figura, itaque in linea A ponatur dulce, in quo B amarum, in quo C imago dulcis, in quo D imago amari, videlicet.



Qua disposita potest argui: vt prius: vel loco à simili: vt facit secunda expositio, vel à commutata proportione: vt facit prima expositio. Quod autem hæc expositio Auer. sit melior illa Simplicij patet, quia in litera concludit species, idest formas quidem igitur talium, idest phantasmatum in phantasmatibus intelligit, quod non diceret: nisi fecisset syllogismum prædictum. Et tamen Simplicius vult quòd hic incipiat nouum capitulum, & illa particula § igitur § est nota executionis, & non illationis, vide eum. Sed circa expositiones Auer. sunt quęstiones. prima est circa expositionem primam, quia primo Posteriorum. syllogismus à commutata proportione nō nisi vel numeris, vel quantitatibus habet locum: vt ibi Arist. ostendit. Amplius quinto geometriæ Euclides, si fuerint (inquit) quatuor quantitates proportionales, permutatim quoque proportionales erūt. ecce quo pacto syllogismus huiusmodi non nisi in quantitatibus habet locum. Rursum multæ fiunt instantiæ, quoniam sicut homo ad nō hominem ſm consequentiam, sic animal ad non animal. ergo sicut homo ad animal sic non homo ad non animal. Conclusio falsa est, quia non valet. est non homo ergo est non animal vt patet. Alia instantia sicut superficies ad hanc superficiem, sic color ad hunc colorem. ergo sicut superficies ad colorem, sic hæc superficies ad hunc colorem. non valet superficies non potest esse sine colore, sed hæc superficies bene absque hoc colore. Tertia sicut corpus

Dubitatio. Cap. 5.

Propōne. 15.

ad hoc corpus, sic locus ad hunc locum, modo non valet sed corpus nō potest esse sine loco, ergo hoc corpus non potest esse sine hoc loco. Quarta sicut ens ad non ens, sic possibile ad impossibile. modo non valet, sed omne ens est possibile, ergo omne non ens est impossibile. & sic prima expositio omnino falsa est. Secunda expositio iterum videtur & falsa, & contra literam. Falsa, quia non arguit permutatim à primo ad tertium, & à secundo ad quartum, & per consequens nō est bona. Contra tex. vero, quia Ari. dicit. §Quare & permutatim &c.§ Ecce ꝙ Ari. arguit loco permutato, quod non seruat Auer. istæ ergo expositiones sunt valde ambiguæ. Debes scire ꝙ proportio fit tantum in duobus terminis apud geometras. proportionalitas fit in tribus terminis. cōmutata proportio in quatuor terminis, vt quinto geometriæ patet. commutata proportio primo & per se solum in quantitatibus fit: vt Ari. dicit primo Poster. Per accidens autē in propositionibus, vt Boetius dicit in lib. Peri hermenias in fine secundę æditionis. & quia locus qui tenet per accidens, non tenet in omni materia: sed in quadam materia sic, & in quadā non: vt dicit Auer. Ideo (vt in fine primi Priorū diximus) syllogismus à commutata proportione tenet per se quantum ad contradicere, & conuerti, verbi gratia in exemplo Arist. si A & B conuertuntur, & C & D conuertuntur erit syllogismus. si A & C contradicunt similiter, & B & D contradicunt, similiter si A & B contradicunt, & C & D contradicunt. sequitur ꝙ si A & C conuertuntur, & B & D similiter. Quantum ergo ad contradicere, & conuerti tenet syllogismus in propositionibus à commutata proportione: in alijs vero non tenet nisi per accidens, vt diximus. Tunc ad primam patet solutio. Arist. & Euclides volunt locum illum in quantitatibus tenere per se & primo, non tamen negant, quin in alijs per accidens valeat, vt Boetius sumit, & Arist. vtitur sæpissime, vt in fine secundi Peri hermenias, & in fine primi Priorum, & alibi. Ad instantias patet sol. non enim arguitur per regulam, bene autem in proposito Arist. arguitur per regulam, quoniam album, & nigrum, quo ad sentiri conuertuntur, & similiter phantasma albi & phantasma nigri quo ad intelligi conuertuntur, vt dicit conclusio Aris.

Responsio.

De secunda expositione dicēdum, ꝙ illa reducitur ad locum Arist. & sic licet syllogismus sit à simili, quia est reducibilis ad commutatam proportionem, propterea bonus est, & computatur pro illo.

COMMENTARIVM.

DVO sumpsit, quorum primum est, ꝙ sicut particularis sensus vtpote visus idem subiecto: plures tamen ratione est q. est albi & nigri, sic intellectus vnus subiecto erit, plures vero ratione est, qui est rationis albi: & etiā rationis nigri, intelligens per rationes albi, & nigri vniuersalia illorum. Secundum vero quod sumpsit, est, ꝙ sicut subiecto idem sensus communis, ratione plures est, qui est albi & dulcis, sic intellectus idem subiecto, ratione plures est, qui est vniuersalium rationū eorum. Nunc hæc duo exemplis declarat, vt Philoponus exponit, & primo primum, & dicit. Sit igitur vt A quod est album, ad B quod est nigrum, sic, vt illa se habent adinuicem sint C, ratio albi ad D rationem nigri. Casu ergo posito, breuibus innuit argumentū, cum dicit, quare permutatim supple, vt se habet A album ad C suam rationem, sic B nigrum ad D suam rationem. ergo sicut A B sunt eiusdem particularis sensus, qui est subiecto vnus, rōne plures, sic C D erunt eiusdem intellectus, qui est subiecto vnus, rōne vero plures, hoc fuit primum. Declarat secundum, & dicit. Eadem autem ratio est, & si A quidem dulce sit. B vero album, C vero sup. ratio albi. D autem ratio dulcis. nam etiam licet syllogizari permutatim sicut A ad C. sic B ad D. quare sicut A B attinent ad sensum communem, qui est subiecto vnus, ratione vero plures, sic C D ad vnum intellectum, qui est vnus subiecto, plures ratione. Concludit ergo conclusionem, quam prius dixit, quasi soluta dubitatione, & dicit. Intellectiuum igitur, hoc est intell's, species ac vniuersalia diuersa intelligit, qui est vnus subiecto, plures rōne. non ergo est impo'le intellectum intelligere phantasiabilia, & quidem diuersa, vnus si sit subiecto, modo sit rōne alius atq; alius, hoc pacto ego verba hęc intelligo, & Philoponus sic intelligere videtur, mihi tamen fuerunt abstrusissima. Quæ vero in collectaneis diximus, bona sunt: & peripatetice dicta.

ARGYR.

Et vt in illis ipsi definitum est id quod fugiēdum est vel sequendum, sic & sine sensu cum in phātasmatibus est mouetur. Sentiens.n. signum face datum ignem esse, vidensq; ipsum cōi sensu agitari motu, cognoscit hostem accedere. at nonnunquam hisce quæ sunt in anima phantasmatibus, aut mentis conceptibus, quasi videns, ad ea quæ sunt præsentia ratiocinatur, atq; deliberat de futuris. & cū dixerit hic aut ibi rem eam esse quæ voluptatem aut dolorem affert, tū fugit aut persequitur, & omnino aliquid agit.

Tex. cōm. 35.

Et sicut in illis determinatū est ipsi persequibile, & fugibile, sic & extra sensum, cum in phātasmatibus fuerit, mouetur, vt sentiens facem: quoniam ignis est, communi cognoscit. Videns aūt ipsum moueri, quoniam hostis est. Aliquando autem in phantasmatibus, & intellectionibus, quę in anima sunt, quasi vidēs est, ratiocinatur, & deliberat futura ad præsentia. Et cum dixerit quod ibi lætum aut triste est, tū fugit, aut imitatur, & omnino in actione est.

ὁτὲ. Quando aliquando.

COLLEC. Tex. cōm. 35.

Accepit intellectum intelligere formas in phantasmatibus, nūc vero explanat id per manifestius: & inquit, & vt in illis .i. sensilibus determinatū est .i. definitum ipsi sensui sequendum & fugiendum: sic & extra sensum .i. in imaginabilibus. quæ sunt extra sensum exteriorem cum in phantasmatibus fuerit, subaudi conuersus intellectus mouet .i. excitat ac consultat de fuga, vel prosequela, vt Simp. exponit. Vt sentiens facē ꝙ ignis cōi cognoscit. §Idem & euidentius explanat & ostendit quo argumento consultat ad fugam, vel prosequelā: & inquit, vt sentiens facē, statim cognoscat cōi. s. sensu ꝙ talis fax sit ignis, & per cōem sensum intelligit sensum exteriorem, vt Simp. dicit, qui cōis dicit, quia sensibilia cōmunia refert in cognitionē ignis, videns ergo facem, & ꝙ mouetur, concludit qm̄ impugnans .i. hostis est, & ex hoc signo fugit: vel prosequitur. Et sic patet argm̄ consultationis, & in hoc apparet literę transpositio. legatur ergo apud Simp. sic. §Vt sentiens facem ꝙ ignis cōi videns motam, cognoscit ꝙ hostis§ non ex sentire solo cognoscens: sed ex ratione. & per consequēs patet declaratio dictorum. Quādoq; ergo in sensile respicit, quādoq; vero in ea, quæ in anima phantasmata vel intellecta.§ Est ergo conclusio, ꝙ intellectus quādoq; respicit in sensile, vt casu prædicto, quandoq; vero in ea: quæ in anima phātasmata, vel intellecta tanq̄ videns ratiocinatur, & deliberat futura ad præsentia. Præsentia quidem ex sensu accipiens, futura vero ex futurorum cognitione, rationali videlicet existente. dixit. §Phātasmata vel intellecta.§ Vel quoniam idem voluit intelligere: vel quia phantasmata intētiones imaginatas intelligit. intellecta vero fugibilia vel prosequibilia, ex intel'u practico. Amplius nota ꝙ illa (quandoque & quandoque) non diuisim legenda sunt, sed simul quidem in vtraque. debet. n. in vtrisq; respicere. Ex his apparet quo pacto intellectus sit principium fugæ, vel secutionis: & quo pacto in his subseruiāt sensus exteriores & interiores. & quomodo discurrat intellectus circa ambo illa. Colligit Simplic. ꝙ omnia hæc, dicta sunt de intellectu practico, quoniam intell's speculatiuus potest aliqua intelligere sine phantasmatibus, & sensilibus vt in commentarijs huius capituli sæpe ipse meminit. Immo Themistius dicit, ꝙ intellectus sępe transcendit iudicium sensus: & appetitiones eius coercet. ꝑinde aliud iudicat bonum esse, aliud voluptatem: & quod titillet. Itē aliud malum, aliud quod dolorem inurat. sed an hæc vera sint, & q'd sit intellectus practicus, & quid speculatiuus, & quo pacto discrepent, in lib. de intellectu diximus. At forte posterius dicemus, sed nūnc supponatur.

Cap. 46.

Commen. 35.

ET ita est de q̄sito. Primo declarat quo pacto intell's practicus fugit, aut prosequitur: & inquit, & ita est de fugito, & quæsito apud intellectum. i. eo modo intellectus fugit, aut quærit, sicut est de comprænhensione, idest quemadmodum

admodum cōpræhendit. fuga.n.aut prosequela fit median te comprænsione,quia fuga & prosequela fiunt median te appetitu,appetitus autem mediante comprænsione: & hoc exponit,& inquit. Quoniam quemadmodum comprænhendit res mediantibus formis imaginum.i.mediantibus phātasmatibus, & sensus comphendit per presentiam rerum sensibiliū,ita intellectus mouetur à rebus quærendo,aut fugiendo,qn̄ formæ imaginum earum sunt præsentes.quemadmodum sensus quærit,aut fugit apud præsentiam ipsius sensilis.ergo qbus mouetur intellectus ad intelligendum:ijsdem mouetur ad prosecutionē:vel fugam, sequitur.n.comphensionem appetitus,sicut vmbra corpus 12. meta. auctoritate Alex. Et quādoq; mouetur.§ probatur hoc per exemplum.s.ꝙ intellectus mouetur à præsentia phantasmatum,& non presentia sensilium,& inquit.Et quandoq; mouetur homo ad aliquid, licet nō sentiat.s.sensu exteriori, cuius exemplum ponit.d.sicut præliator mouetur,quando imaginatur ignem inflammari in turribus,licet ignis nondum inflāmatus sit. Potest ergo syllogismus sic cōponi,omne motū mediantibus imaginibus:vel phantasmatibus, sine præsentia rerum sensatarū, fugit vel prosequitur,mediante comprehensione.sed omne fugens,vel prosequēs mouetur mediantibus phantasmatibus,ergo oē fugiens vel prosequens fugit: vel prosequitur, mediante compræhēsione, Minor patuit in exemplo de præliatore. Et cum pliator.§tex.in arabica trāslatione sic habet.§Cōe est.n.ꝙ res mouens est ignis,& ipse nuntiat preliatori.§In quibus verbis ambiguum est,quid intelligat per §commune.§Ideo dupliciter exponit, & inquit: & cum præliator intrinsecus imaginabitur ignem in turribus,statim cogitabit in destruēdo illum ignem,& præliator oppositus.i.hostis inflammando ipsum,& cōem habent cogitationem in hoc.s.quia ignis est finis positus,& quesitus apud ipsos,secundum modos diuersos, quia ille in offendendo : ille vero in obsistendo.Est ergo prima expositio ꝙ per§commune§Ari.intelligit finem cōem vtriusq;,vt patet. Et potest intelligi.§ Apponit secūdam expositionem. Dixit.n.Arist. duo ꝙ quandoq; homo mouet fugiendo in præsentia sensilium : quandoq; in absentia,vt patuit.Exponit ergo nūc, quod Arist.per §commune§ intelligit exemplum commune vtrisq; motionibus.inflammatio.n.ignis in turribus , si presens erit deseruiet pro exemplo in fuga de re presenti. Et si absens,seruiet in exemplo de re absente,& imaginata. Inquit, & potest intelligi hoc, quod dixit. §commune .n.§.i.propositio.n.cōmunis.i.exemplum cōe ex quo possumus scire omnia ꝓntia.i.ambas fugas vel prosequelas. Fit .n.vna prosequela in præsentia rei sensilis,altera in absentia. Et exponit hæc ꝓntia, & inquit . Est.n.primū ꝓsequēs .i.prima prosecutio propter existentiam.i.præsentiā ignis in turribus,propter ꝙ verificat verbū Aris.& patet. Principium.n.§Exponit secundam prosequelā & inquit.Principium.n.in suæ cogitationis in rebus erit presentādo modos imaginum possibilium esse in illa re, de qua cogitat, adeo ac si videret id de quo cogitat. Cuius cām adijcit,& inquit,& causa in hoc est,qa homo ponit principium suæ considerationis in rebus possibilibus, de rebus præsentibus,quas videt. Est ergo secunda prosequela ex imaginibus præsentibus phantasiæ,sed absentibus à sensu, quæ licet sint absentes à sensu tamen sunt possibiles esse , & ex his phantasmatibus mouetur,ac si præsentia esset in sensu, vt patet. Hæ sunt duæ expositiones, que cadūt in illo verbo,§commune.n.§quæ profecto ꝯm græcam literam sunt superfluæ,& Auer. propter malam translationem non potuit recte exponere : vt perspicuū est. Et ideo possibile.§ Nunc ex dictis colligit quoddam corollarium satis vtile, & inquit. Et ideo possibile est,vt homo cogitet in alia re v.g.in inflammatione turris,adeo ꝙ īueniet ex eo aliquod indiuiduum,quod ante non sensit,sed sensit ei simile : non ipsum,idem hoc theorema potest dupliciter intelligi,vel qm̄ intellectus ex speciebus & formis olim sensatis, nunc vero phātasiatis colligit formam vnam,quæ nec cadit,nec cadere potest sub sensu : vt species inimicitiæ : cuius nullum fuit indiuiduum sub sensu vel ipsa in se nunq̄ fuit sub sensu , attamen percepit aliquid illi simile.Ver.g.percepit ignem,percepit aliquando inflammationem,percepit turrim,& percepit hostem, ex oībus istis colligit inflāmationem in turri,quam custodit ab hoste,quæ nō est in re præsens,licet sit aliquid illi simile,quia oīa illa,quæ alias, sunt percepta,Vel pt̄ intelligi, sicut legitur de Gumare, quem Auer.narrat in lib.de somno,percepisse in vigilia quoddā, quod somniauerat,quod nunq̄ fuit sibi præsens.sed de hoc alias. Et innuit.§Soluit.q.& primo tangit vim solutionis dicende,& inquit,& innuit per hoc modum,ꝯm quem pōt inueniri per cognitionē imago vera.i.phantasma in phantasia rerum, cuius indiuiduum nunq̄ fuit sensatum aliquo cogitante. est ergo punctus qōnis : qūo potest phantasma vere esse in phantasia rei, q̄ nunq̄ fuit sub sensu, datq; cām quæstionis,& potest sic componi,que numerantur ad numerum sensilium non possunt inueniri absq; illis . Apponit minorem, & inquit . Iam.n.posuerat ꝙ imagines veræ sunt numeratæ ꝯm indiuidua sensilia,& dixit § vere § quia chimerice non oportet.Tunc conclusio est,ergo phantasmata vera non possunt esse absq; præsentia rerum sensatarum. Et quasi declarauit.§Cum tetigit vim qōnis:& dedit causam qōnis, soluit.q.& inquit. & quasi declarauit ꝙ iste modus imaginum inuenitur à cogitatione ex imaginibus .i.formis: quæ sunt indiuidua sensibilia. Et per hoc tangit vnam causarū illius indiuidui insensati.Tunc tangit alias, & inquit.Virtus.n.cogitatiua, sicut declaratum est in lib. de sensu & sen,quando iuuabit se,cum informatiua.i.imaginatiua:quæ vocatur formatiua,quia tantum formas simplices retinet, & rememoratiua , innata est præsentare ex imaginibus rerum aliq̄,quā nunq̄ sensit in ea dispositione, ꝯm q̄ esset,si sensisset eam fide & informatione.i.in re per sensum,quando inq̄ cogitatiua sic innata tale indiuiduum cogitat, tunc intellectus iudicabit illas imagines iudicio vr̄i. In qbus verbis dat intelligere causas quibus potest tam cogitatiua aliquod insensatum cogitare , & intellectꝰ idem iudicare,sunt aūt cause quatuor.Prima est ipsum sensile extrinsecum.secunda est imaginatiua virtus . tertia est memoratiua.quarta est ipsa cogitatiua. sensilia quidē sunt causæ,sine qbus memoratiua,& imaginatiua non sunt forte causæ instrumentales: cogitatiua est causa principalis, & quasi vltima.possunt autem hæc per duo exempla, quorum Alpharabius Albepharac Babyloniensis in lib.de somno meminit,declarari.v.g.sit ita ꝙ aliq̄s medicus ex sensilibus cōmunibus & proprijs cognouit in callia febrem hecticam tertiam speciei,nouit causam huius egritudinis, complexionem,ætatem,locum, & alia huiusmodi particularia. Et vlterius virtute memoratiua meminit ex hac,& simili ægritudine mortem semper fuisse venturam.At per imaginatiuam in hoc mortem,& corruptionem phantasietur,cogitatiua tunc cogitabit in callia mortem,ac si p̄sens esset:quæ nunq̄ cecidit sub sensu.ecce quo pacto illa quatuor proficiunt in cogitatione mortis . Amplius sit ita ꝙ aliquis bonus naturalis cogitet grandinem: ac per memoratiuam suam cōmemoret post talem calorem estiuum,ac tales nubes fuisse secutam grandinem,& per imaginatiuā descensum grandinis phantasietur,ex his cogitatiua iudicat tempestatem proximam,q̄ nunc non sentitur nec præsens est.Eodē modo patet,qūo intellectus ex hismet iudicio vr̄i mortem & tēpestatem intelliget, vnamet.n.forma est cogitatiuæ,& intellectus.cogitatiuæ quidē phantasma. intellectui vero quidditas seu intentio simpliciter. Et intentio.§Hæc pōt esse quasi conclusio,& tūc illa particula §&§ tenetur illatiue,& erit sensus. &.i.ergo intentio.i.nā cogitationis.i.virtutis cogitatiue,nihil aliud est,q̄ hoc.s.vt virtus cogitatiua ponat rem absentem à sensu , quasi rem sensatam & præsentē.quo pacto ex dictis hæc cōclusio sequatur perspicuum.Vel potest esse præmissa:& tunc cōponetur syll̄s sic, omne id p cuius nām ponit rem absentem , ac si p̄sentem ēt cum alijs innatam idē facit.Et tunc accepto illo pro minori,concl̄o erit,ergo cogitatiua innata,ēt cū alijs,faciet rem absentē,ac si præsentem.Vel forte,nec est cōclusio,nec ꝓmissa,sed solo qōnis . dixit.n.ꝙ cogitatiua innata ab illis facit rē absentē ac si p̄ntem, q̄s posset dicere: si id facit innata,an p se,& per nām eius sit apta id facere,persoluit ꝙ sic,qm̄ ex natura sua id exercet,verū eget illis

illis dispositiue saltem,& tu considera. Et ideo.§ Adijcit quoddam corollarium pulchrum:& inquit,& ideo cõpręhensibilia humana diuiduntur in hæc duo.s.compræhensibile,cuius principium est sensus,& compræhẽsibile,cuius principium est cogitatio, cõpræhẽsibile.n.cuius principiũ est sensus,est id, ꝙ est præsens sensui & compræhensibile, cuius principium est cogitatio, est id quod est absens, vt præteritum: aut futurũ &c. Potest autem corollarium sic cõduci,comꝑhensibile est cogitabile,& oẽ cogitabile est, vel ex sensu,vel ex cogitatiua,ergo omne cõpræhensibile vel intelligibile est ex sensu,vel cogitatiua. Et iã.§ Quis arguet,omnis virtus discurrens est intellectus materialis, sed ꝑ hæc, cogitatiua discurrit, ergo est intellectus mãlis.

Dubitatio.

Solutio.

Rñdet,& iam diximus ꝙ virtus cogitatiua non est intellectus materialis, neq; intellectus qui est in actu.i.agens, vel speculatiuus: sed est virtus particularis mãlis.i.forma in corpore, maior ergo debet intelligi de discursu vñi, & non indiuiduali,vt dicemus. Cõfirmat solutionem,& inquit,& hoc manifestũ est ex dictis in sensu & sensato. reddit autem cãm,cur induxit solutionẽ predictę qõnis,& inquit.Et oportet scire hoc,qm̃ cõsuetudo est attribuere intellectui virtutẽ cogitatiuam, propter hoc.n.fuit necessariũ reddere te attentũ in illo. Et non debet.§ Contra, intellectus mãlis componit intellecta singularia.i.simplicia; cogitatiua componit intellecta simplicia,ergo cogitatiua est intellectus.syllꝰs.est in secũda figura. Inquit:& non debet aliquis dicere ꝙ virtus cogitatiua cõponit intelligibilia singularia,& iam declaratũ est, ꝙ intellectus mãlis cõponit ea.soluit. cogitatio.n.non est nisi in distinguendo.i. appræhendendo indiuidua illorum intelligibilium,& pręsentare ea in actu, quasi essent apud sensum,vt dictum est. Et dat signum huius.d. Et ideo qñ fuerint præsentia apud sensum: tunc cadet cogitatio,& remanebit actio intellectus in eis. Ad formam qõnis subscribit solutionem.d. Et ex hoc declarabitur,ꝙ actio intellectus est alia ab actione virtutis cogitatiuæ,quam Arist.vocauit intellectum passibilem, & dixit eam esse generabilẽ & corruptibilem. Est ergo solꝰ.ad formam. negatur minor, quia cogitatiua non componit intellecta simplicia,sed singularia indiuidua,& sic patet solꝰ. ad formam.licet syllogismus ille sit in secunda figura ex duabus affirmatiuis,qui nullus est primo priorum.Quomodo vero, quando sensus præsentialiter sentit, cadat cogitatio,in cõm. 6. diximus. Hic autem supponitur. Et hoc, § Probat solutionem.s.ꝙ cogitatiua non sit intellectus materialis,& primo sic, intellectus non habet instrumentum corporeum,cogitatiua habet instrm̃ corporeum.s.medium ventriculum cerebri,ergo in secũda figura,cogitatiua non est intellectus.Apposuit aũt huius tantum minorem. Et homo.§ Secundo arguit,homo generatur,& corrumpitur propter cogitatiuam: homo non generatur,neq; corrumpitur propter intellm̃. ergo intellꝰs non est cogitatiua,iterum huius apposuit minorem,vel maiorem. Et sine hac.§ Tertio arguit. Intellectus mãlis intelligit mediante hac virtute tanq̃ mediante ministro.Intellectus non intelligit mediãte intellectu mãlĩ, tanq̃ mediãte ministro,ergo intellectus mãlis non est cogitatiua,apposuit vim maioris. Et ideo.§ Quarto idẽ probat authoritate Arist.& sermo patet.Et omnia hæc dixit remouens peccatum Alex.& Galꝰ.vt visum est in expositione cõm.6.

COMMENTARIVM.

CVM declarauit ꝙ intellꝰs speculatiuus vtitur phãtasia vnus subiecto existens: plures vero ratione,nũc declarat quo modo intellectus practicus vtitur sensu, & phantasia. & quidem non eodem modo sicut phantasia vtebatur speculatiuus intellectus. Et hæc est expositio Philoponi, vt mihi videtur. Dicit.n.ꝙ practicus intellectus interdum simul cum sensibilibus operãs,lætatur,& tristatur, quandoq; vero sine sensu vtitur phantasia loco sensus: & per illam agit. Quãdoq; vero practicus intellectus vtitur sensu & phantasia simul,sensu quidẽ, ad depræhendendum triste,& lętum,phantasia vero ad deliberandum. Arisẽ.ergo ẽm Philop. ostẽdit quo modo practicus intellectus simul & semel vtitur sensu, & phantasia, vt per hoc intelligatur drĩa inter intellectum speculatiuum & practicum quo ad vsum sensus,& phantasiæ,& dicit. Et sicut in illis determinatum, hoc est depræhensum est quid ipsi sensui exteriori vel cõi sit ꝓsequibile: aut fugibile,sic & extra sensum,hoc est sine sensu exteriori,sed in sensu interiori,cũ depræhensio illa fuerit in phantasmatibus, mouetur motu deliberationis intellectus practicus: ergo intellꝰs practicus vtitur exteriori sensu vel cõi ad perceptionem tristis vel lęti,vtitur phantasia ad motum deliberationis. Sumpsit.n.mouetur pro deliberat secũdum Philop. Exemplum affert,& dicit,vt sentiens facem.s.accẽsam in turri vel monte: quæ data est in signum hostis significatiuum, practicus intellectꝰ communi sensu cognoscit,quoniam ignis est fax illa:& signum aduẽtus hostium, & sic practicus intellectus vtitur externo vel cõmuni sensu ad deprehẽsionem tristis vel læti. Videns autem ipsum ignem moueri, deꝑhendit practicus intellectus eodem cõi sensu,quoniam hostis est, ergo practicus intellectus vtitur cõi sensu,vel exteriori ad deꝑhẽsionem rei fugibilis,vel persequibilis. Qũo vero ad deliberationem practicus intellectus vtatur phantasia,declarat,& dicit. Quando vero in phãtasmatibus & intellectionibus internis,quę in anima sunt,practicus intellectus est quasi videns bonũ ad malum imitatione sensus cõis, tunc ratiocinatur & deliberat futura agere,conferendo illa ad ꝑsentia,quę cõi sensu,vel exteriori videbantur. Dixit quasi videns,quia videre est visus,intellectus non videt: sed intelligit. Exponit aũt quo modo deliberat mediante phantasia,& dicit. Et cum dixerit,aut conceperit in phãtasia ꝙ ibi lætum,aut triste est.tum syllogizat ad fugã: aut ad imitationem, & omnino se ponit in deliberatione motus, ac actionẽ: & ita patet,quomodo practicus intellectꝰ vtitur sensu,& phantasia: alio modo q̃ intellectus speculatiuus, nam intellectus speculatiuus vtitur ipsa phantasia, & sensu sine appetitu fugiendi vel prosequendi, practicus vero intellectus cum appetitu fugiendi vel prosequendi. Præterea: Alia differẽtia adhuc est ꝙ speculatiuus vtitur phantasia sine actione,practicus vero cum actione. Qũo vero practicus intellectus vtatur sensu sine phantasia,nec Arist. declarauit nec Philop.tamen res patet. Vtitur.n.sensu sine phantasia in præsentia rei fugiendæ vel prosequendæ: vtpote cum non prius deliberat:sed sensitiuum appetitum tantum sequitur. Quomodo vero vtatur phantasia sine sensu. Auer.declarat,vt in collectaneis dictum est,tamen in melancholicis cernit̃ euidenter,vbi intellectus practicus deliberat de fugibili vel prosequibili solum ex phantasia mota ab humore melancholico. Verum de his in collectaneis Arist.declarauit solum qũo intellectus practicus vtitur sensu & phantasia simul alio modo q̃ intellectus speculatiuus,quoniam perspicuum est qũo vtatur alio mõ phantasia sola, vel sensu solo. Ex his sequitur ꝙ tribus modis mouemur ad fugam vel prosecutionem.vno modo,vt bruta mouentur,quæ non deliberando vel ratiocinando mouentur, sed ex solo sensu cum memoria præteritorum, & hoc pacto practicus intellectus non vtitur phantasia, nec syllogismo. Alio modo deliberando.& hoc dupliciter,aut sumpto initio ab his,quæ fuerunt in sensu,& sic intellectꝰ practicus simul aliqñ vtitur phantasia & exteriori sensu, vt Arist.declarauit exemplo facis. Aliquandq nullo initio sumpto ab his,quæ fuerunt in sensu: & sic practicus intellectus vtitur phantasia & syllogismo practico sine sensu.

Tribus modis mouemur ad fugam.

Error Auer.

Ex his apparet Auer. non recte hunc locum intellexisse, cum retulit verba hæc ad cogitatiuam, asserendo cogitatiuam posse indiuiduum aliquod repręsentare auxilio externorũ sensuum imaginariæ & memoratiuæ,ꝙ nunquàm fuit in sensu. & hoc putat Arisẽ.hic intelligere,quod quantum sit alienum ab Aristo. tu vides,nam Aristo.declarauit quo modo practicus intellectus alio modo vtitur phãtasia,& sensu quàm speculatiuus.

ARGYR.

Ipsum etiam verum ac falsum quæ sine actione sunt, in eodem genere sunt in quo sunt bonum,ac malum, sed absolute differunt atque cuiuspiam ratione.

Tex.cõm.34.

Quod autem & sine actione est & verum & falsum in eodem genere est cũ bono & malo,sed & ipso simpliciter,& aliquo differt.

Expositores

COLLEC. Tex.cõm.34. Expositores latini hanc literam penitus ignorant,tũ ex mala translatione,tum ex verborum obscuritate.Ideo debes scire,ꝙ sensus principaliter finem ponit iocũdum vel triste,quẽadmodum irrationalis virtus. Intells vero actiuus non principaliter iocundũ vel triste finem ponit: sed bonum,vt sequendum,malum vt fugiendũ. Hanc ergo differentiã innuens inquit.Et qñ viderit ꝙ illic iocũdum vel triste §illic§.s.in sensu.qñ ergo ita iudicet rem,non vt cognoscibilẽ solum,sed vt talem,qualis erat in sensibus iocũdum,vel triste,quæ in intellectu sunt bonũ vel malũ§hic§ hoc est eiusmodi iudicatio,vel declinat malum,vel prosequitur bonum.& omnino in actione.i.oĩo vlr agit quicq̃. agit vero vel boni insequens transumptionem,vel malum euitans.Et cum & sine actione verum & falsum in eodem gñe sunt,bono & malo.§Dubitabit forte quis,qm̃ fiunt syllogismi practici in actiuis etiam habitibus, quẽadmodum docuit Arist.in lib.de causa motuum aĩalis.v.g.omnis ciuitas debet esse bene legibus recta. Suessa est ciuitas, ergo debet esse bene legibus recta.hic quidem est syllogismus, & operatio intellectus actiui.Quæret ergo quis,an quando actiuus intells vlr in seipso de agibilibus mouet speculationem, quamuis non vt sequendum, vel fugiendum, sit omnino in actione consistens,vt dixit.Rñdet ergo Aris.& cum & sine actione verum & falsum, subaudi speculatur, in eodem genere sunt bono & malo, quoniã licet actu in actione non sit: est tñ id ꝙ concludit agibile à nobis post conclusionem,Finis.n.syllogismi practici est principium operationis actiui intellectus mediante sensu,vt diximus. Addit tamen drĩam.d.Differt autem solum vniuersalis de agibilibus intellectio ab ea,quæ in ipso agere, quando & particularia compræhendere necesse est, eo ꝙ simpliciter & alicui. Hæc quidem.n.est simpliciter vt ex duabus exñs vniuersalibus, hæc vero quædam: vt ex particulari, & vlr particularem colligens conclusionem. Et in his apparet error latinorum,qui aliter drĩam istam conantur exponere de intellectu practico & speculatiuo,quæ nihil sunt.

Commen.34. Et cum iudicaueris. Ostendit quem ponit finem intellectus actiuus,& inquit. Et cũ iudicaueris per sensum delectabile est illic,aut hic.i.ꝙ erit apud sensum iocundũ, aut triste,tunc cõtristabile apud intellm̃ erit,aut fugitum, si intellectus æstimauerit id esse malũ,aut quesitum,si æstimauerit id esse bonum ergo quod apud sensum est iocundum,apud intellectũ bonum erit quod triste, apud intellectum malũ,& hoc Simp.inquit,in cõmentarijs huius loci. Et vlr.§Ostendit naturas sensus cũ intellectu, & econtra, & inqt. Et sic vlr accidit intellectui cũ sensu in omnibus actionibus.s.aut ꝯdicere ei,dicendo ꝙ contristabile est bonum,& quærẽdo id,quod fugit sensus,aut conuenire cum eo: in dicendo delectabile esse bonũ.Intellectus ergo dupliciter se habet ad sensum aut vt dissentiens, qm̃ quæ sensus prosequit intellectus declinat,vel q̃ sensus fugit intellectus prosequit. Vel in consensu: qm̃ quæ sensus consentit,intellectus ẽt consentit & q̃ fugit,& intellectus.hæc ergo est illorũ essẽtia in operationibus. Falsitas.n.§Debes scire ꝙ in arabica translatione sic inuenit litera. §Falsitas .n.& veritas sunt sine operatione, & sunt ambæ in eodem gñe,& in bono & malo,sed differunt,quia dñr simpliciter, & in termino.§Circa q̃ verba,dicit Auer. ita cecidit ablatio vel albedo in scriptura,quia non reperiebantur in lr̃a, sed loco eorũ cecidit albedo.i.locus albus, more arabum & põt esse.i. sed hæc verba pñt stare,& si stant, dat intellm̃ eis,& sermo patet. Et sunt in eodem gñe.§Dubitabis forte,qũo verum & falsum sunt in eodem gñe in bono & malo? Soluit Auer.dupliciter. primo inquit põt intelligi, ꝙ hæc duo sunt in eodem gñe,quia vtrunq; est cognitio, ergo verum & falsum sunt species,cognitio vero genus.attñ differunt,quia veritas est in gñe boni.i.differt à falso ꝓ differentiã boni,& falsitas in gñe mali.i.differt drĩa mali. Aliter rñdet ꝙ falsum & verũ sunt in gñe eodẽ.s.in gñe quod est bonũ,& in gñe,quod est malum.& sic in prima rñsione bonum & malum erant drĩæ,nunc vero gñà. Sed tamẽ diuiduntur.§Debes scire,ꝙ bonum & malũ in prima expositione sunt drĩæ,in secunda genus.qñ ergo genus differentiæ sunt simpliciter,& in itellectu: qm̃ veritas in practico, & veritas in speculatiuo,ambæ sunt gñis boni.differunt tamen,quia illa in intellectu speculatiuo bona est simpliciter. illa in practico bona in respectu,vt patet,& quẽadmodũ de veritate,ita & de falsitate dicendũ. Falsitas.n.in speculatiuo,& falsitas in practio sunt gñis mali.differunt autem,quia falsitas in practico mala est in respectu finis, in speculatiuo vero mala simpliciter. Ex his apparet primo, ꝙ si veritas & falsitas absolute cõparentur,veritas & falsitas sunt gñis qualitatis,quia conueniunt in gñe cognitionis,differuntq; drĳs boni & mali. si vero subdiuiduntur in intellectu speculatiuo,& in intellectu practico, istæ veritates sunt ambæ gñis boni licet differant,quia vna.s.in intellectu speculatiuo est simpliciter. altera in practico in respectu.ergo genus est bonum,drĩæ sunt simpliciter,& in respectu,& sic de falsitate, & sic per illam particulam § & in termino § intelligit & in respectu finis. Et hæc est vna expõ. Et p̃t intelligi.§Inducit aliam expõnem,quæ est expositio primæ potius,& inqt. Et potest intelligi per hoc, quod dixit, & per terminũ.i.finem.s.& diuidũtur, quia hoc est bonum simpliciter.& hoc bonum in respectu finis positi,& intentio.i.sensus est propinquus in istis duobus.q.d. ꝙ expositiones istæ sunt in re vna,& non differunt.

COMMENTARIVM.

Cum posuit quatuor differentias inter speculatiuum intellectum,& practicum,nunc quasi repetit tertiã simul, erat.n.tertia,ꝙ in speculatiuo intellectu sunt verum & falsum,in practico vero bonum & malum. Hanc ergo repetit (vt Philopono placet)& dicit. Q. autem & quidem sine actione est & verum & falsum in eodem gñe est cum bono & malo. hoc est in eodem genere subiecto.s.intellectu (vt Philop.inquit.)Verum.n.& falsum sunt in intellectu, & bonum & malum etiam, verum quidem & falsum sine actione, bonum & malum cum actione, & ita verum & falsum sunt in intellectu, quo speculatiuus est, & non cum praxi. At bonũ & malum sunt in intellectu, quo practicus est, & sic cum praxi. Propterea addit hæc differre, quo differunt particulare & vniuersale. Vel (vt Philop.dicit) sed ipso simpliciter & aliquo differt, quoniam veritas simpliciter dicitur:& semper eodem modo se habet. Bonum autem & malum ad aliquid sunt,quia vel bonũ & malum ad corpus,vel ad animam.Patet ergo differentia tertia,quam ideo repetit, quoniã eam posuit valde breuiter, & mistam cum alijs,vt visum est. Sunt ergo(secundũ Philoponũ)quatuor drĩæ. Prima ꝙ practicus intellectus semper circa vniuersalia versatur,speculatiuus circa vniuersalia & particularia.Secunda ꝙ practicus semper phantasia vtitur,speculatiuus non semper,& si vtitur semper. nõ tamen eodem modo. Tertia ꝙ in speculatiuo veritas & falsitas est,in practico vero bonum & malum. Vltima ꝙ speculatiuus agit sine appetitu veritatem solam,& falsitatem cognoscens. Practicus agit bonum cognoscẽs & malum, cum appetitu. Hæ differentię haberi possunt secundũ Philoponum ex his testibus. Vel dici potest ꝙ Aris. vult habere ꝙ intellectus practicus & speculatiuus sunt idem subiecto,quia verum & falsum,bonum & malum,sunt in eodem intellectu. Differunt vero ratione,quia differunt simpliciter & aliquo, sicut verum & bonum differũt simpliciter & aliquo.Animaduerte tamen hũc textum aliter Simplicium intellexisse: aliter vero Them̃. Quæ cũ non multæ vtilitatis sint,de expositionibus hactenus. Expõ Simpl.

De syllogismo practico. Sed circa finem huius rei,quæres primo quid est syllogismus practicus. Et dicendum ꝙ sylls practicus fit in factiuis, & in actiuis,vtit.n.ipso artifex, & moralis, Artifex quidem in deliberando ad faciendum,moralis vero ad deliberandũ ad agendum in vita. Sunt aũt in syllogismo practico tria,maior,minor,& cõclusio. In syllogismo practico,quo deliberamus ad agendum in vita, maior dr̃ synderesis,minor vero dicit̃ ratio. Conclusio vero à catholicis dr̃ conscientia,à phis vero dr̃ rectitudo:siue appetibilitas, vt si fiat sylls,parentibus est obediendum,Socrates est pater.Socrati igitur obediẽdum.Maior dr̃ synderesis, minor vero dr̃ ratio, conclusio est conscientia,vel rectitudo, aut appetibilitas.In syllo vero practico ad opus, maior dr̃ regula,minor vero dicitur ratio siue ęgritudinis capitulatio,

Dubitatio. Solutio.

conclusio dicitur consiliũ vel deliberatio. Exẽplum est, febricitantibus febribus cholericis calidis: & siccis, competunt humidę, & frigidę dietę. Hec febris est cholerica calida & sicca, ergo huic cõpetunt frigidæ & humidæ dietæ. Maior dr̃ regula, minor vero capitulatio morbi: vel ratio. Conclusio dr̃ consilium vel deliberatio ad operationem. Synderesis aũt & regula sunt vl̃ia principia, ideo circa illa minus errare possumus. Rõnes vero sunt propõnes particulares, circa quas contingit plerunq; errare. Cõclusiones vero & si recta rõne sint inductæ, possumus tñ illas nõ exequi. cum voluntas sit libera libertate contradictionis; vt dicetur. Secundo quæritur cur à græcis dianoetica dicatur intellectus practicus, noeticus vero intellectus speculatiuus, vt Auer. dixit superius, & Simpľ. & Philoponus similiter. Dicẽdum, quod speculatiuus intellectus & practicus ſm Philoponum vbique est idem subiecto, & differt ratione, vt dictũ est, & ita noeticus intellectus est speculatiuus, & practicus. Dicitur ãt dianoetica à græcis practicus intellectus differentia speculatiui, qui est practicus & speculatiuus. hic vero cũ sit solum circa singularia: non potest esse nisi practicus. Secundo dicitur practicus, quia hic intellectus subministrat minorẽ intellectui noetico, in qua stat vis fere tota syllogismi practici. Ideo, vt principalis ministra, vendicauit sibi nomen practici intellectus. Sunt & aliæ rationes, sed hæ sint satis.

De intellectu practico. *Cõm. 20. in fine*

ARGYR. *At vero res eas quæ vocitantur ob abstractionem abstractæ, hoc pacto intelligit. nam vt si quispiam simitatem non vt est simitas, quo quidem pacto percipi separata non potest, sed vt concauitas est, intelligeret actu, sine ea tum ipsam intelligeret carne in qua concauitas est, sic cum res intelligit mathematicas tum separatas ipsas vt separatas intelligit. Omnino autem is intellectus qui actu intelligit, res ipsæ est, vti diximus.*

Tex. cõm 35. Quæ vero in abstractione dicuntur intelligit, vt si simum vtique secundum ꝙ simum non separatim, sed inquantum cauum. Et siquid intellexerit actu sine carne, vtique intellexerit inquantum cauum, sic mathematica non separata tanq̃ separata intelligit, cum intelligit illa. Omnino autem intellectus qui secundum actum, res ipsas est intelligens.

COLLEC. *Tex. cõm. 35.* Compleuit de actiuo sermonem, rursum de speculatiuo progredi incipit. Sed cur à mathematicis incipiat, Simpľ. reddit cãm: quia procedere ab extremo ad extremum, nõ nisi per mediũ licet, post. n. actiuum intelľm succedit ĩmediate mathematicorũ contẽplatiuus. Sed hæc rõ nulla esse videtur. qm̃ nãlium cõtemplatiuus proprior est actiuo, qm̃ est magis materiæ, & conditionibus materię ĩmersus. Aliter vr̃ mihi & melius. dixit in speculatiuo veritatẽ esse bonum simpliciter. bonum autem est finis primo ethic. Si ergo intellectus intelligit mathematica, in illis esset finis, cuius oppositum dicit. 3. meta. Vt igitur hoc remoueat: ostendit quo pacto intelľs intelligat mathematica, à fine separata ac materia. Inqt. Abstractione aũt dicta intellectus sensui & imaginationi complicatus intelligit sicut simum: vt simum, non separatum § autem § sed inquantum curuum. intellectus. n. intelligens simum, non intelligit separatę ipsum à sub̃a & carne, sed intelligit seorsum concauitatem. adijcit. § Si aliquod intellexerit. § Qm̃ potest quis & curuũ cum alia intelligere carne, vt in habentibus nasum aduncum, & ipsum vero per se. siquis ergo intelligere curuum per se, & non potestate, sed actu non separatum, neq; natũ separabiliter subsistere, vt separatum vtique intelligeret. Aliter legit Simplic. vide. Reliquum est perspicuum.

Commen. 35. INTENDIT per res. Primo Auer. verba exponit, & inquit. intendit per res, quæ dñr negatiuę res mathematicas: & intendit per negationem abstractionem à mã. Et debes scire ꝙ duplex est abstractio. s. positiua, quali est, qñ intelľs intelligit sub̃as separatas per abstractionẽ factam à sensibilibus, vt qñ intelligit motores orbium, per proprios motus, & reliqua. Et hæc abstractio positiua dr̃, eo quia ponit intellectũ esse abstractum ſm rem. Alia est negatiua, quæ est intellectio alicuius non per inclusionẽ materiæ, vt qñ intelligitur linea absolute, vt linea, & superficies similiter per nõ inclusionẽ proprij subiecti. & hæc est negatiua, quia nihil ponit: & sic intelliguntur mathematica, vt recte sentit Auer. Et intẽdit. § Pythagorici sic syllogizãt, sicut res intelligitur, sic existit. sed mathematica intelliguntur abstracte, ergo & abstracta sunt in re. Soluit Auer. ꝙ maior falsa est, qm̃ potius esse sequitur itellectionem, q̃ econtra. sicut. n. res intelligitur, ita est, & non econtra. quo fit vt aliquod posſit intelligi abstracte, licet nõ sit abstractum, hoc per exemplum ostẽdit in simo, & iam declaraui. Tunc resumit solutionẽ. d. & innuit per hoc, ꝙ ista posſibilitas in abstractione istorum ab intellectu est consequens naturas: & quidditates earum, non q̃a accidit eis, quia sunt non in materia: ergo intellectio abstracta nõ arguit esse abstractũ. Sed dices contra, qm̃ intelligere sequit̃ ad esse. ergo ad modũ essendi sequitur modus intelligendi, & econtra. Rñdet, & modus essendi intentionũ mathematicarum extra aĩam non est sicut modus, ſm quem sunt in aĩa, ergo similitudo nulla. Deinde legit literã: & sermo patet. Et exẽplum ꝙ induxit. § Dicet quis. si inquit Aris. modum intelligendi mathematica, cur reliquit modũ intelligendi nãlia? Respondet & exemplum, ꝙ induxit supplet id quod diminuit à sermone. s. aliud membrũ. s. intelligere nãlium, qđ est diuersum ab intelligere mathematicorum.

Dubitatio. *Solutio.*

COMMENTARIVM.

Cõ expositoris. FERE oẽs concordant Aris. hic declarare qũo intelľs intelligit mathematica. Sed cur rem hanc aggrediat̃, non est leue differere. Expositor hoc Aris. repetere autumat, ꝙ superius dixerit aĩam sine phantasmate nihil intelligere, nec practice, nec theoretice, phantasma vero sine sensu non fit, qua ratione vr̃, vt intellectus nihil sine sensu intelligat. Hic addubitatio fit, an intellect⁹ posſit abstracta intelligere. Vult igitur hac de causa Arist. rem hanc repetere, quæ causa bona est. Ex his vero, quæ Simp. ait põt assignari alia causa, quia cũ egit de intellectu practico, actiuoq;, nũc agit de speculatiuo, & quia speculabilia sunt duplicia, alia cum mã sensibili coniuncta, alia vero à sensibili mã abiuncta. Illa vult Arist. esse cum materia sensibili coniuncta, q̃ sine sensibili materia intelligi non possunt, ea vero sine sensibili mã intelligi non possunt, in quorũ definitione cadit mã sensibilis, vt res physicæ. Separata vero in quorũ definitionibus nõ cadit mã sensibilis, vocat abiuncta. Quę duplicia distinguit, aut secundũ rationẽ, vt mathematica, aut secundum esse ac rationem, vt diuinæ substantiæ. Ideo declarat quo modo hæc intelligãtur. nam ex declaratione eiusmodi apparebit quid sit intellectus speculatiuus. Intellectus. n. depræhenditur, tum ab intelligibili: tum à modo intelligẽdi. Hæc ergo causa esse põt, cur Aris. repetit quo modo abstracta intelligantur. nam ex hoc apparere põt quid sit intellectus speculatiuus. Philop. aũt dicit ꝙ cum Arist. posuisset dr̃ias inter intellectũ simplicẽ & cõpositum: practicũ & speculatiuũ, intellectũ ptãte: & eũ qui est actu, iterũ venit ad intelligibile, & declarat ipm̃: & qm̃ intelligibile est forma, & forma est triplex, aut penitus mãlis, vt naturalia, aut penitus immaterialis, vt diuinæ substãtiæ, aut partim mãlis, partim immaterialis, velut mathemata. Supius aũt vestigauit mãlem & immãlem & mathemata, nunc redit ad mathemata & ad immãles. Et q̃rit primo qũo noscat mathematica ipsa intellectus. Deinde vero qũo intelligat immãles, & an intelligat illas. Rñdet aũt ad primam, & breuibus vult ꝙ intellectus mathemata noscat non vt materialia, sed vt immaterialia, nõ. n. noscit ipsa vt simum, ꝙ penitus in materia intelligatur. s. in naso, sed noscit ipsa vt cauum, siue curuum quod sine materia intelligit. Secundo addit, ꝙ intellectus separabilis est, siquidem quæ non possunt separari, vtpote mathemata, separata intelligit: propterea ꝙ ipse per essentiã separabilis est. Vnde dicit. Quæ vero in abstractione dicuntur: intelligit intellectus: vt si simum vtiq; ſm ꝙ simum nõ re separatum, sed inquantum cauũ intelligit. Intellectus. n. non põt simum sine naso definire, sed põt simum vt cauum sine materia intelligere, & hoc pacto põt intelligere mathemata. & hoc subscribit, & inqt. Et siquid intellectus intellexerit sine

Cõ Simpl. *Cõ Philopi* *Tex. c. 1. 10*

ſine carne,vtiq; intellexerit inquātum cauum ſine ſenſibili materia, ſic mathematica nō ſeparata intelligit tanq̄ ſeparata. Hoc autem facit anima propter intellectū qui eſt per eſſentiam ſeparatus(vt Philop.ſupplet)& ſic ſequitur intellectum eſſe ſeparabilem,alioqui per ipſum anima nō poſſet non ſeparata,vt ſeparata intelligere.vt probat Philoponus.q̄a vero dixit mathematica non ſeparata intellm̄ intelligere, vt ſeparata, ſubſcribit qualis nā ſit intells̄ illa actu intelligens,& debet ſic litera continuari,mathematica nō ſeparata,vt ſeparata ſunt.Oīno āt.ſ.ſeparatus eſt intellectus.qui ſm̄ actum res ipſas mathematicas eſt intelligens. nā res mathematicæ ſunt rōne ſeparatę: intells̄ illas intelligēs eſt p eſſentiam ſeparatus, & ita oīno ſeparatus. Sumpſit.n.oīno pro ſimpliciter.q.d.res mathematicę ſunt nō ſeparatę ſimpliciter,intells̄ vero,qui actu illas eſt intelligēs,eſt oīno.i.ſimpliciter ſeparatus.hoc pacto intelligēda ſunt hæc verba ſecundum græcorum interpretationes.

ARGYR. *Si vero fieri poſſit vt aliquam ipſe non ſeparatus à magnitudine ſeparatarum rerum intelligat necne,conſiderandum eſt poſtea.*

Tex.cōm.36. Vtrum autem contingat aliquid ſeparatorum intelligere ipſum non exiſtentem ſeparatum à magnitudine an non: conſiderandum eſt poſterius.

COLLEC. Tex.cōm.36. Principiū huius literæ cum p̄cedenti continuat Simpl̄. & oſtendit quo pacto accidentia intelligantur, quæ conſiderat mathematicus: & inquit, cum intellectus intelligat id.ſ.genus mathematicorum, intellexit ea accidentia non ſeparata ſecundum rem tanquàm ſi ſeparata ſint, quia (vt Simpl̄.inquit)accidentia ſecundum rem ſunt in ſubſtātijs, intellectione vero fiunt ſeparata. Omnino aūt.§Q. ſępe ſuperius dixit,nunc ſubmemorat,& inquit. Oīno vero intellectus eſt ſm̄ actum res intelligēs diuerſis modis,quos ſæpius dinumerauit. Verum vero.§ Mouet.q.conſequentem ad dicta. Dictum eſt.n.intellectum intelligere res omnes,mathematicas quidem per conuerſionem ad imaginationem,naturales vero per conuerſionem ad ſenſum,diuinas autē per hoc,ꝙ ſm̄ ſe conſiſtit,vt Simpl̄.inquit propter quod rationaliter quærit vtrum contingat ſeparatorum quippiam intelligere ipſum exiſtentem non ſeparatum à magnitudine,an non quam quæſtionem prætermittens,conſiderandam,eam eſſe poſterius inquit.

Cōm.36. ET quemadmodum res. Præſuppoſita qōnis neceſsitate,quā dedimus in textus expōne Auer.mouet primo.q. & apponit duos intellectus,quorū primus eſt,vtrum intellectus,vt ſeparatus à magnitudine,& corpore poſsit intelligere ſubas ſeparatas à corpore, & magnitudine, quēadmodum p̄t intelligere formas m̄ales:non ſm̄ comparationem ad alterū,& per dependentiā à phātaſmatibus.Hec.n. eſt intentio prima huius.q.Vr̄.n.ꝙ non,qm̄ intellectus intelligit res,quæ fiunt intellectus,ſubæ ſeparatæ non fiunt intells̄,ergo non intelligit ſubas ſeparatas, accepit huius rationis maiorē,& inquit.Et quēadmodum res quā intells̄ abſtrahit,fit intellectus,q̄n abſtrahit,& intelligit ipſam,cū neceſſe eſt vniuerſaliter in intellectu,vt id,quod eſt intellectum in actu,ſit intellectus in actu.Eſt ergo maior:res q̄ intelliguntur ab intellectu,fiunt intellectus in actu,poſtq̄ erant in potentia. Subaudi minorem, ſed formæ ſeparatæ non fiunt intellectus in actu poſtq̄ erant in potentia, qm̄ per eſſentias earum ſunt intellectus.Tunc accepit qōnem loco concluſionis,& inquit. Oportet nos perſcrutari, & cogitare in poſtremo,vtrum iſte intellectus qui eſt in nobis poſsit intelligere aliquid, quod eſt in ſe intellectus & abſtractus à materia, ſicut intelligit id quod facit ipſum intellectum,in actu,poſtquàm erit intellectum in potentia. Eſt ergo quæſtio, vtrum intellectus ſecundum ſe abſtractus poſsit intelligere formas ſeparatas, quemadmodum intelligit formas materiales. Q. autem hic ſit vnus ſenſus probat, per quandam tranſlationem arabicam, quæ apud græcos non habet locum, & ſermo perſpicuus. Et cecidit in alia.§Nūc ſm̄ intellectum adijcit,& cecidit (inquit)in alia ſcriptura,loco iſtius ſermonis ſic,& in poſtremo perſcrutabimur vtrum intells̄ eſsēdo in corpore.i.corpori copulatus,vt ſic,non ſeparatus ab eo poſsit comprę-hendere aliquod eorum,quæ ſeparantur à corporibus,aut non. Et iſta qō.§Horum intellectuum diſcrimen nūc explicat,& inq̄t.Et iſta.q.eſt alia à prędicta.Iſta.n.q.eſt concedens ꝙ intellectus qui eſt in potentia.i.m̄alis, intelligit formas abſtractas à m̄a ſimpliciter, non ſm̄ ꝙ eſt copulatus in nobis.Ergo hæc qō ſupponit intellectū intelligere ſubſtantias ſeparatas vt in ſe conſiſtens, quærit tn̄, vtrum poſsit intelligere formas ſm̄ ꝙ eſt copulatus nobiſcum, non vtrum poſsit intelligere formas ſimpliciter. Eſt ergo dr̄ia,quoniam quod in prima quæritur,in ſecunda p̄ſuppo nitur. Quærit.n.prima, vtrum intellectus abſolute acceptus poſsit intelligere formas ſeparatas. Secūda vero intellectū illas intelligere abſolute confeſſe accepit, ambigit autem ſi intelligere p̄t illas: vt corpori copulatus. Et illa intentio.§Ambigit circa vtroſq; intells̄. Primo nanq; videtur,ꝙ ſecūda expō ſit melior auctoritate Them̄. in paraphraſi huius tertij. Et ſimiliter idem & Simpl̄.voluit, & hoc inquit,& intellectio.i.ſecundus intellectus eſt dicta à Them̄.in ſuo lib.de aīa,& per ꝯn̄s verior eſt. Et prima.q.§ Obijcit nunc contra expōnem Them̄.oſtendens eum non ſeruaſſe ordinem,& inquit. Et prima.q.i.& intells̄: quem intelligit in poſtremo.i.ſecunda expōne, eſt diminuta vel dimiſſa ſubaudi ab alijs,cuius rationem inquit.Oportet.n. prius perſcrutari, vtrum ſit poſsibile, ꝙ intellectus m̄alis intelligat res abſtractas,aut nō. hoc.n.eſt prius dignū contemplatu.deinde ſi intelligat eas,quærēdum eſt vtrum eſt poſsibile vt intelligat eas ſm̄ ꝙ eſt copulatus nobiſcū,aut nō.hoc.n.eſt dignū ſecundo loco tractari,ergo intellectus Them̄.eſt diminutus. Et poſe eſt.§Vtcūq; ſit defendit literā primā corrigendo eā,& inquit,& poſe,eſt ꝙ in exemplari,à quo tranſtulimus hunc ſermonē,ceciderit hæc particula§nō§ita ꝙ ſic debeat legi,& cogitatio noſtra erit in poſtremo,vtrū poſsit intelligere aliq̄ rem abſtractam, cū hoc ꝙ eſt non abſtractus à magnitudine.i.ſm̄ ꝙ eſt tangēs magnitudinem & copulatus nobiſcū, ita ꝙ nos intelligimus illum intellectum.ſ.agentem primum: quem ipſe intellectus potentiæ in ſe ſemper intelligit & ſic hæc litera ſic correcta conuenit cum illa prima Them̄.& aliorū.Sed ad argumentum contra Them̄.Auer.non rn̄det hic,non.n. oſtendit ordinem qōnum,ſed poſtea dicemus. Adijcit §& iſta perſcrutatio: quā intendit,eſt valde difficilis,& ambigua § difficilis quidem,qm̄ ex natura rerum eſt magna latentia,ſubſtantiæ.n.ſeparatæ ſunt vix à nobis cōpræhenſibiles. Ambigua vero,qm̄ & Ariſt.eam reliquit nobis perſcrutari,vt dicit Simpl̄.& etiam quia in ea ſunt opiniones diuerſæ,propter quas accidit difficultas qōnis,propter qđ inquit,oportet nos perſcrutari de hoc ſm̄ noſtrum poſſe.

Cap.51.

Dubitatio. Sed ambigēs, dixit.n.Auer.ī primo qōnis intellectu ꝙ res dum intelliguntur fiunt intellectus:hoc.n.falſum videtur, res dū intelligitur non fit intelligēs,ergo nec intellectus. oīs.n.intells̄ intelligit.

Reſponſio. Dicēdum ꝙ intellectus eſt duobus modis,per eſſentiā,vt oēs motores orbium vſq; ad intellectū potentiæ.& tales ſunt intellectus intelligētes. alij participatione, vt res m̄ales dum mens aufert eas à materijs & hmōi nō intelligūt, vocat ergo Auer. formas m̄ales intellectus,non quidē ſimpliciter & per eſſentiam,ſed participatiue,vt p̄ſpicue patet. Dicamus.§His acceptis Auer. vult ſoluere qōnem ſecundū poſſe,& primo oñdit,qui poſſunt ſoluere.q.& qui non,& inquit.Dicamus igitur ꝙ qui ponit intellectum m̄alem eſſe gn̄abilem & corruptibilem, nullum modū(vt mihi vr̄) poteſt inuenire n̄alem.i.nullam methodum ex puris n̄alibus poteſt adducere vel fingere, quo poſſumus continuari cū intellectibus abſtractis, & illos intelligere,qui autem poſuerint intellectum materialem generabilem ſunt dicti in primo huius.ideo nō expedit eos nunc narrare. Intellectus.n.§Syllogizat propoſitionem,& ſic componitur,intelligens ſubſtātias liberatas à materia eſt idem illis omnibus modis,intellectus gn̄abilis non eſt idem illis omnibus modis,vt perſpicui conſtat, ergo intellectus corruptibilis nō pōt intelligere ſubas liberatas à m̄a,quod erat propoſitio accepta. Si igit.§Probat minorē hypothetice,& inquit.Si igitur poſsibile eſſet ꝙ ſubas gn̄abilis & corruptibilis intelligeret formas abſtractas,& reuerteretur idem cum eis,vt minor dicit,tunc

posſibile eſſet,vt natura poſsibilis fieret neceſſaria,vt Alpharabius inquit in Nicomachia.i.ethica, & hoc neceſſarium eſt ſm fundamenta phiæ. Tunc deſtruitur pñs,ſed natura poſsibilis non efficitur neceſſaria,ergo nec idétificatur ſubſtantijs liberatis à mã. Si igit aliquis &c.§ Inducit ſolutioné Alex.ad argm̃ dictum: & eſt ꝙ quędam eſt copulatio ſm eſſe tantum:vt qñ copulatur forma materię.quędam ſm compræhenſionem,vt cum copulatur intells mediante cōpræhenſione.voluit ergo Alex.ꝙ intells copulatur primo mõ,videlicet,inquantũ forma,& principiũ operationis & eſſendi,non tñ copulatur ſecundo mõ ſic ꝙ homo primo incipiat intelligere intelłm agenté,deinde cōpleta intellectione acquirat eũ vt formam per cuius eſſentiam operetur intelligédo: & cõphendendo,& ſic apud Alex.intellectus agens prius copulatur homini, deinde ꝑ eſſentiã eius intelłr ab eo,& facit alia intelligere,quid aũt de hoc Auer.poſterius dicemus.Tũc ad formam qõnis dicendum,ꝙ maior debet intelligi ſic: ꝙ oẽ intelligens formas liberatas à mã,per intellectioné pręcedétem copulationem efficitur idem illis. Mõ concedo minorem:& cōcluſionem hoc modo, ꝙ intells mãlis non intelligit ſubas ſeparatas intellectione ꝓcedente copulationé,immo poſt copulationé intelligit,vt diximus.Inquit.Si igitur aliquis dixerit ꝙ illa intellectio quã intendit Alex.ſ.de exiſtentia intells adepti in nobis: non eſt informatio facta de nouo in intellectu mãli,quæ ante non erat.i.non fit in nobis intellectione ꝓcedenti noua.ſed ipſe copulatur nobiſcũ copulatione ſubaudi ſm eſſe,adeo ꝙ ſit forma nobis,per quã & cuius eſſentiam intelligimus alia entia,ſicut apparet ex ſermone Alex. ecce quo pacto apud Alex. intellectio intellectus agentis à nobis nõ eſt diſpoſitio qua intellectus ille in nobis fiat forma, ſed potius econtra, ipſe fit primo forma noſtra, & per hoc acqritur in nobis diſpoſitio, qua intelligimus ipſum,& alia ꝑ eſſentiã illius,& per pñs poſſibile eſt intelłm agétem copulari nobis vt forma, dato ꝙ non prius appræhédatur à nobis, nec ꝑintelligatur, & per pñs non oportet intelłm potentiæ fieri æternum. Vr autem hoc dictum Alex. rõnale. primo quia prius eſt eſſe q̃ operari,ꝑ id eſſe ergo prius eſt intellectus in nobis, q̃ nos ipſum intelligamus,vel per ipſum apphendamus.Secũdo, ſi intellectus agens prius intelligeretur, q̃ in nobis eſſet, tunc ocioſa eſſet copulatio ac adeptio. Tertio, per nihil in nobis põt intelligi,ergo vel non intelligitur, vel ꝑ eius eſſentiãmet tñ intelligitur.Hoc aũt fieri minime põt, niſi prius in nobis adſit,vt diximus. Vltimo, tunc intellectus copulatur per parté poſt partem & ſic eſſet diuiſibile qdam: quod eſt ꝯ rationem. Non apparet.§ Obijcit Auer. Alex.& inquit. Non apparet ab Alex. modus, ex quo iſta continuatio eſt poſsibilis.intellectus.n.põt vniri nobis,vt agens,& vt forma § non apparet § ex verbis eius: quo iſtorum duorum modorũ intellectus agens copulatur nobis, & per pñs Alex.eſt diminutus. Quoniam ſi poſuerimus.§ Secundo arguit,vel iſta continuatio eſt noua,vel antiqua, non poteſt dici antiqua. qm̃ tunc in principio generationis puer eſſet felix & beatus:cõtra ſenſum. Si poſuerimus ꝙ iſta continuatio ſit noua. vel igr erit innouatio ex parte agentis recepti,& hoc non,qm̃ eius ſubſtantia eſt impartibilis,& inuariabilis,vel ex parte recipiétis,& recepti inſimul,& minime propter eãdem cauſam, vel ex parte recipientis tantum,& ſic illa cum non ſit alteratio corporalis, erit alteratio ſpiritualis,& non ſenſitiua, ergo intellectiua,& per conſequens nonniſi noua cognitio ipſius intellectus agentis præuia,& præinducta, & per conſequés intellectus potentiæ prius recipit agenté ipſum cognoſcendo, deinde per ipſius eſſentiam operando, & ſic efficitur idem ei: & per pñs natura corruptibilis efficitur æterna.

Dubitatio.

Cõm.6.7.et 8.

conditionis essent eque nobilia, ergo & æquæ perfecta, ergo neutrum per se concurreret, & per consequés omnia essent contingenter concurrentia &c. Aut ita q cum dedit huiusmodi syllogismum, huiusmodi & conclusionem. s. alterum illorum esse vt materiam vel instrm, alterum vt formam vel agens, mouet questionem inuestigationis gratia, & inquit. Aut ita q propositiones sint quasi materia, & intellectus agens quasi forma, aut ita q propositiones sint quasi instrm, & intellectus agens quasi efficiens, aut subaudiu est econtrario. & quia parua est dria horum diuersorum modorum, inquit. Dispositio.n. in hoc est consimilis, quia ratio instri differt à ratione materiæ, licet non differunt in re, vt perspicue patebit. Sed si posuerimus. Obijcit primo membro. & inquit, sed si posuerimus q propositiones sunt quasi instrm, sicut est rei veritas. Arguit sic, vel est instrm æternum, vel nouum. Si nouum arguit. d. contingit vt actio æterna proueniat à duobus, quorum vnum est æternum: & aliud non eternum. Est.n. actio æterna adeptio intellectus agentis, quæ inest nobis per aduentum intellectorum primorum: vt dicemus. Aut ponitur q instrm. Nunc obijcit. 2. membro: & inquit, si æternum, ergo intellecta speculatiua sunt æterna: qm agens æternum, patiens æternum, & instrm æternum, ergo actum æternum. Et hoc etiam. Nunc obijcit alijs membris. si.n. ponatur propões esse materiam, contra arguit. d. Et hoc etiam magis cõtingit si posuerimus eas quasi materiam. impossibile est.n. vt aliquod generabile & corruptibile sit materia æterni: & sic non potest esse materia intellectus agentis. Qũo igitur poterimus euadere ab hac quæstione? est.n. hæc questio valde difficilis. Excellentissimus Antonius Gueuera comes Potentianus: phs nostri temporis eminentissimus, & in familia peripateticorum tam in morali: quam in naturali solertissimus scrutator, reputat quæstionem hanc esse impossibilis solutionis. Si.n. inquit fœlicitas est Deus: qui vel intellectus agens, vel diuersus nobis & sibi fœlicitas est, ad quid propositiones primæ, vel intellectus speculatiuus faciunt, cum videamus & mulieres & pueros maxime fœlicitati, ac dijs copulari. omnino carentes intellectu speculatiuo, & intellectione in primis ppositionibus? Amplius inquit: & si Deus est ipsa fœlicitas, & rationalis intellectus noster illa fœlicitabilis, ac summe capax illius, ad qd intellectus in habitu, & speculatiuus? Nec enim videtur medium cãæ, nec mediũ dispõ pro illius ascẽsu. Rursum si ita esset inqt, tũc magna pars hoĩum ociosa & supflua esset, cum mulieres non debeant speculari Arist. auctore in oeconomicis. similiter & pueri plurimi brutales sint, nec fœlicitabiles. 1. Ethic. vt scis, & quia vir hic alter est Socr. & in moralibus primarius. dixit intellectui rationabili sufficere alterum duorum, vel eum esse nudum à contrarijs dispositionibus inclinantibus intellectum ad opus animale, quemadmodum est intellectus puerorum qui caret habitibus prauis, quibus refugiat à fœlicitate, & descendat in affectus appetitus sensitiui, & ab hinc capax est summe fœlicitatis per remotionem habitus contrarij. Vel sufficit ipsum esse dispositum per virtutem heroicam, que est omniũ actuum summa eleuatio ac appetitus sensitiui summa conuersio ad rationem mediante qua intellectus summæ est materia fœlicitatis, & hanc possunt & mulieres, & viri adipisci, & ideo voluit nos copulari illis solum per acquisitionem intellectus practici, qui est acquisitio virtutis heroicæ, de qua Arist. satis dixit in. 7. Ethi. Et hanc christiana confitetur religio, & omnes leges. & hanc Socr. magnifecit, vt inquit, spernens speculationem pp speculabilium motum: & eorum inutilitatem. Quis.n. non credi pueros in fascijs decedentes post mortem fœlices esse? & tamen hi nec intellectum speculatiuum, nec virtutem heroicam adepti sunt. sed sola priuatione habitus praui eos fœlices esse, nemo est q dubitat. Amplius inqt, quis est ita temerarius, qui non credat mulierem iustam, prudentem, temperatam, castam, veridicam, ac perfectam in oibus habitibus virtutis perpetua fœlicitate beatificari? ergo sola adeptio virtutis heroicæ sufficit. h sunt quæ acutissime nobis tradidit. Et quia de his in lib. de intellectu dixi, & ostendi necessitaté intellectus speculatiui, & practici, ideo pro nunc sit dictum intm. Accipiamus.n. nunc fundamenta Auer. vt declaremus quæ ipse sentiat, qm quæ christiana sentit religio vera sunt pculdubio, & in lib. de intellectu tractauimus satis. Dicamus igitur &c. Hic non respondet ad formam. q. predictæ, sed ad aliam. q. interceptam ex cuius solutione apparet solo. ad formam prædictæ. Est enim. q. intercepta hæc, propositiones primæ habent ingressum in esse intellectorum speculatiuorum, ergo sunt vel vere instrumentum, vel vere materiæ, quorũ quodlibet est falsum & impossibile: cum corruptibile non sit materia æterni nec instrumentum. Respondet Auer. negãdo consequentiam, sed solum sequitur, propositiones habent ingressum in esse itellectorum speculatiuorum, ergo vel sunt quasi materia, vel quasi instrumentũ, hoc inquit. Dicamus igitur q si hoc quod dicimus, necesse est q propositiones sint de itellectu agente. i. respectu intellectus agẽtis. aut quasi materia, aut quasi instrumentum, & hoc est consequens, dedit & ãns, si habet ingressum in esse intellectorum speculatiuorum. Est ergo tota hypothetica nunc: cuius consequens est hoc respondet non fuit sermo necessariæ cõsequentiæ accipiendo materiam, sm q est materia vere, & instrumentum, sm q est instrumentum vere. Ergo illa cõsequentia tenet hoc mõ, propões habent ingressum in esse intellectorum speculatiuorum, ergo sunt vel quasi materia, vel quasi instrumentum, & non de vera materia, & vero instrumento. Et hoc subscribit, & inquit. Sed sm q necesse est hic esse proportionem & dispositionem. i. similitudinem inter intellectum agẽtem, & proportiones quæ assimilantur materiæ, & instrumentum aliquod, non quia est materia vera, & instrumentum verum. Et sic patet solutio qõnis interceptæ. Tunc videtur nobis &c. Respõdit ad. q. interceptã, nunc vult respondere ad formam. q. primæ. Erat enim quæstio ex quo alterum duorum est velut materia, alterum tanquam forma, quid est: an propositiones, an intellectus agens. Similiter si alterum horum est instrumẽtum alterum agens, quid horum erit. Hec enim fuit. q. Cui respondet, & primo proponit quedam. d. Tunc videtur nobis, q possumus scire modum, sm quem iste intellectus qui est in habitu. s. primæ propositiones, est quasi materia, & subiectum agentis, & adiicit vtilitatem huius positionis. d. Et cum iste modus fuerit positus nobis, scilicet q intellectus in habitu sit tanquam materia agentis, forte facile poterimus scire modũ, sm quem intellectus potẽtiæ continuatur cum intellectis separabilibus. Est.n. hoc fundamẽtum quasi totus modus, quo soluitur. q. principalis. Dicamus. Ad formam qõnis primæ nunc respondet, & inquit. Dicamus igitur, sermo autem dicentis, q si cõclusiones acquirũtur à nobis ab intellectu agente, & propositionibus, necesse est vt propositiones sint de intellectu agẽte: quasi materia, & verum instrumentum. Iste sermo non est necessarius. sed tñ necesse est illic esse respectum, sm quem intellectus, qui est in habitu. s. primæ propositiones: assimilatur materiæ, & intellectus agens assimilatur formæ. Est ergo sol. ad formam, q intellectus agens est tanquam forma: & primæ propositiones tanquam materia. similiter intellectus agens est quasi agẽs, & priæ ppões quasi instrm. Qui igit est &c. Dixit rñsiones ad formam, sed non ad argumenta, quæ impugnant membra. iõ nunc vult complere solonem. Et primo erigit. q. & inquit. Quid igit est iste respectus. quo sup. intellectus in habitu comparatur agenti, vt materia vel instrumentum? Tunc dat secundam. q. non minorem illa, & inquit. Et ex quo. i. propter quid accidit intellectui agenti habere hũc respectum cum intellectu, qui est in habitu. q. d. quia intellectui agẽti nõ accidit respectus à re corruptibili, & hoc rõcinatur hoc mõ, eterno non accidit respectus à corruptibili, vt perspicuũ est. Tunc adiicit minorem. d. cum vnus est eternus. s. itellectus agẽs, & alius gñabilis & corruptibilis. s. intellectus in habitu, ergo intellectui agenti non accidit respectus ab intellectu in habitu. Et hæc qõ est difficilior prima. Sunt ergo. q. prima quid sit respectus, quo intelľs ille dicat agens an. s. in genere relationis. s. vel primi modi, vel secundi, vel tertij. & quo pacto æternum sit subm respectus, vt dixit. Omnes.n. horum. In oppositũ arguit Auer. primo auctoritate cõi, & inquit. Omnes enim horum

horum concedunt hunc respectum esse inter intellectum agentem, & intellectum in habitu. Et quasi coget &c. § Apponit syllogismum eorum, & sic ordinatur, omnia à q. bus est intellectus speculatiuus in nobis, sunt tanquam agens, & instrumentum. Hanc maiorem præsupponit, & dedit minorem, & inquit, & quasi coget eos hoc, ꝙ speculatiua sunt existẽtia in nobis: ex his duobus intellectibus. s. qui est in habitu, & intellectu agente conclusio erit, ergo vnum erit tanquam agens: alterum tanquam instrm. Et ꝑ consequens inter ea vertitur respectus quidã. Sed Alex. § Non soluit. q. in propria forma, sed tñ ostẽdit qui possunt soluere & qui non. Solutionem autem nobis reliquit ad formam, inquit, sed Alex. & oẽs opinantes intellectum materialem esse generabilem & corruptibilem, non possunt reddere causam huius respectus, qm̃ cum ipsi ponant intellectum materialem esse generabilem, non possunt ponere eum subiectum intellectus agentis, nec intellectus in habitu, & per consequens non possunt ponere inter illos verti respectum. Ponentes autem. § Dedit inconueniens contra Them. & inquit. Ponentibus autem ꝙ intellectus operans. i. intellectus agens est intellectus, qui est in habitu, contingit intellecta speculatiua esse æterna, & alia multa impossibilia, consequentia hanc positionem, ergo nec primi nec postremi possunt saluare hos respectus. Nos autem &c. § Nunc ostendit quo pacto ipse in positione eius potest soluere. q. & accipit tria, quibus adijcit consequens, & inquit. Nos autem cum posuerimus intellectum materialem esse æternum (& hoc est primum) & intellecta speculatiua esse generabilia, & corruptibilia, eo modo quo diximus. s. ẽm illum vel hunc, non tamen in se (& hoc est secundum) Et ꝙ intellectus materialis intelligit: vtrunq;. s. formas materiales, & formas abstractas (& hoc est tertiũ) Ex his dat possibilitatem solutionis. d. Manifestum est, ꝙ subiectum intellectorum speculatiuorum, & intellectus, agentis, secundum hunc modum est idem & vnum. s. materialis: & sic potest assignari solutio quæstionum. Sed dices si intellectus agens & intellectus speculatiuus recipiuntur in intellectu potentiæ, ergo agens non est causa agens speculatiuum. nulla. n. forma agit in subiecto proprio, vel in dispositionem subiecti proprij. Cui respondet per simile, & inquit, & simile huic est diaphanum, quod recipit colorem & lucem insimul. Est. n. diaphanum, subiectum vtriusq;. s. coloris, & lucis, & tamen lux est efficiens colorem, vt diximus commento. 5. & in. 2. huius contra Auer. Ex hoc habetur sol. s. non inconuenit ꝙ forma agat in dispositionem proprij subiecti actione spirituali vt in exemplo. sed quæ sit huiusmodi actio iam in lib. de intellectu diximus prolixe. Et cum fuerit &c. § Quia petijt quid sit respectus ille, & dedit possibilitatem sol. ẽm fundamẽta eius, nunc respondet ad primam. q. vel dat quædam. Ex quibus possumus habere solutionem. q. primæ, & inquit, & cum fuerit verificata nobis hæc continuatio, quæ est inter intellectum agentem & intellectum materialem, quæ continuatio fit mediante intellectu speculatiuo, & mediante intellectu in habitu, poterimus reperire modum, ẽm quem dicimus ꝙ intellectus agens est similis formæ, & ꝙ intellectus in habitu est similis materiæ, & per consequẽs qualis sit ille respectus, & adijcit modum. d. Quando enim duo sunt, quorum subiectum est vnum, & quorum alterum est perfectius alio, necesse est vt respectus perfectioris ad imperfectius sit, sicut respectus formæ ad materiam. Et hoc declarat per simile, & inquit. Et ẽm hanc intentionem dicimus ꝙ perfectio primæ perfectionis virtutis imaginatiuæ. i. ꝙ virtus sensitiua imaginatiua: quæ est actus primus: ad primam perfectionem cõis sensus. i. ad virtutem ipsam sensus cõis, quæ est primus actus, est sicut forma ad materiam. qm̃ sensus cõis est sicut forma agens, & imaginatiua sicut thesaurus conseruans formas. hæc sunt quæ Auer. inquit in solutione ad primam, sed non rñdet ad formam. habemus. n. ex Auer. tm̃, ꝙ respectus ille est respectus formæ ad materiam. itaq; intellectus agens est forma, & intellectus in habitu, & speculatiuus materia. Sed non habemus, an primi modi, an secundi, an tertij. Possumus tamen dupliciter habere solutionẽ ad hoc. Primo ꝙ huiusmodi respectus non est prædicamentalis, ideo non oportet vt sit in aliquo trium modorum, sed est respectus transcendens: qualis inter materiam & formam, qui nullius est prædicamenti. Vel possumus habere aliam solutionem, ꝙ. s. respectus ille sit in modo mensuræ ad mensuratum. perfectus. n. & forma sunt mensura imperfecti, & materiæ, & per consequens respectus ille erit in genere relationis, & in modo mensuræ, & mensurati. Sed circa hæc plures occurrunt. q. prima quo pacto æterno accidat respectus à re generabili, cum æterno nullum accidat nouum. Et hanc. q. mouit Auer. sed non soluit. Secunda est quia videtur ꝙ non possit solui. q. s. qualis sit respectus ille inter intellectum agentem vt agens, & intellectum in habitu, vt instrumentum. nec enim primi, nec secundi, nec tertij modi esse videtur. Tertia, qm̃ videtur ꝙ quæstio Alexã. accidat Auer. primo, cum enim tam intellectus speculatiuus: quam intellectus in habitu sint generabiles, quomodo possunt esse materia intellectus agentis vel instrumentum? nullum enim nouũ recipit æternum, vel est instrumentum illius, vt. d. contra Alexan. Secundo cum homo sit generabilis, quo pacto potest copulari intellectui agenti, & intellectione æterna intelligere eum? eadem enim. q. quę Alexã. accidit, videtur & Auer. accidere. Quarta quæstio principalis est contra Canonem Auer. s. quando duo quorum subiectum est vnum, & quorum vnum est perfectius altero, necesse est vnum se habere vt materiam respectu alterius. Videtur. n. habere instantiam, primo in eodem subiecto est numerus, & quãtitas continua, vt in homine, vt numerus membrorum. & quantitas eorum, quorum vnum est altero perfectius, & tñ vnum non est: vel forma alterius: nec instrumentum. Amplius in eodem subto est aĩa & quantitas, quorum alterũ ꝑfectius est altero, & tñ neutrum neutri est mã, & possent induci aliæ multæ instantiæ. Ad primã diximus satis in lib. de intellectu. Nunc vero dicimus (vt inquit ipse. 7. phy. auscul.) ꝙ quemadmodum columna vna numero manens, est nunc dextra, nunc sinistra, nullo respectu inhærente ei, licet bene respectu attributo sibi: sed ꝑꝑ respectum accñtẽ aĩali, sic intellectus agens, nullo respectu inhærẽte sibi efficitur forma vel agens, sed respectu accidente in intellectu in habitu, vel in intellectu speculatiuo, oĩs. n. noua relatio attributa alicui est propter nouum fundamentũ, vel in illo, vel in suo correlatiuo, vt Auer. inquit in lib. 8. physi. auscul. nulla ergo nouitate accidente Deo dicitur intellectus agens respectu intellectus speculatiui, vel forma respectu intellectus potentiæ, qm̃ nouitas accidit intellectui in habitu, & speculatiuo. Tunc ad syllogismum Auer. q. sic ordiebatur: nulli æterno accidit respectus à generabili. intellectus agens est æternum &c. Dicendum ꝙ vera est maior, ille. n. respectus non accidit intellectui agenti inhærenter, sed bene attributiue: innouatione facta in alio: vt diximus. Intellectus ergo primus denoĩat agẽs in principio, respectu accñte intellectui speculatiuo, & in fine forma, respectu accñte intellectui speculatiuo, & intellectui in habitu. Ad scd̃am dicendum, ꝙ intells agens idem realiter est agens respectu intellectus speculatiui in principio: & intellectus in hĩtu idẽ realiter est instrm agentis in principio respectu intellectus speculatiui, & in fine intellectus agens fit forma. & intellectus in habitu: quasi materia respectu eiusdem. ergo in diuersis tpibus erunt diuersi respectus. Ad formam dicendum, ꝙ agens principale est mensura instri, ideo dici potest ꝙ h idem respectus est in modo mensuræ ad mensuratum, vt patet. Ad tertiam satis in lib. de intellectu. dicimus tñ modo ꝙ apud Auer. idem & vnũ numero est subm vtriusq;. i. intellectus in habitu, & intells agentis, & hoc dici non pt apud Ale. esset. n. tunc nã gñabilis cõuersa in nãm æterni. sed qa idẽ est vere subm vtriusq;, ac vera materia, ideo intellectus in habitu, vel speculatiuus est quasi materia, vel quasi instrumentum, qm̃ est materia qua, vel sub alijs verbis medium dispositiuum: & non materia in qua, vel medium receptiuum secundum Auer. & sic quæstio Alexan. non accidit, Auer. quia ipse non concedit intellectum in habitu, vel speculatiuum esse materiam in qua, & subiectum, sed medium per quod: vt dixi. Verum enim subm est intells potẽtiæ, qui est æternus. Sed dices,

Dubitatio.

Responsio.

Cõm. 67.

Cõm. 20.

Cõm. 7. 6. 8.

dices, forma æterna non debet recipi in ſubto æterno, niſi mediãte diſpõne æterna: & ſic ſequitur ꝙ intellectus ſpeculatiuus ſit factus æternus, & per conſequens ꝙ natura corruptibilis conuertitur ad æternam. Amplius, nulla forma æterna vtitur inſtrõ nouo. 8. phyſi. auſcul. vide. Quære rñſionem in lib. de intellectu, quia nunc non poſſum ſcribere, nec volo, ne ſim longus. Ad ſecundam ꝙ. idem dicendum ꝙ homo copulatur illis mediante forma eterna. ſ. mediante intellectu potentiæ, qui eſt æternus, & intellectus, potentiæ copulatur intellectui agenti, mediante intellectu ſpeculatiuo, & intellũ in habitu. ergo hõ copulatur intellũi agenti mediantibus intellũ potentiæ, & itellũ ſpeculatiuo, & intellectu in habitu. & ſic facta copulatione hõ intelliget ꝑ eſſentiam intellũs agentis intellectione æterna, & perpetua, vt. d. Auer. 9. meta. Sed dices, vertetur eadẽ quæſtio: quo pacto homo corruptibilis copulari poteſt intellectui potentiæ. nullum. n. generabile põt copulari formæ æternæ, vt inquit ipſe contra Alexã. & tu quære in lib. de intellectu, quia non poſſum tibi dicere totum. Ex his apparet hic ordo in ſtatu fœlicitatis, intellectus potentiæ eſt forma hoĩs. intellectus in habitu forma intellectus potentiæ. intellectus ſpeculatiuus forma vel quaſi forma intellectus in habitu. intellectus agens forma, vel quaſi forma intellectus ſpeculatiui, & per conſequens à primo ad vltimum intellectus agens eſt forma hominis, per cuius eſſentiam operatur operatione propria illi intellectui. & ſic cum operatio illa ſit intellectio æterna, homo in ſtatu intelliget intellectione æterna, & hæc eſt vita perfecta, & fœlix ẜm iſtos phos. Ad vltimum dicendũ, ꝙ regula Auer. habet multas conditiones, quas diximus in lib. de intellectu, quarum vna eſt: vt inter illa ſit ordo eſſentialis, qualis non eſt inter numerum, & quantitatem continuam, & quãtitatem & animam &c. & tu perſiſte. Accidit aũt his dictis qõ difficilis, quam mouit ſolertiſsimus Potẽtianus comes, cur intellectus ſpeculatiuus eſt medium vnionis intellectus agentis cum intellectu potentiæ, & per conſequens nobiſcum. ſunt. n. genere & ſpecie diuerſa, & per cõſequẽs neutrum eſt medium neutri. Et Ioan. Iandunus laborauit multum, & nihil dixit dignum inſpectione. Et ego in lib. de intellectu dedi multos modos in hoc. volo tñ tibi mi Excellentiſsime Vicenti Quirine, noſtræ Academiæ lumẽ dicere quædam. iam igitur tibi olim dixi modum quo intellectus potentiæ copulatur nobis, quem Ioan. non intellexit, & quo modo intellecta illius copulantur nobis. ita ꝙ illa per eorum quidditates poſsimus intelligere, qñ cum nos erimus in actu circa indiuiduum alicuius intellecti, v. g. lapidis, tunc intellectus copulabitur nobis ẜm intellectum lapidis, & qñ erimus in actu cogitantes indiuiduum ignis, tunc erimus intelligentes actu per eſſentiam ipſum ignem vlẽm: vt. d. Auer. 7. phyſi. auſc. adeo ꝙ completis oĩbus indiuiduis, in nobis generabitur totus intellectus ſpeculatiuus. medium ergo copulationis eſt indiuiduum imaginatum: qm̃ per illius imaginationem copulamur intellectui ſpeculatiuo. eſt autem medium: qm̃ indiuiduum non differt ẜm rem à ſua quidditate. immo miſtio indiuidui: cũ ſua quidditate eſt maior: quam accñtis cum ſubiecto, vt dicit Auer. in meta. Quia igitur quidditas eſt forma indiuidui, & indiuiduum eſt forma noſtri, ideo cum indiuiduum ſit nobis forma: ꝑꝑ imaginationem: quidditas illius, quæ ſemper fuit intellecta ab intellectu in ſe: fit nobis forma: quia eſt forma indiuidui facti nobis: vt forma. Declarauit igitur Auer. inter intellectum ſpeculatiuum & agentem eſſe duplicem reſpectum. ſ. formæ ad materiam, & agentis ad inſtrm̃: & per conſequens ex intellectu agente: & intellectu ſpeculatiuo verius fit vnum quam ex quidditate & indiuiduo, cũ ſit duplex gradus habitudinis & copulationis. ergo æſtimandum eſt ꝙ intellectus agens eſt quaſi qdditas: & intellectus ſpeculatiuus, quaſi indiuiduum, immo inter illa eſt fortior habitudo. ergo quemadmodum indiuiduum eſt: quo copulatur nobis quidditas: ita intellectus ſpeculatiuus eſt quo copulatur agens: quoniam intellectus ſpeculatiuus eſt quaſi indiuiduũ reſpectu intellectus agentis. Ex his accipitur quæſtionis ſolutio. Eſt enim intellectus ſpeculatiuus medium copulationis cum agente: quoniam intellectus ſpeculatiuus eſt tanquam indiuiduũ intellectus agentis, & intellectus agens eſt quaſi quidditas omnium intellectorum: & per conſequens quidditas quidditatum, & ideo intellectus ſpeculatiuus eſt medium copulationis: & per conſequens data eſt cauſa quæſiti Excellentiſsimi Comitis noſtri. Iam igitur inuenimus. § Quæ tibi nunc dixi mi Vicenti ex his verbis quæ ſequuntur intelliges. Intendit enim dare cauſam quæſiti noſtri Comitis, & ſoluere omnes quæſtiones iam olim motas, fuerunt autem quæſtiones quas Auer. in tota hac digreſsione mouit quinque. Prima quidem dato ꝙ intellectus materialis ſit æternus: vtrum ſit capax intelligere ſubſtantias ſeparatas. Secunda cum ſit æternus cur non in principio continuatur nobiſcum: ſed in fine. i. cur eadem continuatione: qua continuatur nobis poſsibilis: non continuatur nobis agens? Tertia: vtrum intellectus agens prius nobis copuletur: deinde intelligatur: an prius intelligatur quam copuletur. Quarta, vtrum intelligatur intellectione noua, an æterna. Quinta, vtrum hæc intellectio ſit per doctrinã abſtractiua. ſ. an per eſſentiam. ſ. intuitiua. hæ ſunt quæſtiones quas mouit in hoc loco, licet plures ſint, quas moui & ſolui ĩ lib. de intellectu. Has ergo quæſtiones ſoluit, & plures alias. Et primo ſoluit duas primas, & inquit. Iam igitur inuenimus modum ẜm quem poſsibile eſt, vt iſte intellectus continuetur nobiſcum. Et per hoc tangit ſolutionẽ primæ. adijcit in poſtremo & cauſam, quare non copulat̃ nobiſcum in principio. Et tangit ſolutionem ſecundæ, & reddit cauſam vtriuſq;, & inquit, qm̃ hoc poſito. i. acceptis his fundamentis, contingit neceſſario: vt intellectus qui eſt in nobis in actu, ſit compoſitus ex intellectis ſpeculatiuis, & intellectu agente, Ita ꝙ intellectus agens ſit quaſi forma intellectorum ſpeculatiuorum, & intellecta ſpeculatiua quaſi materia. ergo ex intellectis, & intellectu agente fit vnum compoſitum, quemadmodum ex indiuiduo, & eius quidditate, quoniam intellectus agens comparatur intellectis: ſicut quidditas ipſi habenti quidditatem. eſt. n. intellectus ſpeculatiuus habẽs quidditatem. ſ. intellectum agentem. Ex hoc habetur ſolutio primæ quæſtionis, ſunt enim ſubſtantiæ ſeparatæ poſsibiles intelligi à nobis, quoniam intellectus ſpeculatiuus, cuius illæ ſunt quidditates, poteſt intelligi in poſtremo, & non in principio, quia intellectus ſpeculatiuus in poſtremo, & non in principio habetur. & ſic ſoluuntur primæ quæſtiones. Et per hunc modum. § perſoluit quæſtionem quam prius non mouit. ſ. quo pacto comparetur intellectus agens nobis in poſtremo, an vt forma, an vt agens. reſpondet ꝙ vt forma, & ſyllogizat ſic, id quo agimus actionem noſtram propriam eſt forma nobis. ſed intellectu agente agimus tunc actionẽ propriam noſtram. ergo intellectus agens tunc eſt nobis forma, accepit maiorem. Et primo dedit propoſitionem ſupfluam ad ſyllogiſmum: licet non ad terminos, vt inquit. Et per hunc modum poterimus generare intellecta: cum voluerimus hæc propoſitio eſt ſuperflua ad rationem ſyllogiſmi, qa nec eſt maior, nec minor, nec concluſio: nec pars proſyllogiſmi, ſed eſt poſita gratia declarationis terminorum, quia ꝑ eam habetur: quæ forma erit, quia erit forma, qua agimus actione voluntaria, & non naturali. Tunc accepit maiorem, & inquit, quoniam id per quod agit aliqd ſuam propriam actionem: eſt forma. Tunc accepit minorem, & dicit. Nos autem, quia agimus per intellectum agentem noſtram actionem propriam, neceſſe eſt: vt intellectus agens ſit forma in nobis. Et nullus modus § dedit ꝙ intellectus agens in fine eſt forma. tunc declarat, quo pacto nobis ſit forma: & hic eſt ordo, formæ noſtræ ſunt formæ imaginatæ. i. indiuidua, cogitata. formæ indiuiduorum cogitatorum ſunt intellecta ſpeculatiua intellectus agens eſt forma intellectorum ſpeculatiuorum, ergo quando efficimur in actu per indiuidua cogitata, tunc efficimur in actu per intellecta ſpeculatiua, & per conſequẽs in actu per intellectum agentem, & ſic generatur nobis: vt forma. Inquit, § & nullus modus eſt ſecundum quem generatur forma in nobis §. i. ẜm quem nos aſcendimus ad capiendum eam: vt forma: niſi iſte, quem exponit, & inquit § quoniam cum intellecta ſpeculatiua copulantur nobiſcum

Cõm. 15.

Rñſio in lib. de intellectu.

Cõm. 22.

Cõm. 8.

biscum per formas imaginabiles § ita φ sit iste ordo, vt primo formæ imaginabiles fiant nobis formæ, & per illas intellecta speculatiua, quoniam intellecta speculatiua sunt formæ imaginatorum, § & intellectus agens copuletur cū intellectis speculatiuis §.i. fit forma intellectorum speculatiuorum. Cuius rationem adijcit, quam superius dixit, & inquit. Id.n. quod comprehendit eas, est idem.s. intellectus materialis. cōcludit § necesse est, vt intellectus agens copuletur nobiscum, vti forma, per continuationem intellectorum speculatiuorū § sunt ergo hic tres gradus. Primus quo ascendimus ad intentiones imaginatas, ita vt fiāt nobis formæ. Secundus quo ascendimus ad intellecta speculatiua, mediantibus formis imaginatis, quarū illa sunt formæ. Tertius est quo ascendimus ad intellectum agentem mediātibus formis speculatiuis, quarum est forma, & additas, vtrum sint alij non perscrutatur, sed in lib. de intellectu diximus. Quando igitur perueniemus in intellectum agentem, tunc operabimur per ipsum tanquam per formā, & hic est status. Et per hoc soluitur quæstio.3. an intellectus agens prius copuletur quam intelligatur à nobis. Patet.n. φ eius copulatio nobiscum non est nisi eius intellectio, & illius intellectio eius copulatio. Et manifestū est § quia dixit nos moueri ad fœlicitatem, vult declarare hoc, & inquit. Et manifestum est φ quando omnia intellecta speculatiua fuerint existentia in nobis in potentia, φ ipse erit nobiscum copulatus in potentia, & cum omnia intellecta speculatiua fuerint existentia in nobis in actu, erit ipse tunc copulatus nobis in actu. & cum quædā fuerint in potentia, & quædam in actu, tunc ipse erit copulatus ſm partem sic, & ſm partem non. Ex hoc infert solutionem quæstionis, & inquit, & tunc dicimur moueri ad continuationē. Patet ergo qualiter est motus continuationis. Tūc declarat terminum ad quem, & inquit. Et manifestum est: φ cum iste motus complebitur, φ statim iste intellectus copulabitur nobiscum omnibus modis, & hic est terminus ad quem, & finis motus speculatiui, & vltimus status, vt.d. filius Auer. in suo lib. de fœlicitate. Sed ambiges, qm̄ tunc successiua esset acquisitio intellectus agentis, & per ɔ̄ns intellectus agēs haberet partes ſm quarum vna posset esse acquisitus: & ſm aliā non: & sic esset partibilis, contra oēs peripateticos. Amplius sequeretur φ modico intellectus speculatiui acquisito, aut deperdito, fœlicitas acquireret, aut deperderetur. consequentia tenet, qm̄ vult intellectum totum acquiri, quando totus intellectus speculatiuus acquiritur. ergo deficiente quodam illius, non acquiretur totus agens, ergo fœlicitas erit diminuta &c. Rursum in omni motu, & termino motus oportet dare agēs, & materiā, vt Aris. inquit in.2. meta. Oportet etiam dare finem, & formam. 5. phy. auscul. Omnium harum solutiones dedimus in lib. de intellectu, vbi persoluimus multas alias difficultates, tu vero perquire illic. Et tunc. § quia Alex. & multi alij dixerunt intellectum agentem esse intellectum in habitu, ostendit nunc quo pacto intellectus agens est intellectus in habitu, & inquit. Et tunc manifestum est φ proportio eius ad nos in illa dispositione, est proportio intellectus, qui est in habitu ad nos, ergo intellectus agens in statu dici potest intellectus in habitu, qm̄ possumus intelligere qñ volumus per ipsum: & per eius essentiā. & comparat primis principijs quibus intelligimus, qñ volumus, & sic intelligens Alex. bene inquit in suo lib. de aīa. Et cum ita sit § posset quis dicere cum homo iam intellexerit totum intellectum speculatiuum, intelligitne totum intellectum speculatiuum per essentiam intellectus agentis, qñ erit in statu? Rñdet, & inquit, & cū ita sit necesse est, vt homo intelligat per intellectum sibi proprium.i. per essentiam agētis, omnia entia, & sic intellectus speculatiuus duobus modis intelligitur. vno modo per se. alio modo per essentiam intellectus agentis, qui est fœlicitas. Et per hoc patet qualiter intellectus agens qui est fœlicitas est Deus, sicut declarauimus in lib. de intellectu, non tñ fœlicitas completa. & tu vide, & quia Deus est omnia entia, pro quanto est cā omnium entium, vt diximus in lib.d.d. ideo cum erimus copulati cum Deo per illius essentiam, § intelligemus omnia entia, & sic pluribus modis intellectum speculatiuum intelligemus, & hoc nostri catholici non negāt. Et vt agat. § erat vna quæstionum quas dedimus in lib. de intellectu, vtrum fœlix agat actione propria Deo, ita vt sit omnipotens, nunc breuiter percurrit, & inquit, & necesse est vt fœlix in statu agat actionē sibi.i. Deo propriam omnibus entibus, & per consequens fœlix erit omnipotens, & æqualis potentiæ cum Deo. ergo quemadmodum Deus regit & gubernat totum, sic & fœlix essentia Dei, idem facit, vt verba hæc innuunt. & hæc fuit positio Auic. in.6. naturalium, & in.9. meta. & 10. de ꝓꝓhis. sed an hoc sit, in lib. de intellectu reprobatum est, & dictum quid ſm veritatem sit dicendum. Et quia dixit nos intelligere per essentiam Dei omnia entia, declarat modum, & inquit. Ita homo intelligit omnia per essentiam Dei, sicut intelligit per intellectum qui est in habitu, quando fuerit continuatus cum formis imaginantibus omnia entia intellectione propria. Et debes scire, φ intellectus in habitu (vt dixi) est intellectus primarum propositionū, modo primæ propositiones sunt potentia omnes conclusiones, vt diximus. Quando ergo sumus in actu per formas imaginabiles, tunc sumus in actu per intellectum in habitu, & per consequens intelligimus omnia intelligibilia per intellectum primorum principiorum, non in vniuersali, nec in particulari, sed intelligendo prima principia. sic igitur qm̄ intellectus Dei est potentia omnia entia, nos intelligimus omnia entia, nec scia vniuersali, nec scia particulari: sed scia æquiuoca, quę est entis. Et sic patet similitudo pulchra. Homo igitur. § Nunc dedit theorema per quod verificat dictum Them. & inquit. Hō igitur ſm hunc modum.s. perfectus & fœlix, sicut dicit Them. assimilatur Deo, & exponit in quo, & inquit, in h̄ quod est omnia entia quoquo modo, & sciens ea quoquo modo, & dat causam, quare est omnino entia, quoquo mō: & inquit subaudi est entia quidem quoquo modo, quia entia nihil aliud sunt, nisi essentia eius.s. Dei: continentur.n. in illius essentia, tāquam in pelago & toto. ergo fœlix per essentiam Dei erit omnia entia, sic arguēdo, Deus est quoquo modo omnia, fœlix est quoquo modo Deus, ergo fœlix est quoquo modo omnia entia. Deinde declarat quō scit oīa quoquo modo, & inquit, § & sciens ea quoquo mō, qm̄ causæ entium nihil aliud sunt, nisi scia eius § scia ergo Dei est omnium. fœlix est quoquo modo scia Dei, ergo & fœlix est sciens omnia quoquo modo. Ex his apparet causa finalis copulationis hominis cū Deo. sunt.n. plures cāæ, quas dedit Auer. in lib. de fœlicitate, attamen vnam hic innuit, qm̄ cum entia materialia ſm esse eorum materiale non sint Deo copulabilia: sed ſm esse eorum intentionale, quod est esse intellectum speculatiuum, quo præparatur intellectus potentiæ vt Deum capiat, ac ei copuletur, & per consequens, vt homo ascendat in illum, ergo in homine sic fœlici omnia entia materialia coniunguntur Deo ſm esse spirituale. & hæc est reditio completa, vt.d. Auer. & hic est vnus finium copulationis. Et apparet vlterius qualiter homo fœlix est nexus abstractorum cum materialibus, qm̄ in eo sunt formæ abstractæ copulatæ, & in eo sunt formæ speculatiuæ, ergo ipse est vtrunq;.s. entia separata, & entia materialia ſm esse intentionale. Ergo punctus quo entia materialia copulantur Deo est homo fœlix, ergo est nexus hic vt dixi. Vt igitur entia materialia copulentur, ac redeant in principium eorum, primum homo fœlix est. Et in his soluitur quæstio nostra, vtrum fœlix sit quasi Deus: vt.d. Them. per hæc soluta est quæstio.

Et quam mirabilis. § Nunc vult laudare fœlicitatem, vt homines promoueat ad illam capiendam, & inquit, & quā admirabilis est iste ordo, & quam extraneus est iste modus essendi. Est quidem ordo, quo ascendit homo in fœlicitatem, admirabilis, quoniam causarum occultarum. admirabile enim est cuius causas ignoramus. Est vero modus essendi huius hominis extraneus, quia quodammodo supra naturam est, raro eueniens, & in longis periodis tēporum, vt dicit ipse in lib. de fœlicitate. Et secundū hūc modum &c. § quia pro parte ꝑsoluit illas quinque qōnes, nunc quoquo modo epilogando percurrit ex dictis solutiones earum, & addit quædam ad propositum. Erat quæstio, vtrum intellectio præueniat copulationem an econtra, cui

tra, cui respõdet & inquit, & ſm hunc modum verificatur opinio Alexan.in hoc, ꝙ dixit, ꝙ intelligere res abſtractas ſit per continuationem intellectus nobiſcum, non ꝙ intelligere inuentum in nobis poſtquam non erat ſit cauſa in continuatione intellectus agentis nobiſcum, vt voluit Auempa. ſed cauſa intellectionis eſt continuatio, & non econtra. ecce ſm Auer. ꝙ licet intellectio, & copulatio ſint in eodem inſtanti, tamen copulatio eſt prius natura, quoniam cauſa eſt intellectionis,& non econtra:& in hoc laudat Alexan.& damnat Auempa. Et ſic patet ſolutio ad formam tertiæ quæſtionis, ſed in his feci moram in lib. de intellectu. & tu vide. Et per hoc ꝫ abſoluit quæſtionem quartam,quæ fuit an illa intellectio beati ſit noua,vel eterna,inquit,Et per hoc diſſoluitur queſtio antiquorum,quomodo intelligit fœlix intellectione noua.Patet.n.ꝙ fœlix intelligit per eſſentiã Dei,qui eſt ſibi & fœlici intellectio. Vna.n.intellectione numero intelligit Deus, quam & fœlix,ſed Deus per eſſentiam, & ſimpliciter. fœlix per eſſentiam Dei,& participatiue, quia per copulationem præuiã: vt dixit. Sed dices, intellectio æterna fœlicis dependet ab intellectu ſpeculatiuo. intellectio æterna fœlicis eſt Deus, ergo Deus dependet ab intellectu ſpeculatiuo contra rationem Dei:qui eſt primum independens. Dicendũ vt Auer.inquit.12.meta. ꝙ nos in hoc ſtatu dependemus à Deo,à quo cœlum:& tota natura dependet. ergo in dependentia noſtra duo cõſideramus.ſ.id à quo dependemus, & nos dependentes.Ex parte Dei æterna dependentia dependemus.ex parte noſtri dependemus noua dependentia,qm̃ per nouam acquiſitionem intellectus ſpeculatiui. Ad formam dicendum, ꝙ maior eſt vera de intellectione æterna: vt eſt fœlicis,& ſic differt à Deo, & per conſequens minor falſa eſt:vt ſic. Et eſt etiam.ꝫ Soluit ſecundam:q.& inquit. & eſt etiam manifeſtum ex hoc, quare non continuamur cum hoc intellectu in principio,ſed in poſtremo,quoniam dum fuerit intellectus ſpeculatiuus forma nobiſcum in potentia,erit continuatus nobiſcum in potentia, & dum fuerit continuatus nobis in potentia,impoſsibile eſt,vt intelligamus per illum aliquid. cum igitur efficitur nobis forma in actu, quod erit apud continuationem eius in actu, tunc intelligemus per illum omnia quæ intelligimus, & agimus per illum actionẽ ſibi propriã. & in hoc patet ſolutio quæſtionis noſtræ antiquæ,dicentis,ꝙ tunc intellectus agens eſſet partibiliter acquiſibilis. Hæc.n.partibilitas nõ eſt ex parte intellectus in ſe,ſed ex parte intellectus, vt copulabilis,intellectus.n.in ſe non habet partes, ſm quarum vnam ſit copulabilis,& ſm alteram non.ſed intelligo ꝙ copulatio & diſpoſitio ſit per partem poſt partem,nec eſt remotum copulationem eſſe partibilem, & tamen copulatũ eſſe indiuiſibile, vt poteſt accipi. 1. phyſi. de generatione embryonis.Et per idem patet,qualiter modico intellectus ſpeculatiui deficiente, non habetur copulatio intellectus agentis,quoniam pro generatione copulationis: totus intell's ſpeculatiuus requiritur, ſed poſtquam eſt generatus in nobis,modico deficiente,non deficiet. plura.n.requirũtur in generatione quam conſeruatione, & ideo ſi fœlix obliuiſceretur intellecti equi,adhuc eſſet fœlix,& ſi intellecti lapidis,adhuc eſſet fœlix. Sed vtrum det̃ maxima diſpoſitio ſub qua ſic põt ſtare, vel minima, vel maxima ſub qua non,vel minima ſub qua non, in lib.de intellectu dedimus.nunc tm̃ percurrimus hæc, cum intentio mea principalis ſit exponere Ariſt.& per accidens Auer. Ex his apparet,ꝙ in motu, quo mouemur ad fœlicitatẽ, eſt dare duplicem formam,& duplicem finem,& agens,& materiam. Eſt quidem.n.materia duplex ſubiectum propinquum, & eſt intellectus potentiæ,qui eſt ſubiectum intellectus ſpeculatiui & intellectus agentis, & ſubiectum remotum, & eſt homo fœlix, qui eſt ſubiectum intellectus agentis. & intellectus ſpeculatiui: pro quanto eſt ſubiectum intellectus potentiæ ſubiecti illorum.Agens autem motus ſpeculatiui eſt intellectus agens in principio,qui comparatur nobis vt agens, & intellectus in habitu:qui eſt primæ propoſitiones, quæ ſunt agens: vt organum & inſtrumentum. Agens vero fœlicitatis eſt ipſemet agens.ſ. Deus. Deus.n. poteſt dupliciter conſiderari:vt.d.Auer. in lib.d.d.vno mõ

Dubitatio.

Reſponſio. Cõm. 38.

Cõm.62.

in ſe, & ſic ſimpliciter eſt agens. alio modo: vt copulatur nobis mediante intellectu ſpeculatiuo, & ſic ipſemet abſolute eſt cauſa agens copulationis eius,& per conſequẽs cauſã eius vt forma,& ſic eſt agens vno modo: & effectus alio modo ſm modum intelligendi: & rationem. Forma autem prima iſtius motus eſt fœlicitas, quæ eſt Deus. Hæc.n.eſt prima,& per ſe forma: ad quã mouemur in motu hic, & per conſequens hic eſt primus & principalis finis noſtri motus. Alia forma eſt intellectus ſpeculatiuus completus,& hic eſt ſecunda forma,& ſecundus finis, pro quanto per ipſum damus finem rebus modo quolibet, primo eſt pp ſe, &.2. pp alia, & ideo h̃ eſt forma.2.& finis ſecundus. Et per hæc apparet qũo intellectus agens eſt comparatus nobis:tam in fine:quam in principio:vt agens, qm̃ in fine eſt nobis forma & agens ſuæ copulationis: vt dixi. Et ex hoc ſoluit quintam quæſtionem,& inquit.Et ex hoc apparet ꝙ ſua intellectio.ſ.fœlicis,non eſt aliquid ſciarum ſpeculatiuarum.ſ.abſtractiua per demonſtrationem acquiſita:licet ſit aliquid currens curſu rei generatæ.i.licet ſe habeat ad modum illarum, qm̃ generatur in nobis à diſciplina ſciarum ſpeculatiuarum. per acquiſitionem.n.ſciarum ſpeculatiuarũ aggeneratur nobis intell's agens, vt forma. Et ex hoc perſoluit quæſtionem,an Magiſtri faciant aliqd ad generationem huius fœlicitatis,cui rñdet, & ideo non eſt remotum: vt homines adiuuent ſe in hac intentione ſaltem diſpoſitiue, ſicut iuuant ſe in ſcientijs ſpeculatiuis, ſicut docuit Ariſt.2.meta.in exẽplo de arte muſicæ.adiuuant .n.ſe diſpoſitiue: vt. d. Artes ãt neceſſariæ in acquiſitione hac, vt.d. Auer. ſunt meta. naturalis phia, & dialectica, ac grammatica. mathematica.n.non, quia eſt enumerata pp exercitium moralis:quo vero pacto iuuet nõ eſt hic locus. iuuat autem meta.& naturalis,qm̃ ex his efficitur ſubiectũ intellectus agentis,logica per accidẽs, quoniam non poſſunt meta. & naturalis haberi niſi per logicam. & non poteſt logica haberi ſine grammatica. ergo hæ ſunt diſciplinæ neceſſariæ,ſed an ſit ita in lib.de intellectu quære. Sed neceſſe ꝫ iſte locus poteſt dupliciter exponi,prout litera duobus modis inuenitur. Primo modo põt dici Auer. declarare quę intellecta ſpeculatiua ſint neceſſaria,& inquit, ſed neceſſe eſt:vt inueniatur id currens à ſcientijs ſpeculatiuis, ſubaudi veris non ab alijs, quia intell'a vera poſſunt eſſe perpetua: intellecta.n.falſa impoſsibile eſt vt habeant continuationem.i.perpetuitatem, & per ɔñs non poſſunt eſſe medium copulationis. Qm̃ non.ꝫ Ratiocinatur.quare non habẽt perpetuitatem, & ſyllogiſmus ſic componit, currens curſu naturali poteſt eſſe perpetuum. monſtra.n. non poſſunt eſſe perpetua primo Cœli.ſed intellecta falſa non currunt curſu naturali, ſed ſunt aliquid quod non intendebatur, ſicut digitus ſextus, & monſtrum in creatura. Ex his põt haberi cauſa, cur ex veris intellectis ſit diſpõ, & non ex falſis, diſpoſitio pro effectu æterno debet eſſe æterna,ſed intellecta falſa non ſunt æterna, vt diximus. ergo non ſunt diſpoſitio pro copulatione. Aliter põt intelligi,& forte melius: vt dicamus ꝙ Auer. comparet inuicẽ intellectum ſpeculatiuum & practicum, & inquit, ſed neceſſe eſt vt inueniatur id.ſ.diſpoſitio currens à ſciẽtijs ſpeculatiuis,non ab alijs.i.non à ſciẽtijs practicis.Cuius cãm reddit, qm̃ intellecta facta.i. operata & practica impoſsibile eſt vt habeant continuationem, ſubaudi cum intellectu agente, quoniam intellecta practica non ſunt aliquid currens curſu naturali, ſed ſunt non vt ſciamus:ſed vt boni ſiamus. ideo ſunt aliquid quod non intendebatur: ſicut digitus ſextus,& monſtrum in creatura.vult dicere,quia intellectus practicus eſt faciens valde per accidens, & non intentum ab ipſo fœlici per ſe, ſed de hoc diximus in lib. de intellectu: quo pacto virtus heroica facit conſequenter,& antecedenter. & tu vide. Et eſt etiam.ꝫ Nunc redit ad ſoluẽdam primam.q. an.ſ.aliquis poſſet intelligere ſubſtantias ſeparatas, & inquit. Et eſt etiam manifeſtum ꝙ cũ poſuerimus intellectum materialem eſſe generabilem & corrup.tũc nullam viam inueniemus,ſm quam intellectus agens copuletur cum intellectu qui eſt in habitu.i.cum intellectu primorum principiorum, & per conſequens cũ intellectu potẽtiæ, copulatione propria. & exponit qd intelligat

Cõm.138.

telligat per copulationem propriam; & inquit scilicet copulatione simili continuationi formarum cum materijs, vult dicere ꝙ nulla erit via qua intellectus agens copuletur cum intellectu potentiæ; vt copulatur forma materiæ; itaque in fine sit ei forma. & per hoc vult habere, ꝙ quia intellectus potentiæ est æternus, ideo est possibile eum copulari substantijs separatis, & sic soluta est. q. prima, & in hoc apparet verbum theologorum, ꝙ omnium animalium solus homo est capax fœlicitatis: quemadmodum Aristot. 10. Ethic. tradidit. Et cum ista. § Sed quia quidam dicet ꝙ illa copulatio est impossibilis, quemadmodum Alpharabius, & Arenathan, obijcit eis syllogismus hypotheticis, & inquit, & cum ista continuatio hominis cum intellectu agente non fuerit posita, id est concessa: nulla erit diuersitas inter comparationem intellectus agentis ad hominem, & ad omnia entia, vel quia homini, & alijs esset forma equaliter, vel quia nec homini, nec alijs esset forma, sed solum agens eorum: nisi per diuersitatem suæ actionis in eis, id est nisi quia homo aliter operatur quam alia, quæ differentia parua esset. Et secundum hunc modum. § Secundo arguit contra eos, & inquit, & secundũ hunc modũ, respectus eius ad hominem non erit, nisi respectus agentis ad hominem, & non respectus formæ, id est, & si illa copulatio sit impossibilis, tunc intellectus agens tantum nobis esset comparabilis vt agens: & non vt forma, & contingit. q. Alpharabij, quam dixit in Nichomachia. Fiducia enim. § Tunc resumit totum fundamentum quo declarauit possibilitatem copulationis, vt magis arguat illos, & inqt. Fiducia enim possibilitatis continuationis intellectus nobiscum: principalis & fundamentalis est in declarando, ꝙ respectus eius ad hominem est respectus formæ & agentis: nõ respectus agentis tm̃. hoc. n. fuit primum fundamentorum, quo posito, iam patet via qua peruenit homo in statum, quoniam per ipsum vt agens mouetur: per ipsum vt forma fœlicitatur, ideo tota fiducia in declarando fœlicitatem & possibilitatem illius fuit hoc primum fundamentum. Tunc excusat se, & inquit. Hoc igitur apparuit nobis in hoc quæsito, & si post apparuerit nobis plus scribemus, & ea quæ scribit alibi sunt multa, & maxime in lib. de fœlicitate, vbi. d. ibi apparere intentionem suam plus quam in commentis de anima: & ego exposui totam illam epistolam, vel tractatum, & scribo librum singularem de intellectu, vbi declaro de intellectu & fœlicitate quicquid dici debet ad mentem Auer. & quid sentiat ipse reprobaui, & quid dicendum secundum catholicam fidem confirmamus. Mi igitur Baldasar Miliane patritiæ Parthenopæe Excellentissime h̃ sunt: quæ & tibi mitto: vt recognoscas, & quæ sub tuo nomine audeo edere. quis enim pertimiscet sub clypeo tutissimo præliari? est enim tanta tui nominis amplitudo, ac tuarum virtutum cumulus, vt non tantum vigilias meas honorent: sed cuiusuis hominis opera & volumina magnifacerent: scripsi enim his libris de anima hæc multis temporibus, & sæpissime resarciui: nisi ergo tu occurreres, editionem hanc non fecissem: Qui enim te religiosum viderunt, librum istum religiose factum dicent, Qui te omnium literarum patronum norunt, librum meum: & si summopere extollent, nec prauiter dehonorabunt, Qui te & moribus & vita pl̃m aspexerunt, eos proculdubio librum hunc tantum vt Aristo. & Auer. mentem exponat factum esse profiteri necesse est. Reliquum est vt me conuertam ad scholares meos, qui olim Patauij sectati sunt me, & lectoribus. Scholaribus quidem vt Parcant: si reliquum libri non scripsi: est. n. magna facilitas illius, & maxime qui audierunt me sciunt quid Arist. & Auer. velit, & in reliquo libri, ego enim non scripsissem: nisi istud paullum tertij; nisi preces vestræ affuissent, qm̃ expositores in reliquis profecto copiose exponunt vt latini, & græci. Est præterea alia causa longe præstans, quoniam sum in negocijs impeditus, & deficiunt mihi expositores græci, & si Deus concedet vitam: & commodum expositorum dicam vobis intentionem meam, & forte confirmabo, quæ audiuistis per testes potiores: & forte adijciam plura. Amplius rogo vos omnes vt dicta mea corrigatis, & quibus addendum addatis: & quibus diminuendum diminuatis, & quæ sustinenda contra oblatratores sustineatis. ego enim ab vobis absum, & tanquam mortuus in finibus terræ ductus videor. sitis ergo hi nostrarum positionum successores vt decet, & maxime rogo te mi Vicenti Quirine, vt, quemadmodum soles, nostra dicta conserues. non enim parum nominis mihi accessurum video abs te, si doctrinam nostram defendens, nec parum gratulor te mihi scholarem diutius fuisse: est enim nominis ac doctrinæ tuæ tanta amplitudo, vt quasi nihil aliud cogitem, nisi te miraculum. Tibi præterea Petræ Campesane nostræ Academiæ successori librum hunc commendo: vt, quantum soles, defendas. Ad Lectores vero me conuerto, eos deprecans, vt dicta mea percurrant prius quam accusent, & maxime: cum magna pars eorum rescribatur in lib. de intellectu, qui sequitur post hunc, ibi enim poterunt legere: quæ hic dimisi, & etiam in lib. fœlicitatis Auer. & in lib. d. d. quando enim dicta mea quædam cum quibusdam colligauerint, & videbunt me errare, iustum est vt me accusent. quando vero veritatem inuenerint, decens est vt confirment. interim sciant à me tantum esse assertum hic & in omnibus meis scriptis quantum Romana sentit Ecclesia. Et propterea alligaui, post hunc, librum de intellectu vt sciant veritatem catholice nostræ fidei. in illo enim lib. redargui Auerroim, & pl̃os miris argumentis, & toto nostro conatu, quare post hunc sequitur liber de intellectu, quem rogo videant, & eodem modo percurrant. scripsi enim illum, & hunc & omnia mea opera solum propter honorem & Excellentiam. Hieronymi Bernardi: filij domini Petri, & Antonij Iustiniani: filij domini Pauli. Hi enim fuerunt principium & finis omnium horum. magnam enim partem didici ex disputationibus, quas olim cum his perfeci, quare si ingenium horum videre cupis, lege eum librum.

EVTHICHI AVG. NIPHI Philothei Suessani Collectanea finit.

ABBATI SALINATORI ROSCIO CONCIVI NOSTRO EVTHICVS AVGVST. NIPHVS PHILOTHEVS SVESSANVS.

INSPEXI te non tantum humanarum literarum præditissimum, verum & vita, ac moribus, & studio philosophotaton: quo fit vt commentum tibi nostrum in hos libros, quos de anima inscripsit Aristoteles, recognoscendum miseri, quare si id à spectatissimo ingenio tuo commendatum iri videro, non parum meæ laudi accessisse sciam. Vale, & Euthicum tuum, vt facis, ama. Suessæ pridie Idus Septembris. Anno Christi. 1498.

EVTHICO AVGVSTINO NIPHO PHILOTHAEO SVESSANO PHILOSOPHORVM ANTISTITI ABBAS SALINATOR ROSCIVS CONCIVIS FELICITATEM.

LIBRVM *tuum quem mihi promiseras, ex tuo fertilissimo agello surculos cuius excolui, cui prima impressi literarum documenta, gratanter accepi tanquam lecturus illum, ex commodo aperui, ac tantum degustare volui. Deinde blanditus est ipse, vt longius procederem qui quã disertus fuerit, ex hoc intelligas licet, suauis placidusq; visus est, & qui primo aspectu atticam saperet doctrinam, præsentibus applaudo studentibus, cum iam non aliunde quærendum sit. Et noster ager affatim exuberat, quæ maiorum minutatim, ac carptim instillabat, hic profluit vndique ac scaturit. Tanta autem me dulcedine tenuit ac traxit, vt illum sine vlla dilatione perlegerem, sol me inuitabat, fames admonebat, nubes minabantur, tamen exhausi totum, non tantum delectatus sum, sed gauisus, quid ingenij iste habeat dicerem. quid impetus, si interquieuisset, si interuallo surrexisset, non est in eo impetus, sed tenor, compositio virilis & sancta, nihilominus inueniebat dulce quoddam & loco lene, grandis & erectus est, materia ideo eligenda est fertilis, quæ capiat ingenium, quæ incitet quorundam scripta, tam clarum habent nomen, cætera exanguia sunt, sed quæ maior, quæ sanctior, quæ veritati coniunctior, quam de anima? Insurrexisse quosdam obtrectatores (quorum laus est alios mordere & oblatrare) audio nuper, tua carpentes dicta, ac si male de religione sentiant. Id conantur & agunt, vt sancti & integerrimi viri esse videantur, magnum clypeum sibi sumpserunt tutari religionem. profecto actum esset, si tales protectores religio nostra haberet, meæ honestati condonabo quæ dici possunt. quantum autem bene ac sapide, de nostra fide catholica orthodoxa sentias, ab ineunte ætate mihi notum est, qui quam sancte vixeris, nullus certior me testis erit, cum me auctore sanctissima documenta ex tuis honorandis ac catholicis parentibus institutus hauseris. Quare parcant mihi maiorum cineres, & qui in exponendis Arist. operibus insudarunt. Iam tinea illos conteret, & tuos commentarios posteri non modo legent. sed veluti numine quodam afflati, illos duntaxat tractare inhiabunt, scio me veridicum, tu vero vt facis inceptum in melius profice, spero superstes communi beneficio viues. non tibi soli victurus, sed pluribus. Et tuum Salinatorem, partim stoicum, partim peripateticum. maximopere amabis. Vale bona studentium valetudo Caueßino. Kalendis Octobris Anno salutis humanæ. 1498.*

COMMENTARIVM.

CVM quæsiuit quomodo intellectus intelligat mathematica, nunc quærit vtrum intellectus dum est corpori vnitus, vt Philop. & Simpli. exposuerunt, posit intelligere formas penitus immateriales. an non? & dicit. Vtrum autem ipsum intellectum non existentem separatũ à magnitudine, ac à corpore, in quo fuit inductus in generatione hominis, contingat aliquid separatorum entium simpliciter à materia abiunctorum intelligere, vt Deum & intelligentias. Quam quæstionem mouet etiam, quia cum indiuisibilia dicantur sex modis, cumq; ostensum, sit quomodo indiuisibilia quinque modis dicta intelligantur, & non declarauerit an intelligi posint indiuisibilia sexto modo dicta, quæ sunt simpliciter indiuisibilia non existentia in materia, ideo quærit nunc vtrum simpliciter indiuisibilia intelligi posint, quam qõnem non soluit, sed dicit de illa esse considerandum posterius. Introducit ãt Philo. solutionem Plato. ꝙ intellectus in corpore existẽs potest intelligere substantias separatas. d. n. ꝙ potest intellectus in mortali corpore exñs cœlestis ciuis esse, & circa immaterialia operari, & despicari corpus. quia (vt inquit) si animæ quæ exterius, amatrices corporum, semper cum corpore sunt, etiam in sepulchris, quid absurdi est, & animas, quæ in corpore sunt, circa immaterialia operari: hæc Plato. Postea introducit multas Arist. rationes, quibus probat eas non esse intelligibiles: prima est, ꝙ triplex est intelligibile, penitus in mã, vt nãlia, penitus separata à materia. vt immãlia simpliciter; & media. Intellectus exñs in corpe media entia phantasia intelligens est, penitus materialia intelligit sensu & phantasia, quæ vero sunt omnino à materia separata, cum non posit nec sensu, nec phantasia cognoscere: igitur non potest illa cognoscere. Accedit ꝙ oẽ cognoscens ẽm omnia oportet asimilari ei quod cognoscit. At cum intellectus in corpore animali est, non est separatus, non igitur intelligit ipsa separata, hæc est prima obiectio. Contra obijcit Philopo. qm̃ lib. 12. meta. quæsiuit penitus immateriales formas, & cũ inuenisset illas, nobis ipsas esse reuelauit, ergo intellectus corpori vnitus potest illas intelligere. Alij peripatetici argumentantur intellectum non intelligere immateriales formas, quia non sunt, quia autem non sunt, ideo non possunt intelligi. quod .n. non est, non contingit scire primo posteriorum. Contra obijcit Philopo. quia in alijs libris aperte Arist. confitetur eas esse, vt. 8. lib. phy. auscul. & 12. lib. metaph. Alij argumẽtantur, ꝙ intellectus non potest immaterialia intelligere, qm̃ intellectus idem est, quod phantasia. At phantasia immateriales formas non appræhendit, ergo nec intellectus. Contra obijcit iterum Philopo. & d. ꝙ phantasia & intellectus differunt, vt Plato dicit in Theætæto: quia phantasia solum accidentia cognoscit, intellectus vero subas, & sic non sunt idem. Alij argumentantur, phantasia ea noscit quæ sensus, intellectus ea noscit quæ phantasia noscit, ergo intellectus ea noscit quæ noscit sensus, sed immateriales formas sensus non cognoscit, ergo nec intellectus. Rñdet Philop. diuinas res intellectum nostrum intelligere non per phantasiam & sensus illas in se cognoscentes, sed per phantasiam & sensum, qui cognoscit quædam, quæ esse non possunt nisi ab immãlibus formis, vt effectus earum. Phantasia & sensu cognoscimus pulchrum mundi ordinem, rerum virtutes ad suos fines sine cognitione dirigi, quæ non possunt reduci nisi ad prouidentiam. ergo licet sensus vel phantasia immateriales res non cognoscant, cognoscunt tamen suos effectus, quos reducere non possumus nisi ad illas substantias. Et hĩ pacto Philop. vult intellectum existentem in corpore intelligere incorporeas ac immateriales formas, non autem intuitiue, vt posteriores dixerunt. Auer. autem, in commentario quæstionem hanc dupliciter intelligit. Cum. n. intellectus materialis prius sit in se quam in nobis continuus (est. n. vtraq; ex parte ẽm eum æternus, & ante quodlibet corpus existens) ideo questio est in illo priori, quo ipse est prius in se, quam nobis continuus, si substantias simpliciter separatas posit intelligere, quem sensum ex suis quibusdam trãslationibus excerpsit, in quibus particula illa § non § non reperiebatur. legebatur. n. cum ipse abstractus sit. Secundus est, vtrum intellectus materialis corpori vnitus intelligere posit substantiam simpliciter à corpore abiunctam, quem sensum habet translatio eiusdem: & vt nos in græcis nostris codicibus habemus: legitur. n. cũ particula negatiua hoc pacto, cum ipse

Opĩo Pla.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

cum ipse non separatus sit à magnitudine. Probat autem primum sensum esse necessarium, nam cũ intellectus prius sit in se, quam in nobis, ergo necessarium est præscire an ille in illo priori, in quo est in se, intelligat illas, & postea disputare an cum in nobis est, illas intelligat. Si.n. soluatur prima quæstio ad partem negatiuam, & dicatur φ intellectus in illo priori non intelligit, frustra quæritur an in nobis existẽs intelligat. Soluta vero prima quæstione ad partem affirmatiuam, videlicet, φ intelligat, dubitare dignum est, an existens in nobis possit illas intelligere: hac ratione Auer. ait secundam quæstionem supponere primam. Sed vtrum pro solutione secundæ quæstionis sit necessaria determinatio primæ quæstionis, facile potest patere ex his quæ peripatetici opinantur circa materiam de intellectu.

Dubiū pulchra.

Qui.n. asserunt intellectum esse vnicum numero, & æternum, quærere coguntur primo an intellectus in illo priori, in quo est in se, substantias abstractas intelligat. Deinde ad partem affirmatiuam soluta quæstione, quærere possunt an intellectus in nobis existẽs possit illas intelligere. Sed pro veritate de cognitione substantiarum separatarũ quis posset quærere, primo an intellectus in illo priori, in quo ipse est in se, sub̃as separatas intelligat. & hæc quæstio accidit ponentibus animam intellectiuam esse creatam ante corpora, vt platonici asserunt, & ijs qui tenent intellectum esse æternum, & vnum numero. Aristoteli vero qui nec animam, nec intellectum, nec formam aliquam ponit factam ante id, cuius est forma, vt. 12. meta. tradit quæstio hęc non vr̃ necessaria, cum.n. ille non sit in aliquo priori in se, & ante corpus: frustra quæritur si in illo priori, in quo intellectus est prior in se: possit illas intelligere. Secundo queri potest an intellectus, dum est in nobis, illas intelligere possit, & hæc. q. est cōis omnibus, qui de intellectu aliquid dicunt. nam & dicentes ipsum esse æternum (vt est rei veritas) & dicentes ipsum esse corruptibilem, vt falso nonnulli asserunt. Et dicentes eum esse ante corpora creatum, vel non ante corpora, quærere dignum est an ille existens in nobis intelligere possit substantias separatas. Tertio quæri potest an post mortem illas intelligere possit, quæ quęstio his conuenit, qui intellectum ponunt immortalem. Frustra.n. quæreretur an illas vel quicquam intelligat intellectus qñ non est. non ergo hęc. q. conuenit ijs, qui eum mortalem asserunt, nec ijs qui eum ponunt immortalem, & vnicum, nam si ponitur vnus omnium, post mortẽ hominis frustra quæritur an homo illas intelligat, cum nihil illius relinquatur, querere tñ possunt vtrum intellectus ipse in se manens illas intelligere possit, nō autem si post mortem non illas intelligemus. Ex his ergo patet. q. sensus.

Tex.cōm.17.

Dubitatio. Primum recensendũ an æternum possit vniri mortali. Responsio.

Sed circa Auer. digressionem nonnulla recensenda sunt, & primo in opinione Alex. quæritur pp quid æternũ vniri potest corruptibili vnione realiter perfectiua, & ẽm esse, non aũt vnione compræhensiua? Rñdeo primum essẽ manifestum ẽm veritatem, est.n. intellectiua aïa æterna, cũ non desinat esse desinente corpore, & tñ temporaliter corpori mortali vnitur. ergo stat æternum vniri corruptibili vnione temporali. Huius rei causa est, qm̃ ęternum ẽm esse reale potest esse terminus eius relationis, quæ est vnio, & causa est, quia ẽm esse reale, est indiuiduum, atq; singulare. ergo potest esse terminus sub tali esse vnionis temporalis. non potest ãt vniri corruptibili rei vnione compræhẽsiua, qm̃ æternum compræhensiue alicui non vnitur, nisi vt abstractum ab hic: & nunc, cum vniatur vr̃, & intentionaliter. nō potest autem vniri alicui vr̃, & intentionaliter, nisi id, cui vnitur, sit immateriale, & abstractum ab hic, & nunc. Propterea dicebat Auerrois superius vnionem ex intellũ, & intelligibili esse maiorem quam ex mã & forma: quia erat indissolubilis, est enim vniuersalis abstracta ab hic & nũc, ideo non potest dissolui, nisi per accñs, vt diximus collectaneis. Breuiter igitur dici potest φ æternum vniri pōt rei corruptibili reali vnione, quia res æterna potest esse cã realis entis corruptibilis. non autẽ potest esse compræhẽsio ipsi rei mortali: nisi res mortalis sit eadem illa aut simpliciter, aut similitudine, qua intelligens sit idem rebus intellectis, vt dictum est. Secũdum recensendum in opinione Alex. est: quo ascendimus ad beatificam intellectionem, & quo ordine, non.n. satis expresse ex his quæ Auer. inquit, hñr hæc.

Cōm.5.

Secundum recensendum de ordine ascẽsus in beatitudinem.

Dicamus ergo φ cum penitus est homo, primum quod sibi vnitur est intellectus materialis creatus ab intellectu agente qui vnitur homini, vt forma quasi vita, & aïa, qua hō est hō. Eodem priori homini vnitur intellectus agens, vt agens ipsi homini vitam, & intellectum m̃alem: qui est hoïs animatio. vnitur ẽt sibi intellectus agẽs, vt forma formans, & anima animans. non ãt vt forma informans vel aïa inaïans. Sic igitur primus gradus beatitudinis est, in quo homini copulatur intellectus m̃alis, vt forma informans, & vt anima inanimans, & intellectus agens, vt agẽs .s. actione reali. Secundus gradus est, cum homini incipit generari intellectus speculatiuus, vt perfectio, & cum sibi vnitur intell's agẽs, vt agens actiōne intentionali. Tertius est in quo homini inest intellectus in habitu: qui est speculatiuus, vt perfectius: in quo cessat vnio intellectus agẽtis, vt agens est actione intentionali. Quartus est, cum homini vnitur intellectus agens, vt forma, qua mediante hō operatur intelligendo per illam. & cum peruenit hō ad hunc quartum gradum quæstio est quid primo homo intelligat per essentiam huius intellectus, qui factus est sibi forma: an ipsum primo, & postea substantias separatas incipiẽdo ab infima, vsq; ad supremam: an contra à suprema vsque ad infimam. Verum de ordine huius quarti gradus dicemus in opinione Auer. cum in hoc non differant Auer. ab Alexã. Hactenus de Alex. positione.

Primus gradus

Tertius gradus.

4. gradus.

Tertius recensendum.

Circa vero pōnem Them̃. recensendum est aliquid circa eius rationem, qua probat intellectum posse intelligere substantias separatas, nam vel loquitur de intellectu in se, hoc est in illo priori, in quo ille est prius in se, quam nobis continuus. vel loquitur de intellectu, vt nobis continuo. Si primo modo: tunc ratio supponit falsum: non.n. intellectus in aliquo priori est prius in se, quam in nobis: cum sit forma humani corporis, vt ꝓbatum est, forma autem non est ante id: cuius est forma. 12. meta. Sin aũt intelligat de intellectu, vt nobis continuo, tunc non valet argm̃, intellectus intelligit m̃alia per abstractionẽ, ergo maxime abstracta, quæ per essentiam sunt abstracta. nam intellectus dum est corpori vnitus non potest intelligere nisi per abstractionem, quæ vero sunt maxime, & per essentiam abstracta non intelligit, non quia ab illorum cognitione debilitetur, sed quia dum est corpori vnitus est illis improportionatus. Propterea si illa intelligit, nonnisi per cognitionem effectuum intelligit, quos ipse intelligit per abstractionem à phantasmatibus, patet ergo Them̃. rōnem nullam esse.

Te. cōm.17.

4. Recensendum

Dubitatio.

Circa vero opinionẽ Auer. recensendum est de intellectu in habitu, quid sit, & de intellectu speculatiuo. nam Auer. hic vr̃ intelligere per intellectum in habitu primas propōnes nunc cũ intellectu agẽte, nunc cum intellectu m̃ali compositas. Superius vero diximus intellectum in habitu esse intellectum m̃alem perfectum omnibus intelligibilibus: quæcunq;, videlicet, intellectus potest scire. Similiter intellectum speculatiuum diximus esse intellectum m̃alem perfectum non omnibus intelligibilibus, videlicet, qui est partim in fieri, & partim in esse perfecto. ergo hæc vñr diuersa his quæ diximus.

Responsio.

Dicere possumus φ intellectus in habitu potest accipi vno modo formaliter, & sic dicitur in habitu, quia habetur, & hoc pacto est intellectus perfectus: & sic superius locuti sumus. Alio modo dicitur in habitu respectu modi quo hr̃: & sic propōnes primæ dicuntur in habitu, quia sunt habitæ, & non vñr de nouo acquisitæ, immo sunt quasi habitæ sp, & à natura, & hoc pacto loquitur Auer. Intellectus vero speculatiuus vno modo accipitur: vt distinguitur contra intellectum in habitu primo modo: & sic dicitur congregatum ex intelligibilibus in fieri. Alio modo accipit, vt distinguitur contra intellectum in habitu secundo mō: & sic omnia illa quæ intelliguntur mediantibus primis ꝓpositionibus, cum non habeantur, sed acquirantur, dñr intellectus speculatiuus. Ex his sequitur φ intellectus perfectus in statu fœlicitatis constitutus est intellectus in habitu saltẽ formaliter. qm̃ (vt Auer. hic. d.) talis est intellectus perfectus, cui nihil deest. Intellectus vero qui est nōdum in statu, sed continue tendit ad perfectionem, atq; finem, est intellectus speculatiuus. Vlterius dubitaret aliquis

Quintum recensendum

Dubitatio.

quis quõ potest intellectus æternus, qualis est intellectus agens, copulari æterno. s. materiali intellectui mediante intellectu speculatiuo, siue mediante intellectu in habitu, qui est generabilis, & corruptibilis? Rursus quõ potest intellectus materialis copulari homini mediante cogitatiua corruptibili, & tñ æternum non põt appræhendi à corruptibili virtute, nisi illa efficeretur æterna? vt Auer. argumentatur. Dissolui pñt etiam hæc, primo quidem ꝙ æternum non copulatur æterno ea ratione, qua æternum, nec pro æterno. Intellectus.n. agens copulatur intellectui materiali, nisi ratione, qua ille est tuus, vel meus, cum copulat̃ illi mediante intellectu speculatiuo. At intellectus mãlis ea ratione, qua est meus: vel tuus, non est æternus. subijt .n. rationem alicuius noui. Similiter intellectus agens nõ copulatur intellectui mãli, quatenus est meus, vel tuus, nisi copulatione temporali, quare copulari intellectui materiali mediante dispositione noua prohibet nihil, cum copuletur æterno non quo æternum: & illi non copulatione æterna, sed copulatione noua. Secundum vero deleri põt eodem modo. intellectus.n. mãlis copulatur homini de nouo, non appræhensiua vnione, sed naturali, ideo non sequitur hominem, cui copulatur esse æternum: vt superius diximus. Et quia copulatur homini copulatione tpali: ideo mediante cogitatiua. quæ est res temporalis. Quæritur vlterius quid Auer. intelligat per scientiam, quæ currit cursu scientiarum speculatiuarum, & quid per sciẽtiam non currentem cursu scientiæ speculatiuæ. Aïaduerte ꝙ cognitio duplex est, simplex, quæ est de simplici, & complexa, quæ est affirmatio, vel negatio. Et simplex est duplex. alia intuitiua: alia abstractiua, intuitiua est rei in se. abstractiua vero est rei non in se: sed in aliquo, cuius cognitione res in se non appræhenditur. Potest ergo dici Auerroem intelligere per sciam speculatiuam oẽm cognitionem complexam, & oẽm simplicem, quæ est abstractiua: per eam vero, quæ non currit cursu sciẽtiarum speculatiuarum, intelligit solã intuitiuam, hæc.n. sola non currit cursu scientiarum speculatiuarum: cæteræ vero oẽs currunt cursu sciẽ speculatiuę, quia vel abstractione habentur, vel ratione. Vtrum vero omnis simplex cognitio sit intuitiua, vel abstractiua, tenẽt nonnulli ꝙ non, nam notitia, quæ habetur de aliqua re per conceptum aggregatum, est neq; intuitiua, nec abstractiua. non.n. est rei in se, neq; rei in suo repræsentatiuo, ergo nec intuitiua, nec abstractiua. Similiter ẽt notitia quæ est de substantia per spẽm accidentis, nec abstractiua est: nec intuitiua: cum nec sint rei in se, nec in suo repræsentatiuo. Siquis vero vult, tenere põt ꝙ omnis notitia simplex est, aut intuitiua, aut abstractiua: & dicetur intuitiua, quæ est rei in se, hoc est quæ est rei cognitione, quæ est res ipsa, saltem obiectiue. Abstractiua vero, est rei non in se, vtpote rei cognitione alterius rei, hæc.n. abstractiua dicitur, quia abstrahitur res ex cognitione alterius rei, quo fit vt cognitio per conceptum aggregatum, cum non sit rei in se. abstractiua dicetur: qm̃ est rei in alio: quicquid sit illud. Similiter cognitio sub̃æ per spẽm accidentis est substantiæ in alio: quia cognoscitur cognitione accidentis. Patet ergo solam notitiam complexã nõ esse intuitiuam: nisi ẽm quid, ratione simplicium, ex quibus constat: si illa cognoscũtur intuitiue. Vlterius de intellectione hominis, qui iam fœlix est, differendum est, & primo ꝙ, ẽm Auer. ipse intelligit Deum intellectione, quæ est Deus, hoc est intellectione intuitiua, nam beatitudo est ipse Deus, qui sibi & alijs est intuitiua cognitio. Præterea, Fœlix intelligit Deum intellectione, quæ est effectus Dei: nam est perfectus per scĩas speculatiuas, quarum vna: & potior est metaphysica: quæ est Dei atq; substantiarum separatarum cognitio: quæ est illarum effectus. ijs quoq; duabus intellectionibus fœlix intelligit cæteras separatas sub̃as: nam & intuitiue: & intellectione, quæ est illarum effectus. Vtrum vero hac duplici cognitione intellectus mãlis in statu illo: quo homo fœlix est: intelligat se: ab Auer. non habemus. fortasse ipse diceret intellectum mãlem etiam his duabus intellectionibus seipsum intelligere: quia & intuitiue: & scĩa aliorum, quæ est illorum effectus: verum non determino. Duplici etiam intellectione fœlix intelligit omnes res naturales: atque sensibiles, nam intelligit illa scĩa: quæ earum est effectus: & intelligit illas intellectione: quæ est illarum cã: comprę hendit.n. omnia: quæ Deus consecutiue appræhendit comprænsione Dei: qui est rerum omnium causa: patet igit̃ qualis est intellectio hominis fœlicis. Vlterius quæret quispiam: vtrum semper sit in rerum natura aliquis homo h̃ pacto fœlix: atq; beatus. Rñdet Auer. libello de beatitudine semper esse aliquem hominem fœlicem non solum in specie: sed indiuiduo: & si nõ in hac regione in alia regione: probat primo: quia plus est de perfectione mundi talis homo: quam alius quisuis homo. Sed natura stare non põt sine hoie: cum sp̃ sit aliquis homo: ergo necesse est esse aliquem hominem fœlicem. Secundo, fœlix homo est à nã magis intentus, q̃ alius quiuis homo. ergo maiori cura faciet vt ille sit quã alius. Præterea quicquid est possibile in spẽ, actu reperitur in aliquo illius spẽi indiuiduo, sed in hominis spẽ potest aliquis hõ esse fœlix, ergo de facto est. Põt tñ teneri oppositum, nam spẽs est duplex, alia quæ est de essentia atq; perfectione essentiali vniuersi, cuius est, quæ non potest nisi à sibi simili fieri, vt homo ab homine, & equus ab equo, & sine hac mundus perfectus esse non potest. Alia quæ solũ per accñs est de perfectione vniuersi, cuiusmodi est, quæ non à sibi simili fit, & sine hac potest mundus esse perfectus, licet perpetuo stare nõ possit sine hac, fœlix ergo quia non fit à fœlici tanquam à suo simili, sed partim à se per inuentionem, partim à præceptoribus fieri põt, videtur non de essentiali perfectione vniuersi. Verum res hæc in doctrina Auer. est res disputabilis. Vtrum autem fœlix dum dormit, actu sit diuinas sub̃as intelligẽs, & semper quo vis modo se habeat, alias disputabitur. Animaduerte tñ hanc copulationem, quã Auer. arbitratus est, esse vt meram fictionem, nam sicut intellectus mãlis est forma informans hoiem ex eo ꝙ homo formaliter intelligit intellectione, quæ est effectus rerum, quas intelligit, ita oportet esse hominis formam informantem id, quo homo dicitur formaliter intelligens, intellectione, quæ est idem quod Deus, nam homo hac intellectione est formaliter beatus, sicut illa est formaliter intelligens, ergo sicut ꝑ primam arguimus, materialem intellectũ esse formam informatam hoĩs, sicut per secundam arguemus agentem esse formam hominis informantem. At cum hoc neget Auer. (non.n. puto eum concedere Deum esse hoĩs formam informantem) ergo fictio vr̃, asserere ipsum Deũ in fine fieri formam nostram non dantem esse, sed operationem, ꝑpea beatitudinem alio modo declararunt theologi, quibus remitto rem hanc. Hactenus de hoc commento. Circa finem vero materiæ de beatitudine animaduerte dr̃iam inter catholicos, & ph̃os, ꝙ Auer. posuit medium beandi duplex. alterum positiuum & principale, & hoc medium voluit esse intellectum speculatiuum, cuius adeptio reddit animam ipsam capacem beatitudinis: ac copulationis intellectus agentis cum poſt. Alterum priuatiuum, quo anima priuat̃ inclinatione ad sensualia qua inclinatione impeditur ad recipiendum beatitudinem, medium primum disponit aïam, facitq; eam habilem & de potentia propinqua capacem. Secundum vero medium remouet impedimenta, quibus anima impeditur ad beatitudinẽ, hæc de medio ẽm Auer. Secundum vero alios peripateticos qui magis ad mẽtem Arist. accesserunt. Medium solum requisitum & præcipuũ est virtus heroica, qua anima redditur pura, & ab omni impedimento remota. Hoc.n. medium quod videtur ab anima tollere impedimenta, q̃ erãt, inclinationes ad sensualia, dicitur priuatiuum. Quo vero anima per ipsam attollitur ac eleuatur, dicitur medium positiuum, quo. s. anima reddit̃ capax beatitudinis de potentia propinqua. Et qm̃ tam medium Auerroicum q̃ medium peripateticũ põt inesse aïæ in vita, ideo vtraq; illarum opinionum asserere põt hoiem posse intuitiue Deum intelligere. Hæc ex parte medij. Vr̃ autem hæc secunda positio rationabilior prima, quia saluat mulieres posse esse beatas, prima aũt nõ. nõ.n. consonum est rationi: vt mulieres fiant beatæ propter adeptionem speculatiui intellectus, vt, 2. meta. diximus. De ipsa vero beatitudine diximus de mente ph̃orum peripateticorum ꝙ sit Deus, non.n. requiritur ad hoc, vt Deus sit mihi vel tibi

Sextum.

Septimum.

Octauum.

tibi beatitudo, vt ĩn anima mea vel tua præaffecta modo (vt diximus) Deus agat aliquem actum aut habitum, sed nullo habitu aut actu in anima producto, facta in anima dispositione, modo quo diximus, Deus fit aīæ beatitudo ꝑ copulationem, qua illi, vt forma ac potentia copulatur, qua per eius essentiam intelligere potest & ipsum Deum & quicquid ipse intelligit intuitiue. Deus ergo fit beatitudo per copulationem cum aīa, & non per productionem actus vel habitus beatifici. Ex quibus sequitur pħos nullā ponere beatitudinem, nisi obiectiuam in beato, formalem vero non cognouerunt. De modo vero, quo Deus alicui fit beatitudo, arbitrantur pħi Deum fieri alicui beatitudinem, non contingenter, sed necessario, non compulsum ac coactum, sed libere, quare libere & necessario. libere, quidem quo non compellitur, necessario vero quo non contingenter. Auer. vero arbitratur Deum fieri beatitudinem mere naturaliter ac necessario, modo quo forma copulať materiæ, cum in illa præinducta est dispositio. non.n. apud Auer. Deus contingenter volens fit alicui beatitudo, sed supposita in aliquo dispositione ad beatitudinem præparāte necessitate naturæ Deus fit illi beatitudo. non.n. ꝭm eū Deus agit ad extra contingenter, nec fit alicui vltimus finis contingenter. hæc pħi. Pro veritate vero catholica, primo est dr̃ia de medio: nam nonnulli catholici dixerunt nec ex parte Dei nec ex parte animæ, esse aliquod mediū simpliciter necessarium. Ex parte Dei quidem: quia Deus pt supplere vicem cuiuscunq; causæ & cuiuscunq; medij, ex parte animæ vero quia anima est in potentia sua æternitate & ad medium & ad beatitudinem, sicut materia est ex se simpliciter in potentia, & ad formam & ad dispositionē facientem pro forma, & sic isti negant lumen, non ꝙ non concurrat lumen, sed ꝙ non sit de necessitate simpliciter animæ vel Dei. Ego vero arbitror nullum medium cāle esse simpliciter necessarium: lumen.n. necessarium est, vt mediū, non tñ vt medium effectiuum actus beatifici, sed est necessarium, vt aīa disponať ac attollatur, eleueturq; vltra suā nām. Et hoc pacto intelligas dicta nr̃a in dilucidario. 2. meta. disputatione. 3. cap. 4. Non.n. cum diximus nullum requiri mediū ad beatitudinē nec ex parte aīæ, nec ex parte Dei: intelleximus nullum requiri medium penitus, sed nullum requiri medium cāle, vt verba nr̃a prætēdunt. nam lumen requisitum non est cā effectrix beatitudinis, vt nonnulli dixerunt, sed disponens animam ad beatitudinē. Vnde catholici posuerunt media ad beatitudinem. remotum quidem, bonas actiones, quas Aristo. vocauit heroicas, doctores nr̃i vocant meritorias, quæ quidem non sunt meritoriæ de condigno, qm̃ non æquilibrant actui beatifico, sed de congruo. nec semper bonas has actiones mediū fecerit, vt patet in paruulis, qui nihil egerunt, & tñ expurgati aqua baptismali meruerunt beatitudinem de congruo, vt in theologicis disputauimus. Medium vero propinquū posuerunt lumen beatificum, quod lumen gloriæ appellāt quod immediate disponat aīam ad gloriam, siue ad beatitudinem, hoc lumen non posuerunt, vt per ipsum aīa efficiatur capax beatitudinis, ac potens simpliciter, sed vt efficiatur habilis apud quosdam, vel vt efficiatur potens potentia propinqua: non aūt potentia simpliciter. sicut dispō non ponitur in mā, vt materia fiat potens: sed vt mā fiat habilis, vel vt ab ea remoueatur impedimentum, vel vt fiat potens potentia propinqua. Ego vero dico ꝙ hoc lumen quouis modo ponatur: non ponitur, vt medium causale ac beatitudinis effectiuum vt. 2. meta. diximus: hæc catholici de medio. De beatitudine etiam differunt. quia catholici duplicem beatitudinem distinxerunt. alteram formalem, q̃ est actus beatificus productus à Deo in aīa beati præaffecta lumine. Alteram obiectiuam quæ est ipse Deus: qui intelligitur mediante illo actu, vt obiectum beatificum, Pħi vero negarunt actum beatificum: & posuerunt beatitudinem obiectiuam: hæc catholici de beatitudine. De modo ēt differunt, nam catholici volunt Deum libere & contingenter esse alicui beatitudinem, libere & contingenter ꝓducere in anima beati beatificum actum. Pħi autem dixerunt Deum esse alicui beatitudinem necessitate naturæ. Cā dr̃iæ est, quia catholici dixerunt Deum ad exteriora contingenter comparari. Sed queres, vtrū pħi velint actiones proficiscentes à virtute heroica, circūscripta oī influētia Dei, præparent ad beatitudinem? Catholici, vt diximus, non oēm bonam actionem dixerunt esse meritoriam, sed quæ est gratuita, ac procedens à spāli Dei influētia, vt vtar verbis Bacconitani: quæ specialis Dei influentia appellať gr̃a, est.n. (vt inquit Baccōnitanus) gratia specialis Dei influentia causato in aliquo, vt ꝑ illam actiones bonæ illius sint meritoriæ beatitudinis: ac sempiternæ gloriæ. Quæriť ergo vtrum talem influentiam posuerint pħi? Videtur.n. ꝙ sic, quia nullum agens pōt agere aliquid boni, circūscripta Dei causalitate, sed causalitas est influentia: ergo sine hac influentia nulla actio heroica erit bona. Cū ergo pħi posuerint causalitatem ac influentiam, videtur ponere gratiam, licet sit dr̃ia in noīe. gratiam vero propriam non cognouerunt, quam dicerent specialem influentiam. Vtrum vero gratia, & influentia differant & qūo & vtrum pħi posuerint vtranq; influentiam in theologicis diffuse disputauimus: nunc vero satis sit hæc tetigisse ac indicasse, vt intelligatur veritas catholica, & differentia veritatis nostræ ab opinione Aristot. & aliorum peripateticorum. Multæ aliæ quæstiones in lib. de intellectu, & in lib. de beatitudine disputatæ sunt de beatitudine: quas hic bona fronte præterimus ne videamur superflui.

Dubitatio. *Responsio.*

ARGYR. *Nunc autem ea quæ de anima dicta sunt, quasi ad quædam capita redigentes, rursus dicamus animam ipsam ea vniuersa quodam modo esse quæ sunt.*

Te. com. 37. Nunc autem quæ de anima dicta sunt, simul recapitulantes, dicamus iterum, ꝙ omnia ea quæ sunt, quodam modo est anima.

COMMENTARIVM.

PHILOP. prima frōte vr̃ velle, ꝙ Arist. ponāt hāc conclusionē, videlicet oīa entia aut sunt sensibilia, aut sunt intelligibilia. Postea in prosequendo vr̃ velle aliam expōnē, ꝑpea aliter dicamus, ꝙ vt Alexā. inquit lib. suo de aīa, veteres arbitrantur aīam esse oīa, ꝙ ex his principijs constet, ex quibus sunt oīa, hinc Arist. vult ostendere, quo nam mō intelligi pōt animam esse oīa: & ponit hanc conclusionem, dicens, ꝙ aīa est quodam modo oīa quæ sunt. Dicit vero Philop. animam non esse simpliciter oīa § sed oīa quodam modo § quia anima non est oīa materialiter sed intentionaliter: quia non lapis ipse est in anima, sed lapidis spēs, quæ intentio sine materia, verum de re hac diligentius postea. Sed cur considerationem hanc, quam de aīa proponit, recapitulationem appellarit nemo exposuit. Pōt vero causa assignari: quia Emped. dixit animam esse oīa, quatenus constituitur ex rerum principijs quæ sunt quatuor elemēta. & amor, & odium. Demo. vero idem dicēs, asseruit aīam esse omnia quatenus constat rerū principijs, quæ sunt athomi, Arist. ergo cum hanc opinionem lib. 1. diligenter refutauerit, volens nunc illius intellectum in bonum reducere, non iniuria recapitulationem appellauit eam considerationem quam nunc de nouo aggreditur. Accedit ꝙ hæc vr̃ quasi noua aīæ definitio: veteres.n. definientes aīam dixerunt eam esse oīa, quia vero definitionem aīæ lib. 2. diligēter exposuit, cum iterum pertractatio h̃ spectet ad definitionem: vr̃ quasi recapitulare definitionem, non ergo ab ratione: considerationem hanc recapitulationem appellat. Dixit āt § simul recapitulantes § ꝙ rē hanc de aīa recapitulet simul cum his quæ de ipsa aīa dixit ꝭm veritatem.

Cap. 2. *Dubitatio.* *Responsio.*

ARGYR. *Nam ea quæ sunt, aut intelligibilia sunt, aut sensibilia, Atq; scientia quidem est res esse quodam modo quæ sub ipsam scientiam cadūt, sensus autem, ipsæ res sensibiles.*

Tex. com. 37. Aut.n. sensibilia sunt quæ sunt, aut ītelligibilia sunt. Est autem scientia quidam scibilia quodam modo. Sēsus autem sensibilia.

COMMENTARIVM.

HIC textus non est leuis: tñ ꝑꝑ illā particulam §.n.§ Arist. vr̃ probare conclusionē propositam. Verum textus pōt legi vno modo: ꝙ Arist. syllogizat conclusionē hoc pacto. Intelligibilia & sensibilia sunt oīa quę sunt. Aīa est intelligibilia & sensibilia. ergo aīa est oīa quæ sunt. Quod āt anima

anima sit intelligibilia,& sensibilia ex eo patet:quia anima duplici parte constat sensu videlicet,& intellectu. At sensu est sensibilia: intellectu vero intelligibilia. ergo anima est quodam modo omnia quæ sunt. Et tunc iuxta hanc expositionem per scientiam intelligit intellectum,& per scibilia intelligibilia:per sensum vero intelligit partem sensitiuam. Patet ergo animam esse aliquo modo omnia quæ sunt Philop.vero (vt mihi videtur) arbitratur conclusioné propositam probari textu proximo. Quod si ita sit, in præsenti textu Arist. ante conclusionis probationem præmittit duas suppositiones,quarum prima est,ꝙ eorũ quę sunt, alia sunt sensibilia, alia intelligibilia, nec curat ꝓbare hãc suppositionem,quia eam probare spectat ad metaphysicũ: vel ad librum physicorum:ẜm Auer. Secunda vero suppositio est ꝙ scientia siue ipsum scire sit quodam modo ipsa scibilia,hoc est ipsa intelligibilia,& sensus siue ipsa sensatio sit quodam mõ ipsa sensibilia. Nec hanc suppositionem ꝓbat, qm̃ neutra pars est vera in prædicatione formali, non .n.ipsum scire est scibilia,nec ipsa sensatio ipsa sensibilia in prædicatione formali:sed scientia est scibilia,& sensus sensibilia in prædicatione causali: ideo dixit quodam modo, quia formaliter nec scientia nostra est scibilia: nec sensus sensibilia. Causali vero prædicatione scientia est in nobis à scibilibus & sensus ab ipsis sensibilibus. Contra autem in substantijs separatis, in quibus scibilia sunt ab earũ scientijs: cum illarum scientia sit causa rerum scibilium. nostra vero causetur à rebus. Vnde hoc designans dixit, quodam modo.

ARGYR. *Verum quo pacto id ita est:quæratur oportet. Scinditur igitur in ipsas res: scientia atque sensus. is quidem qui est potentia, in res potẽtia tales: is vero qui est actu, in actu similiter tales. & scientia pari mõ. Sensitiuũ ãt animæ, & id quòd scientijs affici potest:hæc potentia sunt. hoc quidem, id quod sub scientiam cadit. illud vero sensibile. Atqui necesse est: aut res ipsas, aut formas in anima esse. at non sunt in ea: res ipsæ profecto. non enim ipse lapis in anima, sed forma lapidis inest.*

Tex.cõm.38. Quomodo autem hoc sit oportet inquirere. Secatur igitur scientia & sensus in res. qui quidem potentia est, in eas, quæ sunt potentia. Qui vero actu: in eas, quæ sunt actu. Animæ autem sensitiuum, & sciẽtificum potentia hæc sunt hoc quidem scibile: illud vero sensibile. Necesse itaque aut ipsa, aut species esse. Ipsa quidem enim iam non (non enim lapis in anima est) sed species.

COMMENTARIVM.

PRAECEDENS textus fuit dupliciter introductus. vno modo ꝙ Arist. syllogizasset propositam conclusioné, videlicet ꝙ anima sit quodam modo omnia. Alio modo ꝙ Arist. acceperit duas suppositiones. Si primam ergo expositionem sectabimur: dicendum est ꝙ cum Arist. probauit animam esse omnia, quę sunt, ex eo quia parte intellectiua est intelligibilia: parte vero sensitiua sensibilia, nunc velit exponere, an anima sit omnia quæ sunt simpliciter, vt veteres dixerunt, an anima sit omnia quæ sunt quodam modo, vt est rei veritas, & hoc proponere videtur dicens. Qũo autem hoc fit, oportet inquirere, ac dilucidare. Demo.n.& Empe. dixerunt animam esse omnia simpliciter. Aris.vero omnia quodam modo: ideo proponit esse inquirẽdum qũo hoc fit. Quod Alex. perpulchre exponit in suo

Cap.31. lib.de anima. Ad cuius euidentiam debes scire aliquid esse simpliciter aliquam rem, cum ex his omnibus est, ex quibus constat res. Verbi causa, si aliquid est materia & forma, q̃bus constat Socrates, hoc simpliciter est Socrat. vel si quid constet his met quibus constat Socra. materia, videlicet, & forma, q̃bus constat Soc. hoc simpliciter Soc. est. Et qm̃ veteres dixerunt his omnibus aĩam constare, quibus quælibet res constat, ideo animam dixerunt esse omnia simpliciter. Aliquid vero esse ẜm quid, & quodam modo aliud: quoties non ex his omnibus constat ex quibus est res, sed vel ex aliquo eorum, ex quibus res constat. est enim Plato ẜm quid Socrati idem, quia constat ea forma hominis, qua constat Soc. participatione.n. speciei omnes homines sunt vnus homo. non autem plato est idem Socrati simpliciter. quia non ẜm materiam & formam. Vlterius aliquid ẜm formam esse rem aliquam, bifariam intelligi potest: aut realiter siue materialiter, aut intentionaliter. Est plato idẽ Socrati realiter idem ẜm formam, quia constat ea specifica reali forma, qua cõstat Socrates realiter. Est vero speculũ Socrati idem intentionaliter, quia similitudine cõstat qua constat re ipsa Socrates. non.n. speculum constat ipsa Socratis forma, sed ipsius formæ similitudine, quę in sensu intentio, in intellectu vero notio dicitur. ergo speculum est Socrates ẜm quid: quia est Socrates intentionaliter: constat.n. Socratis similitudine, non autem Soc. forma. Ex his patet animam esse omnia quodam modo, non autem simpliciter. Cum.n. anima non constet his principijs, quibus res realiter constant: non est omnia simpliciter. Cum vero constet formis, quæ sunt ipsæ res ẜm quid, ac similitudinarie: est res omnes ẜm quid, ac quodam modo, verum cum non constet rerum formis, sed formarum intentionibus. (nam intellectu constat notionibus, sensu vero intentionibus) ergo anima est omnia quodã modo intẽtionaliter. Iterum constare rerum intentionibus est bifariã. aut actu, aut potentia. Actu quidem intellectus cõstat notionibus, cum illarum est subiectum actu potentia vero, cum illis subiectum esse potest. Ergo anima ꝑ intellectum actu erit omnia intelligibilia intẽtionaliter, quoties intellectus intelligibilium notionibus actu subijcitur. Potentia vero, cũ rerum intentionibus actu non subijcitur, sed subijci potest, simili ratione & de sensibilibus dici potest. Ergo anima est quodam modo omnia, quia ẜm quid. & intẽtionaliter. Hæc ex Ale. eo lib. tunc facile iuxta hanc expositionem potes legere verba Arist. Sed si volumus sequi secundam expositionem Philo. dicemus ꝙ cum Aristo. sumpsit suppositiones, statim propositam cõclusionem declarat, & proponit primo intentionem.d. Qũo autẽ h̄ fit.s. quod anima sit omnia non simpliciter, sed quodam modo, oportet inquirere, proposita vero intentione, exequitur quasi sumens tertiã suppositionẽ, & legatur textus suspensiue vsq; ibi §necesse ita§ & dicit, cum scĩa sit quodam modo scibilia, & sensus quodam modo sensibilia: vt secunda suppositio dicit. Et scĩa & sensus secentur in res.i. diuisione rerum, ex quibus sunt. nam sensus, qui quidem potentia est, secatur in eas res quæ sunt potentia. Sensus vero, qui est actu secetur in eas, res quæ sunt actu. Ecce ꝙ est quodam modo tertia suppõ, .s.ꝙ sensus differant inter se drĩjs sensibilium, & scĩæ drĩjs intelligibilium. Repetit suppositionem secundam, & dicit. aĩæ autem sensitiuum & scientificum, hoc est intellectiuũ, hæc sunt. Hoc quidem scibile.s. intellectiuum: illud vero.s. sensitiuum sensibile, Ex his suppositionibus, quasi infert conclusionem & terminat suppositionem, & dicit. necesse itaq; aĩam esse aut ipsa entia quæ sunt, aut esse species entium. Ipsa quidem.n. iam entia: quæ sunt, aĩa non est: non.n. lapis in aĩa est, sed species lapidis. ergo erit anima spẽs entium, quæ erat conclusio. In quibus si recte animaduertis tres suppositiones accepit. prima erat, ꝙ omnia aut sunt intelligibilia, aut sensibilia. Secunda ꝙ scĩa est intelligibilia, & sensus sensibilia. Tertia ꝙ scĩæ & sensus differãt drĩjs rerum de quibus sunt, cum scĩa actu sit intelligibiliũ actu, scĩa potentia intelligibilium potentia. Sensus etiam actu est sensibilium actu, & sensus potentia est sensibilium potentia. Ex his concludit animam esse omnia quæ sunt, non simpliciter, sed quodam modo, quatenus non est ipsa, quæ sunt, sed spẽs eorum, quæ sunt, deducitur consequentia, q.a per sciam est ipsa intelligibilia: & per sensus ipsa sensibilia: quia (vt supponebatur) scĩa saltem in prædicatione causali est intelligibilia, & sensus sensibilia: quæ suppositio probatur per aliam suppositionem.s. quia scĩæ differunt scibilibus, & sensus sensibilibus. Ex his sequitur ꝙ prima suppõ non est vtilis ad syllogismi rationem, sed ad obiectionem: quia posset dici non omnia quæ sunt, esse intelligibilia, aut sensibilia, & sic anima non est omnia. Innuitur solutio per primam suppositionem.s. ꝙ omnia sunt intelligibilia, vel sensibilia. Quo vero ad verba attinet, debes scire, ꝙ aĩa est oĩa,

omnia,quia scientifico,hoc est intellectiuo,est intelligibilia,& sensitiuo est sensibilia.Est autem intellectiuo intelligibilia, quatenus intellectiuo est scia intelligibilium, nam ita causali prædicatione intellectuum est scia sicut scia cæli prædicatione est. Intelligibilia. Est vero sensitiuo sensibilia,quia sensitiuo est sensatio, sicut sensatio est sensibilia .s.in prædicatione causali. Patet ergo quo opinio veterum potest habere locum. si.n.intelligat animam esse omnia, quæ sunt simpliciter,ac realiter, opinio eorum falsa & impossibilis est. At si intelligant animam esse omnia ſm q.d hoc est intentionaliter,modo quo dictum est,recte intelligunt.Vnde Philop.dixit,recte esse additum ipsum § quodã modo § qm̃ anima non est ipsæ res materiales materialiter, sed ipsæ rerum spẽs immaterialiter: non.n.noscit res materialiter,sed immaterialiter cum non lapis,sed lapidis species sit in anima. Sed dubitant aliqui, quia non vr̃ verum omnia esse aut intelligibilia,aut sensibilia: quia tũc omnia essent ad aliquid, quoniam sensibile & intelligibile ad aliquid sunt. Respondet Philopo.& quidem vere,ꝙ res,quę sunt, si considerentur, quatenus subsistentiam habent, per se absolutæ sunt,& non ad aliquid,vt ignis,quatenus subsistentiam habet, est substantia absoluta, quatenus vero res considerantur,vt sensibiles vel intelligibiles sunt,ad aliq.d. quare nihil prohibet omnia esse ad aliquid ſm quid, licet simpliciter non omnia sunt ad aliquid.

Dubitatio. *Responsio.*

ARGYR. *Quare anima,est vt manus. manus enim instrumentorũ est instrumentum,& intellectus formarum, est forma,& sensus itidem sensibilium forma.*

Te.com.38. Quare anima sicut manus est.etenim manus est organum organorum. Et intellectus est species specierũ, & sensus species sensibilium.

COMMENTARIVM.

Ex dictis ſm Philop. Arist. deducit quasdam similitudines quarum prima est inter manum & animam.Secunda vero est inter manum & intellectum. Tertia est inter manum & sensum. Inter manum quidem & anima similitudo est ſm Philo.quia sicut manus existens instr̃m humani corporis instr̃is vtitur, velut ascia si homo sit faber, aut calamo, si est scribens:ita anima est forma, ac species specierũ .s.susceptrix:qm̃ anima rõnes ac spẽs oĩum rerum habet in seipsa.Secũda vero similitudo est inter manum & intell̃m, quia vt manus existens humani corporis instr̃m, vtitur oĩbus instr̃is,sic intellectus est spẽs,oĩum spẽrum susceptiua, cum habeat notiones oĩum intelligibiliũ. Tertia vero similitudo est inter manũ & sensum, quia vt manus est vtẽs oĩbus instr̃is, sic & sensus est susceptiuus oĩum spẽrum sensibilium.Sequuntur aũt hę similitudines ſm Philop.ex his, quæ dicta sunt, diximus.n.aĩam esse oĩa. intellectu quidam oĩa intelligibilia, sensu vero oĩa sensibilia. ergo vt manus est organũ oĩum organorum.s.vtens, ita aĩa est spẽs oĩum specierum.s.susceptrix,quia intellectu suscipit intelligibilia,sensu vero sensibilia.Ex his patet ſm Philop. aĩam assimilari manui quo ad vsum instr̃orum artium, qm̃ sicut manus est oĩa artium instr̃a vsu, sic aĩa est oẽs rerum spẽs susceptione,cum suscipiat oĩum rerum spẽs.Qua rõne sequit̃ hoĩem esse oĩa,qm̃ aĩa est oĩa naturalia. Manu vero omnia artificialia.Verum si licet exponere Arist. per Arist. in lib. de partibus aĩaliũ quarto Aristo. seipsum exponit cum inquit.§Manus autem esse videtur.non vnũ instr̃m, sed multa.est.n.(vt ita loquar)instr̃m ante instr̃a: natura igitur ei: qui artes plurimas recipere põt, manum reddidit quæ ad plura instr̃a vtilis est.Qui aũt hoĩem non bene,sed deterrime oĩum animalium constare aiunt (nudum.n.atq; inermẽ creatum referunt)non recte sentiunt. Cætera.n.aĩalia vnũ auxilium habent, idq; nullo pacto possunt permutare, sed quasi calceata semper dormire,ac omnia agere,nec vestitũ vnquam deponere pleniorem, neq; arma mutare, quæ semel acceperint necesse est. At homini multa habere auxilia licet,eaq; subinde mutare,arma etiam,quæ velit, & vbi velit:capere potest. Manus enim & vnguis est, & vngula: & cornu,& hasta,& ensis, & quoduis aliud genus armorũ, aut instrumentorum, quippe cum omnia hæc sit, quoniam omnia & sumere potest & tenere.§ Hæc Arist. ad verbum. Ex quibus patet manum esse omnia instrumenta, non mõ quibus ad opera artium vtimur, verum etiam, quibus animalia pro sua defensione vtunt̃. Vnde patere põt inter manum & animam similitudo,quia sicut manus est vtẽs oĩbus instrumentis, tam ad opera artium quam ad defensionem, quibus sese animalia defendat, ita anima est susceptrix omnium specierum vtpote intellectu intelligibilium, sensu vero sensibilium. Natura.n.aliquibus animalibus pro sui defensione cornua,alijs dentes, vngues alijs dedit, homini vero cum horum nullum dedit, manum tribuit: nam præbendo illi manum, aliquo modo omnia ei organa dedit. est.n.manus vsu,ac imitatione omnia ea instrumenta: quibus vtuntur animalia.Præterea.Manus est omnia instr̃a,q. bus artes ad diuersa opera vtuntur: quatenus illis vti põt. Sic etiam anima est omnia quæ sunt. natura.n.alijs rebus aliam formam dedit, alijs aliam.ac singulis propriam: homini autem animam quæ est omnes formæ, & intelligibiles & sensibiles.Quibus patet hominem esse omnia, & naturalia & artificialia.Manu quidem est omnia animalia,ac omnia artificialia.aĩa vero est omnia naturalia, quia intellectu est omnia intelligibilia, sensu omnia sensibilia. Hæc mihi videtur expositio huius loci, quæ, vt vides, ex verbis Arist. clare habetur. Vlterius quæret quispiam, an solum cognitione anima sit omnia. Them.hic dicit animam non solum esse omnia. propterea ꝙ formas omnium cognitione complectitur. sed propterea etiã ꝙ materiæ formas exhibet, & vultus imponit. ſm ergo Them. per intellectum possibilem anima est omnia intentionaliter, & receptiue. per agentem vero est omnia virtualiter. quod quidem verum esset si anima hominis esset datrix formarum,vt Plato autumat.Arist.autem arbitratur contrarium, propterea licet de intellectu agente, quæ dicit Arist. vera esse possint: tñ de materiali solum intendit,vt diximus.Auer.autẽ præsenti loco declarat, primo cur intellectus in potentia, sit intelligibile potẽtia, & intellectus actu intelligibile actu, vt Arist. accipit in textu. Et sumit primo ꝙ drĩæ entis sint actus,& potentia,tunc argumentatur,ea quorum drĩę sunt eædem illa sunt eadem, intellectus: & intelligibile sunt, quo drĩæ sunt eædem(nam vt intelligibile aliud actu,aliud potentia est,sic intellectus actu,& potentia est)ergo intellectus actu est intelligibile actu, & intellectus potentia, intelligibile potentia. Sed si hæc probatio valeret probarẽ omnia entia naturalia esse eadem, cum omnium entium naturalium drĩæ sint actus & potentia, omne.n.ens naturale est, & potentia ante quam sit, & actu postquam est. Propterea assumptum Auer. haberet locum, quando drĩæ vltimæ, & propriæ essent eædem. Actus & potentia sunt drĩæ entis, propterea ex hac probatione solũ habetur intell̃s, & intelligibile esse eadẽ in ratione entis: quatenus intell̃s actu, & intelligibile actu sunt eadem in ratione entis actu.non autem intellectus est intelligibile,nisi in ente actu quatenus vtrũq; est actu ens. Ideo declarat Auer. quõ intellectus est res quæ intelligitur:ait.n.bifariam hoc intelligi posse aut simpliciter. s. intelligendo intellectum esse rem ſm materiam, & formam, & sic intellectus nõ est res.non.n.est lapis ipse ſm eius materiam & formam,quia sic intellectus cum lapidem intelligeret, esset lapis, & cũ intelligeret ignem,esset ignis.Aut intelligi potest intellectum esse rem secundum quid, videlicet, secundum illius formam: & sic concedit intellectum esse rem intellectam, qm̃ illi idẽ est ſm illius formam. Quod si intelligat Auer. intellectum esse rem intellectam ſm illius formam,in prędicatione formali, falsum est quod ait: intellectus.n.non est res, nec est rei forma, nec formæ similitudo, cum semꝑ recipiens sit aliud ab eo, quod recipit. Intelligatur h̃ ergo ꝙ Auer.ait in prædicatione causali,vt ipse inquit, ait.n.remanet igitur,vt illud: quod existit in anima de entibus, sit forma tñ,non materia.Cum igitur dicitur intellectum esse rem ſm formam,intelligendum est intellectum rem recipere ſm illius formam, non.n.lapis est in anima, sed forma lapidis. Animaduerte tamen Auer. intelligere formã lapidis esse in anima obiectiue,quia per formam intelligit vniuersale,quod est obiectiue intellectus. Hoc autem nõ est in anima ſm Auer. vt accñs in subiecto: sed vt cognitũ in cogno-

2. Dubitatio. Solutio Them.

Qua Auer. Cõm.38.

Intellectus vtrum Auer.

in cognoscente. At fm veritatem, in anima est forma, quæ est vniuersale, obiectiue, & similitudo formæ vel rei subiectiue. Verum de re hac in lib. de intellectu, & sicut de intellectu respectu intelligibilis, hæc dicta sunt, sic de sensu respectu sensibilis intelligas.

ARGYR.

Cum autem nulla res sit præter magnitudines separata, vt videntur res ipsæ sensibiles: in ipsis profecto sensibilibus formis ipsæ sunt intelligibiles formæ tum earum rerum quæ abstractæ vocantur, tum eorum etiam sensibilium quæ sunt habitus atq; affectus. Iccirco & qui non sentit, nihil discere vel intelligere potest. Et qui conteplatur necesse est vna cũ phantasmate contempletur, ipsa nanq; phantasmata, veluti sensibilia sunt: attamen sine materia.

Te. com. 39.

Quoniam autem nulla res est præter magnitudines separata: vt sensibilia videntur. In speciebus sensibilibus intelligibilia sunt, & quæ in abstractione dicuntur, & quæcunq; sensibilium habitus, & passiones sunt. Et ob hoc qui non sentit aliquid, nihil vtiq; addiscet, aut intelliget, & cum speculatur, necesse est simul phãtasma aliquod speculari. Phantasmata. n. velut sensibilia sunt, sed sine materia.

COMMENTARIVM.

Sed sine materia præter quã quòd sunt sine materia. Quæ sanctus Thomas.

PARTIS huius intentio est, q Aristo. velit hic ostendere intellectum in intelligendo egere sensibus. Sed cur hoc Aristot. velit facere, non omnes eodem modo causam assignant. Expositor dicit ideo hoc Aristot. facere h, quia accepit intellectum esse quodam modo intelligibilia: qua ratione credere posset quispiam intellectum intelligendo à sensibus non dependere: quod quidem verum esset, si intelligibilia, vt Platonici asserunt, essent secundum esse à sensibus separata, ostendit ergo Aristo. intellectum in intelligendo sensibus indigere. Egidius ait h Arist. facere, vt ostendat quonam pacto res ipsæ ad animam comparentur: & quonam pacto ab eadem intelligantur. Ego vero dico duas apud maiores fuisse de intelligibilibus opiniones: Alteram, quæ dicit intellectum esse ipsa intelligibilia simpliciter per identitatem, quam opinionem Emped. & Demo. arbitrantur: Alteram quę dixit, intellectum esse ipsa intelligibilia per admistionem, quatenus nõ res, sed rerum notiones erant animæ connatæ, quibus anima mox cuncta intelligeret: quam sententiam Plato in Menone sequitur, vbi propter h, nostrum discere solum esse reminisci tradit. Hæc opio vult intellm nõ egere sensibus, p intellectione rerum, sed pro reminiscentia, atque excitatione, qua animus redeat ad intelligenda, quæ iam intellexerat. Cum igitur Aristot. probauerat intellectum non esse intelligibilia simpliciter secundum identitatem: & quòd anima non est omnia secundum identitatem: & hoc contra Demo. & Emped. Ostendit intellectum in intelligendo egere sensibus, non mõ pro reminiscẽtia, sed p ipso addiscere, & pro ipso intelligere, & hoc aduersus Platonem. Hæc est ergo intentio & causa intentionis. Argumẽtatur ergo Arist. nulla res est, præter magnitudines, separata, ergo intelligibilia non sunt præter sensibilia, immo sunt in ipsis sensibilibus speciebus. Exponit autem, quæ intelligit per intelligibilia, & vult se intelligere tam res mathematicas, quam res physicas, vnde inquit. Quoniam autem nulla res est præter magnitudines separata: hoc est antecedens, quod exponit, cum inquit: sicut videntur sensibilia inuicem separata esse, quorum alterum ab altero secundum esse separatur. Separatur enim ignis ab aqua secũdum esse, & cœlum ab elementis similiter. Est ergo antecedens: nulla res est præter magnitudines separata eo modo, quo alterum sensibile separari videtur ab altero. Apponit consequens cum inquit, in speciebus sensibilibus intelligibilia sunt, & non præter magnitudines sensibiles. Et quia accepit nullam rem esse præter magnitudinem separatam, & quis posset dicere nec Deum esse, nec intellectum separatorum vllum, hoc refellens exponit, quæ intelligat per intelligibilia. & inquit, intelligo supple, & quę in abstractione dicuntur, vt res mathematicæ sunt: & eorum sensibiliũ, quæ habitus & affectus sunt, hoc est res physicas quæ sunt habitus & effectus in materia sensibili. Cum ergo dixi nullam rem esse præter magnitudines, intelligo nec mathematicarum vllam nec physicarum. Expositio ergo antecedentis hæc est. Quo vero ad verba attinet per magnitudinem, cum ait nullam rem esse præter magnitudinem separatam, intelligit (vt Them. & Philopo. exponunt) materiã sensibilem. materia enim sensibilis magnitudo est, quia res quãta est qualitatibus sensibilibus affecta. est ergo enthymema. Arist. nulla res est præter materiam sensibilem separata, scilicet ab illa secundum esse, ergo intelligibilia sunt in speciebus sensibilibus, id est phantasmatibus. Sed dubitaret fortasse quispiam, quia non videtur sequi intelligibilia esse in phantasmatibus, sed in materia sensibili: nõ enim phantasma est materia sensibilis. ergo si nulla res est præter materiam sensibilem, sequitur, omne quod intelligitur esse in materia sensibili: non enim video quomodo sequitur, omne intelligibile esse in phantasmate. Vlterius non videtur expositio antecedentis bona: quia tunc substantiæ separatæ cum intelligerentur, sine phantasmate intelligerentur à nobis, probatur, quia ipsæ nec sunt res physicæ, nec mathematicæ, sed sunt res præter materiam sensibilem ab illa separatæ secundum esse. ergo cum intelligun tur non erunt in phantasmatibus. Pro intellectu horum primo debes scire quid Aristo. per phantasma velit intelligere, quid etiam per ipsum intelligibile: nam iuniores qui scribunt, confuse loquuntur, non explanantes terminos. Phantasma ergo, vt colligitur à Themistio, hic vno modo potest accipi pro similitudine rei sensibilis existente in virtute phantastica, quæ (vt nunc supponatur) est imaginaria virtus. Idolum ergo in virtute imaginaria est phantasma hoc primo modo, quod quia in virtute imaginaria est, ab Auer. intentio imaginata dicitur. Est autem hæc similitudo non res ipsa sensibilis, sed illius exemplar, quod interni sensus detinent, etiam ipsa re sensibili absente, aut corrupta, quale amicorum, aut parentum exemplar in internis sensibus seruamus, illis aut absentibus, aut mortuis, & h dicitur phantasma formale. Alio modo phantasma est res ipsa sensibilis vt repræsentatur ipsis internis sensibus per phantasma siue illius simulachrum. & primo modo phantasma est quo interni sensus sentiunt, non quod sentiunt, secũdo vero modo est quod sentiunt. Ideo dicitur phantasma obiectiuum, intelligibile etiam apud peripateticos bifariam accipi solet aut vt quo, & sic est rei, quæ intelligitur, similitudo in parte intellectiua existens: h dicitur, & notio & species, & intentio intellecta, & (vt meta. loquar) cõceptus formalis, quo intellectus formaliter intelligit id, cuius est similitudo. Potest etiam accipi, vt quod, & sic est res, quæ intelligit quæque dicitur conceptus obiectiuus apud iuniores, h pacto lapis appræhensus dicitur intelligibile, q a est id, quod intelligitur: tunc declaratis ijs, quid velit Arist. intelligere, non leue est expõnere. Dicamus ergo, q si Ari. per intelligibile intelligit id quod intelligit, & per phantasma intelligit rem phantasiabilem, non rei simulachrum, tunc enthymema sic intelligitur, intelligibile non est præter magnitudinem. i. preter naturam sensibilem, ergo intelligibile non est præter phantasiabilem rem, quod est dicere: intelligibile non est præter sensibilem naturam, ergo nõ potest intelligi: quin illius indiuiduum virtus phantastica imaginaretur. Sed dices, intellectus intelligit substantiã, cuius tamen indiuiduum virtus phantastica non imaginatur. Propterea animaduerte, quod nihil potest intellectus per se intelligere, cuius indiuiduum phantastica non imaginetur, bene enim potest intelligere aliquid per se, cuius indiuiduum sensus externus non sentit, non tamen potest aliquid intelligere, quin illius indiuiduum phantastica imaginetur. Licet enim substantia non sentiatur, potest tamen sentiri ab internis sensibus, & si non propria specie quam non facit in externis sensibus, specie tamen eorum, quę per se faciunt sensum, quæ sunt illi coniuncta. Substantia ergo, & si non potest per se externis sensibus sentiri, potest tamen cogitari, & phantasticę appræhendi. Recte ergo sumpsit Arist. intellectum nihil posse per se intelligi, quin illius indiuiduum p se sentiatur ab internis sensibus. nam & substantia,

Qua Egid.

Propria rõ.

Dubitatio.

Phantasma specierum. Visum Quid phantasma.

De intellectione substãtiæ.

stantia,& omnia,quæ intelligit per se (modo non sint præter materia sensibilem) sunt quorum indiuidua sensus interni appræhendunt. Est ergo enthymema, intelligibile nõ est præter materiam sensibilem, ergo non est præter phantasiabilem rem:quod est dicere, ergo non potest intelligi, nisi illius indiuiduum phantastica imaginetur. Potest autẽ intelligi aliquid cuius indiuiduum nullus sensus externus appræhendit,non autem,cuius indiuiduum non cogitetur. Sin autem per intelligibile intelligat notionẽ ipsam qua intelligit, & per phãtasma similiter intelligat similitudinẽ rei sensibilis existentem in sensibus internis, tunc enthymema sic intelligitur, notitia rei, qua aliquid intelligitur, non est præter magnitudinem.i.non est nisi rei materialis. ergo est in phantasmate.i.ergo oportet illius intelligibilis phantasma esse in sensu interno,nam cuius notio est in intellectu,eius phantasma est in sensu interno. dico interno, quia non oportet ipsum esse in sensu externo, vt diximus de substantia. Põt etiam intelligi p intelligibile qđ intelligitur, & p phantasma id quo imaginamur, & idẽ sequitur. Iterum põt intelligi per intelligibile,quo intelligimus, & per phantasma,quo phantasiamur, & rursum põt esse verũ, & quocunq; modo intelligatur, sensus est:intelligibile nõ est præter materiam sensibilem,ergo non põt intelligi quin phantastica aliqđ illius imaginetur. Declarato sensu Arist. emergit.q.de necessitate consequentiæ. non.n.video vnde sequatur,intelligibile non est præter materiam sensibilem, ergo non potest intelligi quin phantastica illius aliquid imaginetur. Egid. Romanus bonus doctor probat ex eo primo, ꝙ intellectus intelligit vniuersale sensibile, quod esse non potest, nisi in singularibus;quare nõ põt intelligi, quin phantastica illius aliquid imaginetur. Secundo quia intellectus postquam res intellexit, non remanet penitus in actu, cum quæ intellexerit, habitum habere posſint: vt ergo redeat ad intelligendum illamet,necesse est phantasmata remanere in sensibus internis, qbus reuocetur intellectus ad intelligendum actu:quod prius intellexerat. Et si rõnes hæ acutæ sint,non tñ vñr plenus probare propositũ. prima quidem non,qm̃,licet vlia,quæ intellectus intelligit sint in singularibus, nõ tñ video qũo sequitur illa singularia,in quibus vlia sunt:esse phantasianda, si intellectus intelligere debeat eorum vlia,h.n.erat probandum. Vr̃ ergo hæc rõ,aut petere,aut assumere, quod in quæsito est. Scda rõ nihil probat, aut solum probat phãtasmata esse necessaria,non pro fieri,sed pro reuocatione, & reditu ad intellectionem priorem. Them. vir doctissimus, h loco velle vr̃ ideo intellectum egere phantasmate ad sensum expositũ, quia nullus põt intelligere sine sensu externo: nullus.n. põt geometriam condiscere, si ab ortu cæcus sit, qđ.n.eget externo, à fortiori eget interno, quæ expõ non placet, qm̃ intells intelligere actu põt,nullo sensuũ externorũ sentiẽte. Præterea. Intelligere põt, quorũ indiuidua sub externo sensu non cadunt. Non tñ intelligere põt ea,quorũ indiuidua sub phantastica non cadunt. Aui.imaginatur phantasma esse necessarium intellectui pro addiscere, non aũt pro intelligere.non.n.discimus (vt inqt) nisi phantasiantes aliquid,quæ discimus.intelligere ãt possumus,q̃ didicimus,nihil phantasiantes,ꝑpea hoc enthymema Aris. non leue est. Vr̃ ergo mihi Ari.non rõni, sed experiẽtiæ esse potius inixum. experiẽtia.n.docet nos res m̃ales intelligere nõ posse,nisi vna cum phantasmate sit phãtastica virtus.nã si nos discimus, experimur aliqđ tunc phantasiari. si q̃ didicimus intelligimus,rursus aliqđ phantasiari experimur. Affert signũ huius experientiæ doctissimus expositor,quia læso organo sensus interni ab sciæ vsu iã acq̃sitę ĩpedimur, qđ esse non posset, nisi phãtasma necessariũ esset tã pro ipso differre,quam pro vsu eius rei,quam didicimus: enthymema ergo Arist.intelligibile non est præter mãm sensibilem.ergo pro ipso intelligere necessarium est phãtasma, hoc.n.non rõne probauit, sed tanquam experientia notum assumpsit. Qđ vero de subſtãtijs abstractis opponebaĩ,q̃ intelligunĩ, quorum nullũ est phantasma. Dicendũ Aris.illas excepisse pp q̃onem,nam magna.q.est an intelligantur à nobis. Propterea prætermissa hac.q. nunc exposuit qđ p intelligibile velit & dixit se loqui solũ de his intelligibilibus, quæ non

Qua Egid.

Quales rões Egid.

Rõ Them.

De cognitione substantiarum separatarum.

sunt ẽm esse separata à mã sensibili. Siquis ãt vellet, posse dicere sub̃as illas intelligi à nobis p sensibilia, quæ sunt illarum effectus,ideo si intelligit:oportet phantasticam aliquid illarum phantasiari, quia licet non indiuiduum, saltẽ illarum effectus:non.n.oportet dum aliquid intellectus intelligit. ſp phantasma illius, vel eius indiuidui reponi in phantastica,satis.n.est eius indiuiduum per aliquid phantasiari,quod ꝑtinet ad illud,aut vt effectus, aut vt accñs, aut vt indiuiduum,aut vt aliud aliquo modo. Ex his bene Aris. deducit nos nihil posse,aut discere, aut intelligere nisi aliquid sensu interno senserimus. Vnde dicit. Et ob hoc, non sentiens nihil vtiq; discet aut intelliget. Et quia dixit § non sentiens § quod intelligitur de interno sensu quasi se exponens inquit, & cum speculatur, sup. quispiam aliquid, necesse est eum speculari illud simul cum phantasmate, non dico ab intellectu appræhenso, sed à phãtastica,cuius cãm affert cum inquit. Phantasmata.n.sicut sensibilia sunt, sed sine mã:sensibilia.n.sensuum externorũ cum mã sunt,phantasmata aũt abstrahunt à mã,non tñ à conditionibus materię cum sint adhuc singularia,ergo per§non sentiẽs§intelligit eum qui non sensit sensu interno. Philop. vero añs sic intelligit nulla res est ꝑter magnitudines separata, vt sensibilia vñr,hoc est vt ad sensum oĩbus patet.vel aliter nulla res vr̃ præter magnitudines,separata,vt sensibilia quędam videntur prima fronte:vt mathemata:quę prima fronte sensibilium vñr separata,non tñ sunt separata,& per magnitudinem intelligit sensibilem mãm. Erit ergo añs, nulla res est separata à mã sensibili, & quia quispiam posset hoc añs vr̃ intelligere de oĩbus entibus,Philop.asserit Arist. limitare añs de secundis,& in tertijs intelligibilibus, per illud verbum, & quæ in abstractione dicuntur & quæcunq; sensibilium habitus, & passiones sunt. Sunt.n.(vt inquit) tria intelligibilium gña;. Primum eorum, quæ sunt reuera sine mã, vt sub̃æ separatæ. Secundum eorum quæ sine mã vñr esse,non tñ sunt sine mã:vt mathemata. Tertium deniq; eorum,quæ nec vñr,nec sunt sine mã,vt habitus & passiones, quæ sunt res n̄ales, ergo totum añs est, nec res m̃ales, nec res mathe. sunt à sensibili mã separatæ, igitur in speciebus sensibilibus intelligibiles sunt: hoc est in phantasmatibus, veluti colores sunt visibiles in parietibus,vlia.n.m̃alia quæ intelliguntur, ita sunt in phantasmatibus intellectibilia:vt colores visibiles in parietibus, quia sicut colores non sunt sine pariete,vel aliquo subiecto m̃ali,ita vniuersalia materialia non sunt sine mã sensibili, quare sicut colores non sunt visibiles sine pariete, ita vlia m̃alia non sunt intelligibilia sine phantasmatibus, & ita vt colores vñr in parietibus,ita vniuersalia m̃alia intelliguntur in phantasmatibus. Excludit autem primum genus intelligibilium quia dubium est,an illa intelligibilia sint,vt diximus. Ex his Phil. asserit Aristo.clam inferre, quod manifeste declarauit lib. poste.vbi dixit,ꝙ cuiuslibet sciæ principium est sensus. Cuius signum attulit,quia deficiente sensu deficit scia eorum, quæ hñr per illum sensum. Et tunc ẽm eum verba sic legũtur,& ob h,qui sensu externo non sentit aliquid,h est q̃ nec tactu, nec gustu, nec olfactu, nec visu, nec auditu aliquid sentit, nihil prorsus addiscet per disciplinam à præceptore, aut intelliget per inuentionem. ergo remotis externis sensibus,nihil penitus sciemus:quod fuit longe expositum lib. poster. Secundo infert, ꝙ cum aliquid sentiens speculetur aliquid per intellectum per internos sensus, necesse est simul phantasma aliquod speculari,cuius probationem repetit,& dicit. Phantasmata.n.sunt ita intellectui comparata, velut sunt sensibilia sensibus, est tñ dr̃ia, q̃a sensibilia sunt cum mã,& in mã,ac sub̃to. Phantasmata vero sunt intentionalia,sine mã,ex qua constant eã,quorũ sunt phãtasmata. Hæc est expõ Philo.& quidẽ pulchra. Nos vero possumus aliter iuxta superius exposita intelligere primum excerptum.s.ꝙ qui nihil sentit,nihil discet, aut intelliget:h est,qui sensu externo nihil sentit,de nouo nihil discit,& nihil,nisi didicerit, intelliget,q̃a sensus externi sunt necessarij,& pro acquisitione sciæ, & ꝓ vsu. Vel si referat h ad internos sensus,legantur verba sic, & ob h q̃ p internos sensus non sentit aliqđ,puta aut lęsione ꝯcta à principijs gñonis, aut morbo, hnihil discet de nouo vlterius. s. inuentione,

Qua Philop.

tione,vel disciplina,& eorum quæ didicit, si qua prius didicit,nihil poterit intelligere,qua rõne per discere intelliget ipsum intelligere in fieri, & per intelligere intelliget vsum sciæ eorum,quæ prius didicit. Secundo infert,ꝙ qui sentit,cũ speculatur,aut de nouo discẽdo,aut antiqua speculando, necesse est simul phantasma aliquod speculari, cuius causa dicta est. Hæc secunda expõ satis mihi placet, qm̃ est ad ea,quę dicta sunt,multum consona. Auer.aũt enthymema Arist.sic intelligit, corpus, quod ipsis intelligibilibus est vniuersalius,abstrahitur ab intellectu postquã erat in rebus sensibilibus. ergo formæ sunt in intellectu non fixæ: sed instabiliter,& in re sunt fixæ per modum habitus,& intelligit per corpus formas materiales:& tũc est sensus,materiales formæ abstrahuntur ab intellectu, ergo in re sunt stabiles,& in intellectu sunt instabiles. Sũt quidem in re stabiles,quia vt sic non dependent in conseruari ab aliquo agẽte particulari.In intellũ vero instabiles,quia ab aliquo agẽte particulari ꝯtinuo dependent, videlicet à phãtasmate. Qđ enthymema,nec ẽ Aris.nec est necessariũ. Arist.q.dẽ nõ est, vt his patet: qui græcas literas degustãt. non enim tale enthymema somniauit Arist. Minime vero est necessarium, primo quia formæ vt intelliguntur, sunt vl'es,sed (vt vniuersales) habent esse æternum atque stabiles semper.In re autem habent esse particulare, quo semper in motu sunt.Præterea. Formæ intellectæ, vt abstractæ, faciunt vnum cum intellectu, cum quo fixius faciunt vnum q̃ cum materia,vt dictum est superius. Hoc ergo enthymema,nec est necessarium,nec est Arist.

Qua Auer. Commen 39.

Commen.5.

ARGYR. *Est autem aliud phantasia,ab affirmatione negationeue. verum enim vel falsum complexio est conceptuum intellectus. At mentis primi cõceptus: quo quæso different,vt non phantasmata sint? An neque cæteri sunt phantasmata,non tamen sine phantasmatibus sunt?*

Tex.39. Est autem phantasia aliud à dictione, & negatione. Complexio enim intellectionum est verũ, aut falsum. Primæ autem intellectiones, quo different, vt nõ phantasmata sint? An neque hæ phantasmata sunt, sed non sine phantasmatibus?

COMMENTARIVM.

SI sequimur Them.paraphrasim,duas Arist. remouet dubitationes. Prima est,an complexio notionum,quę est affirmatio,vel negatio differat à phantasia, siue phãtasmate.Cui, vt Them.innuit.Arist.respondet, cum inquit. Est autem aliud phantasia,ħ est phantasma à dictione,ħ est ab affirmatione, & à negatione: cuius causam assignat,quia complexio noematum, ħ est notionũ, siue intellectionum est quid verum vel falsum. At nullum phantasma est verum vel falsum. Them.addit secundam differentiam,quòd scilicet phantasma semper idem in anima est, nexus autem eius cum alio multiplex,cum possit multis copulari.Phantasma enim siue notio diei potest cum luce copulari, si dixerimus,dies est, cum lux est, cum nocte vero vt si dixeris, cum dies est,nox nõ est, & alijs multis modis. at notio eadem & vna semper in anima est. Secunda vero.q.secũdum Them.est an primæ notiones,quæ dicuntur rerum simplices cõceptus, à noetericis vero termini mentales incomplexi, sint phantasmata. Et hanc qõnem quærit.d.Primæ aũt intellectiones, quæ græce noemata dicuntur,ħ est notiones simplices,quo different,vt non phãtasmata sint,prima.n.fronte videntur phantasmata. Rñdet Arist.dicẽs, an neque hæ notiones phantasmata sunt, non tamẽ sine phantasmatibus, quia vt Them.inquit. notio est actus, & operatio animi in subiecto phantasmate.& si intelligit notionem esse in phantasmate,vt accidens in subiecto, non recte ait Them.Sic enim esset opinio Auẽp. qui illustrationem posuit in phantasmate, veluti in subiecto. sed si ꝑ subiectum intelligit fundamentum, siue causam aut principium,sine quo res esse nõ põt, subiectũ notionis est phantasma,vniuersalia enim nõ sunt sine proprijs singularibus, præterea notio dependet à phantasmatibus. Animaduerte vt Auer.inquit.nõnullas primas propõnes Arist.voluisse esse nobis naturaliter notas, & sic nõ differre à phantasmatibus,qm̃ videntur colligi à sensibilibus,vt colliguntur ipsa phantasmata,& ideo (vt inqt Auer.) Arist.declarauit phantasmata differre à propositionibus primis. verũ licet Auer. q̃tum ad hoc non male dicat: errauit tñ, quia cũ in textu duæ sint qõnes,ipse annotauit non nisi vnam.Preterea. Errauit ex alio,quia per primas intellectiones intelligit primas propositiones,cuius oppositũ patet his, qui legunt verba in græco codice. Præterea Arist.loquitur vl'r de omnibus propositionibus, non tm̃ de primis. Philop. vero intelligit ꝑ phantasiã nõ phantasma, sed operationẽ phantasticã.De hac.n.vult, vt Arist.quærat vtrũ sit affirmatio vel negatio. Est aũt hæc.q.rõnabilis, qa in tali phantastica operatione,vr̃ veritas esse essentialiter: cũ.n.phantasia circa terminos versetur: vr̃ in ea esse veritas essentialiter. Rñdet ergo Arist.vt Philop.innuit,ꝙ licet in phantasia sit essentialiter veritas, non tñ est ibi verum vel falsum enunciatiue,per modum quo affirmatio est vera vel falsa, qũo est in intellectu verũ vel falsum:vbi est ꝑ modũ enuntiationis affirmatiuæ,vel negatiuæ.Sed statim emergit secunda.q.qm̃ tũc primæ & simplices intellectiones, quibus incõplexa intelligimus, essent phantasia, cũ in eis non sit veritas per modũ affirmationis vel negationis. Rñdet ergo,vt Philop.dicit,ꝙ nec tales intellectiones sunt phantasmata,siue operationes phantasticæ,quia sup.intelligibilia sunt vniuersalia: ac tales phãtasticæ operationes sunt singulares. Addit tñ talia simplicia intellecta nõ esse sine phantasmatibus, quia, vt diximus, intelligibilia sunt in phantasmatibus,vt colores in parietibus.hoc pacto Philoponus exponit, vtrum vero intellectus cõponat vel diuidat,superius dictũ est. Hæc sunt quæ de intellectiuo scribit Arist.circa quæ occurrũt qõnes non leues, quas græci interpretes pretermiserunt.Iuniores vero illas diligenter differere vñr:& licet nos superius quasi obiter dilucidauimus eas,nõ tñ est malum de illis per se aliquid dicere. nã vt Plato inquit lib.de legibus.6.non nocet bis dicere, qđ bene dicetur.Quærunt ergo primo quot modis abstrahere dicimur: cum.n.in ħ tertio Arist.sæpius de abstractione locutus sit: & non exposuit quid ipse intelligat ꝑ abstractionẽ bonum est aliquid de illa differere.Nonnulli iuniorum:qui gaudent multiplicitate, abstractionem distinxerunt in sex species. Prima est qua phantasma ineptũ redditur aptum mouere intellectum, per ħ quod depuratur à materialitate. Secunda est, qua species intelligibilis ex phantasmate producitur,& in intellectu reponitur. Tertia est,qua intellectus cõmuniorẽ conceptum elicit ex cõceptu minus cõmuni. Quarta est,qua intellectus spẽm secundæ intentionis elicit ex spẽbus primæ. Quinta,qua ex cõceptibus simplicibus intellectus cõpositos ꝯceptus format. Vltima, qua intellectus ex notitia effectus ĩ notitiam causæ ꝓcedit, & cõtra etiam, ex notitia causæ in effectus notitiã. Abstractionẽ ergo in has species distinxerũt. Sed hæc quæ dicunt nõ sunt peripatetice dicta, quia vel abstractionẽ intelligunt operationẽ intellectus,& sic longe plures sunt abstractiones, q̃ istæ sex cum operationes intellectus in specie plures sint ijs sex enumeratis. Sin aũt ꝑ abstractionẽ intelligunt id,quod peripatetici vbique intelligunt intellectionẽ,videlicet,alicuius prioris non intellecto suo posteriori,vt oẽs exponunt, eo verbo secũdi libri Physi.§abstrahentium nõ fit mendacium§ tũc prima spẽs, qua phantasma redditur aptũ mouere intellectũ: non erit abstractio. Nec secunda, cũ illa potius sit ꝓductio:longe minus quarta: qñquidem secunda intentio posterior est prima: potius.n.intellectio primæ absq; intellectione secũdæ erit abstractio.Nec quinta hac rõne erit abstractio, cũ cõpositũ non abstrahat à simplicibus, potius econtra, sunt.n.simplicia priora cõposito.Sexta quoq; minime,nullus.n.vnquã ꝓcessum appellat abstractionẽ,cum in abstractione mẽdaciũ nõ fit. In ꝓcessib' vero & verũ & falsum ꝯstãt.Gãdauẽsis vero in ijs disputationibus,quas in auscultatorijs lib.scripsit, abstractionẽ ĩ duplex genus distinxit, quorũ alterũ pertinere dicit ad agẽtẽ intellectũ, alterũ ad intellm̃ põlem,qđ ad agẽtẽ intellm̃ ꝑtinet,ait illũ eẽ aliud nihil, q̃ facere de potẽtia intelligibilibus actu intellecta, qđ vero ad põlem intellm̃ ꝑtinet, inquit illũ esse aliud nihil

Qua Auer. Commen.39.

Qua Philopo.

Quæstiones.

Prima.q.

Prima positio.

Refutatio.

2.Positio.

hil q̃ intelligere aliquod prius,nõ intellecto suo posteriori. Et quoniam prius multifariam suo posteriori coniungitur,ideo genus hoc subdiuidit i spẽs.Prius.n.aliqñ suo posteriori essentialiter cõiungitur, & h pacto genus speciei, & magis vl'e minus vl'i copulatur: cũ ergo prius h modo à suo posteriori abstrahit,erit abstractio vl'is ex minus vniuersali:& hac vtuntur oẽs sciæ, qñquidẽ oĩs scia põt cõsiderare superius præter suum inferius.Aliomodo prius suo posteriori accidentaliter coniungit, ꝙ nec sit illius essentia,nec pars essentiæ illius: & h pacto quãtum quali prius est & vl'r subm suis accidẽtibus, & abstractio eiusmodi est subiecti ab accidentibus,sed qm̃ subm duplex est,aut limitans sibi accidens quo prius est,veluti hõ risibile, (& cum abstrahitur tale prius à suo posteriori dicitur abstractio subiecti à proprio accñte,) aut subm non limitat sibi accñs, nec accidens subm (& cuius abstrahit tale prius dicit abstractio subiecti ab accidente.) Hæc ille, quæ magis ad peripateticos attinent, q̃ ea, quæ priores dixerunt. Verum si Gandauen.velit abstractionẽ, quæ pertinet ad agentem esse re distinctã ab eã abstractione, q̃ ptinet ad intellectũ pol'em,errauit.nã Arist.& Auer. cæterique græci interpretes vbique intell'm agentẽ lumini cõpararunt: sic ergo abstractio colorũ non est alia quæ ad lumẽ ptinet, & quę ad visum,vna.n.ẽm rẽ est qua colores & mã abstrahunt, quæ ad visum attinet,& quæ ad lumẽ.ergo vna erit q̃ ad agentẽ attinet,& quæ ad pol'em, quæ si referat ad agentẽ, dicitur eductio seu trãslatio intelligibiliũ de potentia ad actũ,si referat ad pol'em dicit intellectio prioris nõ intellecto posteriori. Dicendũ ergo oẽm abstractionẽ esse, aut realẽ, aut rõnis,abstractio realis est corporis à corpore aut formæ seu accidentis à subiecto,in quo aptũ est fieri, aut formæ à materia. hæc abstractio cũ sit realis, ad intell'm non pertinet, sed ad agens,quod realiter extrahit aliquam rem ab alia re. Abstractio rõnis est intellectio alicuius prioris nõ intellecto suo posteriori,quæ licet sit multiplex,quælibet tñ ptinet ad intell'm pol'em,qui proprie intelligit.Hæc vt attinet ad agentem, nõ abstractio dicit, sed eductio vel trãslatio,qua agens trãsfert intelligibilia de potẽtia intellectis ad actum.Hactenus de abstractione dicta sufficiant.

Refutatio.

Propria põ.

Secũdo quærunt de actione intell'is agẽtis circa ipsa phantasmata vtrũ agat aliqd in illis. Arbitrant nõnulli actionẽ agentis intellectus circa phantasmata esse depurationem, qua phãtasmata particularia depurant à cõditionibus materialibus. In sensibus.n.internis phãtasmata sunt cũ conditionibus materialibus,qua sunt hic & nunc, agens ergo intellectus illa depurat ab eis. Sed aduersus hãc põnẽ aduersant nõnulli, primo ꝙ post depurationẽ in sensibus internis nullũ esset phantasma, depuratũ.n.phãtasma vniuersale est,qđ nullo in sensu esse põt. Consequens est falsum, tũ qa sensus internus post depurationẽ nullũ phãtasma apprægẽdere posset,tũ scdo ꝙ nec etiã intellectus posset aliqd speculari:non.n.absque phãtasmate in sensu speculari põt. Secũdo principaliter obijciũt,quia hac põne cõcessa: phãtasma eiusmodi depuratũ esset actus intellectus possibilis,& nõ agẽtis,cũ recipiat in intellectu possibili potius. Et licet põ non sit vera, hæ rõnes friuolæ vñr, dicerent.n.isti ꝙ phãtasma post depurationẽ est spẽs intelligibilis,& sic phantasma purũ esset in intellectu,impurũ vero remanet in sensibus, siquidem hæc depuratio est ꝓductio speciei ex phãtasmate, quare post depurationem & sensus pñt phãtasma apprægẽdere,& intellectus intelligere phãtasmate remanẽte in sensibus. Secũda rõ etiã friuola est, qm̃ depuratio est ꝓductio speciei ex phãtasmate. Hæc aũt est intellectus agẽtis,vt vl'is agẽtis: phãtasmatis vt particularis agentis, actus intellectus possibilis,vt materiæ,& subiecti, quare rõnes hæ friuolæ sunt. Propterea melius hæc põ refelli vr ex eo ꝙ depurare phãtasma est abstrahere ipsum à cõditionibus materiæ: quibus est cõiunctũ, nihil.n.ab aliquo vel aliquibus separat, cui vel qbus nõ fuerit cõiunctũ,si ergo phãtasma depurat à cõditionibus materiæ,illis erat cõiunctum, vel igit phãtasma est prius illis ꝯditionibus,qbus est coniunctũ,vel posterius,nõ est posterius,cũ sit vniuersalius ergo prius, sed depuratio prioris à posteriori est abstractio, ergo hæc depuratio erit abstractio.ꝓbauimus aũt oẽm abstractionẽ attinere ad intellectũ pol'em.quare ex põne sequit eius:quod dicũt,oppositũ. Præterea. Hæc depuratio,vel est realis: vel rõnis, nõ realis,qa tũc esset alteratio, & sic agẽs intell's ageret in phantasmatibus alterãdo,qđ est ꝯtra peripateticos,& ꝯtra opinionẽ eorũ. Sin aũt hæc depuratio est rõnis, attinet ad intellectũ pol'em. non ergo est actio agentis.

2.q.de actione intellectus agẽtis.prima positio.

Argumentum Iuniorum.

Defensio.

Reprobatio ꝓpria.

Alij dixerunt intell'm agentẽ, nec in phantasmatibus aliqd imprimere, nec ab eis aliquid remouere,sed dicunt ex cõtactu virtuali luminis intellectus agentis ad phãtasma qdditatẽ phantasmati coassistentẽ sine illo posse pol'em intellectũ immutare.Albũ.n.quod in lacte est illuminatũ visum immutare põt sine lacte,sic quidditas in phãtasmate in lumine intellectus agentis põt immutare intell'm possibilem sine phantasmate. Iuniores hanc põnẽ potius verbis refutãt,põt tamen sic refelli vel phãtasma recipit aliquid ab intellectu agente aut nihil: si nihil,tunc ea rõne ad sensum se habet, qua ad intellectũ.nã vt ad sensum nihil hẽt præter se:sic ad intellectũ.ergo phãtasma se solo põt mouere intellectum possibilẽ omni alio circũscripto.Sin aũt hẽt aliquid: tunc aliquid recipit ab agente, qđ opinio negat.

2.Positio.

Refutatio.

Alij fingunt phãtasma nõ posse mouere possibilẽ intellectum se solo, nisi cõcurrat intellectus agẽs,ita vt ambo moueãt eũ, veluti duo nauim trahentes. Refellunt iuniores hãc põnẽ, primo ꝙ tũc non magis intellectus agens reduceret phantasma de potẽtia ad actũ q̃ econtrario. Causæ.n.partiales ex æquo cõcurrentes ad aliquẽ effectũ,se mutuo reducunt de potentia ad actũ. Scdo ꝙ tũc tã agens, q̃ phãtasma per accñs ꝯcurrerẽt,eo qa partialis cã ꝑ accñs cõcurrit ad effectũ.Tertio, tũc intellectus agẽs non esset oĩa facere, cũ partialiter concurreret ad intellectionẽ.demũ tunc intellectus possibilis eodẽ recto aspectu cognosceret phãtasma,& agẽtẽ, cum ei spẽs vel intellectio esset vtriusq; effectus. Et si hæc positio sit falsa, rõnes simpliciter non demonstrant,si põ exponatur,si.n.põ velit illa duo cõcurrere ex æquo,& eodẽ ordine,argumenta cogunt. at si velit illa duo esse cãs partiales alterius ordinis,atq; alterius, argumenta nulla sunt,qm̃ licet nec agens sine phãtasmate, nec phantasma sine agente agere possit, tñ intellectus agens, vt vniuersalis cã concurrit,& phantasma, vt particularis. Quã si hoc pacto intelligat positio, rõnes friuolę sunt,prima qdẽ,qa ex quo agens intellectui vniuersaliter concurrit,potius sibi dat,vt reducat agens particulare, q̃ phãtasmati:qm̃ agens vl'e semper est in actu. Secũda etiã tollit, qa tunc per accidens concurrerent,qñ ẽm eundem ordinẽ concurrerent.Tertia vero refellit,ꝙ tũc intellectus nõ esset oĩa facere,cũ cõcurreret æque particulariter,vt phãtasma. Patet.4.intellectũ possibilem potius phãtasma recto aspectu cognoscere, q̃ agentẽ intellectũ, qa effectus potius refert cãm particularẽ q̃ vniuersalẽ. Sed ꝓculdubio hæc põ quouis mõ intelligat,non est peripatetica, qm̃ intellectus agens,nec vt agens vniuersale,nec vt agẽs particulare vr agere aliquid in intellectũ possibilem, qm̃ nulla forma agit in subm,in quo est, vt peripatetici exclamant. Cũ igit intellectus agẽs sit in intellectu mãli, vt in ꝓpria mã ẽm Auer.vel simul cũ eo in eadẽ aĩa ẽm veritatẽ,nõ vr ipsum posse aliqd agere in intellectũ possibilem nec ꝑ se, nec cũ alio quouis.

3.Positio.

Argumẽta Iuniorum.

Defensio positionis.

Refutatio propria.

Alij dixerũt agẽtẽ intellectũ in phantasma agere remouẽdo,& imprimẽdo, remouẽdo quidem potentialitatẽ,nã phãtasma,anteq̃ in ipsum agat agẽs intellectus,est potẽtia intelligibile: postq̃ tñ ipsum egit:remouet potẽtia,& reddit in actu.Imprimẽdo vero, qa phãtasma lumẽ imprimit spũale quo eleuat phãtasma quodãmõ supra eius nãm,vt immutare possit intell'm pol'em.Probãt hãc põnẽ,qm̃ phãtasma trãsit de potẽtia ad actũ,& de ordine in ordinẽ,vt sæpius dixit Auer. hoc aũt fieri est impol'e nisi aliqd recipiat,quo trãseat nũc,& prius non. Præterea. Quoties duo agẽtia ad aliquẽ effectũ ꝯcurrunt, quorũ alterũ vl'e,alterũ particulare est: sp particulare influxum recipit ab vl'i. ergo phãtasma aliqd recipit ab agente. Præterea. Nisi aliquid ageret in phantasma, cum nihil agat in intellectum possibilem, tunc nulla rõne dicetur agens: non enim dicetur agens,quia agit in phantasma, nec quia agit in possibilem. ergo nulla ratione dicetur agens.

4.Positio.

Sed

Refutatio. Sed hæc positio,nec est peripatetica,nec vera, primo quia hac põne data,tunc phantasma cognosceret.deduco, quia oé recipiens aliq̃d intẽtionaliter,atq; spiritualiter,& indiuisibiliter cognoscit. In hoc.n.differt receptio cognoscitiua à nõ cognoscitiua, quia est cognoscitiua receptio indiuisibilis rei indiuisibilis,& indiuisibiliter, vt Auer. hoc *Cõm.5 & 20.* tertio inquit, vnde q̃a phantasma recipit lumen atque illustrationem cogebatur Auẽp.dicere intellectum mãlẽ esse aliud nihil nisi phantasma,contra quẽ Auer.obijcit,ꝙ tunc mouens esset motũ,& agens esset recipiens, nõ ergo phantasma ab aliquo quicquã recipere põt.Præterea. Omne recipiens similitudinẽ rei indiuisibilẽ indiuisibiliter cognoscit id cuius est similitudo,quã recipit: dixi indiuisibilẽ indiuisibiliter:q̃a diaphanũ recipit lumẽ,quod est lucis similitudo,& tñ non appræhendit lucẽ,quia illud recipit diuisibiliter,phantasma ꝑ hos recipit lumẽ, quod est similitudo agentis intellectus,& q̃dẽ indiuisibile indiuisibiliter.ergo phantasma recipiendo tale lumen, appræhenderet intellectum agentẽ.Præterea.Phantasma est quid corporeum,& quãtum,& extẽsum extensione organi ẽm Auer. quicquid sit ẽm veritatẽ.ergo oẽ receptũ in phantasmate,erit diuisibiliter,& corporaliter receptũ,vt Auer.lib.de Sub̃a orbis autumat aduersus Auic.Igitur hęc positio saltẽ est contra Auer.ad cuius mentẽ se loqui asserũt. Præterea. Effectus semper assimilatur agenti ꝓximo quo ad eius formã, quæ est illi agenti agendi rõ. Homo.n.genitus assimilaẽ homini generanti in humanitate,q̃ fuit illa agendi rõ,sed huiusmodi lumen est quedã forma phantasmati impressa eleuãs ipsum,vt possit agere in intellectũ poẽm.ergo est rõ agẽdi,quare spẽs intelligibilis,vel actus intelligẽdi,potius est similitudo illius formæ,& ꝑ ɔñs intellectus illud lumẽ intelligeret & nõ phantasma,quod est contra opinionẽ.Preterea,nulla intelligentia ẽm Auer. põt aliquid imprimere in materia.at cũ ẽm Auer.intelľs agens sit intelligẽtia.ergo saltẽ ẽm ipsum non põt imprimere formam luminis in materia. Præterea.Arist.& Auer.& Them.& Simpľ. vbiq; intellectum agentẽ lumini cõpararunt, sed lumẽ nihil agit *Commen.67. Tex.cõmẽ.18.* in colores,vt Auer.aduersus Auẽpa.deducit scđo huius,ergo nec intellectus agens in phãtasmata. Aliter ergo dicendũ est, vt superius prolixius dilucidauimus, diximus enim agentẽ in telľm non agere in intelľm poẽm(siquidẽ nulla forma agit in suũ sub̃m) nec agere in ipsa phãtasmata nec abstrahendo, nec imprimendo, quare vt lumen receptũ in diaphano nõ est agens colores,nec colorũ intẽtiones, sed medium dispositiuũ,quo ad diaphanũ recipit colorũ intentiones:dispositiuum dico,q̃a est recipiendi ratio non recipiens,sic intellectus agẽs aĩæ nr̃æ coniunctus est medium dispositiuũ, quo aĩa ipsa recipit spẽs vľr repræsentatiuas. Vt.n.aer vel aqua sine lumine nõ recipit colorũ intentiones,sic aĩa nr̃a non præaffecta intellectu agente,nõ reciperet spẽs vľr repræsentatiuas,intellectus ergo agẽs nõ agit, sed afficit aĩam,vt recipiat rerũ vľes intentiones. Ex hisce delenẽ rões factæ pro quarta positione.Prima quidẽ, q̃a talis intellectus nõ facit de potentia intellectis actu intellecta,sed est dispositio aĩæ connata,qua phãtasmata de posse agere in aĩam mutantur ad agere,si quidem phãtasmata ẽm eorũ naturã in aĩam agerent nunq̃ nisi essent agẽte intellectu præaffecta, qua rõne phantasmata trãseunt de potentia ad actum nulla mutatione facta in illis, sed internis sensibus ministris,quoties illa præsentant intellectui. Secũda rõ supponit falsum:supponit.n.agentem intelľm esse vľe agens,& phãtasma particulare,qđ falsum est: nõ enim agens intelľs aliquid agit,sed disponit aĩam ad recipiendũ actionẽ à phãtasmatibus.Quũ vero quæriẽ, cur dicit agẽs intellectus,cum nihil agat,potius.n.deberet reduci ad genus causæ mãlis:oĩs.n.dispositio in mã reducitur ad genus causæ mãlis,diximus superius agentẽ intelľm reuera non agere: dicit vero agens, q̃m mediũ recipiendi duplex est, dispositiuũ,quod afficit,& nõ recipit. & mediũ receptiuũ, quod disponit,& recipit,primũ mediũ quod dicit dispositiuum,reducit ad genus causæ agentis, facit.n.vt id qđ non agit,agat,lumen.n.facit, vt color, q̃ in aeré non agit, eius intentionẽ agat. At medium receptiuũ reducit ad genus causæ mãlis.Hæc ergo virtus dicit intelľs agens: pro quãto est dispositio, qua phantasmata in intelľm nr̃m agunt. decepit ergo iuniores,& alios cõplures nomẽ agentis, nõ animaduertentes tale nomẽ esse assignatũ ei ad dr̃iam intellectus mãlis, melius enim dicetur intelľs disponens, q̃ agens. Quærunt rursus iuniores an intellectus humanus *3.Q̃õ.* corpori vnitus sine phantasmate intelligere possit: que.q. licet pro magna parte sit ꝑtractata, cũ enthymema Arist. disputauimus, tñ de hac q̃one per se bonũ est aliq̃d disputare. Iuniores de mente Auer. breuibus asserunt intelľm *De positione Auer.* nostrum pro intellectione noua egere phãtasmate,pro intellectione aũt æterna, qua dicitur perfectus in ordine ad totam spẽm, non egere. Sed hæc põ non est Auer. nã in- *Refutatio.* tellectus in ordine ad indiuiduum dependet in intelligendo à phantasmatibus illius, ıt in ordine ad totã spẽm,respẽctu cuius dicitur perfectus,dependet à phantasmatibus secũdum spẽm,vt superius exposuimus. Est.n.vt dixit Auer. phia perfecta in maiori parte sui subiecti, q̃a phantasmata ẽ quibus ẽm spẽm depẽdet sunt æterna ẽm spẽm. Propte- *Commen.5. Opinio Auer.* rea siquis velit Auer. intelligere opinionem, animaduertat ꝙ intellectus põt trifariam cõsiderari, aut in illo priori,ĩ quo nec humanæ speciei copulaẽ, nec alicui indiuiduo illius,& ħ pacto intelligit agentẽ, & supremas sub̃as per illarũ essentias.nã illo priori in quo præcedit talẽ copulationẽ ẽm fictionẽ Auer.est infima intelligentiarum intelligens agentem,& supremas substantias per essentiam illarum,vt superius diximus: & quo ad talem intentionem intellectus nullo pacto dependet à phantasmatibus. Secun- *Cõm.5.& 14.* do considerari põt in ordinẽ ad totam spẽm,& in illo priori in quo non intelligitur alicui indiuiduo copulatus, & sic intelligit oĩa materialia intellectione æterna ẽm spẽm, & quo ad talem intellectionem nõ dependet ab his phantasmatibus,vel illis sed à phantasmatibus omnium rerum mãlium,quas intelligit,quæ sunt æterna ẽm spẽm. Tertio ɔsiderari põt vt vnitus huic,vel illi,& sic intelligit intellectione noua,& quo ad talẽ intellectionẽ dependet ab his, vel illis phãtasmatibus, depẽdet.n.intellectio à duplici subiecto,vt ait in hoc tertio,à phantasmate, ꝑ quod est vera, & ab intellectu materiali, ꝑ quã est vnũ entium: & hanc puto mentẽ Auer.licet falsam vt superius diximus. Auic. *Commen.5.* vero imaginatur intellectum in addiscendo egere phãtasmatibus: in intelligendo aũt postquã didicit, nullatenus eis egere. Hanc põnem declarantes iuniores distinguũt *Opinio Auic.* spẽs intelligibiles.nam aliæ sunt ex phãtasmatibus abstractæ,& ẽm tales intellectus intelligere nõ põt sine phãtasmatibus. & his vtitur intellectus in addiscendo, aliæ sunt ex his elicitæ ꝑ operationẽ intellectus possibilis facti in actu,& ẽm tales intelligere põt sine phantasmatibus. nam tales nõ dependent à phantasmatibus sicut priores,sed remanere pñt in ipso intellectu cessante omni operatione sensus.Huius rei argumento nobis sunt illi q̃ extasim patiunẽ: q̃ si pungantur,nõ sentiunt,cũ sint à sensibus distracti,& tñ intelligunt,cum post reuersionẽ multa mirabilia dicunt, quæ prius ignorauerunt. Sed hæc positio est ex- *Refutatio.* presse cõtra Them.& Simpľ. qui arbitrantes nihil intellectum post mortẽ intelligere posse,eo argumento mouentur,ꝙ sine phantasmatibus nequaquã intelligit. Alij mouentur ex eo ꝙ memoria non est in parte intellectiua, sed solum in sensitiua.nam tãdiu spẽs intelligibiles sunt in intellectu, q̃diu illæ actu intelligit:eo vero ab intellectione cessante species delentur,& remanent phantasmata in parte sensitiua: quæ memoria dicitur. Intelligere ergo non põt intellectus humanus corpori vnitus sine phantasmatibus:quia nisi spẽs rursus à phantasmatis ad actũ reuocentur,nunq̃ ille intelliget. Præterea.Quæro de spẽbus elicitis,vel abstrahuntur à phantasmatibus, & sic nõ differunt à spẽbus prioribus,vel abstrahuntur à spẽbus prioribus;& tũc speciei esset spẽs,quod expositores arbitrantur absurdum.Præterea. Aut species elicita lapidis, & species abstracta à phãtasmate lapidis sunt eiusdem rationis, aut differunt ratione,& specie, si eiusdem rationis, ergo ab eisdem fiunt: & cõseruantur:& quod absurdius est,& tũc accidentia eiusdem speciei essent in eodẽ subiecto numero, quod peripatetici negarent.Sin aũt differunt specie & rõne, tũc non essent eiusdem rei representatiuæ. Expositor *Positio Tho.*

noster Thomas inter peripateticos summus, arbitrat̃ intellectum nostrum corpori vnitum nihil posse intelligere, nisi ad aliquod phantasma se cõuertat, dicit nisi ad aliqđ phantasma: quia possibile est intellectum intelligere aliquam rem, quæ non fecit in sensibus phantasma, vt qñ intelligit primam materiam, aut sub̃am separatam, aut aliqđ id genus, oportet aũt se cõuertere saltẽ ad phãtasma eius, quod erat vel rei, q̃ intelligit, accidens: vel effectus, vel aliquid tale. Rem hanc vt optimus physicus experimentis comprobat. Primo quidem, quia læsis organis internorũ sensuum, intellectus intelligere nõ põt, quod pro tãto est: quia non põt se conuertere ad phantasma. Secũdo, quia quando intellectus intelligit: aliqua sibi format phantasmata per modum exemplorũ, in quibus quasi inspicit, qđ intelligere studet. Declarare solemus hanc opinionem dupliciter. Primo ex nexu virtutum. nã omnes virtutes in corpore habent connexionem, vt non possit vna operari, altera non operante, loquor de sensitiuis, quæ ministrant intellectui. Hæ enim intellectui, & intellectus ijs necessario connectuntur vt nulla possit operari altera nõ operante. Ex his sequitur intellectũ posse intelligere post mortẽ. nam licet in corpore habẽs spẽs sibi vnitas intelligere nõ possit nisi ad phantasma cõuertatur, post mortem tamen cum à tali virtutum nexu soluatur, eisdẽ speciebus vti potest ad nullum phantasma se cõuertendo, non.n.dum est in corpore cõuertit se ad phantasma, vt denuo ab eo speciem recipiat, quam in se non seruauerat, sed ꝑp nexum eius ad virtutes illas, in quibus phantasma est, est.n. adeo eis connexus, vt nec operari possit nisi illæ operentur. Hæc pro veritate sunt dicenda: sed pro opinione expositorum græcorum dicendum est, memoriam specierum nõ esse in intellectu, qm̃ tandiu species atque notiones Themistius in intellectu esse autumat, quãdiu actu intelligit, vel didicit, eo vero ab intellectione cessante, spẽs delentur, nam pro memoria sufficit conseruatio phantasmatum in parte sensitiua, cũ enim intellectus vti vult eis intellectis: quæ intellexerat, mox ex phantasmatibus species denuo in intellectu regenerantur. Ex parte enim intellectus, nec memoriam, nec habitum constituunt peripatetici: nisi ꝑ accidẽs propter sensus, qui sibi ministrant. Et tunc iuxta hãc positionẽ intellectus nec discere põt, nec quæ didicerat, intelligere sine phantasmatibus. Propter hãc eadem rõnem asserunt aĩam non posse post mortem intelligere, qa abeuntibus phantasmatibus delentur species. Quod vero de extasi adducebatur. Platonicum exemplũ est, arbitratur enim Plato animam in lipopsychia, & extasi: atque somno longe melius q̃ in vigilia intelligere, ꝙ & futura videat, & ꝙ præsentia intelligat. Arbitratur.n. animam esse omnium speciebus plenam, ortamque esse omni disciplinarum genere locupletem, impediri autem corporis mole, e qua cũ abstrahitur, longe melius intelligit, & futura certius prospicit. Aristoteles autem lib. de somno, de lipopsychia loquens ait hominem in lipopsychia constitutum intelligere ministris internis sensibus, ad quos omnes spiritus animalis conuersi sunt, propter quod lipopsychiam exponit Themistius ibi morbi genus quo quis animo loquitur, & iacet mortuus & in hac licet homo externis sensibus non vtatur, internis tamen fortiter vtitur. Arbitror aũt Aristotelem non locutũ esse de extasi, qm̃ vt catholici asserunt, extasis in magnarũ rerum reuelationibus fieri solet, at lipopsychia accidit nulla rerum reuelatione cogente. Ad hæc in extasi, quæ prædicuntur nunquã fallere visa sunt, at quæ phantasmata in lipopsychia accidunt fortuite temereque aliquid præsagiunt. Est ergo extasis res diuina, quæ non spectat ad physicos. verũ de his diximus multa tũc in cõmentarijs de somno. De intellectione vero qua anima post mortẽ intelligit, quæras libello de immortalitate animæ in epilogo libelli. De motiuo.

Declaratio opinionis Tho.

De intellectione post mortẽ.

Opinio. Expositio.

De extasi

ARGYR. *Cum autem animalium anima hisce duobus sit definita, discernendi inquam potentia, quod quidẽ est opus officiumq; mentis atque etiam sensus, & insuper etiam mouendi motu ad locum accommodato potentia, de sensu quidem & intellectu hæc sint determinata ac pertractata. Deinceps aũt de eo quod mouet quidnam sit ipsius animæ consideremus oportet, vtrum vna quædam ipsius sit pars separabilis magnitudine vel ratione, an ipsa anima tota? & si pars sit aliqua, vtrum sit alia quædam propria præter eas quæ dici solent et eas quas diximus, an istarum aliqua vna?*

Quoniam autem anima quæ animalium est, secundum duas definita est potentias, & discretiuo, quod rationabilis opus est, & sensus, & adhuc ipso moueri, motu secundum locum. De sensu quidem & intellectu determinata sint tot. De mouente aũt quid forte sit animæ speculandum est, vtrũ vna quædã pars ipsius separabilis sit, magnitudine, aut rõne, an omnis aĩa? Et si sit quædam pars, vtrum propria quædam sit præter consuetas dici, & dictas, an harum vna quædam?

Tex. cõmẽ. Rõnabilis dianoea. Intellectus. ποτε Forte tandẽ. tota.

COMMENTARIUM.

HACTENVS de intellectiuo, nũc de motiuo aggreditur, & primo epilogãdo proponit ea, quæ de motiuo dicturus est, & inqt. Qm̃ autem aĩa, quæ animalium est, secundum duas definita est potentias, & discretiuo, videlicet atque cognitiuo, qđ quidem rõnabilis: atq; sensus opus vel potentia est: & adhuc ipso moueri, dico moueri motu ꝫm locũ. Quo vero ad verba attinet, Arist. dixit, quæ aĩaliũ est, qm̃ aĩa quæ est plãtarũ, nullo horũ definita est: at aĩalium sola aĩa humana ꝫm duas potentias definita est, si ꝑ discretiuũ quid cõe intelligas ad intelligere, atq; sentire. Sin aũt per discretiuum velis intelligere cognitiuũ, quod potẽtia intelligendi, vel sentiendi, quælibet animalis anima secundum duas potentias definita est, qm̃ quælibet aĩalis anima est cognoscendi, vel mouendi ꝫm locum principium: nec anima omnium aĩalium est talis: sed solum pfectorũ. Cætera.n. vim non hñt mouendi ꝫm locũ. ergo verba illa {qđ intellectus opus est, & sensus} intelligas disiunctiue, intellectus vel sensus esse opus. Discretiuũ aũt appellauit opus intellectus, vel sensus, cũ non opus sit, sed potentia, qm̃ nõ in prædicatione formali, sed causali intelligit, quasi dicat, cuius opus est intelligere, vel sentire. verba illa {quod intellectus opus est} græce sunt ὃ διανοίας ἔργον ἐστί, vbi nõ intellectus, sed rationabilis opus dicit. nam dianoea rationabilis est: & non intellectiua virtus, Alexander inter dianoeam, & intellectũ materialem nullã drĩam facit. Simpl. vt superius diximus, facit. verũ an sit aliqua differentia, posterius patebit. Hactenus de epilogo. Deinde quæ dicturus est, proponit, cum inqt. De mouente aũt quid fortasse sit aĩæ, vtrũ vna quædam ipsius sit pars separabilis, aut magnitudine, vt dixit Plato & Galenus, vel rõne, vt est veritas: an sit ipsa tota aĩa. Hæc est prima qõ, & si pars aliqua, vt rei veritas est, vtrum alia quædam ꝑpria sit præter eas, quæ dici solent, & præter eas quas diximus, aut cõsuetarũ quas diximus, sit vna aliqua. Resoluit ergo id quod Arist. proponit in tres quæstiones, quarum prima est, vtrum motiuum sit anima, an pars aĩæ. Secunda dato ꝙ sit pars aĩæ, vtrum à cæteris animæ partibus loco & subiecto differat, an rõne solum. Tertia iterum, dato ꝙ sit animæ pars, quęstio est, vtrum sit aliqua pars earum, quas diximus, & enumerauimus. 2. huius. An sit alia quædam pars nondũ enumerata à nobis, sed de nouo excogitanda. Them. aũt ꝑ cõsuetas aĩæ partes, non eas, quæ. 2. huius diximus exponit, sed diuulgatas, & quas diximus primo huius, quæ sunt rõnabilis: irascibilis, & cõcupiscibilis. Hæ enim diuulgatæ sunt in schola Platonis. Quæstio ergo est apud Themistium vtrum principium mouẽdi sit aliqua istarum trium, vt voluit Plat. an aliqua alia præter has, vt voluit Aristot. vt postea dicemus, quę expositio pulchra est. Quæret fortasse quispiam, quia non omne animal differt à non animali cognitione, & motu secundum locum, cum imperfecta animalia secundum locum non mouentur. Conceditur quod assumitur. non enim omne animal differt ab inanimato illis duobus insimul, nisi animal sit perfectum, cætera vero differunt ab inanimato sensu, quæ differentia satis est. Philoponus vero legit verba sic, quoniam autem anima, quæ animalium est, & nõ quæ est plantarum, secundum duas potentias definita ac diuersa est,

Tex. cõmẽ. 13

Tex. cõmẽ. 13

Dubitatio.

Solutio.

est,videlicet discretiuo hoc est cognoscitiuo, cuius opus est partis dianoeticæ,& sensitiuæ,& supple intellectiuæ,& etiam motiuo,quo mouentur animalia fm locum,non aut dilatatione,& constrictione,vel alia specie motus, cũ tot dicta sint de sensu,ac intellectu,restat quærere de motiuo, vtrum motiuum sit ipsa tota aīa,an eius pars siue virtus,& si virtus,vtrũ sit rõne, an magnitudine hoc est subiecto separabilis,vel sit,virtus ĩ subiecto.Rursus si motiuũ sit pars animæ,quærit vtrũ sit propria ac diuersa prẹter ꝯsuetas dici à Platone,quæ sunt ira, desiderium, & rõ. Et præter dictas superius.s.intellectum,discursum,opinionem: phantasiam, sensum cõmunem,& proprium, an ipsum motiuũ sit virtus aliqua harum,aut Platonicarum, aut dictarum à nobis.Hoc pacto legit Philoponus:licet multa dicat, de quibus postea.

ARGYR. *Atque hic existit continuo dubitatio, dubitabitque non iniuria quispiam, quomodo partes animæ, & quot oporteat dicere? nam infinitæ quodammodo,& non eæ solum esse videntur quas diuidendo quidam dixerunt: rationis inquam particeps,& irascendi,ac cupiendi principium, vel, vt alij, rationis particeps,& rationis expers.*

Tex.cõme.41. Habet autem dubitationẽ mox,& qũo oportet partes animæ dicere? & quot? Modo enim quodã infinitæ videntur,& non solum eæ quas quidam dicunt determinantes rõcinatiuam,irascibilem, & appetitiuam. Alij aũt rationem habentem,& irrationabilem.

COMMENTARIVM.

PROPOSITA intentione eorum, quæ erat vltimo dicturus in hoc lib.exequendo illam intentionẽ,de potentiarum aīæ distõne incipit disputare,vt inde ad disputationem de ipsius motus principio proficiscatur. De potẽtiarum ergo distinctione disputans, duas põnes enarrat, de quibus ipse disputabit. Prima opinio fuit Platonis distinguentis aīæ potentias in tres,in rõcinatiuam, quã logisticen appellat,irascibilem,hoc est irritabilem,quã thymicẽ, & appetitiuã,quã alij cupiscibilem,ipse epithymeticen,dicit.Secunda fuit eorũ,qui aīæ potentias duas esse tradiderunt rationabilem, quã rõnem hñtem asseruerunt, & irrationabilẽ,qua vtitur ipse in libris Ethic. Dicũt aũt has: & tot esse potentias pro numero operationum,arbitrabãtur enim singulis aīe operationibus atque motibus,qui ab aīa proficiscunt, esse animæ partes attribuendas. Quia igitur Plato operationes,& motus aīæ tres eē credidit, alij duas. hinc Plato tres, alij duas aīæ potentias finxerũt. Obijcit Arist. & ostendit aīæ potentias non esse sumendas ꝑ operationum numero.nã si pro numero operationum sumendæ essent,tunc aliquo modo vñr infinitæ, aliquo modo dico,quatenus non possent cõpræhendi sub aliquo certo numero,quemadmodum operationes aīæ si ad numerũ velis reducere sub certo numero cõpræhendere nõ poteris. Vnde inquit.Habet aũt dubitationẽ mox qũo oportet partes aīæ dicere, & hoc quo ad modũ distinguendi,& quot, quo ad numerum distinctorũ:nam si pro numero operũ distinxeris,modo quodam videbunt infinitæ, dico modo quodã, quatenus sub certo numero cõpræhendi nõ poterunt: & non solum erunt supple tot,& illæ, quas quidam dicũt determinantes rõnatiuam,irascibilem,& appetitiuã, & quas alij dixerunt rõnabilem,quæ rõnem habet,& irrationabilẽ quæ rõne caret:immo erunt multo plures, & hoc si pro numero operationũ potentias distinxeris. Philoponus vult Arist.non mouere qõnes,sed Arist.redarguere Platonem in duobus.Primo ꝙ potentias aīæ appellauerit partes.Secundo ꝙ dixerit eas esse tres,cum sint longe plures, si operationes attenderis,vel duæ,si ad capita consideraueris, & est optima expositio, & ita per habere dubitationem intelligit habere argumentum contra Platonem.

De potentijs animæ. Disputãt Iuniores aduersus fundatum doctorem Egidium de numero potentiarũ, Egidius.n.voluit aīæ potentias esse quatuor, alia est quæ per essentiam est rõnabilis, alia quæ rationabilis est participatione:vt appetitus in homine. Tertia: quæ nec per essentiam est rationabilis, nec per participationem sed est ei, quod est rationabile, coniuncta:vt nutritiuum in homine. Quarta est, quæ nec per essentiam est rõnabilis, nec participatione, nec ei, quod est rõnabile,coniuncta,vt nutritiuũ in brutis, immo quęlibet aīæ vis brutilis est hoc pacto vt nutritiuum est, cũ ei, quod rõnabile est, nõ coniungatur. Sed blacterones huic distõni aduersantur. Primo quidem,quia Egid.voluit rõnabile per essentiam esse intellectum,cũ non solum intellectus,sed & voluntas per essentiam sit rõnabilis.Secũdo: quia rõnabile participatione ait esse, quod est aptũ rationi obedire,quod falsum est,nam tunc incontinentis intẽperantisque appetitus esset rõnabilis,saltem participatione.nam est obedire rõni aptus. At hoc aduersus Aristotelem videt, cum vbique talem appetitũ penitus irrationabilem appellet. Tertio obijciunt, quia (vt dicunt) Egid. appellat nutritiuum in homine irrationale ꝑ coniunctionem ei,ꝙ est rationale. nam simili ratione quicquid in homine esset,esset hoc pacto irrationabile, vt vngues, & capilli,& cætera id genus. Quarto deniq; obijciunt ex eo ꝙ Egidius appetitũ bruti, nec rõnabilem ponit, nec irrationabilem, cum vt ipse cæteri definiant brutũ esse aīal irrationale. Hæ sunt obiectiones,quibus nõ possum non excandescere, cum pace eorum dixerim rõnes hæ pueriles sint,& ipsi non intelligant, quæ Egid. voluit. Prima.n.rõ puerilis est, cum Egid.velit eã potentiam esse rõnabilem per essentiam,quæ est, aut rõ ipsa aut participatione nullius rõnabilis. modo voluntas non est ꝑ essentiam rõnabilis: cum non sit ipsa rõ, est tñ participatione intelł̃s rõnabilis.non.n.voluntas discurrit,aut syllogizat:sed supposita rõne,eligit,ergo dicitur rõnabilis participatiue quatenus supponit rõnem, & hoc pacto Arist.9.lib.Meta. loquitur, cum inquit,rõnales potentias esse ad opposita,sumit.n.rationabile generatim & pro eo, quod est tale per essentiã: & pro eo,quod est tale participatione.Secunda etiã obiectio nihil est: qm̃ appetitus incontinentis est irrõnabilis actu & habitu,aptitudine, & potentia est rõnabilis, quod non intelligentes credunt illum nullo pacto dici posse rationabilem. Tertia longe puerilior est,cum Egid.loquatur de potentijs,quæ sunt eiusdem aīæ:intellectiuum enim appetitiuum,& nutritiuum in hoīe potentiæ sunt eiusdem aīæ,at particulæ corporis non animæ sunt: sed corporis. Quarta penitus est derisibilis: nã brutũ est aīal irrationabile negatione vt lapis est non videns, & põne oppositi, quod rõni aduersatur,scilicet positione ruditatis, est enim animal irrationale.i.rude, tamen nec rationale est per essentiam,nec ꝑ obediẽtiam,nec ꝑ coniunctionem ei, quod est rõnabile,nec est irrationale ꝑ priuationem. nã irrationabile ꝑ priuationem,est quod nec per essentiam, nec participatione, nec coniunctione actu rationabile est, sed aptitudine vel potentia rationabile per essentiam, vel participatione,vel coniunctione esse põt. Ex hisce patet rõnabile potentia posse trifariam dici,aut essentia, vt intellectus,aut participatione,vt appetitus tã sensitiuus, q̃ intellectiuus,aut coniunctione: vt nutritiuũ in hoīe. Irrationabilẽ vero dici bifariam, aut negatione,siue oppositi põne, aut priuatione. Primo mõ bruta sunt irrõnabilia. Scd'o mõ id dr̃ irrõnabile, ꝙ actu caret rõne.est tñ aptũ hr̃e, aut ꝑ essentiã,aut participatione,aut ꝯiunctione.Vtrũ vero irrõnabile possit esse triplex essentia,participatione, & cõiunctione,bona disputatio est,verũ moralibus relinquat.

Obiectiones Iuniorum. Defensio Egidij. Dilucidatio positionis.

ARGYR. *Per differentias enim quibus hasce diuidunt & separant partes,& aliæ partes esse videntur quæ maiorem inter sese quàm dictæ distantiam habent.Vegetatiua inquã, quæ quidem & plantis & vniuersis animalibus inest. Et sensitiuã, quam nec vt rationis expertem, nec vt eiusdem participem quispiam facile ponet.*

Tex.41. Differentias, Distantias. Secundum enim differentias, per quas separant has, & aliæ videntur esse partes maiorẽ differentiam his habentes,de quibus & nũc dictum est.videlicet vegetatiua quæ & plantis inest,& omnibus animalibus,& sensitiua,quam neque sicut irrationabilem,neq; sicut rationem habentem ponet vtique quis facile.

COMMENTARIVM.

ENARRAVIT duas opiniones de potentijs animæ: contra quas fecit enthymema, videlicet, si animæ potentiæ differunt pro numero operationũ, tunc potentiæ aĩe erunt fere infinitæ. Probat nunc ãñtiam, vel vt Philoponus inqt, Arist. rursus Platonẽ redarguit: & sic, verbũ .n. cõfirmatiue ponit. Vnde inqt. Per drias .n. quibus has diuidunt, & aliæ partes esse vident: quæ his, de quibus nũc dictum est, maiorẽ differentiam hñt. Isti .n. enumerant potẽtias pro differentia, operationũ, modo reperiunt aliæ potẽtiæ vltra has, quarũ operationes lõge magis, & inter se, & ab operationibus illarũ, quas dicunt differunt, & exponit: quæ partes sunt, quarũ operationes longe magis differunt inter se ab operationibus illarum: & inqt. Sunt aũt hæ, & vegetatiua, quæ & plantis, & omnibus animalibus inest. Huius .n. operatio differt valde ab operatione partis rõnabilis, & partis irrõnabilis est & sensitiua, quæ aĩalibus solũ inest, quæ nec est, vt rõnabilis, nec vt irrationabilis. Cum igit operationes harũ plus differãt ab operationibus illarum, q̃ illarum operationes inter se, iure vltra illas addendæ erunt, & hæ.

1. Dubitatio. Dubitabit fortasis quispiam, qũo vegetatiua magis differat à rõnali, q̃ ab eadem differant irascibilis & cupiscibilis. Præterea. Quo modo magis à rõnabili, q̃ ab eadem differat irrõnabilis. *Solutio.* Dicendum veteres solum esse locutos de aĩa humana, modo in humana aĩa loquendo, potẽtia vegetatiua nullo pacto eget rõnabilis at irascibilis: & cupiscibilis, rõnabiles sunt participatione. Vegetatiuũ aũt si rõnabile est, nonnisi coniunctione est tale. Rursus rõnabile, & irrõnabile apud veteres, cũ sint in eadẽ aĩa: solum priuatiue intelliguntur, qua rõne fit vt irrationabile sit rõnabile saltẽ participatione. at vegetatiuũ, nec essentia, nec participatione est rõnabile, sed (vt dicimus) sola coniunctione. Patet ergo vegetatiuum longe magis differre à rõnabili q̃ ab eodẽ differũt irascibile, & cõcupiscibile, etiã q̃ ab eodẽ differat irrõnabile: cũ irascibile, cupiscibile. & irrõnabile sint rationabilia saltem participatione. At vegetatiuũ nõ nisi coniunctione, At si vegetatiuũ non in eadem aĩa accipiatur, longe magis ab oĩbus illis differt, propterea Arist. inquit. ⟨Q. est in plãtis, inest, & in oĩbus aĩalibus⟩ qm̃ hoc pacto sumendo differt magis à rõnabili, q̃ ab eodem differunt irascibile, & cupiscibile, & irrõnabile quæ in eadẽ aĩa sunt, vt veteres loquebanť.

2. Dubitatio. Secũdo dubitaret q̃spiam vtrũ sensitiuũ differat magis à rationabili, q̃ ab eodẽ differãt irascibile, & cupiscibile, & irrõnabile. *Quæ Auer. cõmen. 41.* Auer. p̃ hæc duo arbitratur Arist. refutasse vtrãque opinionẽ copulatiue, qđ nõ *Refutatio expõnis Auer.* video qũo fieri posit. Bene .n. puto primo exẽplo à vegetatiuo sumpto refelli posse ambas, sed argumento à sensitiuo, non nisi secundã refellit, non enim sensitiuum plus à rationabili differt in eadem anima quã ab eodem differãt irascibile, & cupiscibile, quandoquidem irascibile, & cupiscibile ad sensum atque appetitũ attinent. At si sensitiuũ non in eadem aĩa sumatur, bene differt magis à rõnabili q̃ ab eodem different irascibile, & cupiscibile in eadẽ anima scripta, non aũt magis q̃ si illa non in eadem aĩa sumerentur. *Quæ Them.* Quamobrẽ lucidus doctor Them. primum argumentum à vegetatiuo sumptũ in opinionẽ Plat. dirigit, secundum vero, quod sumitur à sensitiuo, dirigere vř in secũdam opinionem. Nã secunda opinio voluit oẽm aĩæ potẽtiam esse rõnabilem, vel irrationabilem contra Arist. inquit est & sensitiua, quã neque sicut rõnabilem, neq; sicut irrationabilem, ponet vtique quispiam facile. Dixit ⟨facile⟩ qm̃ reuera ad alterum mẽbrũ reducitur, si in eadẽ aĩa acciperetur, qm̃ est rõnalis participatione: si nõ in eadem anima sumatur reducitur ad irrationabile negatiue acceptũ: non aũt affirmatiue, quia vero hoc non est leue appræhẽdere, ideo Arist. dixit: non ⟨facile⟩ quia non facile in alterum membrum reducitur. Et hoc ait Them. cum inquit. ⟨Nam quatenus sensilium generum differentias iudicat, & occasio quædam, & tanquam gradus efficitur ad animam rationemque permouendam, videri potest illatenus rõnis, & intelligentiæ particeps, quatenus vero adiuncta est animalibus brutis & ratione vacantibus, vtique nomine hoc irrationabilis, & bruta existimari potest.⟩ Hæc Them. Et tu intellige hanc esse irrationabilem cum est in brutis; negatione, quia vero hoc non facile discernitur, ideo secunda opinio ambigua videtur: cum detur aliqua animæ potentia, quæ non facile ad alterum illius diuisionis membrum reducitur. Animaduerte tamen q̃ si velis argumentum sumptum à sensitiuo esse contra primam opinionem, etiam irascibile & cupiscibile ad appetitum referas, sensitiuam vero ad vim sentiendi, modo sensitiuum magis vel non minus differt à rationabili quàm appetitiuum, cuius sunt irascibile, & cupiscibile. nam siue in eadem anima, siue non in eadem sensitiuum sumatur, semper differt magis, vel nõ minus q̃ ab eodem rõnali differat appetitiuum quouis modo sumptum. Et hoc pacto posset expositio Auer. aptari, licet illa Them. sit tutior. Philoponus vero dupliciter exponit, & refert hoc contra secundã positionem. Vno modo: q̃ difficile est reducere sensitiuum, rationalem, vel irrationalem: quia de vtraque habet. Aliomodo, quia quatenus cognoscit, videtur reduci ad rõnalem, quatenus patitur ab ipsis sensibilibus aliqñ corruptiue, reducitur ad irrationalem, Hæc Philoponus.

Præterea imaginatiua, quæ ratione quidem ab omnibus est diuersa, cui vero sit iungenda vt sit idem quòd illa, aut à qua seiungenda vt sit alia ab illa magnam dubitationem habet profectò, si quis seiunctas animæ partes separatasque ponet. ARGYR.

Adhuc autem & phantastica, quæ secundũ esse quidem ab omnibus altera est, cui autem harum eadẽ, vel altera sit, habet multam dubitationem, si aliquis ponat separatas partes animæ. *Tex. cõm.*

COMMENTARIVM.

TERTIO aut secundo obijcit Aristot. aduersus easdem diuisiones argumento sumpto ab imaginaria, quam græci phantasticen appellant, & inquit. Adhuc & phantastica sup. est vltra dictas diuisiones, quæ secundum esse, atque rationem quidem ab illis omnibus differt, differt .n. à rõnabili: irascibili: & cupiscibili, differt etiam ab irrationabili & rõnabili, & nemo dubitat illam ab his omnibus ratione differre: sed (vt inquit) cui harum partium dictarũ diuisionũ eadem, vel altera sit subiecto vel ratione: habet multam dubitationem. non enim facile potest discerni: cum qua partium sit statuenda: potisimum si ponat quispiam partes illas loco, & subiecto separatas, vt Plato ponit. Sed animaduerte phantasticam posse sumi in eadem anima, in qua rõnabilis, irascibilis, cupiscibilis, & irrationabilis sumuntur, vtpote in anima humana: in qua oẽs illas partes veteres sumpserunt, & etiam in diuersa anima: ita vt illæ omnes in humana sumantur: & phantastica in brutis ipsis intelligatur, si phantastica in diuersa anima sumatur ab ea, in qua omnes illæ sumuntur patet esse partem ab illis omnibus diuersam, nemo enim dubitat talem partem esse penitus & ratione: & subiecto alteram ab illis omnibus: si hoc pacto sumatur. Sed quoniam veteres solum de humana videbatur intendere, quam solam animam appellabant, ideo si phãtastica sumatur in eadem anima: in qua cæteræ animæ partes sumebantur ab veteribus, difficile est, quæstio Arist. ait. Verum dicendũ phantasticam: vt est aliquid humanæ animæ, reuera esse rationabilem saltem participatione Arist. tamẽ inquit. Cui aũt harum eadem vel altera sit, habet multã dubitationem, & ita vult illam esse eadem cum aliqua parte earũ: quas veteres dixerunt, tamen cui sit eadẽ vel altera non leue est discernere, ergo videtur refutare dictas diuisiones tanquã difficiles, non aũt tanquam fallas. Addit ad difficultatem, si enim illas partes aĩæ humanæ ponat quispiam loco separatas, vt Plato, qui posuit ronabilem in cerebro, cupiscibilem & irascibilem in corde: & irrationabilem in iecinore, sic quidem ponendo: phantastica nõ videtur rõnabilis: cũ phantastica sit in qualibet humani corporis particula, nec videtur irascibilis: aut cupiscibilis: aut irrationabilis, cum hæ sint in statutis partibus: hæc in vniuerso corpore: vtrum vero phantastica sit in vniuerso corpore, vel in certa corporis parte: lib. 2. huius dictũ est. Nũc vero sumatur ipsam esse in vniuerso corpore s̃m opinionem eorum,

rum,contra quos obijcit, aut sumatur tanquã difficile cognitum,vtique fiet:vt non veritatem Arist.refellat, sed difficultatem, nam ex quo illi posuerunt partes illas in diuersis corporis partibus,& de phantastica nihil dixerũt, an sit in toto : an in certa parte corporis : iure dubium est,an sit aliqua pars earum,quas illi posuerunt:an alia ab omnibus. Recte ergo eorum diuisiones refellit Arist. non tanquam falsas : sed tanquam difficiles.

ARGYR. *Insuper appetitiua,quæ & ratione & vi,alia,diuersaque sine dubio ab vniuersis esse videtur. Absurdum autem est, hanc à cæteris diuellere partibus.fit enim & in participe rationis,voluntas & in ratione vacante, cupiditas atque ira. Quod si tres in partes diuiditur anima, in vnaquaque profecto partium inerit appetitus.*

Tex.côm.42. Adhuc autem appetitiua, quę & ratione,& potentia altera videtur vtique esse ab omnibus, & inconueniens vtique est hanc sequestrare. In ratiocinatiua enim voluntas fit, & in irrationabili & concupiscentia, & ira. Si autem tria anima sunt in vnoquoq; erit appetitus.

COMMENTARIVM.

QVARTO aut tertio obijcit,sed quõ hec obiectio intelligatur, non leue est intelligere. Thomas & Egid. viri doctissimi, quos iuniores sectantur,arbitrantur Arist. corrigere Platonem,ex eo ꝙ solum duos appetitus fecit animæ,iram,& concupiscentiam, cum sint tres, rationabilis vnus,videlicet voluntas,& irrationabilis, duo, videlicet, ira:& cupiditas.ergo non duo, sed tres sunt appetitus. Et licet hæc expositio possit verbis Arist.accomodari,tamen difficile est illam aptare,nisi cũ supplementis, quæ euitanda sunt quo ad fieri potest,vt verba facilius legantur.Philoponus vero vult ꝙ Arist.argumentetur,si tres sunt aĩe:vt Plato dicit,tunc ẜm vnãquamque ipsarum erit appetitus. ergo & in vegetatiua appetitus est: ꝙ Arist. habet pro impossibili.Sed dices Arist.2.huius in plantis posuit appetitum ergo nõ recte,videlicet,hoc habere pro absurdo.Plutarchus simpliciter negat in plantis appetitum. Philoponus concedit,& asserit Arist.esse locutum ad hoiem, non autem simpliciter.Et licet hæc expositio bona sit: cum difcultate tamen textui põt applicari. Propterea cum Themistio dicamus absurdum Arist.esse non hoc.sed ꝙ appetitus diuidatur in duas partes,& quælibet illarum sit anima. Plat.n.diuisit animam per rationabile,& irascibile, & cupiscibile:& voluit hęc tria esse aĩam.Q. vero hoc sit absurdum,patet,quia voluntas in rationabili parte non est aĩa. ergo nec ira:& cupiditas in parte irrationabili erunt aĩæ. Vnde inq̃t.Adhuc aũt est appetitiua,quæ rõne & potentia altera vr̃ esse ab illis omnibus.s.rõnabili, & irrationabili, quas Plato,& alij posuerunt, licet Plato irrationabile diuiserit in duo,vt dictum est.Deinde exponit absurdum, cũ inquit & incõueniens est vtique hanc appetitiuã : quæ rõne & potentia diuersa vr̃ à rõnabili & irrõnabili sequestrare ĩ aĩas.s.irascibilẽ & cupiscibilẽ.Et ꝙ sit absurdũ, oñdit, cũ inquit.In rõcinatiua.n.parte voluntas fit, q̃ non est aĩa: sed appetitus aĩæ,& in irrõnabili & cõcupiscẽtia est & ira, ergo sicut voluntas nõ est aĩa,ita ira,& cupiditas nõ erunt aĩæ.Oñdit aũt has non esse aĩas: cũ inq̃t. Si autẽ hæc tria sunt aĩa: qua rõne in rõnabili aĩa erit proprius appetitus.s. voluntas,sic in vnaquaq; harũ aĩarũ erit ꝓprius appetitus. quare erit ipsius appetitus,appetitus. Absurdũ ergo aduersus plura est appetitiuã diuidere in aĩas,vt fecit Plato. erit ergo (vt inq̃t Them.) tanquã sui generis potentia incolumis seruanda appetitiua ipsa. Dubitauit Expositor Thomas,& post ipsum cæteri,cur ex parte intellectus vnus est appetitus spẽ voluntas,videlicet, ex parte sensus duo cupiditas : & ira, & laborant in assignando causam, & meo iudicio, quæ dicunt, non necessaria sunt. Supponunt enim ex parte sensus duos esse appetitus, quod Arist. non affirmat.nam contradicendo Platoni, declarat non esse appetitiuum diuisibile in duas aĩas, vbi non colligitur tres esse appetitus. Q. vero hæc quæ supponunt,nõ sint peripatetice dicta, declaramus, quia si appetitus velis distinguere ex parte obiecti vel actus,ex parte sensus duo sunt,vt Themist.inquit.dolorificũ,& voluptificũ, actus etiam duo ira, videlicet,circa dolorificũ, voluptas circa voluptificũ. Ex parte vero intellectus iterũ duo,bonum & malũ,actus vero velle,& nolle.nã quod in intellectu est bonũ.& velle,in sensu est voluptificum, & voluptas, quod in intellectu est malum,& nolle,in sensu est dolorificum,& dolor, siue ira, quæ est resistentia cõtra ea,quæ naturæ aduersantur. Si ergo obiectorum, & actuum differẽtia ex parte sensus duas appetitiuas potentias faciunt,videlicet cupiditatẽ : & irã, cur ex parte intellectus differẽtia actuum & obiectorum duas differentias nõ efficiunt,voluntatem, videlicet,& (vt ita loquar) nolitatem? Quare si vna est appetitiua potentia ex parte intell's diuersorũ actuum atque obiectorum, videlicet volũtas,cuius est velle,& nolle, ita ex parte sensus diuersorum actuum:& obiectarum erit vnus appetitus sensitiuus: cuius duo actus sunt ira,& cupiditas. Teneo ergo cum Themistio vnum esse sensitiuum appetitum spẽ, sicut est vnus appetitus intellectiuus, cuius actus,& obiecta duo sunt,& vnum,duo in particulari:vnum in vl̃i,quod dicitur sensibile.nam sicut obiectum voluntatis est ens,sic sensitiui appetitus sensibile. Põt.n.volũtas velle quicquid intelligimus, & appetitus sensitiuus appetere quicq̃d sentimus.Hæc intentio non modo Themistij esse videtur,sed Simplicij,& Arist.superius, verum de obiecto voluntatis & appetitus sensitiui postea differendum est.

Dubitatio ex Thomistorum. De appetituũ differentia.

Cap.47.

ARGYR. *Sed vt redeamus vnde digresi sumus, quid est id quod mouet ipsum animal loco, quo de nunc disputatio nostra est instituta? motu nanque eo quo incrementa decrementaque suscipiunt, qui quidem omnibus animantibus inest: id mouere sane videtur quod vniuersis inest eisdẽ, principium inquam generandi ac nutriendi. De respiratione autem, expirationeúe,& somno atq; vigilia, posterius considerare oportet.nam & hæc ipsa magnam dubitationem,difficultatemq; habent.Nunc est de motu ad locum accommodato considerandum, quidnam id tandem sit, quod ipsum animal motu mouet progrediendi.*

Tex.cõm.43. Et ergo & de quo nunc sermo instat, quid mouens secundum locum animal est, secundum quidem augmentum & decrementum motum,qui omnibus inest, quod omnibus vtique inest, mouere videtur generatiuum,& vegetatiuũ.De respiratione autẽ & expiratione,& somno & vigilia posterius perspiciendum,habent enim & hæc dubitationem multam. Sed de motu secundum locum,quid sit mouens aĩal secundum ꝓgressiuum motum, considerandum est.

COMMENTARIVM.

Tex.cõm.44. DIVVS expositor cur velit Arist. in hoc textu velle ponere vltimam rõnem aduersus prædictas diuisiones, nõ bene intelligo:nec facile possum verbis Arist. hanc expõnem accõmodare. Propterea cũ Them. & Philopono dicamus.postq̃ Arist.refutauit diuisiones illas,nũc illũ redire ad disputationẽ,quæ est de principio quo aĩal mouetur ẜm locũ. Vnde inq̃t. Et ergo supple & de eo de quo nunc sermo instat:quid.s.mouens aĩal sit ẜm locũ, dicamus supple,deficit enim verbũ more attico.& q̃a multi sunt motus ẜm locũ:æq̃uiuoce.n.dicit̃ motus localis de multis. vt Philoponus inq̃t.Iõ exponens de quo motu ẜm locũ vult disputare,excludit motum augmenti,& decremẽti: q̃ motus ẜm locũ sunt.nã quod auget̃, in maiorem locũ recipit̃: & ꝙ diminuitur : recipit̃ in locũ minorẽ.Excludit aũt hos(vt Philoponus inq̃t) tanq̃ à nã factos. Rursus excludit inspirationem, & expirationem : qui sine motu locali nõ sunt, qñ quidem pulmo,pectus,atque diaphragma in expiratione,inspirationeúe moueantur dilatando, cõprimendoq; vt aerẽ frigidũ attrahant,calidũ expellant. ergo (vt Philoponus dicit)excludit hos, q̃a nõ quærit principiũ motus aĩalis:qui fit ẜm partẽ,sed ẜm totum. Modo ꝑ respirationem particula aĩalis mouet̃, vel hos excludit: q̃a sunt partim à natura,

natura,partim ab anima,ideo alibi de his. Excludit etiam somnum atq; vigiliam, qui etiam aut motus ſm locū sunt aut non sine motu locali, in somno.n.fit motus localis spirituum ab externis partibus ad internos versus cor,in vigilia contra eorum fit expansio ab internis ad externa. Excludit ergo hos motus,qui aut locales sunt,aut non sine motu locali,ex eo ꝙ illorum principium & cā est virtus vitalis,vel (vt Philoponus inquit) excludit motus in somno; quia sunt particulares.s.palpebrarū, non totius animalis. De quo vero motu,& de cuius motus pricipio agere vult proponit.Vnde inquit.Secundum quidem.n.augmentum & decrementum motum:qui motus omnibus insunt,id qđ omnibus viuentibus inexistens est mouere vī;generatiuū, videlicet & vegetatiuum.i.tale ꝙ est principium taliū motuum & virtus vitalis: hi sunt motus ſm locum, quos primo excludit.De respiratione aūt & expiratione etiam secūdo excludit:& de somno,& vigilia posterius perspiciendum est,& sic tertio hos motus excludit,cuius cām inquit, Habent enim & hæc secum dubitationem multā, ꝑꝑ quā egent spāli pertractatione.Istis exclusis, de quo mouendi principio vult loqui,exponit,& inquit, Sed motu ſm locū quo vniuersaliter animal mouetur, vt Philoponus inquit, hoc est quid mouens aīal secundum processiuum motum sit,considerandū est,ergo exclusis his motibus; restat agere de principio progrediendi.

ARGYR. *Patet itaque, non esse ipsam potentiam nutriendi. nam alicuius gratia semper hic motus efficitur, estque cum imaginatione vel appetitu. nihil enim non appetens aut fugiens hoc motu cietur, nisi forsitan vi.*

Tex.44. Quod quidē igitur non sit vegetatiua potentia, manifestum est. Sēper enim gratia alicuius est motus hic, & aut cum phantasia,aut cum appetitu est, nihil.n.nō appetens aut fugiens mouetur,nisi violentia.

COMMENTARIVM.

DISPVTATIS diuisionibus, & ꝓposita intētione, nūc ꝓbat principiū motus ꝓcessiui nō esse potētiā vegetatiuam vnde Philoponus dicit ꝙ pn̄s speculatio ondit primo quid nō mouet ſm locū aīal ipsum. Scđo quid mouet: & ostendens quid nō mouet:ꝓbat ꝙ vegetatiuū non mouet aīal ſm locū:& syllogizat sic,principiū ꝓgrediendi efficit motum alicuius grā cum imaginatione, & appetitu, vnde proponens intentionē inqt.Q. quidem igitur nō vegetatiua potentia sit progrediendi principium, manifestū est,& sumit maiorē,cum inqt. Sēper.n.grā alicuius est motus hic,& aut cum phantasia,aut cū appetitu, est ergo maior,principium progrediendi,semper mouet alicuius finis gratia,& cū imaginatione,& appetitu; licet.n.litera scribatur disiunctiue, legenda tñ est copulatiue: vt Philoponus legit,animal enim ꝙ progreditur, semp alicuius finis gratia progredit̄,quem finem & imaginatur: & appetit:& assignat rationem,cum inquit. Nihil enim non appetens .i.prosequēs,aut fugiens progreditur, nisi vi.pōt enim aīal progrediui, & nec prosequens finem, nec fugiens, veluti bos ad macellum,& aliquid id genus.Verbum enim appetens,quod græcæ est ὀρεγόμενον, latine sonat appetens, hic tamen sonat prosequens, quod ad fugiens opponitur. Patet ergo maior, cui adde minorem, sed vegetatiua potentia non mouet gratia alicuius finis: quem imaginetur, & appetat,ergo non est principium progrediendi. Q. vero vegetatiua potentia non moueat finis alicuius gratia, quē imaginetur & appetat: Themistius probat,quia ois appetitio,& ois imaginatio ab externo sensu nascit̄,constat aūt vegetatiuam potentiam,vt talis est: sensu externo vacare.

ARGYR. *Præterea plantæ quoque, tali cierentur profecto motu, partemque aliquam ad hunc motū vt instrumētū haberent.*

Amplius & plantæ motiuæ essent, & haberent aliquam partem organicam ad motum talem.

COMMENTARIVM.

SECVNDO argumētat̄ ꝙ si potētia vegetatiua esset progrediendi principium, cum hæc plantis insit plantæ & essent suiipsarum motiuæ,& haberent aliquam partem organicam ad talem motum deputatam, qua talis motus ꝑfici posit,vt sunt pedes,vel alæ,vel stardæ,cuius oppositū omnibus patet. Philoponus vero ibi {& haberent} fecit quartam rōnem & pōt stare. Ex verbis Aristotelis hic iuniorum nonnulli colligunt,nec intellectiuā aīam esse formam cuiuslibet partis hominis, nec sensitiuam cuiuslibet partis animalis,quia secūdum Arist. hic tūc quælibet pars hominis intelligeret,& quælibet sentiret,cōstat aūt ōntia, quia sic argumentatur Arist.de motiua, deducens si plātis inesset,illæ mouerent se ſm locum. At patet non omnem partem intelligere,qm̄ nec pes, nec brachium: Similiter, nec omnis aīalis pars sentit, quia non ossa sentiunt. Sed si ita esset; tunc intellectiua anima nullius partis esset forma,& sic non esset forma hominis, qui aliud quā suæ partes est nihil. Propterea concedo intellectiuam aīam esse formā totius,& cuiuslibet partis eius, sed intellectus nullius particulæ est forma,nec hominis est forma vt resultat ex suis partibus integralibus,licet sit forma hominis, vt resultat ex suis partibus essentialibus, est.n.aīa intellectiua ſm gradum intellectus eleuata,licet ſm esse sit simpliciter hominis,& cuiuslibet hominis partis forma.Similiter sensitiua est aīa & forma omnium partium,licet potentia sentiendi non sit in qualibet parte, non.n.quælibet particula sentit,errauerunt ergo accipientes quod Arist. dicit de potentia,esse intelligendum de anima. Dubitat hic Philoponus quia posset quis dicere ꝙ vegetatiua aīa sit causa motus ſm locum,plantæ vero non mouentur,qa carent organis. Rn̄det: ꝙ licet ſm indiuiduū aliquod ordinatū in aliquem finem, posit carere instrumentis perueniendi ad illum finem,non tñ pōt illis carere in tota specie.

Qua iuniorum *Refutatio.* *Dilucidatio.* *Dubitatio.* *Responsio.*

ARGYR. *Pari modo nec ipsam sentiendi vim, motus huiusce principium esse,constat. sunt enim animalium multa quæ sensum quidem habent, manent tamen, & semper immobilia sunt.*

Tex. cōmē.45. τέλους Semper finaliter assidue.

Similiter autem neque sensitiuum, multa enim animalium sunt,quæ sensum quidem habent,manētia aūt sunt,& immobilia semper.

COMMENTARIVM.

QVOD vero neq; sensitiua potentia sit progrediendi principium,nunc probat,cum inquit. Multa enim aīalium sunt,quæ sensum quidem habent,manētia vero sunt:& immobilia motu progressiuo semper vsque in finem vitæ, veluti zoophyta,vt conchylia, & ostrea, & id genus. Quo vero ad verba attinet, semper græce est. τέλους quod hic semper,vel finaliter, vel vsque,vel assidue significat, quòd hæc animalia sint vniuerso vitæ tempore & immobilia, & manentia.

ARGYR. *Quod si natura nihil facit frustra, neque necessariorum quicquam omittit, nisi in animalibus membris captis ac imperfectis, atque animalium hæc & perfecta sunt & nō mēbris capta,cuius id indicium est,& generāt enim & statum decrementaque suscipiunt, haberent & eas ipsa profecto partes, quæ progrediendi sunt instrumenta.*

Tex.45. ἀκμὴν augmentum vigorem statum summū sit vi.

Si igitur natura nihil facit frustra,neq; deficit in necessarijs,nisi in orbatis, & imperfectis, huiusmodi autē animalia perfecta, & non orbata sunt, signum aūt est, quia generatiua sunt, & augmentum habent,& decrementum, quare haberent vtique & organicas partes progressionis.

COMMENTARIVM.

EXPOSITORES nostri exponūt Aristotelē velle remouere dubium, & quidem sapide exponūt,nam posset dici potentiam sensitiuam esse progrediendi principium. & cum dicebatur esse nonnulla animalia, quibus inest hæc sensitiua potentia, quæ tamen non progrediuntur: posset dici hæc progressiua esse, defectu tamen instrumentorum, videlicet, pedum, vel cæterorum id genus non progredi. Contra obijcit Arist.& supponit duo, quorum primum est naturam nihil frustra, neque superflui qcquā facere: nihilq; necessarij omittere: & hoc inqt.

Si

Si igitur natura nihil facit frustra, neq; deficit in necessarijs, hoc est primum, & limitando supponem hanc, inquit, nisi in orbatis, & imperfectis, qualia sunt monstruosa. quæ pter naturæ intentionẽ accidunt ex corruptione alicuius principij in semine. Secundo supponit talia animalia, quæ semper manẽt, non esse mutila, neq; orbata, nec mõstruosa gñone exorta, cuius signũ affert, quia sibi similia gñant, & hñt augmentum & decrementum. Ex hisce refellit falsam rñsionem, cum inquit. Quare & haberẽt vtiq; organicas partes processionis, vt pedes, vel id genus. Vnde syllis est, in non orbatis nõ deficit natura: eiusmodi aialia sunt non orbata, imo perfecta in suis spẽbus, ergo in eis nõ deficit nã, quare si illis potentiã progrediendi dedisset, eisdem instra ad progressum tribuisset. Auer. hic nõ esse vsum loco cõcomitantię Aris. inquit, hoc est loco à simili, cũ probat potentias hasce, videlicet, vegetatiuã: & sensitiuam nõ esse progrediendi principia nisi intelligẽdo de causis propinquis. nã sensus (vt dicemus) bene est causa remota progrediendi. Sed dubitabis fortasse. nam Arist. probat aialia hæc non esse monstruosa, quia gñant, & quia augentur vsq; ad statum, & diminuũtur. Modo si hæc rõ valeret, tũc quæ gñarent, & crescerent, nõ essent monstra, cuius õrium experimur. videmus. n. aialia monstruosa in spẽ eorum generare, imo sibi similia, vt canis sine cauda ortus gñat caniculũ sine cauda, & alia plura, videmus ẽt monstra cresce re, venireq; vsq; ad statũ: & postea diminui. Auer. in commento innuit sol. cum inqt hæc esse in minori parte. Monstrum. n. raro sibi simile gñat, plerunq; vero gñat aial perfectum, vnde & canẽ sine cauda ortũ videmus catulos cau datos genuisse plerunq;, raro vero sine cauda. At animalia eiusmodi plerunq; gñant sibi similia, vt obseruatio docet, q̃ ratio facit, vt hæc monstruosa non sint. cum aut semper, aut plerunq;, qualia ipsa sunt, generent. Similiter monstra augentur & diminuũtur: non tñ crescunt semper aut plerunq; vsq; ad terminũ speciei, immo qñq; excellunt, qñque ad terminũ speciei non perueniũt. At talia aialia semper, aut plerunq; ad terminũ speciei eorũ perueniũt, quę ratio docet hæc nõ esse mutila, & membris capta, sed in eorum spẽbus perfecta. Ex hoc loco iuniores colligunt intellm non esse hoĩs formam: primo quia si intells esset hominis forma, tunc intells esset forma cuiuslibet partis hoĩs. Sed intells non est forma cuiuslibet partis hoĩs, alioqui quælibet hoĩs pars intelligeret: vt argumentatur Arist. ergo intellectus nõ est forma hoĩs. Pręterea. Si quęlibet pars hominis haberet intellm, quælibet pars hominis haberet ea, quibus vtit intellectus pro intellectione, & ita manus haberet imaginariã. & cogitatiuam: & cæteras partes, q̃ seruiunt ipsi intellectui. Potest etiã probari eisdem rõnibus sensitiuam non esse formã cuiuslibet partis aĩalis, quia nõ ossium. Sed hæc non sunt bene dicta: vt superius probauimus. Propterea debes scire intellectum bifariã intelligi posse, aut pro anima intellectiua, quę est suba, & forma, aut pro potentia, quæ est accidens essentiale & proprium animæ ab illius essentia fluens, & quidẽ nec mediante cor pore, nec mediante aliquo corporeo. Insuper debes scire hoĩem posse accipi pro quodam toto resultante ex partibus integralibus, & pro quodam toto resultante ex partibus essentialibus, quæ sunt anima, & corpus. Tunc dico q̃ sumendo intellectũ pro suba animæ, sic intellectus est hominis forma vtroq; modo sumpti, & cuiuslibet integralis partis hominis, nec sequitur oẽm hominis partẽ integralẽ intelligere: q̃a licet anima intellectiua sit hominis, & cuiuslibet hominis partis forma, non propterea quælibet hominis pars intelligit: quia non sm omnes potentias, & cuiuslibet hoĩs partis forma. Accipiẽdo vero intellm pro potentia animæ, vt sic non est forma hominis, sumẽdo hominẽ pro toto resultante ex partibus integralibus, quælibet .n. hominis pars integralis intelligeret, est tamẽ forma hominis, vt homo est totum essentiale ex anima & corpore resultãs, qm̃ est forma animæ, quę est hominis pars. Simili modo de sensitiuo dici potest, nam pro suba sumptum est forma hominis, & cuiuslibet partis hominis: etiam sumendo hominem pro toto integrali, pro potentia vero nõ est forma cuiuslibet partis, quia vero isti non fecerunt driam

Quæ Auer. Cõm. 45.

Dubitatio.

Solutio.

An intellectus sit hoĩs forma.

Refutatio.

inter potentiam, & essentiam, credentes esse de potentia sicut de substantia. errauerunt. Quo vero ad verba attinet: cum Arist. dixit {quia generatiua sunt} innuit, huiusmodi animalia zoophyta, non esse mutila. Eunuchi. n. mutiles existentes nõ generant. Cum vero dicit {& augmentum habent & decrementum} innuit ea non esse imperfecta: vt sunt pueri, qui cum nõ venerunt ad perfectionem: non generant. Hæc Philoponus.

ARGYR.

At vero neq; ratiocinandi vis, et id quod intellectus appellatur, principium est mouendi. Intellectus. n. contemplatiuus nihil eorum quæ sub actionem cadunt contemplatur, neq; dicit quicquam omnino si sit fugiẽdum an persequendum, at motus semper aut fugientis aut persequentis quippiam est. Actiuus etiam cum rem aliquã huiuscemodi contemplatur, minime iam fugere aut persequi iubet. attamen si res illa terribilis sit cor ipsum mouetur. sin afficiens voluptate, pars aliqua alia corporis agitatur.

At vero neq; intellectiuum, & vocatus intellectus est mouẽs, Speculatiuus quidem. n. nihil intelligit operabile, neq; dicit de fugibili & prosequibili aliqd. Semper autem motus aut fugientis, aut prosequentis aliqd est. Sed neq; cum speculatus fuerit aliquid huiusmodi, iam præcipit aut fugere, aut prosequi, quemadmodum sæpe intelligit aliquid terribile, aut delectabile, non iubet autem timere, sed cor mouetur. Si autẽ delectabile, altera aliqua pars.

Tex. cõm. 46. πρακτὸν Operabile agibile rõcinatur.

COMMENTARIVM.

QVOD vero intells nõ sit pcessiui motus totale principiũ, illico patet ex eo, q̃ tunc bellua pcessiuo motu moueret, siquidem quælibet bellua intellectu caret. Tamen Arist. probat: ex eo q̃ duplex sit intellectus, alter qui græce theoreticus hoc est contemplarius dr, alter practicus. i. actiuus, operatiuusue. Contẽplarius autem dupliciter se habet aut cũ speculatur ens mere speculabile, veluti cum contemplatur triangulum, vel id genus, aut cum contemplatur ea quæ in actione sunt, sed speculatiue, veluti cum contẽplatur quid vulnus sit, quid hostis: quid bellum, & id genus in vli, & in genere. Hęc. n. & si in actione sint: tñ vli ratione illa contẽplans speculatiuus esse vr, quandoquidẽ operabile mõ speculatiuo cõsiderat. Ari. ergo primo probat q̃ intellectus contẽplarius non est totale principium motus processiui. Secundo q̃ nec actiuus, & probando q̃ contẽplarius non est motus principiũ, probat primo contẽplarium non esse motus processiui principium, cum mere speculabile contẽplatur. Secundo q̃ nec est processiui motus principiũ: cũ operabile speculatiue considerat. De primo syllogizat sic: principium motus processiui considerat semper fugibile aut prosequibile. Intells cõtemplarius dum speculabile contẽplatur, nec fugibile nec prosequibile contẽplatur. ergo non est principium motus processiui. De ratione primo ponit conclusionem cũ inquit. At vero neq; intellectiuum, & vocatus intellectus est mouens, hæc est conclusio in gñe. Per spẽm vero ponit conclusionem & rõnem. cum inquit, speculatiuus quidem. n. cum sup. speculabile considerat, nihil intelligit operabile, neq; dicit de fugibili, & prosequibili aliqd sup. in particulari, sed solum speculando vle considerat, hæc est syllogismi minor. Deinde subscribit maiorem, cum inquit, semp aũt motus aut fugientis, aut prosequẽtis aliquid in particulari est, est ergo hæc vis maioris: subaudi cõclusionem, ergo intellectus speculatiuus cũ aliquid speculabile speculatur, non est processiui motus principium. Animaduerte quo ad verba, quod antiquæ translationes sic habẽt. {At vero neq; rõnatiua & vocatus intells est mouens} & Auer. loco rõnatiuæ habens cogitatiuã exponit per rõnatiuam siue cogitatiuam, intellm speculatiuum: per vocatum intellm exponit intellectum operatiuum, qui practicus dicitur. Sed in græcis codicibus non sic habetur, legitur. n. sic, at vero neq; noeticũ, & vocatus intells est mouẽs, modo noeticum græce non rõnatiuum, sed intellectiuum sonat apud nos, ideo intellige sic, at vero neq; intellectiuum, &

Quæ Auer. Cõm. 46.

uum,& qui sup.cūter ab omnibus intellectus vocatus est mouens,quibus in verbis vlem cōclusionem intelligit:videlicet,ꝙ totale principium processiui motus non sit intellectus,quia nec theoreticus,nec practicus,deinde probat ꝙ cōtēplarius intellectus considerans operabile speculatiue,videlicet,quid est & in vli,non est totale processiui motus principium,nam fieri potest vt operabile consideret.s.fugibile, & prosequibile speculando illa quid sint in vli,& tamen nec fugam ꝑcipit, nec prosecutionem, vt cum in vli aliquā rem terribilem considerat quid sit.v.g.vt Them.inquit,terręmotum: aut trucem,& immanem belluam,& id genus.Simili rōne potest delectabilem rē considerare in vli quid sit,vt fornicationem, aut venationem: & tñ hæc cōsiderans nec fugam præcipit,nec prosecutionem.Vidimus.n.(vt Auer. inquit) intellectum rem aliquā terribilem aut delectabilem apphendere: nō propter hoc tñ in homine timor, aut delectatio sequitur. Meteorologicus.n.contēplatur terræmotum,diluuiū,& cętera timorosa,& tñ homo tunc non fugit. Similiter moralis cōsiderat fornicationē, qui tñ non fornicat. Sed tunc (vt inquit Auer.)homo timebit: cū cor motu timoris mouetur, tūc vero delectabitur,cū aliqua alia pars,videlicet, iecur delectationis motu mouetur,quę ratio docet non intellm esse processiui motus principium,sed vim aliquam exñtem in corde,vel in iecinore: vt voluit Plato,qui in corde principium fugiendi posuit,& in iecinore prosequendi. Aïaduerte illa verba § sed cor mouetur § & reliqua non esse de sylro,sed transumptum sunt ad quod Arist.quasi obiter rationem transumit: probat.n.Arist.intellm dum operabile cōsiderat in vli siue illud sit fugibile,vt terribile:siue delectabile,non esse totale processiui motus principium:quia potest hæc in vli ratione considerare: ex cuius consideratione in hoïe considerante motus nullus sequit. Addit tñ quasi transumptum,sed tunc in hoïe sequitur motus, cum aūt cor: aut alia pars corporis mouetur motu timoris,vel delectationis,verū postea dilucidius apparebit an cor, an alia corporis pars sit motus processiui principium,similiter an ī corde: an in alia corporis parte sit tale principiū.

Que Auer. Cōm. 46

Philop. hic dicit ꝙ intellectus non mouet nec vt speculatur speculabile. nec vt speculatur agibile, quia,vt speculatur, magis sibi quadrat quies ꝙ̄ motus. vnde dum speculamur, oportet quiescere, alioqui non bene speculamur. Præterea,vt inquit,aliud argumentū ex historia facile haberi pōt,ꝙ sæpe aliquis intra se speculans: non solū ē proposita via deerrauit: sed in pręcipitia cecidit.velut & Thales in puteum, ergo intellectus vt speculatur, non est qui mouet ẜm locum. Aïaduerte ēt vt Philop.inquit: ꝙ Ari. cum dicit cor moueri,vel alteram particulā intellectu iubente: hæc non sunt ad propositum, qm̄ ipse loquitur de motu totius aïalis, & nō de motu particularum corporis, verum(vt inquit) nō male fecit,quia hęc posuit vt exēpla: quorum requiritur sola manifestatio. Dubitaret fortasse quispiā,quia non vr̄ intellectus esse speculatiuus,cū considerat rem operabilem. nam sequūtur scientiæ & potētiæ, vt res,de quibus sunt.ergo si speculabile constituit intellectum speculatiuum: operabile constituet practicum,ergo intellectus non pōt operabile ipsum considerare,quin practicus sit. Dicendum distinctionē potentiarū & scientiarum esse à rebus,non materialiter sumptis,sed formaliter: est aūt res formaliter sumpta ratio considerandi, quare theoreticus intellectus,& practicus nō penes rem materialiter sumptam distinguuntur: cum illa amborum eadem esse possit,sed penes rationē considerandi: quare speculatiuus intellectus dici pōt, si rem operabilem consideret ratione vniuersali,& sub ratione speculabilis. Practicus vero dicetur si ad opus rem considerando dirigit.

Dubitatio. *Solutio.*

ARGYR. *Præterea intellectus nonnunquā iubet,ratioq; fugere aliquid,aut persequi dicit: at non obtemperat homo, neq; mouetur,sed agit cupiditate,vt in ipso fieri solet in continente, Omnino autem persæpe fieri videmus,vt non medeatur isce qui medicinam habet,nec isce conficia,statuam qui statuariam habet artem.propterea quod non ars ipsa neque scientia,sed aliquid aliud hanc habet vim & potentiam vt per ipsam artem aliquid,scientiamq; agatur.*

Amplius & præcipiente intellectu,& dicente ratione fugere aliquid,aut prosequi, nō mouetur, sed secundum concupiscentiam agit,vt incōtinentes.Et omnino autem videmus,quoniam habens medicatiuā,non medetur,tanquā alterius cuiusdam proprium sit agere secundum scientiam,sed non scientiæ.

Tex.cōm.47.

COMMENTARIVM.

QVOD contemplarius intellectus in aïalibus non sit totale processiui motus principium: ex hisce perspicuum est.Quod vero nec actiuus,qui practicus dr̄, nunc Aristo. ostendit ex eo,vt Auer.& Them. dixerunt, quia frequēter vsu venit,vt ratio quidem fugam. prosecutionemúe imperet,nec tñ consilio rōnis stemus. Aliqñ.n.ratio aliqua fugere præcipit,& non mouemur,ant aliqua prosequi, & nō prosequimur, sed spreto rōnis cōsilio quocunq; libido trahit,sequimur,vt incontinentes facere solent,qui non rōni obtemperant vt deberent. nō ergo actiuus intellectus est totale principium motus,alioqui semper,vt dictaret,persuaderetq;,nos moueremur,cuius oppositum videmus (vt Philop.inquit)nam iubente intellectu non moueri ad meretricem,ad eā persępe mouetur homo.Quo vero ad verba attinet,præcipiēte intellectu,& tu intelligas practico, qui ratione recta cuncta agere præcipit, & dicente rōne, hoc est suadente,nam dicere oratorum est, qui persuadēt, non mouetur.s.homo, vel motus nō fit, vt impersonaliter legatur. Secundo hoc idem probat Arist.exēplo sumpto ab arte medicinali:& pōt intelligi multifariā,vno modo vt exponit Auer.quē expositores nr̄i sequuntur,si actiuus intellectus esset totale principium motus, tūc medicus,qui artē medicinalē callet,curaret se semper ẜm præcepta artis.At videmus oppositum,nā cum medicus languet,ratio medicinalis dictat in principio febris non esse bibēdum, & tñ spreta medicinalis rōne bibit,quod non fecisset,si totale motus principium esset ratio medicinalis. Aut intelligatur exemplum non respectu sui: sed respectu alterius. Medicus.n.qui percallet medicinalem artem, cū curat aliquem persæpe non curat eum pro medicinali rōne,sed appetitu,vt si sibi inimicus esset,pro odio,spretis.n.artis pręceptis,medetur inimicū contra ꝑcepta artis:vt interficiat, & non,vt sanet,hoc aūt facere non posset,si practica ratio esset,totale curationis,motusq; principiū. Vel tertio intelligi pōt vt Them.inquit. Si.n.totale principium motus sit actiuus intellectus,qui eum haberet: semper agere: & pro illius ratione:& pro quanto est cā agendi. At experimur contrarium: est.n.aliquis medicus: ꝙ bene medicinalem rationem callet,& tñ non exercet officium artis. Similiter est eques: qui equestrem artē callet,qui non equitat,ergo actiua ratio non est agēdi,atq; motus totale principium,vnde inquit. Et oïno videmus,qm̄ habens medicatiuam rationem nō medenr.s.se ẜm primam expōnem pro ratione medicinæ,vel aliquando ẜm artis præcepta ẜm secundam expōnem, vel nullū simpliciter ẜm tertiam expōnem:quia nō exercet amplius officium medici. Causa vero est,ꝗa agere ẜm sciam non est proprius solius sciæ, sed est propriū cuiusdam alterius.s.appetitus,qui.n.solam rōnem agendi haberet,& non vellet agere, non ageret, quo argumēto patet solam scientiam non esse totalem motus causam,cum sola habita ad agendum non sufficiat.

1.Ratio *2.Ratio.* *1.Expositio* *2.Expositio* *3. Expositio*

At vero nec appetitus auctor atq; princeps huius est motionis,continentes.n.quanquam appetunt atq; cupiunt, non tamen agunt ea quæ cupiunt,sed intellectum ipsum sequuntur rationiq; obtemperant.

ARGYR.

At vero neq; appetitus huiusmodi motus princeps est,abstinentes enim appetentes,& concupiscētes non operantur ea,quorum habent appetitum,sed sequuntur intellectum.

Tex.cōm.48.

COMMENTARIVM.

DEMVM probat ꝙ appetitus sensitiuus non sit totale motus principiū: & hoc proponit cū inquit. At vero neq; appetit' est princeps, hoc ē totale principium hmōi

motus

motus qui dicitur processiuus. Assignat rationem ex eo, quia abstinentes: & continentes, atq; temperati appetunt: & cupiunt, qui tñ rationem sequuntur, & non sensualẽ cu piditatem, ergo sensualis appetitus non est totale motus principium. Ex hisce concludit Auer. in motu processiuo nec rationem esse prædominantem, nec appetitum, nõ rationem, q a persæpe spreta ratione, à desiderio mouemur, non appetitum, nam complures appetunt aliquid agere: qui sequentes rationem non agunt: vnde (vt Philoponus inquit) ex his didicimus quæ sunt: quæ non mouent, restat nunc scire, quid est quod animal mouet.

Quæ Auer. Cõm. 48.

ARGYR. *Videntur igitur duo hæc esse mouentia, vel appetitus vel intellectus, si quis imaginationem vt quandam intellectionem esse ponat. Nam & homines, magis imaginationem quam scientiam plerunque sequuntur. & in cæteris animalibus non intellectio neque ratio, sed imaginatio inest. Hæc igitur ambo intellectus et appetitus, mouendi motu dicto principia sunt.*

Tex. 48. νοῦσις Intelligẽtia intellectio.

Videntur igr̃ duo hæc mouentia, aut appetitus aut intellectus, si quis phantasiam ponat sicut intelligentiã quandam. Multa enim, præter scientiam, sequuntur phantasias. & in alijs animalibus non intelligentia, neque ratio est, sed phãtasia. Vtraq; ergo hæc motiua secundum locum sunt intellectus & appetitus.

COMMENTARIVM.

De principio motus.

HACTENVS Arist. probauit principium mouendi non esse potẽtiam vegetatiuam, nec sensitiuam, nec intellectum, nec appetitum. s. vt totale progrediendi principiũ: & ita didicimus quæ non mouent, ergo docet nunc q̃ sunt quæ mouent, ideo nunc quasi ex dictis concludit, duo esse mouendi principia, appetitum aut intellectum, modo per intellectum intelligamus quid cõe ad verum intellectum, qui græce nus dicitur, & ad imaginationem, quæ dr̃ intellectus quasi æquiuoce, & locutus est disiunctiue, non. n. dixit hæc ambo copulatiue esse principium mouẽdi, sed aut appetitum, aut intellectum, qm̃ non semper hæc duo insimul sunt vnum totale principiũ motus. Et assignans cãm, cur per intellectũ debeamus intelligere ẽt imaginationẽ, inqt. Multa. n. s. aĩalia præter sciãm: atq; præter rõnem sequunt̃ phantasias, vt praui hoĩes, q̃ instar belluarum viuũt, ventri dediti. Insuper est & alia rõ, ꝙ ceteris aĩalibus, nec intelligentia, nec rõ inest, sed phantasia, demũ quasi epilogando repetit conclusionẽ, cum inquit. Vtraq; ergo. s. intellectus, & appetitus motiua ꝯm locum sunt intelligẽdo disiunctiue: vt dictũ est, & per intellectum quid cõe etiam phantasiæ. Ex his apparet prima verba tex. legẽda esse nõ aduersatiue cũ particula autem: vel vero: sed illatiue, cum particula ergo, vel igitur, hoc pacto, videlicet, § Vñr igitur duo hæc mouẽtia § & non, vt antiquæ translationes habẽt. Vidẽtur aũt § hoc pacto legit Them. & Auer. & expositor Thomas & Philop. vt patet eos legẽti. Quo vero ad verba attinet. Arist. dicit. § Si quis phantasiam ponat, vt intellectum § quia si phantasia accipiatur, vt aliud quoddam ab intellectu, vt inqt Philoponus auctoritate Plutarchi tria erunt mouentia, videlicet, intellectus, phãtasia: & appetitus. Cum vero dicit § multa preter sciam sequuntur phantasias § innuit. (vt Philop. inquit) paucas esse intellectiones nostras non phantasticas, etiam innuit nos sequi plerunq; phantasias. vel hoc dicit propter animalia, in quibus phantasia est loco intellectus.

ARGYR. *Intellectus is inquam, qui alicuius gratia ratiocinatur quiq; principium est agendi.*

Tex. cõm. 49.

Intellectus autem qui propter aliquid ratiocinatur & qui practicus est.

COMMENTARIVM.

DIXERAT intellm̃ esse motus principiũ vna cum appetitu: exponit nunc quis intellectus est motus principium, & ait. Intellectus aũt is sup. est motus principiũ, qui gratia alicuius finis considerat & cõsultat, quiq; practicus græce, latine actiuus, atq; administratiuus dicitur: Hic ergo est motus principiũ. Sed occurres, cur sicut exposuit intellectum: quis, videlicet, sit motus principium. non exposuit quis appetitus est motus principium? est. n. appetitus duplex intellectiuus, videlicet, & sensitiuus. Et dicas illũ non exposuisse appetitum, ꝙ postea exponet, declarabit. n. quotuplex appetitus est: & quis sit, q mouet, propterea intellectum exponit nunc. Dubitat hic Philop. quia nõ videtur intellectus practicus solus esse alicuius gratia, cum & speculatiuus sit etiam alicuius gratia. Respondet ꝙ speculatiuus & practicus vterq; est gratia finis, verum practicus est gr̃a finis extrinseci: vt nauigandi vel sanãdi. Speculatiuus vero gratia finis interni, vt gratia veritatis quæ est animæ propria perfectio: quia vero internum est immanifestum & externum manifestũ: ideo speculatiuus existimat esse non finis gratia, practicus vero sic, quoniam finis speculatiui latet. Finis vero practici patet.

Dubitatio. Solutio. Dubitatio. Solutio.

ARGYR. *Atq; hæc fine, ab intellectu contemplatiuo differt. Appetitus etiam omnis, alicuius est gratia. cuius. n. est appetitio id principium est intellectus actiui. at ipsum vltimũ principium est actionis. Quare nõ sine ratione principia mouendi videntur hæc esse duo, appetitus inquam & mens ea quæ principium est agendi. ipsum enim appetibile mouet. & propterea mens mouet, quod appetibile, ipsius principium est. Imaginatio quoque cum mouet, non absque appetitione mouet. Vnum igitur est id quod mouet, ipsum inquam appetitiuum.*

Differt autem à speculatiuo fine. Et appetitus propter aliquid, oĩs est, cuius. n. est appetitus hic, hoc principium practici intellectus est. Vltimum autem principium actionis est. Quare rõnabiliter hæc duo videtur mouentia, appetitus, & intelligentia practica, appetibile. n. mouet, & propter hoc intelligentia mouet, quia principium ipsius est appetibile. Et phantasia cum mouet, non mouet sine appetitu. Vnum igitur mouens est primo quod est appetibile.

COMMENTARIVM.

NON facile in his Arist. verbis ordo p̃t constitui: nec facile quid velit facere, dephenditur. Verum si quę Them. dicit, & Auer. recte perpendi, Arist. quæ duo dixit esse mouẽdi principia, reducit ad vnum, vel ad vnum consensum, vt Auer. placet, vel ad vnum appetibile, vt vr̃ Arist. & Themistio, & Philopono. Ordo aũt potest poni ꝙ Aris. sumat, deinde ex assumptis deducit, quod intẽdit. Sumit ergo primo actiuum intellectum esse alicuius finis gratia, qui finis (vt Them. inquit) pręter inspectionem appetitio, & persecutio operis est, & hoc intendit, cum inquit. Differt autem à speculatiuo fine, nam, vt inqt Auer. speculatiui finis est scire tm̃, siue sola inspectio: actiui vero finis est opus, vel agere, hoc est primum. Secundo sumit etiam appetitum esse alicuius finis gratia, vnde inquit, & appetitus propter aliquid tanq̃ propter finem omnis est. Patet ergo ex his, & appetitum, & actiuum intellectum vtrũq; esse alicuius gratia. Probat autem has duas assumptiones Arist. ex eo ꝙ idem est, quod mouet intellectum actiuum, & appetitũ. Finis. n. est mouens intellectum, & est mouẽs appetitum. Vbi debes scire, vt 7. meta. lib. clarissime constat in operandis rebus esse duos motus, alterum intentionalem, qui 2. physicæ auscultã. dicitur speculatio de fine, alterum realem, qui in executione consistit. Differunt autem motus hi, nam terminus è quo, qui est quasi principium in primo motu, est finis in reali motu, atq; vltimum. Verbi causa, quia exempla magis mouent q̃ verba, sit finis medici sanitatis reductio, quam in omni sua operatione per se medicus intẽdit, verbi causa remotio ophthalmiæ, quæ sanitas oculi est. primum quod occurrit considerationi medici est ophthalmię remotio, quę est sanitas oculi. Secũdo occurrit, ex hac oculi sanitate inuestigatio eorũ, quibus põt hęc sanitas induci, vtpote qđ succus celidoniæ est conueniẽs pro ophthalmia remouenda. Tertio ex eodẽ fine speculãdo habetur succũ eiusmodi haberi nõ posse, nisi in agrum proficiscamur, & in eo celidoniã collegerimus: hoc est vltimũ, & quasi terminus ad quem motus intentionalis. Hoc ꝙ est

ꝙ est terminus ad quem primi motus est primũ è quo agere medicus incipit: primo.n.in exequẽdo,ex agro herbam eligit.Secundo illam cõtundit.Tertio eã exprimit, vt succum colligat. Quarto succum oculo applicat, demum est sanitas. Patet ergo actiuum intellectũ, & appetitum esse respectu eiusdem.s.sanitatis,actiuus.n.intellectus vltra inspectionem,sanitatis gratia agit, appetitus etiã sanitatem appetit,vnde inquit.Cuius.n.vt finis est hic appetitus,hoc principium,& terminus è quo practici intellectus est,sup. in motu intentionali, in quo media in finem ipse inuenit. Vltimo aũt in tali motu intẽtionali(ꝙ erat herbę electio) est in executione ac motu reali principiũ actionis.Ex herbæ.n.collectione,motus realis,qui in executione est,incipiebat medicus actionem oculi curatiuam. Patet ergo ex his & actiuum intellectũ esse alicuius gratia,vt prima supositio est,& appetitum etiã esse alicuius gratia,vt secunda suppositio dicebat. nam vterq; est gratia sanitatis inducendæ:nam appetitus hunc finem intendit: Actiuus intellectus & in primo motu ex hoc media adinuenit,& in secundo motu ad hunc attingendum procedit ex inuentis. Ex his deducit(vt Them.exponit)cãm motus in animalibus vnam conciliari ex actiua notitia atq; appetitu, vnde inquit.Quare rationabiliter hæc duo,vt subeunt vnius rationis cãm appetit⁹,videlicet,& intelligẽtia practica,sunt mouentia aĩalia ad progressionem,atq; incessum,& exponit id,quo ista duo in vnam cãm redigant,cum inquit.Appetibile.n.mouet appetitum sup. & propter hoc ipsa intelligentia mouet animal, quia principium ipsius intelligentiæ,quod est terminus è quo quasi principiũ est ipsum appetibile.Ergo intelligentia & appetitus redigunt in vnam cãm vnitate appetibilis,quod est vnus vtriusq; finis.Idem ostendit de phantasia,& inquit,& phantasia cũ mouet brutum non mouet sine appetitu.& ita phantasia & appetitus ab vnitate rei appetitæ redigunt in vnam cãm:& hoc concludit,cum inquit,vnum igitur mouẽs est primò, quod est appetibile,vnitate cuius intellectus siue phantasia, & appetitus redigunt in vnam cãm. Auer. ãt ait appetitum & actiuum intellectũ in vnam cãm conciliari ab vnitate cõsensus. cũ.n.appetitus intellectui,vel intellect⁹ appetitui consentit,tunc aĩal mouetur, est ergo ẽm Auer.vna causa motus vnus vtriusq; consensus. Ex his deducit intellectũ non mouere quatenus appræhendit finem aliquem,neque appetitum mouere quatenus differt ab intellectu,sed sequtur intellectum mouere,vt appetens est,& appetitum mouere,vt cognoscens est, hoc ergo pacto duæ causæ in vnã rediguntur. Sed dices,hæc expõ Auer.videtur ꝯ tex. Arist. .n.ait vnam ex his duobus conciliari cãm ab vnitate appetibilis,Auer.dicit ab vnitate cõsensus. Dico vltimam cãm vnitatis esse vnitatẽ appetibilis,qm̃ consensus est, quoties actiui intellectus & ipsius appetitus idem est finis.Aristo. ergo dedit vltimam causam. Auer.autem penultimam.redigunt.n.appetitus & intellectus in vnam causam, qũ consensus ẽ vnus vtriusq;,est consensus vnus qñ finis est vnus. Ergo Auer.nõ vltimam causam vnitatis tetigit,sed penultimam. Arist.vero,& Them.tetigerunt vltimam causam. Quam expositionem Philop. sequitur,& ex verbis Aristo. colligit duo,primum est,ꝙ intellectus practicus & speculatiuus subiecto idem est.Secundum ꝙ practicus intellectus est immortalis,siquidem idem est speculatiuo, quem (vt inquit) Arist. fatetur immortalem esse. Exponit vero quæ Arist.ait,exemplo satis claro. Hæc Philoponus.

Quæ Auer. Com. 48.

Dubitatio. Solutio.

ARGYR.

Nam si duo,intellectus atq; appetitus,mouerent, per aliquam communem vtiq; formam mouerent. nũc autem intellectus quidem non videtur absq; appetitu mouere,voluntas enim appetitus est quidam.

Tex.cõm.50.

Si enim duo intellectus & appetitus mouerent, secundum communem vtiq; aliquam speciẽ mouerent, nunc autem intellectus non videtur mouẽs sine appetitu,voluntas enim appetitus est.

COMMENTARIVM.

Quæ Auer. Cõm. 50.

PROBAVIT, & quidẽ acutissime id,quod aĩal mouet esse vnum,vel reductione ad vnum consensum,vel ad vnum appetibile. Fuit autem eius probatio ostensiua: vt patet reducenti illam ad syllogismum:at nunc probat mouens esse vnum probatione ducente ad impossibile: & argumentatur à primo ad vltimum ẽm expositionem Auer. sic,si intells,& appetitus mouent,vt due causæ seorsum,videlicet,intellectus per se,atq; seorsum & appetitus per se, ita vt quilibet per se sit sufficiens motus principium: tũc motus aĩalis per se primo esset à quadã virtute vtriq; cõi: cuius participatu intellectus & appetitus aĩal mouerent, & progredi facerent. Affert exẽplum Them. & post eum Philop. per quod patet ꝯñtia.v.g.tam bipes, q̃ quadrupes incedit,sed,non qua bipes hoc incedit,nec qua illud quadrupes incedit,sed qua in cõi conueniunt,quod est pedes habere.Patet ex hoc exemplo ꝯñtia,videlicet,ꝙ si intellectus & appetitus essent duæ causæ motus, quarum q̃libet per se essent sufficiens principium motus, motus animalis esset primo rõne cuiusdam virtutis cõis. Vlterius hoc concesso,sequitur intellm̃ mouere aĩal sine appetitu:& appetitum sine intellectu.Tenet.n.ꝯñtia ex eo,qa ab aduersario ponitur quodlibet illorũ per se sufficiẽs motus principium.Destruit autem vltimum consequens Aristo.quia intellectus non vr̃ mouens sine appetitu. Mouet.n.per voluntatem,q̃ appetitus est,inquit.Si.n.duo hæc intellectus, & appetitus mouebant,vt duæ causæ totales diuersæ, ita, vt quælibet per se sit sufficiẽs motus principium,hæc mouebant ẽm cõmunem aliq̃ speciem,quæ est virtus cõis,cuius participatu quodlibet illorum per se mouet: quo sup. concesso tunc intellectus posset mouere sine appetitu,& appetitus sine intellectu. Destruit hoc consequens, cum inquit. Nunc aũt intellectus non vr̃ mouens sine appetitu,volũtas.n.per quã mouet,est appetitus.Ex his ergo patet intellm̃ & appetitum redigi in vnam cãm mouentem.

ARGYR.

Atq; cum sit motus per rationem,et etiam per voluntatem fit. Appetitus autem absq; ratione mouet.cupiditas.n. & ipsa, quidam est appetitus.

Tex.50.

Cum autem secũdum rationem mouetur, & ẽm voluntatem mouetur. Appetitus autem mouet pręter rationem:concupiscentia enim appetitus quidam est.

COMMENTARIVM.

SI Themistij paraphrasim sequimur, hanc literam legemus cum assignatione causæ,& verba sic legenda sunt. §cum.n.ẽm rõnem mouetur§& reliqua,vbi verbum §aũt§ in codice The. legebatur §γὰρ§ hoc est§enim§ꝙ si ita est, cum Aris. dixisset,intellectum sine appetitu non mouere, subscribit rationem,& inquit. Cum.n.ẽm rationem mouetur,hoc est fit aĩalis motus,(verbum.n.mouetur,impersonaliter legendum est)& ẽm voluntatem mouetur hoc est fit motus.ergo intellectus absq; appetitu non mouet,cum sine voluntate non moueat,quæ est appetitus quidã. Sed dices nunquid etiam appetitus mouet sine intellectu? Respondens pro cõplemento rationis,inquit. Appetitus aũt mouet præter rationem. nam concupiscentia quę est quędam appetitio mouet incontinentes, spreto rationis mandato. Aut fortasse cum Arist, declarauit hæc duo ad motũ concurrere,vt rediguntur in vim vnam,vnamq; cãm,nunc quod eorum in mouẽdo sit principale, declarat, consonat autem hæc expositio ijs verbis,quæ legũtur in codice græco,è quo hunc nostrum traducimus,nam aduersatiue verba hæc leguntur,vnde inquit.Cum vero ẽm rationem motus fit,& per voluntatẽ etiam fit, absq; autem ratione appetitus mouet,vt concupiscentia intemperatos. Ex hoc patet appetitum esse principale, quandoquidẽ sine eo intellectus mouere non potest,ipse vero sine intellectu bene potest. Sed quæ harum expositionũ sit conueniens cõsideratione dignum est. Quo vero ad verba attinet, cum Arist.ait appetitum mouere posse sine ratione,bene dixit: voluntas.n.& si mouere potest ꝑter rationem,non tamen mouere potest,nisi cognitio intellectiua presit.Antecedit .n.cognitio appetitum sicut corpus vmbram, vt 12. meta. lib.inquit Auer.Similiter appetitus sensitiuus mouere pt̃ præter rationem.non tñ pręter cognitionem saltem sensitiuam,non.n.fert appetitus nisi incognitum. Quare quouis modo appetitus sumatur siue in genere, siue in specie, semper

Verborum consideratio.

Commen.39.

ſemper mouere pōt præter rationem,licet non preter cognitionem.Vnde græce ratio eſt logiſmos,ſonat aūt logiſmos,diſcurſum, modo licet appetitus mouere poſsit ſine logiſmo, præter cognitionem tamen mouere non poteſt.

ARGYR. *Intellectus igitur,rectus eſt omnis.at appetitus atq; imaginatio,& recta eſt & non recta. Quocirca ſemper quidem ipſum appetibile mouet.hoc autem eſt,aut vere bonum,aut apparens bonum. attamen non omne bonum mouet,ſed id quod ſub actionem cadit.Sub actionem autem cadit, quod aliter ſeſe habere etiam poteſt.*

Tex.cōm.51. Intellectus quidē igitur omnis, rectus eſt, appetitus aūt,& phantaſia recta, & non recta eſt. Vnde ſemper quidem mouet appetibile,ſed hoc eſt,aut bonum,aut apparens bonum. Non aūt omne, ſed agibile bonum. Agibile aūt bonum eſt, contingens & aliter ſe habere.

COMMENTARIVM.

QVONIAM noſtri motus aliqñ recti ſunt,aliquando non recti. Itemq; in agendo aliquando recte agimus, aliquando erramus,ſapide diuus expoſitor,ait Ariſ.velle hic aſsignare cām eius accidentis: quod nobis agentibus accidit.ſ.cur in actionibus motibusq; noſtris aliquando erramus,aliquando recte agimus. Verum verba Ariſto. aliter Auer.intelligit,q̃ alij intellexerint. Auer.n.velle vř Ariſt. ponere differentiam inter actionē,quæ ab intellectu proficiſcitur,& actionem,quę proficiſcitur ab appetitu,atque imaginatione,ex eo ꝙ omnis actio,quę ab intellectu proficiſcitur,eſt recta,actio vero, quæ ab appetitu,vel imaginatione proficiſcit̃,non omnis eſt recta, ſed aliquando recta,aliquando non recta. ergo per intellectum non agendi principium intelligit,ſed actionem.Ex hac dr̃ia inferre Ariſt. arbitratur ad motum ſemper concurrere appetitiuum,quandoquidem mouet tam ad rectum, q̃ ad non rectum. Si.n.mouemur ad rectum. concurrit appetitus, qui etiam rectus eſſe pōt. Sinautem mouemur ad non rectū, concurrit appetitus,qui etiam nō rectus eſt.ergo in omni animali motu appetitus concurrit. Tale excerptū infert, cum inquit.Vnde ſemper quidē mouet appetibile intelligens per appetibile,quod græce eſt ὀρεκτὸν, vim appetitiuam. Deinde ſm̃ Auer. Ariſt.exponit,è quo bono mouetur appetitiuum,& intellectus,cū inq̄t,ſed hoc.ſ.à quo mouetur appetitiuum,eſt aut vere bonum,aut apparens bonum,& per ꝯñs ad omnem motum cōcurrit appetitiuum, cum fieri non poſsit motus quin aut à vere bono, aut ab apparenti bono fiat. Sed quia poſſet dubitari vtrum ab omni bono ſiue vere,ſiue apparenti fieri poſsit motus,ſecundum Auer.Ariſt.rñdet non ab omni bono moueri animal,ſed ab ipſo bono,quod non in oībus eſt bonum.quod tripliciter exponit Auer. bonū.n.non in oībus dicitur,vel quia non omnibus cōe eſt,vel quia non ſimpliciter & ſemper,vel quia non ab oībus laudabile. Mouetur ergo aīal à bono,vel ab eo bono quod non eſt omnibus cōe, vel ab eo bono,quod non eſt ſimpliciter, & ſemper bonū,vel ab eo bono,quod non ab oībus laudatur.hæc Auer.cuius expoſitio verbis Ariſt.non conuenit vt græce cōſideranti patet. Dicamus ergo cum Them̃.& eius ſectatore Philop. ꝙ Ari.aſsignat dr̃iam inter intellectum & appetitum atq; imaginationem in mouendo. Intellectus.n.mouet nō niſi recte,at appetitus,& imaginatio recte & non recte moueres pōt. Ex hac dr̃ia apparet primo nos in mouendo aliqñ errare, vtpote qñ ſequimur appetitū, vel imaginationem, & hoc Ariſt.nō expreſsit,apparet.2.ſemper nos moueri ab appetibili,qm̃ ſi mouemur recte, mouemur ab intellectu, intellectus āt non mouet niſi motus ab appetibili. Similiter ſi mouemur nō recte,mouemur ab appetitu vel imaginatione, at appetitus vel imaginatio non mouet niſi ab appetibili mota,ergo ex hac dr̃ia apparet id quod mouet eſſe rē appetibilem. Sed quid ſit res appetibilis, exponit, & inq̄t,ſed hoc.ſ.appetibile,à quo primo aīal mouetur,eſt aūt bonum.ſ.vere,aut apparens bonū.Vere quidem bonū, ſi mouemur ab intellectu à tali bono moto. Apparens vero,ſi mouemur ab appetitu à tali bono moto.Verum quia non omne vere bonum,vel apparens bonū eſt primo mouens,ſubſcribit quod vere bonum, vel apparēs bonum ſit primo mouens,& inquit.Non aūt omne.ſ.vere bonum,vel apparens bonum eſt appetibile,quod eſt primo mouens, ſed bonum à nobis agibile,& exponit quid ſit bonum agibile,cum inquit. Agibile aūt bonum eſt, quod contingit etiam aliter ſe habere.Bonum itaq; duplex eſt,aut à nobis agibile,vt vere ſm̃ virtutem,quod viuere bonū eſt,vel ſm̃ voluptatem,quod apparens bonū.Hoc.n.quia eſt in poteſtate noſtra conſtitutum: dř agibile à nobis. Aliud bonū eſt non à nobis agibile vt cœlum moueri,quod non eſt in poſſe noſtro.Agibile vero à nobis eſt duplex,aut quod p̄t eſſe bonum & non bonum.v.g.quod vno tēpore, bonum, alio non bonum eſt, aut quod immutabiliter eſt bonū, vt anhelare,& viuere.bonū ergo quod eſt appetibile, primo nos mouens,eſt bonum agibile: agibile vero,quod mutabiliter eſt bonum. Sed videtur falſum,quod Ariſt.inquit, oēm intellectum eſſe rectū.cum nec oīs ſpeculatiuus, nec oīs actiuus ſit rectus,quandoquidē & agendo per intellm̃, & ſpeculando erramus non ſemel. Expoſitor Thomas ꝑ intellm̃ intelligit actiuum intellm̃,qui eſt principiorum, actiuus.n.intellectus non errat circa principia in operabilibus,in operabilibus.n.ſunt principia,nulli nocēdum eſt: non eſt aliquid iniuſte agendum: parentes ſunt honerandi,& alia id genus. Circa ergo hæc actiuus intellectus nō errat,quemadmodum nec ſpeculatiuus errat circa ea quæ ſunt veluti locus ianuæ.In his vero quæ ſunt poſt principia,& recte & non recte procedimus,recte quidem,qñ ex rectitudine circa principia procedimus,nō recte vero, qñ in ratiocinando erramus.Ego vero bene ſcio intellectum nō intelligi niſi de principijs, vt in lib.Ethi.dř,eſt.n.intellectus principiorum.Tñ dicerē ſaluo meliori iudicio, intellectum bifariam conſiderari poſſe,aut in ſe (vt intellectus eſt) & ſm̃ naturam intellectus, & hoc pacto non eſt niſi verus in ſpeculando,& nonniſi rectus in agendo. Semper ſiquidem(vt dř in lib.Ethi.)ratio depcatur, ad optima, qm̃ ſuapte natura nonniſi in bona tendit,quēadmodum in ſpeculando nōniſi in vera: ſunt.n.falſa,& mala p̄ter intentionem intellectus.Alio modo cōſiderari p̄t,vt vtens ſenſibus & appetitu, & ſic contingit in deliberādo de medijs in finem,eum errare,& in ſyllogizando ēt decipi.Ariſt.ergo de intellectu loquit̃ vt intellš eſt,hic.n.vt ſic nō eſt niſi verorum,& actiuus nonniſi optima perpendens, phātaſia aūt & appetitus eſt rectus & non rectus,qm̃ reſpicit bonū quod eſt apparens bonū,apparens aūt bonum, vt Philop. inquit,eſt quod p̄t & aliter ſe habere,& hæc eſt Them̃. intentio,qui hic oēm intellectum rectū eſſe inq̄t,nulla prorſus facta limitatione,qm̃ cum dicimus intellectum,intelligimus intellectum ſm̃ naturam intellš. Huius aūt rei ſignū affert nobis ipſe Ariſto.lib.meta.9.vbi in ſempiternis ſubſtantijs neq; malū, neq; nō rectum ponit,qm̃ ſunt puri intellectus, & quidē agentes ſolum per nām intellectus. Præterea. Quæres vtrum omne bonū ſit appetibile, & vř ꝙ ſic,nam in lib.Ethi.in princ.inquit Ari.bonū eſſe qđ oīa appetunt.Hic āt ait non oē bonum eſſe appetibile,ſed agibile. Innuit Them̃.ſol.nā appetibile ſi ſimpliciter intellř, oē bonum eſt appetibile: quia diuinū bonum eſt appetibile à diuino appetitu:cœlū moueri eſt appetibile, & ſi non à nobis eſt appetibile ab aliquo tñ alio appetente, & hoc pacto Ariſt.inquit bonum eſt,quod oīa appetunt. Sin aūt appetibile ſumatur reſpectu noſtri,ſic non omne bonum eſt appetibile quo nos mouemur progrediendo: ſed id ſolum, quod per progreſſum pōt à nobis agi: tale.n.dř bonum agibile,& appetibile à nobis,quo mouemur ad locū, vt ipſum conſequamur, & de hoc inquit Ariſt. non autem omne.ſ.bonum eſt illud appetibile,qđ nos mouet ad progreſſum: ſed appetibile, ꝙ nos mouet ad progreſſum, eſt bonum agibile à nobis.i.quod per motum poſſumus aſſequi.Tale autem (vt inquit) eſt contingens & aliter ſe habere,nā ſi neceſſario eodem mō ſemper ſe haberet,in progrediendo non erraremus. Hæc ex Them̃.& Philop.

Dubitatio. Solu.D.Tho. Quid dicendū. Tex.cōm.19. Dubitatio. Solutio.

ARGYR. *Patet igitur, talem animæ vim atq; potentiam, principium eſſe mouēdi,quæ quidem eſt ea quam appetitum conſueuimus appellare.*

Quod

Tex.cōm.52.

Quod quidem igitur huiusmodi potētia animæ mouet, quæ vocatur appetitus manifestum est.

COMMENTARIVM.

ARIST. nūc epilogat, quasi ex dictis deducens eam animæ vim esse causam atq; motus progressiui principiū, quæ dicitur appetitus, in quo epilogo Aristo. apertissime velle videtur appetitiuam vim esse solā causam, atq; principium progrediēdi, cum nec intellectus, nec imaginationis meminerit, verum an ita sit in fine totius capitis differendum id esse statui.

ARGYR. *Constat etiā eos oportere qui partes animæ diuidunt, si modo potentias ipsas diuidant atque separent, cōplures ipsas esse concedere, nutriendi principium, sentiēdi, intelligendi, deliberandi, et appetēdi. Hæc.n. plus inter sese differunt, quàm potentia cupiendi, ac irascendi.*

Tex.52. δὴ δὲ igitur autem. βουλευτικὸν deliberatiuum, consiliatiuum, concupiscitiuū, irascitiuum.

Diuidentibus igitur animæ partes, si secundum potentias diuidant & separent, valde multæ fiunt, vegetatiuum sensitiuum, appetitiuum, intellectiuum, consiliatiuum. Hæc enim plus differunt ab inuicem quàm concupiscibile, & irascibile.

COMMENTARIVM.

EX dictis excludit errorem Platonis dicentis animam diuidi in irascibilē, concupiscibilē & rationabilem, itemq; & errorem eorum qui diuiserūt animam in rationabilem & irrationabilem. possunt.n. hæ illorum diuisiones intelligi vno modo, vt sint animæ in aīas, & iuxta hūc sensum superius Ari. reprobauit diuisiones hasce. Alio modo, vt sint animæ in potentias animæ. & hoc exprobat illas hic, propterea inquit. diuidentibus igitur animæ partes, si non ſm animas, sed ſm potentias diuidant, & separent, multo plures concedere cogūtur. Legitur autē hęc litera à Them. non aduersatiue cum nota autem, vel sed, sed illatiue quasi ex dictis cum nota illationis, quare, vel ergo, vel igitur, & sic transtulimus. At si aduersatiue legeretur, referatur hęc litera ad superius dicta. q.d. sed qui diuidunt aīæ partes, si ſm potentias, & ſm animas diuidant, & separēt, valde plures fiunt, q̄ ipsi factitent: nam erunt partes animæ, vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuū, intellectiuum, cōsiliatiuum ꝙ græce βουλευτικὸν dr̄: latine deliberatiuum. Hæc.n. plus inter sese differunt, q̄ concupiscibile & irascibile, & ꝑ concupiscibile & irascibile intelligit principia iræ & concupiscentiæ, nam græce sic leguntur: ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμικόν: hoc est concupiscitiuum & irascitiuum. Dicit autē has partes plus differre q̄ concupiscitiuum, & irascitiuum, quia concupiscitiuum: & irascitiuum comphenduntur sub eodem appetitu sensitiuo. cæteræ vero non sub eadem specie potentiæ.

Dubitatio. Sed dices, consiliatiuū siue deliberatiuum & intellectiuum, non plus differunt, q̄ irascibile, & cōcupiscibile, qm̄ ambo sub eadē specie potentiæ continētur, videlicet, sub intellectiuo.

Qua expositores. Dixerūt deliberatiuū distingui hic ab intellectiuo, propterea quia intellectiuū est necessariorum: deliberatiuum aūt contingentium, sic hæc in.6. Ethi. distinxit, & hoc pacto loquitur hic, non aūt vt intellectiuum est quid cōe. Sed adhuc stat.q. nam quouis modo sumantur non drn̄t specie, qm̄ semper sub spē intellectiui habentur,

Refutatio. quare non plus drn̄t q̄ irascibile, & concupiscibile. Forsan cum Arist. ait hæc plus differre q̄ illa, non ad oīa illa respexit, sed ad eorum plura, nam consiliatiuum, & intelle-

Solutio ꝓpria. ctiuum differunt non minus, cætera differunt plus, & hoc pacto expositores intellexisse arbitror.

ARGYR. *Cum autem appetitiones inter sese contrariæ fiant, quod quidem tum fit cum ratio cupiditasq; contrariæ sunt, idq; fieri solet in hisce quæ sentiūt atque percipiunt tēpus, (mens .n. ob futurum, retrahere iubet, cupiditas vero præsens ipsum persequitur. nam quod iam afficit voluptate, id & simpliciter afficere voluptate & absolute bonum esse videtur, ex eo sane quia futurum non perspicitur) specie quidem vnum, id profecto est quod mouet, appetitiuum inquam vt appetitiuum est, atque appetibile omnium est mouentium primū, (hoc.n. mouet & non mouetur, mente aut imaginatione perceptum) numero vero plura sunt ea quæ mouēt.*

Tex.cōm.53.

Quoniam aūt appetitus fiunt contrarij adinuicem (hoc autem accidit cum ratio, & concupiscentia contrariæ fuerint, fiunt autem in temporis sensum habentibus. Intellectus quidem.n. propter futurum retrahere iubet, concupiscentia autē propter id quod iam est. Videtur.n. quod iam delectabile est, & simpliciter delectabile, & bonum simpliciter, propterea quia nō videtur futurum.) Specie quidem vnum erit mouens appetitiuum, inquantum appetitiuum, primum autem omniū appetibile, (hoc.n. mouet & nō mouetur, quamuis intellectu intelligatur, aut imaginatione apprehendatur) numero vero plura mouentia sunt.

COMMENTARIVM.

SI recte aīaduertistis, superius Aris. primo cepit disputare de progrediēdi principio, quid illud sit in aīalibus ipsis. & probauit ꝙ mouendi principiū non sit vegetatiuum, quod verū est, cum nec totale, nec partiale mouendi principiū sit, rursus probauit ꝙ nec sensitiuum, nec intellectiuum, quod verū est in toto, neq;.n. sensitiuum, nec intellectiuum est totale mouendi principium, sed quia probauit nec appetitiuū esse mouendi principiū: & tn̄ ex dictis constat ꝯrium, probauimus.n. hic cām & principiū motus totale in aīalibus esse appetitū, ideo soluit rōnem, qua probauit appetitum non esse motus principiū, probabat.n. appetitum non esse motus principiū, quia continentes mouentur ꝯ appetitum. Rn̄dere ergo vult Ari. eos bene moueri ꝯ appetitum sensitiuum, non aūt contra appetitum rationalem, qui dr̄ voluntas, & tota cā est, quia in nobis sunt contrarij appetitus, ꝙ Ari. enititur exponere cum inquit. Et legenda est litera suspensiue vsque ibi. § Specie quidem vnum. § qm̄ autem inquit appetitus sunt contrarij adinuicē, & exponit qn̄ hoc accidit, & inquit. Hoc aūt accidit cū ratio, hoc est appetitus rōnalis, & concupiscentia. i. appetitus sensitiuus ꝯriæ fuerint, & exponit in quibus maxime hæc contrarietas reperit, & quam ob cām reperitur, & inquit. Fiunt aūt hæc inter se contraria in his aīalibus q̄ habent tēporis sensum. Hinc vt Them. inquit, in hoībus fiūt

Qua Them.

hi contraria, nā homo per se tēpus sentit, cætera ex accn̄ti, vtpote quæ nō ipsius tēporis sensum proprie habent. sed motionis, & passionis eius. quam tpe aliquo acceperunt. Sed pn̄tis temporis nullus ijs sensus inest, propterea ꝙ nihil pati pn̄t, ab ijs q̄ futura sūt, nisi forte formicas, apesq;, & cætera id genus, ꝙ alimenta in hyemē reponunt, q̄a solus hō mente, intellectuq; ꝑditus ē, quo prius & posterius numeret, nihil.n. aliud tēpus est q̄ digestio prioris & posterioris in numero. Vnde interpres Aris. Alex. motus est credere, tēpus ab hoīe creari, quasi nihil aliud tempus esset q̄ hoīs nuda cogitatio, & mera expunctio supputatioq;, & cui nulla in re confirmatio, & soliditas, aut euidētia rn̄deret, quæ tn̄ neq; vera sunt, neq; consentanea ijs q̄ Arist. volumine. 4. auscultatoriæ institutionis prodidi: sed (vt dixi) quoties rō cupiditati aduersa est, toties appetitus contrarij attolluntur, hæc Them. Ex quibus patet contrarietatem hanc potissimū in hoīe reperiri, nā solus homo percipit tēpus: cætera aīalia non percipiunt tēpus, nisi per accidens, quatenus percipiunt nonnullas impressiones q̄ à tēpore fiunt. In quibus ergo hęc ꝯrietas sit, patet ex hisce,

Sed cur in ijs aīalibus fiat quę tēpus percipiunt, assignat Arist. cām: cum inquit. Intellectus quidē.n. propter futurū qd̄ percipit, retrahere iubet, vt si perciperet bibere in futurū esse nociuum, appetitus rōnalis iubet non esse bibendum. Concupiscentia aūt propter id quod iā est, vt ꝑpter sitim pn̄tem, iubet bibere. nam (vt inquit) ꝙ iam de præsenti delectabile est, vr̄ & simpliciter delectabile, & simpliciter bonum, propterea quia sensui non vr̄ futurum, nō.n. percipit sensus nisi pſens. Hinc in hoīe accidit hęc appetituum ꝯrietas, ꝙ, videlicet, intell's vt futuro bono ꝓspiciat, sensus solū de pn̄ti, arbitrans bonū presens esse simpliciter bonum. His expositis quasi ad formā respondēs, terminat suspen-

ſuſpenſionem,& inquit,ſup.q̃m appetitus ſunt cõtrarij inuicem ſpecie principium mouens, quo aĩal progreditur, vnum erit appetitiuum,videlicet,vel appetibile. appetitiuum quidem intrinſecus, appetibile intrinſecus. Them̃. legit copulatiue.d. Specie quidem, hoc eſt ratione vnum erit moues appetitus.ſ.ſiue appetitiuum, & etiam vnũ eſt mouens id quod precedit laceſsitq́;.i.appetibile.Eſt tñ differentia inter hæc duo mouẽtia,ꝙ appetibile eſt primum omnium,quatenus mouet,& à nullo mouetur, quãuis intellecto intelligatur, aut imaginatione appræhendatur.ergo ratione atq; ſpecie vnum erit mouens intrinſecus.ſ.appetitus: vnum extrinſecus.ſ.appetibile, quod eſt primum moues. numero vero plura ſunt,nam appetitus ſenſitiuus & appetitus intellectus licet ſpecie vnum ſint,numero tñ ſunt plures & quaſi contrarij.Similiter licet appetibile ẽm ſenſum,& appetibile ẽm intellectum rõne & ſpecie vnum ſint,numero tñ ſunt plura quaſi cõtraria.Quare licet cõtinens nõ moueaẗ ab appetitu ſenſitiuo,mouetur tñ appetitu, q̃ eſt eiuſdem ſpeciei cũ illo,vt ab appetitu rõnali, qui nõ differt ſpẽ ab appetitu ſenſitiuo:appetitus ergo ſemper eſt moues,quia vel ſenſitiuus: vel intellectiuus.cum ergo determinatũ eſt appetitum eſſe totale mouens aĩal, intelligendum eſt de appetitu indifferẽter. Quo vero ad verba attinet,debes ſcire verba illa.§Spẽ quidem vnum erit mouens appetibile,aut appetitiuũ,primum aũt omnium appetibile§græce ſic legi: εἴδει μὲν ἂν εἴη ἓν τὸ κινοῦν τὸ ὀρεκτὸν ἢ ὀρεκτικόν, πρῶτον δὲ πάντων τὸ ὀρεκτόν, vbi patet vnum ſenſum eſſe(vt tranſtulimus) qui placet Them̃. Alius eſt, ſpecie quidem vtiq; vnum erit mouens appetibile, quatenus appetibile, quod quidem appetibile eſt primum omnium mouens,& ꝙ hæc expoſitio ſit conueniens patet ijs, qui græce ſapiunt.nam orecticon appetitiuum, & appetibile ſonat: ᾗ aũt ſonat,quatenus inquantum,& id genus. Sed quouis modo exponatur, ſolo ad argm̃ perſpicua eſt. Vtrũ vero appetitus intellectiuus,& appetitus ſenſitiuus, eiuſdem ſpeciei ſint, alibi dicetur, nũc vero ſatis nobis ſit illos conuenire: & ita oẽ quod mouetur,ab appetitu mouetur. Aĩaduerſione dignum eſt,appetitum rõnalem, qui eſt voluntas,& appetitũ ſenſitiuum,non eſſe proprie contrarios, cum non ſint apta fieri in eodẽ ſubiecto ſucceſsiue:tamen Ariſ.appellat eos cõtrarios, ẽm vulgarem opinionem, q̃ diſſentiẽtia appellat cõtraria, ſunt ergo cõtrarijs,hoc eſt diſſentientes, vtrum vero appetitus eiuſmodi differant re,an rõne ſola: metaphyſica cõſideratio eſt.Hęc ex Them̃. & alijs expoſitoribus colligi pñt. Verum quæ Philop.dicit,non ſunt p̃tereunda.In textu.n.hoc duo Ari: dicere videtur,vt colligit Philop. Primum ꝙ ſolus homo animalium cognoſcit tempus. Contra quod dubitatur,q̃a videmus irrationabilia cognoſcere tẽpus,vt demonſtrant grues,quæ fugiunt in hyemem thraciã,& formica cognoſcens futuram hyemem prætheſaurizat. Ad hoc reſpõdet Philoponus per tres ſolutiones: quarũ prima eſt ꝙ bruta non cognoſcunt tempus per ſenſum,quia non deprehendunt ipſum ſenſu,tempus.n.incorporeum eſt, incorporea aũt non cadunt ſub ſenſu.Sed per hanc ſolutionem,neque nos cognoſceremus tẽpus,quia cum tẽpus ſit quid incorporeum: ſub ſenſibus noſtris non ſubiacet. Secunda ſolutio eſt ꝙ irrationabilia non apprehendunt tempus,ſed ea, quæ ſunt in tẽpore,veluti frigus & calorẽ,& id genus. At nos habentes rationalem aĩam appræhẽdimus & res, quæ ſunt in tempore,& tẽpus res quidem exiſtẽtes in tẽpore, quia calorem frigus & id genus,tempus vero,quia numeramus & horas & dies,& menſes & annos,quę nullũ brutorum facit: hæc eſt ſecunda ſolutio. Tertia ſolutio eſſe poteſt.ꝙ Ariſ.per tẽpus intelligit tempus determinatum, vnde & in lib.de interpretatione dixit. alia quidem ſimpliciter,alia vero in tẽpore: vocauit.n.ſimpliciter indefinitũ tempus,ipſum vero de tempore tempus determinatum. Animalia igitur irrationalia & ſi appræhendunt tẽpus,nõ tamen determinatum tempus appræhendunt,ſed infinitũ, quia ſolum hyemem,æſtatem,& id genus deprehendunt, hoies vero,appræhendunt tempus determinatum, numerantes horas & dies,& minuta horum. numerare.n.ſolius rationis animæ proprium eſt. Hæc de primo. Colligit

An ſolus hõ cognoſcat tẽpus.

Solutiones. 3. Philoponi.

etiam Philop.ẽm ꝙ vbicunq; ſunt contrarij motus, ibi eſt ratio & deſiderium. Contra dubitatur quia in brutis ſunt contrarij motus,vt ira & deſiderium,in quibus non eſt rõ, ergo qđ Ariſt. dixit,videtur falſum. R̃ndet Philop.ꝙ aſſumptũ debet intelligi hoc pacto,vbicunq; ſunt contrarij motus,ibi eſt ratio,& deſiderium ſiue appetitus, ſi addideris ẽm preſens,& futurum facti contrarij motus.Secundũ .n.pñs & futurũ ſolus homo cõtrario modo mouetur. Irrationabilia quidẽ ſolum ẽm p̃ſens tempus. At homo ẽm p̃ſens & futurum. Egrotãs.n.propter p̃ſentem febrem,deſiderat frigidum appetitu ſtimulante hoc facere.ratio vero propter futurum quod p̃uidet malum, reijcit appetitũ. Irrationabilia vero contrario mõ mouentur non propter futuri prouidentiam. Sed contra dubitatur,quia ſi leo pecudi occurrat,vt fuerit percuſſus,occurrens ſecundo,ſi videt paſtorẽ,pecudi non occurret.hoc aũt nõn faceret niſi de futuro conſideraret,ne.ſ.patiatur.Hoc patet potiſsimũ in canibus ſagacibus,qui prę timore verberationis,nõ errant in venatione. R̃ndet Philop. auctoritate expoſitorũ ꝙ conſiderare ex præterito futura, rationis eſt, & quidem ſolum rationis. Leo ergo non ex p̃terito futurum præuidet,ſed motus à phantaſia, vtpote habens adhuc reliquias percuſsionum,fugit paſtorem p̃ntem percuſsionem pertimeſcens,ergo leo,vel canis circa pñs ſolum operatur, q̃a (vt probatum eſt) non eſt in eo temporis diſcretio, veluti in ipſo non eſt numeri diſcretio,nõ.n.leo vel canis cognoſcit quid ſint duo vel tria,ſed ſolũ cognoſcit multitudinẽ, & paucitatẽ. Signum aũt quia paucos inuadit,multos nõ, ſed extimeſcit illos. Ex his ergo Philop.vult ꝙ ſolus homo ex præteritis cognoſcat futura,nam bruta ſi euitãt futura,non illa euitant,vt cognita futura:ſed vt p̃ntia,quatenus p̃ntibus cauſis,illa rep̃ſentantur eis,vt p̃ntia,cum.n.canis rep̃henditur in venatione,euitat errorem.Hoc aũt facit,non,vt cognoſcẽs percuſsionẽ futuram,ſed,vt p̃ntem, quam per reliquas deprehẽdit.Hæc eſt opi. Philoponi de hac materia. Sed re vera h̃ Philop.poſitio negabit in brutis prudentiam aĩalem, quã Ariſt.primo metaphyſicæ poſuit,& in lib. hiſtoriarum,& experiẽtia docet, videmus.n. in brutis,vt in canibus,ſeniores prudentiores, & iuniores imprudentes. Cum autem oĩs prudentia ſit de futuro ex memoria p̃teritorum, ergo bruta vñr cognoſcere futura & præterita. Poſſumus ergo melius dicere etiam ẽm ipſum,ꝙ vbicunq; ſunt motus contrarij,quorum vnus eſt reſpectu futuri determinate appræhenſi & alter reſpectu p̃ſentis determinate appræhenſi, ibi eſt ratio, & appetitus. At ſolum in hoĩe ſunt motus hoc pacto contrarij, in brutis.n.nõ eſt motus reſpectu futuri ab eo determinate appræhenſi,quia brutum,nec futurum,nec p̃teritum, nec p̃ſens,nec tps determinate app̃hendit,nec eſt motus reſpectu p̃ſentis determinate ab eo appræhenſi, ſed ſolum motus hoc pacto contrarij ſunt in hoĩe. Concedo ergo bruta cognoſcere præterita & futura,& p̃ntia, non quidẽ determinate,ſed indefinite, ideo in eis memoria p̃teritorum eſt prudentia,in nobis aũt rationalis memoria determinata & diſtincta eſt prudentia. Poteſt etiã dici bruta cognoſcere tẽpus per accñs, quia cognoſcunt res q̃ ſunt in tẽpore,& ſic cognoſcunt futurum & pñs per accidẽs, quia cognoſcunt ea, quæ fiunt in his, vt percuſsiones futuras, & præſentes, quæ fiunt in diuerſis tẽporibus. Supereſt modo venire ad verba,cum.n.dicit.§Specie quidem vnũ erit mouens.§ Philoponus per ſpeciem genus intelligit. nam appetitiuum & vnum eſt,& non vnum. Vnum quidem genere,duo vero ſpecie,nam appetitus rationalis hoc eſt voluntas, & appetitus irrationalis, hoc eſt ſenſitiuus ſpecie differunt,genere idem ſunt, vterq;.n.appetitus eſt. Quod vero huiuſmodi appetitus differunt ſpecie, probat Philo. Primo ex differentia animarum. nam alter eſt virtus intellectiuæ animæ,alter vero ſenſitiuæ, quæ differunt ſpecie. Secundo ex contrarietate, quoniam in homine videntur apertiſsime contrarij,hoc autem non eſſet,niſi ſpecie differrent. Propterea Ariſt. aſſerit appetitiuum eſſe vnũ ſpecie.ſ.ſubalterna,hoc eſt genere, numero autẽ hoc eſt ſpecie,plura mouentia,mouent enim phãtaſia,intellectus,appetitus,& appetibile. Dixit appetitiuum eſſe vnũ genere vt appe-

vt appetitiuum,quia vt tale appetitiuum, differunt ſpecie. nam appeti iuum,vt rationale differt ſpẽ ab appetitiuo, vt eſt ſenſitiuum,ac irrationale. Dixit etiã Ariſt.ipſum appetibile eſſe primum omniũ in mouendo:vbi (vt Philop.inquit) Ariſt.ſupponit non ſolum appetitiuum mouere animal, ſed etiam ipſum appetibile,veluti herba, & quoniam finis mouet immobilis exiſtens,veluti & Deus,ideo appetibile mouet exiſtens immobile,appetitiuum vero mouet exiſtens motum,vt poſtea diſputabitur. Addit vero Ariſt. hoc.n.mouet & non mouetur,quamuis in intellectu intelligatur,& in imaginatione appræhẽdatur:quoniam Deus mouet vt res intellecta,& appræhenſa,non tamen mouetur,non enim quod intelligitur mouetur,ſed potius,quod intelligit, mouetur, nec quod appetitur,mouetur, ſed appetens mouetur ab appetibili. Hæc ſunt q̃ ex Philop.colliguntur,& quidẽ ſatis pulchra ad tex.expoſitionem.

ARGYR. *At vero cum tria ſint in animalium motu,vnũ id quod mouet: ſecũdum in quo mouet,& tertium id quod mouetur, atq; id quod mouet ſit duplex. nã aliud eſt immobile, aliud mouet atq; mouetur, immobile quidem id bonũ eſt quod ſub actionem cadit,id vero quod mouet atq; mouetur eſt ipſum principiũ appetendi,(mouetur.n.id quod appetit,ea ratione qua appetit:et appetitio,eſt motus quidam vel operatio) id autem quod mouetur eſt animal ipſum,at quo mouet appetitus vt inſtrumento id iam corpori tribuendũ eſt. Quocirca de ipſo tũc eſt contẽplandum,cum de omnibus animæ corporisúe operibus atq; officijs contemplabimur.*

Tex.cõm.54. Qm̃ autem tria ſunt,vnum quidem erit mouens,ſecundum aũt,quo mouet,& tertiũ quod mouetur. Mouens aũt duplex,aliud quidẽ immobile,aliud aũt quod mouet & mouetur. Eſt aũt quod quidẽ immobile eſt, agibile bonum. Mouens autem & quod mouetur,appetitiuũ, mouetur.n.quod appetit, quatenus appetit, & appetitio motus quidam eſt,aut actus.Quod aũt mouetur, animal eſt,quo vero mouet organo appetitus, iam hoc corporeum eſt.Vnde in communibus corporis,& animæ operibus,conſiderandum eſt de ipſis.

COMMENTARIVM.

Cvm Ariſt. egit de principio quo animal mouetur,vt placet Auer.hic vult enumerare oẽs res, per quas animalis motus fit,vt Philop. etiam dixit. vel vt agat de inſtrõ, quo animalia mouentur ſummatim,de quo alibi egit diligẽtius,vel vt ſtatuat ordinem inter ea quæ mouent aĩalia, declarãdo quid prius,quidúe poſterius moueat,aut deniq; vt epiloget oĩa declarata. Vnde inquit. Qm̃ autẽ in omnibus motibus tria ſunt,vt lib.phyſicæ auſcul.dictũ eſt. Sequitur vt vnũquidem ſit mouens,ſecundum aũt ſit id, quo mouet,videlicet,inſtrm̃. Eſt autem inſtrm̃,vt Philop. inquit: ſpiritus cuius principium eſt cor: hic à corde ꝑ neruos tranſmiſſus eſt: inſtrumentum: quo mouetur animal. interdum aũt Ariſ.vocat ſpiritum: quo mouet.ſ.anima ipſum aĩal.verum de hoc poſtea ſequenti textu. Et tertium eſt quod mouetur. Deinde exponens id quod mouet:inquit.Mouens aũt duplex eſt: aliud quidẽ immobile: aliud aũt quod mouet:& mouetur.Eſt autẽ(vt inquit) mouens: quod quidem immobile eſt: agibile bonum.Mouens autẽ & quod mouetur: appetitiuum: cuius cãm aſsignans inquit.Mouetur.n.quod appetit ab appetibili: quatenus appetit: & pro quoniam: appetitio motus quidam eſt: aut actus eius quod appetit illatus ab ipſo appetibili: & quia appetitiuũ eſt mouens: ꝙ ab appetibili mouetur: propterea Auer. ait appetitiuum eſſe corpus.ſ.membrum in quo hæc pars animæ eſt: quæ appetitus dr̃:vt cor:vel ei proportionale. Verum ſi hoc eſſet,vt ait, tunc idem eſſet mouẽs qđ mouetur,& inſtrumentum,propterea per appetitiuum non membrum intelligit,ſed potentiam membro inſitam, quæ mouetur ab appetibili, vel potentiam inſitam animæ appetenti, quæ eſt forma animalis,quod mouetur. deinde quid ſit id,quod mouetur, exponit,& inquit.Quod autem mouetur: animal eſt. Exponit rurſus inſtrumentum & inquit. Quo vero organo appetitus mouet aĩal ipſum, hoc iam corporeum eſt,& membrum quoddam,cui virtus hæc ineſt,vt cor,& quia de inſtrumentis motus in lib. de cauſa motuum animalium diligentius dixit,hic ſummatim proponit dicere de his. Animaduerte quod res requiſitæ ad motũ vno modo,(vt inquit Them̃.) ſunt tres.ſ.ratione habita ad primã diuiſionem, rõne vero habita ad ſubdiuiſionem, ſunt quatuor, qm̃ duo ſunt mouentia, & tertium eſt quod mouetur, quartum vero inſtrm̃. Sed ratione ad primam diuiſionem habita,ſunt tres,mouens,res mota,& inſtrumentũ. Sed occurres,quia in libris auſcultatorijs tres eſſe res in omni motu neceſſarias Ariſ.aſſerit: mouens nõ motum,motum non mouens,& mouens motum,hic vero additur inſtrumentum. Fortaſſe inſtrumentum reducitur ad motum mouens,quoniam mouetur à principali motore,& mouet. Verum de his in phyſicis.


Quæ Them. — Dubitatio. — Solutio.


ARGYR. *Nũc,vt in ſumma dicamus,id quod mouet vt inſtrumentum,ibi eſt collocãdum vbi idem principij rationem finisúe ſubit,vt in cardine fit. hic.n.conuexum & concauum eſt, quorum alterum finis,alterum principium eſt. Quapropter, alterum quieſcit,alterum mouetur. Sunt ratione quidem diuerſa,magnitudine vero non ſeparãtur. vniuerſa nanq; pulſu tractuq; mouentur. Idcirco oportet perinde atque in circulo,aliquid manere,& hinc incipere motum.*

Tex.cõm.55. Nunc autem: vt in ſumma eſt dicere: mouens organice eſt,vbi principium, & finis idem eſt,velut circulus,hic.n.conuexum & concauum eſt,hoc quidem finis; illud vero principium.Vnde aliud quidem quieſcit aliud vero mouetur.Ratione quidem,altera exiſtentia, magnitudine vero inſeparabilia. Omnia enim pulſu & tractu mouentur. Propter quod oportet,ſicut in circulo,manere aliquid,& hinc incipere motum.

Gibboſum, gigglyſmus, cardo circulus, commiſſura, oſſiũ.

gigglyſmus






COMMENTARIVM.

Agit hic Ariſ. de inſtrumẽto,quo aĩal ipſum vtitur pro motu,nam quãuis in commentarijs,in quibus de operibus animæ corporiq; communibus agitur,diligẽtiſsime Ariſt.diſputauit de ipſo,non tamen ab re eſt, hoc quoque loco ſummatim,ac breuiter aliquid de hmõi inſtrumento attingere. Definit autem inſtrumentum,ſed ipſum nõ nominat,vnde inſtrumentum quo aĩal mouetur,eſt illud corporeum membrũ,in quo idem eſt principium,& finis motus. Dixit illud corporeum membrum, quia (vt proximo textu diximus) inſtrumentum, quo appetitus mouet aĩal, iam hoc corporeum eſt.Circa hanc ergo definitionẽ Ariſtoteles primo oſtendit exemplo in eodem poſſe eſſe principium & finem eiuſdem motus. ſecũda ibi.§Vnde aliud.§ Soluit dubitationem circa exemplum.tertia ibi§omnia.n. pulſu.§ Probat quod dixit rõne. quarta ibi. §Propter qđ§ epilogando repetit,quod de inſtrumento dixit.Verum anteq̃ hec quatuor exequatur,reſumit intentionem, & inſtrĩ definitionem,cum inquit.Nunc aũt(vt in ſumma eſt dicere)mouens organice,quod eſt inſtrumẽtum, eſt vbi eſt aliquid,quod eſt idem finis,atq; principium motus, an vero tale inſtrumentũ ſit cor,an muſculus,an ſpiritus,Ariſ.non determi-

determinat,ideo ob hoc fuit expositoribus non leuis quæstio. Quod vero in eodem aliquid vnum,& idem posfit esse principium & finis alicuius motus,exemplo Aris.ostendit, sumpto ab eo circulo,qui gigglysmus,vel gigglymus græce dicitur,



Est.n.gigglysmus circulus,qui mouetur à cētro o, motu distensionis versus superficiem A B C D atq; motu contractionis à superficie A B C D versus o, centrum. Superaddit.n.gigglymus,vel gigglysmus circulo talem motum, & ab hoc motu græci gigglymum,siue gigglysmum talem circulum appellat. Quia igitur gigglysmus mouetur hoc motu,superficies concaua A B C D quæ mouetur secundū circularem distensionem,est principium motus distensionis, finis vero motus contractionis, quo gigglymus mouetur versus centrum ꝯm contractionem. Contra vero superficies A B C D in cōtractione superficiei versus o, centrum est principium motus,finis vero motus eiusdem circunferentiæ in expansiuo motu,ergo in eodem aliquid est,quod est principiū motus,& finis motus, vt in gigglysmo superficies A B C D quę est circa cētrum o. Inquit,velut gigglysmus,vel gigglymus. In hoc.n.gigglymaco circulo,est aliquid vnum,idemq;,quod est conuexum,& concauum, videlicet superficies A B C D quod quidem cōuexum in expansiuo circuli motu est finis, principium vero in contractiuo motu eiusdem. Illud vero.s.concauum,est principium.s.in expansiuo motu,finis autem in cōtractione. ergo non est ab ratione in eodem posse esse principiū, & finem motus,vt in superficie A B C D quæ vna eademq; est concaua,& conuexa. Sed contra obijceret Iunior, nā tunc vnum idemq; est quiescens, & motū,videlicet superficies A B C D esset quiescens: qa finis motus expansiui,vel contractiui. Oīs.n.motus cessat in eius fine:esset aūt motus: quia eadem superficies est principium motus: motus .n.semper est in eius principio: quare idem moueretur:& quiesceret. Soluit Arist. idem corpus, eandemq; superficiem (eandem dico magnitudinem) moueri & quiescere; quia est eadem principium:& finis motus; non tamen secundum eandem rōnem. nam A B C D superficies: vt concaua erit principium,vel finis motus: vt conuexa est finis; vel principium: & sic licet magnitudine: atq; corpore idē sit: ratione tamen est alia: atque alia. Inquit, Vnde aliud quidem quiescit conuexum,vel concauum, aliud vero mouetur.s.concauum,quæ cum sit ratione altera,(nam cōuexum & concauum ratione differunt:) magnitudine tamen atq; corpore inseparabilia sunt. Et sic concedit Arist. idē esse principium & finem motus,idē quoq; moueri & quiescere,modo differant ratione,non autem corpore,vel magnitudine. Quod vero idem sit finis,& principium,& motum,& quiescens in ipso gigglysmo probat,& inquit. Oīa enim pulsu,hoc est expāsiuo motu mouentur à centro o, versus superficiem A B C D & omnia mouent tractu econtra à superficie A B C D versus o centrum. ergo superficies A B C D eadem secūdum magnitudinem in pulsu, expansiuoq; motu erit finis & quiescens. In tractu vero versus o centrum,erit principium,& mota.non ergo est ab re vnum idemq; esse principium,& finem motus,& quiescēs, & motum: modo sit differentia secundum rationem. His expositis epilogando repetit definitionem instrumenti,& exemplum,quo illam declarauit,& inquit. Propter quod, siue quare, oportet idem esse principium & finem motus, quæ fuit instrumenti definitio: sicut in circulo, quæ dicitur gigglysmus oportet manere aliqd,& hic incipere motum. Hæc igitur definitio est & exēplum, quo illā declarauit. Ex his apparet Aris.per gigglysmum non cardinē, qui voluitur in portis,intellexisse.nam ex tali cardine non apparet intellectus definitionis instrumenti, non.n.in tali cardine est vnamet superficies concaua, & conuexa, quæ vt conuexa est finis,& vt concaua principium. Præterea in epilogando Arist.addit {sicut in circulo} ergo per gigglysmum circulum intelligit. Vlterius secundo ex hisce aperte apparet Arist.per instrumentum, quod definit,non intellexisse cor,vt Auer.exponit. Primo quia cor est primum motum in animali,vt Auer.aduersus Galenū determinat.7.librorū naturalis auscultationis. At non est idem primum motum,& instrumentum primi motoris. Præterea Arist. ait expresse hic instrumentum per expansionem esse motus principium: per contractionem esse finem motus. At cor non semper per expansionem est motus principium,nec semper per contractionem est finis motus, animali.n.quiescente semper cor expāsione atq; contractione mouetur,expanditur,ergo & nō mouet animal,contrahitur etiam,& non desinit motus. Propterea alij dixerunt instrumentum motus esse musculum, est aūt musculus aggregatum ex carne,neruis,chordis,& membrana, ꝑ chordam.n.contrahitur,per neruum expāditur, & ampliatur,cum membrū mouetur. Musculus ergo est instrumentum motus,quo appetitus mouet membrum.nam cum dilatatur,mouet,cum contrahitur, facit quiescere mēbrum, qua ratione dicunt Arist. intellexisse musculum, qui non est vnus numero in animali,sed tot,quot in eo mēbra sunt mobilia. Huic.n.musculo gigglysmus similis est,quoniam in concauo musculi est chorda, quæ est finis motus, quo membrū contrahitur. In conuexo vero,est neruus,è quo incipit membri expansio,totus tamen musculus est vnum corpus,quod est finis,& principium motus membri,est dico idem corpus magnitudine, rōne vero aliud, quatenus per concauum finit,per conuexum initiat motū, vel econtra. Philoponus vero instrumentum quo animal mouetur,quoūe animal ipsum anima mouet,arbitratur esse spiritum,quem assimilat gigglysmo,& ei quod est principiū, & finis motus,& ei,quod mouetur secundum naturam,& præter naturam,& circulo. Assimilat quidem Arist. spiritū ei,quod est principium & finis motus, vt Philoponus inquit,quia spiritus est finis animalium sensationū, quæ extrinsecus accedunt à sensibilibus, principium vero corporeorum motuum mediantibus sensationibus,vel quoniam spiritus & simul incipit cum motu,& simul finit cum ipso, & licet origo spiritus sit in corde, tamen, vt Philoponus inquit,est per totū corpus. Assimilat vero gigglysmo spiritum ipsum.nam gigglysmus est coordinatio duorum ossium gibbo irrumpente in cauitatem,& hac ratione,vt inquit Philop.diuersa sunt. In alio.n.corpore est gibbum,& in alio cauum. Subiecto vero eadem sunt, motus enim nō duorum est,sed gibbi. Ipsum.n.concauum gigglysmi immobile manet. Gibbus autem intra ipsum contentus mouetur,eodem modo spiritus vno modo mouetur,alio modo immobilis est.nam vt in gigglysmo aliquod est immobile,& aliquid mouetur,sic in spiritu est aliquid immobile .s.anima.mobile vero ipse spiritus. ergo spiritus assimilatur gigglysmo. Assimilatur etiam ei, quod mouetur ꝯm naturam, quoniam sicut ei ꝙ mouetur ꝯm naturam est aliquod immobile,& aliquid quod mouetur:sic in spiritu est aliquid immobile, & aliquid quod mouetur. nam spiritus existens in eo pede qui firmatur,est immobilis,existens vero in pede qui permutatur, mouetur. Hac ratione assimilatur ei quod mouetur tractu & pulsu. Præterea assimilauit ipsum circulo,quia in circulo est aliquis punctus, qui primus existens potest trahere,vltimus vero existens potest pellere,hæc Philop.de instrumento. Medici vero dixerunt neruos esse motus principium, ideo nonnulli per instrumentum motus intellexerunt neruum. Themi.vero distinguit de instrumento,alterum dicens manifestum,al-

Contra Bisantium translatorem.

Aduersus Auer.

Commen.40.

Dubitatio.

Solutio.

terum immanifestum internum ac conditum. Et vtrunque asserit vna ratione esse motum, alia vero immotum. Nō autem exponit quæ hæc sint, ideo vno modo per instrumentum internum Them. potuit intelligere spiritum ſm expositionem Philoponi, vel cor, secundum expositionē Auer. vel musculum ſm expositionem aliam, vel neruos secundum medicos, per instrumentum manifestum potuit intelligere pedes, vel alas, vel scardas, vel tale aliquid. Quicqd autem ipse velit, verū est quod est vno modo mobile, alio modo immobile, vt gigglysmus, vbi est concauum & gibbosum intra concauum contentum. Constat autem cōcauum immobile esse, gibbosum vero intra concauum contentum mobile est, ita quoq; instrumentum erit mobile & immobile, quod sit manifestum, siue immanifestum. Pes enim secundum vnam partem mouetur, secundum aliam quiescit. Omne enim quod mouetur, indiget quiescente. Spiritus etiam vna ratione mobilis est, alia ratione immobilis, ideo de quouis instrumēto intelligatur, potest quod Aristoteles dicit, habere veritatem. Patet ergo multiplex expositio. Aristoteles.n. non se exposuit hic, & ideo causa fuit tot differentiarum.

ARGYR. *Omnino igitur vti diximus, hoc sui ipsius motiuū est animal, quo est appetitiuum. At appetitiuū, sine imaginatione non est. Omnis āt etiam imaginatio aut rōnis est particeps, aut est sensitiua. atq; huius: & belluę participes sunt.*

Tex.cōm.56. Omnino quidē igitur, sicut prædictum est, inquantum appetitiuum est animal, sic suiipsius motiuum est. Appetitiuum autem non sine phantasia. Phantasia autem omnis, aut rationabilis, aut sensitiua est. Hac quidem igitur & alia animalia participant.

COMMENTARIVM.

RECOLLIGIT igitur nunc Aris. quasi epilogādo, quo pacto animal seipsum mouet, vel fortasse cū dixit de instrumento, quo animal mouetur, nunc dicit simul qd est quod mouetur, & quod principaliter mouet, vt Philop. innuit, & inquit. Omnino quidem igitur sicut prædictū est, animal est sic suiipsius motiuum, inquantum appetitiuum est, & quoniam appetens est, aut cum cognitione, aut sine cognitione, veluti sine cognitione lapis locum imum appetit, ideo declarans quomodo animal vt appetitiuum sui. suiipsius motiuum, dicit. Mouet autem animal se, vt appetitiuū, non sine cognitione phantastica, propterea ait. Appetitiuum autem non sine phantasia, ergo animal non sine cognitione naturali appetitu mouetur, sed cognitiuo appetitu, qui phantasticus est. Sed dices, tunc hac ratione non mouerentur nisi belluæ, quæ appetitu phantastico se mouent, quasi innuens solutionem, ait omnia aīalia phantastico appetitu moueri, quoniam phātasia est rationalis, & sensitiua. rationalis propria est hominibus, sensitiua oībus animalibus, ergo omnia aīalia hoc appetitu phantastico mouentur, quia & homines, & belluæ. Vnde inqt. Phantasia autem omnis, aut rationalis, aut sensitiua est, ea quæ sensitiua est, & hoīes, & cætera animalia participant, & ita omnia animalia non naturali, sed phātastico appetitu mouentur: cum hic cōis sit omnibus. Bene ergo dictum est, omne animal moueri appetitu cognitiuo: qm̄ phātastico, qui omnibus cōis est. Sed quid per rationalē phantasiam intelligat Ari. expositores non eodem mō dicunt. Them. .n. per phātasiam rationalem intelligit ipsum intellectum. Dicit.n. imaginatio omnis, aut ad sensum pertinet, aut ad rationem. ea, quę ad sensum pertinet, cōis est animantibus omnibus. ea quæ ad rationem spectat solius hominis propria est. Assignant vero Iuniores cām cur intellectus dici possit phantasia. Primo quidem, quia obiecta in eorum absentia compræhendere potest, quod ad imaginationem pertinere videtur. Secundo, quia phantasiam græci dicūt ab apparitione. At constat aliquid apparere posse, & per intellectū, & per sensum. Potest ergo intellectus sub phantasia contineri hac duplici ratione. Quod autem phātasia sub intellectu: superius dictum est. Auer. vero, per rationalem phantasiam exponit cogitatiuam: quam græci dianoeticam vocant. Vnde inquit. Omne.n. imaginans, aut habet illam formā imaginabilem, ā qua mouetur ex sensu, aut habet eā ex cogitatione. In hoīe habetur (vt inquit) ex cogitatione, in alijs animalibus ā sensu, per phantasiā ergo rōnalem Auer. dianoeticā intelligit. Sūt qui per rōnalem phantasiam, non intellm̄, sed phantasiam rationi obedientem intelligunt, & per sensitiuam phantasiam, exponunt phantasiam voluptificam, quæ sensualem delectatione sectatur. Verum de his postea, si occurret.

Quærunt hic quam ob causam nō detur duplex voluntas. s. altera irascibilis, altera concupiscibilis, sicut appetitus sensitiuus duplex est, irascibilis, & concupiscibilis. Respondent Iuniores hoc esse ex eo, quia sensitiuus appetitus non respicit cōem rationem boni, quando quidem sensus nullus vniuersaliter appræhendit, ideo pro particularium bonorum dr̄ia appetitus sensitiuus multiplicatur. Concupiscibilis.n. propriam boni rationem respicit, quo delectabile est secundum sensum, & naturæ conueniens. Irascibilis vero boni rationē prospicit, quatenus bonum est repulsiuum eius, quod naturæ aduersatur. At voluntas bonum prospicit, sub cōi ratione boni, propterea in ea irascibile, & concupiscibile non constituunt appetitus spēs, in sensitiuo vero appetitu constituunt. Et licet de hoc diligenter superius diximus, nunc non recedēdo ab eis, quæ illic diximus, dicimus qōnem hāc supponere falsum. Supponit.n. irascibile & concupiscibile in appetitu sensitiuo constituere species ipsius appetitus: ꝙ falsum est. nam vt in sensu dolorificum est, sic in intellectu malū, & vt in sensu voluptificum, hoc in intellectu bonum est, vt Them. dixit. ergo sicut irascibile, quod prospicit dolorificum, cōstituit speciem appetitus in sensu, nolle, quod prospicit malum, etiam in intellectu constituet speciem voluntatis, similiter sicut concupiscibile, ꝙ prospicit voluptificū, constituit in sensu appetitus speciem, sic velle, quod prospicit bonum, in intellectu constituet speciem volūtatis. Dabitur ergo duplex voluntas, sicut duplex appetitus. Quare oportet dicere, ꝙ vt eiusdem potentiæ specie est velle, & nolle, sic eiusdē appetitus sensitiui specie est irasci, & concupiscere. Verum de his superius. Dubitant secundo, cur nō detur voluntas agens, vt datur intellectus agens. Sed si intelligant non dari voluntatem agentem in se, nonnulli reputāt hoc falsum, quia volūtas causat (vt dicūt) actum volendi in seipsa, sed si per voluntatem agētem velint potentiā diuersam ā passiua ſm rem essentiæ, ideo talis agēs voluntas nō datur, quia intellectus agens specie boni vel mali actuatus sufficit mouere voluntatem, & p. consequēs temere daretur agens volūtas præter passiuam. Ex hisce nonnulli non ab ratione deducunt voluntatem habere duplicem actum elicitum, alterum quo mouetur ab obiecto præsentato ei per intellectum actuatum specie eius subiecti, quod est voluntatis, & ad hunc actum non libere se habet voluntas, non.n. est in potestate voluntatis moueri vel non moueri ab obiecto hoc modo illi præsentato, alterum ꝙ procedit ab ipsa postq̄ actuata est, & mota ā primo actu, & ad hunc libere, & contingenter se habet, postq̄.n. recepit primum actum, in potestate sua est approbare, vel reprobare illum, vel executionem illius, quāobrem volūtas necessario vult, si ad primū actum referat, contingēter vero si ad scd̄m. Vterq; horum dr̄ actus elicitus. nā primus dr̄ elicitus ab obiecto p̄sentato ei per intellm̄. Secundus vero dicitur elicitus ab ipsa voluntate quæ actuata est iam primo actu, habet insuper voluntas duplicem actum imperatum, alterum, qui manet nō in ipsa, sed in membris eius animalis, cuius est volūtas, & hic actus progressus, vel volatio, vel natatio, vel reptio, aut id genus est. Alterum vero, qui transit in m̄am operis, vt ædificare, texere, scribere, & id genus. Vterque horum dicitur imperatus, quoniam vterq; subditur actui elicito ab ipsa voluntate. quare horū actuum ordo hic est, ꝙ primus voluntatis actus est, qui ab obiecto elicitur, ab hoc exoritur secundus, qui est elicitus ab ipsa voluntate, ab hoc secundo exoritur tertius, qui est imperatus immanens, vltimus est imperatus transiens, qui sequitur actu elicitum ā voluntate ipsa, mediante imperato immanente. Hæc pauca de voluntatis actibus. Fortasse posterius dicemus aliquid.

Quæ

Marginal notes: Dubitatio. — Solutio — Dubitatio. — Quæ Auer. Cōm. 56. — Quæ alij. — Dubitatio. — Sol. iuniorum — Refutatio. — Cap. 45. — Secunda. Reprobatio dubitationis & quomodo stare potest. — Pulchrum est cerptum

Quæ vero Philop. in præsenti loco sentiat, bonum est apponere. Colligit igitur primo q eorum, quæ mouent corpus s̃m locum, alia quidem solummodo mouẽt, alia vero & mouent, & mouentur. Appetibile quidẽ mouet appetitum, cum ipsum omnino non moueatur. Appetitus vero mouetur quidem ab appetibili. Mouet vero corpus de loco ad locum. Secundo colligit ea, quæ animal mouent esse plura. nam mouet phantasia, intellectus, & appetitus, & appetibile. Vnum vero genere est mouens. s. appetitus, qui cõis est rationali, & sensitiuo appetitui. Externum vero mouens. s. appetibile, vt finis mouet, & nõ mouetur. Appetitus vero mouet vt agens, & mouetur à fine. Hæc dicit de mente Arist. De mente vero Platonis asserit non appetitum mouere corpus, sed illud, quod in vnoquoq; animali præualet: quia vero in homine intellectus, siue rationalis anima preualet, mouens in homine nõ appetitus, sed intellectus ipse est, in bruto vero, quia præualet irrationabilis anima, hæc secundum Platonẽ mouet eius corpus. ergo nec in homine, nec in bruto secundum Plat. mouet appetitus, sed in homine mouet intellectus, & in bruto sensus. Sed contra argumentabatur Arist. q̃a incontinentes mouet ad voluptates appetitus, & non intellectus. Respondet Philoponus de mente Platonis, q etiam in ipsis incontinentibus intellectus mouet, non quo intellectus est ratio recta, sed quo est deceptus, ac affect⁹ appetitu, & ita intellectus semper est, qui mouet hominem. Demum Philoponus concordat Aristo. cum Platone dupliciter. Primo quia Plato cum dixit intellectum mouere hominẽ respexit ad agentem causam motus. Intellectus enim causa est agens motus, quo mouetur homo. Cum vero Aristoteles dixit appetitum esse causam motus, respexit ad finalem causam, non quo appetitus sit finalis causa motus, sed quatenus appetitus mouetur ab appetibili tanq̃ ex fine, mouet, ergo Aristoteles ad finalem causam respexit, & sic non contrarij videntur. Secundo etiam concordat, q̃a cum Plato dixit intellectum vel sensum mouere animal, respexit ad causam remotam, est enim effectrix motus animalis causa, in homine quidem intellectus vt remota. In bruto vero sensus. Aristoteles autem respexit ad causam proximam cum dixit appetitum esse motus animalis causam, etenim intellectus motu locali mouet humanum corpus mediante appetitu, appetitus vero nulla effectiua causa media humanum corpus mouet, ideo est effectrix causa motus hominis immediata. Simili modo in animali ferino, sensus ipse est effectrix causa motus eius remota, quia non mouet nisi mediante appetitu tanq̃ causa effectiua. At appetitus nulla alia effectiua causa media mouet, quia licet mouet, vt motus ab appetibili, appetibile non vt agens mouet (vt dictum est) sed vt finis. Hoc pacto præceptor, & discipulus possunt conciliari, licet prima fronte videantur diuersi. Verum de positione Philoponi disputabimus postea.

Dubitatio. Responsio.

ARGYR. *At. n. considerandum est etiam quidnam sit id quod imperfecta animalia motu ciet, quibus sensus inest tantummodo tactus: atq; inuestigandum est si his etiam insit imaginatio cupiditasue, necne. etenim dolor atq; voluptas his inesse videtur. quòd si hæc insunt, & cupiditatem necesse est eisdem inesse. At quonam pacto his imaginatio inest? An asserendum est, vt videtur, hæc & in his inesse, imaginationem inquam atq; cupiditatem, verum vt indeterminate mouentur, sic & hæc ipsis insunt indefinite.*

Tex. 56. Considerandum autem de imperfectis quid mouẽs est, quibus tactus solum inest sensus: vtrum contingat phantasiam inesse his aut non? & concupiscentiam? Videtur enim lætitia & tristitia inesse: si autem hæc: et concupiscentiam inesse necesse est. Phantasia autem quo modo vtique inerit? Aut sicut & mouentur indeterminate: & hæc insunt quidem; indeterminate autem insunt?

Aut An.

COMMENTARIVM.

Cvm Arist. declarauit quid sit principium mouens in animalibus perfectis: de animalibus imperfectis duas. q. mouet. Prima est vtrum animalibus imperfectis phantasia insit. Secunda vtrum eisdem insit appetitus. Mouit aũt has quæstiones, quia si declarabitur in talibus animalibus & phãtasiam, & appetitum inesse, relinquetur hæc animalia moueri ab appetitu, atq; phãtasia, veluti animalia perfecta moueri dicebamus, inquit. Considerandum autem de animalibus imperfectis quid mouens est illa ea motus specie qua mouentur: & quasi exponẽs, quæ animalia imperfecta sint, inquit, quibus solum sensus tactus inest: & q̃a ijs animalibus solum sensus tactus inest: ideo imperfecta dicuntur non secundum speciem eorum, sed in genere animalium. Verum cũ quæstio de principio, quo hæc mouentur: fit quæstio de phantasia, atq; appetitu, an eis insint, & quonam pacto insunt: hac ratione duas de ijs mouet. q. & inquit: vtrum contingat phantasiam inesse his, aut nõ contingat inesse: & secunda. q. est vtrum & concupiscentiam contingat inesse his, vel ne: hæ sunt duæ. q. Primo ergo argumentatur ad partem affirmatiuam secũdæ. q. & ostendit illis inesse appetitum, & inquit. Videtur. n. eis inesse lętitia, hoc est voluptas, & tristitia. s. dolor: vt supponit ex. 2. lib. Si autem hęc duo illis animalibus insunt: cum sint duę species concupiscentiæ. i. appetitus: & concupiscentiam, hoc est appetitum necesse est eisdem inesse: hoc est argumentum pro parte affirmatiua, secundæ. q. Deinde tãgit argumentum pro parte negatiua primæ. q. & inquit. Phantasia autem quo modo vtiq; inerit? q. d. non videtur illis posse inesse: cum non habeant certum locum, in quo illa insit, neq; cor, neq; cerebrũ. Soluit has. q. & ambas simul: & inquit phantasiam, & appetitum ita illis confuse, atque indeterminate inesse, sicut & illa indeterminate mouẽtur: sed indeterminate sup. motus ijs animalibus insunt: non. n. mouentur de certo loco in certum locum, sed confuse dilatatione, atq; constrictione, ergo & hæc. s. appetitus & phãtasia confuse illis inerunt. Cæteris animalibus insunt distincte. Ex solutione harum. q. patet quid sit principiũ illud quo hæc mouentur. nam hæc mouentur, vt cætera, ab appetitu, atq; phantasia: licet sit differentia, nã cætera cum moueantur motu distincto de determinato loco, in determinatum locum, mouentur à phãtasia atq; appetitu distinctis, hæc vero cum motu confuso moueantur, ab his indistinctis mouentur. Sed quid per animalia imperfecta intelligat Arist. est. q. apud expositores: Them. intelligit per imperfecta animalia muscas, vermes, & similia ijs: qđ non placet alijs. nam hæc mouentur de certo loco in certum locum. Propterea alij ostreas, conchylia, & spongias intelligunt, quæ expansione, & contractione duntaxat mouentur: nunq̃ tamen de certo loco in certum locum. Sed primo afferamus quibus rationibus Auer. probauit imperfectis animalibus, nec phantasiam, nec appetitum inesse. Secundo quomodo eis hæc ambo inesse intelligantur. Et tertio redibimus ad dicendum quid Arist. intelligat p animalia imperfecta, quidúe per perfecta. Quod igitur phantasia illis non insit: primo probat Auer. quia phantasia differt à sensu in hoc: q̃a illa in absentia, & in præsentia rem appræhendit. At sensus solum in præsentia. Cõstat autem eiusmodi animalia nihil appræhendere, nisi in præsentia, ergo nullam aliam vim habent præter sensum. Secundo, quia animalia quæ phantasiam habẽt terminato motu mouentur, & quidem de terminato loco in terminatũ locum. at hæc nequaq̃ motu terminato moueri videntur. Ex his duobus quis potest credere ijs phantasiam non inesse, & p consequens nec appetitum. Sed quo modo hæc insint talibus animalibus dicamus. Auer. & Arist. dixerunt phantasiam, & appetitum ijs inesse indistincte, & Auer. intelligit hæc inesse illis confuse, quia non appræhendunt distincte per imaginationẽ aliquid: Ego vero dico illis hæc inesse confuse. Primo respectu organi: quoniam phantasia & appetitus organum habent incertum cum cæteris sensibus horum animalium, est. n. vnum organum quasi indistinctum sensus, & phantasiæ, & appetitus in talibus. Secundo conceptione obiecti, quoniã hæc animalia per eorum phantasiam non magis hoc q̃ illud fugiũt aut sequuntur: sed quasi confuse nocium (quicquid sit illud) fugiũt, delecta-

Quid per aĩalia imperfecta.

Quæ Auer. Cõm. 56.

delectabile sequuntur. Tertio ratione loci: quoniam cum mouentur, certum locum non imaginantur, nec certum locum appetunt: contrahũtur autem ad incertum locum vel expanduntur: modo sequantur, aut fugiant dolorem, vel voluptatem. Vel, vt Philop. inquit, ratione motus, q a zoophyta motu confuso mouentur, cum non regulariter dilatentur, & contrahantur, sed interdum magis, interdum minus, vel, quia erranter mouẽtur. Ex his patet tertium, quid. s. Arist. per animalia imperfecta intelligat: ipse enim vult per animalia imperfecta ea, quæ secundum genus animalis sunt imperfecta: non quæ respectu propriæ speciei sunt imperfecta, sunt autem animalia imperfecta secundũ genus, quæcunq; aliquo, vel aliquibus sensibus capta, lacessitaq; sunt, quæq; solum obiectum præsens cognoscũt. Hæc autem sunt bifariam, alia quæ solum secundum partem à phantasia, & ab appetitu confusis mouent, vt ostreæ spongiæ conchylia, & id genus, cum secundum se tota in eodem loco permaneant, alia quæ secũdum totum, & partem mouentur à phantasia atq; appetitu confusis, vt vermes, & musce, & id genus. Patet ergo & Them. & cęteros bene dixisse. Et de imperfectis animalibus hactenus.

ARGYR. *Imaginatio igitur sensitiua: ratione etiã expertibus, vti diximus, animalibus inest. At deliberatiua his inest tãtum in quibus ratio inest. nam vtrum hoc agat, an hoc, rationis iam opus atque officium est.*

Tex. cõm. 57. Sensitiua quidem igitur phantasia (sicut dictum est) in multis animalibus inest. Deliberatiua autem in rationalibus. Vtrum enim agat hoc aut hoc, rationis iam est opus.

COMMENTARIVM.

SPECIATIM nunc descendit Arist. ad homines & vult declarare q d est, quod mouet homines. Premittit tamen primo qualisnam imaginatio hominibus inest, cum n. superius imaginationẽ in duas distinxisset. s. in rationalem & sensualem, & declarasset sensualẽ omnibus animalibus esse cõem, nunc ostẽdit rationalem solis hominibus esse propriam. Repetit ergo primo quod probauit, videlicet sensualem imaginationem communem esse omnibus animalibus, & inquit. Imaginatio quidem igitur sensitiua (vt dictum est) non modo hominibus inest, sed etiã in cæteris animalibus inest, hæc est quasi epilogatio eorũ, quæ dixit, deinde qualisnam hominibus imaginatio insit, exponit, & probat hominibus rationalẽ solam hominibus inesse, & hoc proponit, cum inquit. Deliberatiua autem sup. solum ipsis animalibus rationalibus inest, deliberatiuam hic Buleuticã appellat, superius logisticam, sed idem est. nam Buleuticum & logisticum idem est. Quod vero hominibus sola Buleutica, h est deliberatiua imaginatio insit, probat ex eo, quia cõsiderare vtrũ hoc, vel hoc sit agendum, est rõnis officium, ergo deliberatiua imaginatio his solis animalibus inerit: quibus ratio ipsa est inest: inquit. Vtrum. n. animal deliberans agat h, an h, rationis iam est opus ergo solis hominibus deliberatiua imaginatio inerit. Quo vero ad verba attinet, debes scire nõnullos resoluisse hũc textum ad quæstionem, nam cum cæteris animalibus sensualis imaginatio insit, hominibus vero & sensualis, & rationalis, ideo quæritur vtrũ hoc, aut hoc. i. vtrũ hæc imaginatio: aut illa, sit opus rationis. Hæc est. q. iuxta hanc interpretationem Arist. ibi § Et necesse est vno mensurare. § soluit. q. Quæ expositio nec verbis consonat, nec ordini textus, vt vel parum græce degustantibus patet. Auer. vero per deliberatiuam imaginationem, cogitationem exponit, ideo vult Arist. probare cogitationem solis rationalibus inesse animalibus. Et iuxta hanc expositionẽ, probatur sic, propositũ eligere hoc vel illud esse agendum spectat ad cogitationem: homo solum & rationale animal eligit hoc vel illud esse agẽdum, ergo cogitatio solum ad homines atq; ad rõnalia animalia pertinet: hæc ex Auer.

Alia expositio.

Quæ Auer. Cõm. 57. Philoponus vero in hoc dicit Arist. mouisse. q. de principio motiuo eorum animalium, quæ zoophyta dicunt. nam si zoophyta mouentur, habebunt phantasiam. Secundum ergo Philop. Aris. soluit. q. ꝙ dupliciter est phantasia, altera sensui coelementaris, altera coelementaris intellectui, quæ deliberatrix dicitur. Deliberatrix quidem solis hominibus inest. Phantasia vero sensitiua, quę est sensui coelemẽtaris, est dupliciter, aut confusa, aut determinata. Confusa quidem inest zoophytis, quæ etiam dicitur indocilis. Determinata vero iterum duplex, altera docilis, quæ inest canibus, & animalibus disciplinabilibus, quæ habent auditum. Altera indocilis, quæ inest vermibus, formicis, araneis, & muscis cæterisq; id genus. Quo vero ad verba, notat etiam Philop. Arist. hic appellasse intellectum practicum, & sensitiuam phantasiam cõi verbo vtrunq; phantasiam. Verum accipiẽdo phantasiã pro practico intellectu, hæc solis hominibus inest, sumendo vero phantasiam pro sensitiua phantasia, hæc inest hominibus, & cunctis aialibus, licet imperfectis phantasia insit confusa & indocilis: vt zoophytis: perfectis brutis, vt canibus, & psitacis, & id genus, determinata & docilis. Animalibus vero medijs, vt formicis, & araneis, & id genus, determinata, & indocilis. Hæc ex commentarijs Philoponi.

ARGYR. *Atque necesse est, vno quodam metiri. maius enim persequitur.*

Tex. 58. Et necesse est semper vno mensurare, maius enim imitatur.

COMMENTARIVM.

CVM declarauit deliberatiuam phantasiã solis hominibus inesse, hic declarat quomodo fiat deliberatio, & dicit ꝙ deliberatio semper fit vna mensura, vt per illam noscamus quid agendum, quidúe non agendum sit. Siquidem nos semper sumere ac eligere consueuimus de agendis id quod videtur melius, atq; præstantius: ideo dicit, & est necesse eum, qui deliberat, agenda vno, hoc est vna mensura mensurare. nam qui deliberat, semper quod maius est, aut bonum, aut vtile, aut delectabile, imitatur. Auer. autẽ exponit eum, qui deliberat, ipsa agenda mensurare vno, hoc est vna atq; eadem virtute, nam hæc virtus est, quæ enumerat eligibilia, & inter ea eligit semper: qđ melius est. Quę expositio verbis oĩbus non cõuenit. Propterea nostri expositores dicunt eum, qui deliberat, ipsa agenda deliberare vno principio, quasi vna sede, verbi causa, magis bonũ magis eligendum est. In hoc. n. vno principio mensurat agenda: eligit. n. id agendum esse, quod melius est: id vero agendũ omittit, quod minus bonũ est, vel malum est. Ego vero cum Them. & Philop. dico Aris. per vnum intelligere vnam mensuram: quẽadmodum. n. cum quis doceri vult è duabus quantitatibus vtra sit maior, certa & constituta mensura puta palmo, vel cubito vtitur, ita in phãtasmatibus habere præscriptum aliquid oportet, quo vti mensura ipse deliberans de agentis deliberet. Est autem hoc præscriptum (vt dicit Them.) ipsum vtile, quod loco mensuræ accipitur, ad quã se refert, qui inuenire conatur, quid nam ex duobus cõdicibilius sit. Hæc Them. expositio est Aris. primo Rhetorices, quã ad Theodecten scripsit, vbi ostendit quid sit medium persuadendi, aut dissuadendi in consilijs, atq; deliberationibus: & ait semper mediũ esse ipsum vtile in persuadendo: in dissuadendo vero esse ipsum inutile. In genere forensi iudicialiúe mediũ ait esse suadendi iustum: dissuadendi vero iniustum. In demonstratiuo genere medium suadendi est honestum: dissuadendi inhonestum vel turpe. ergo recte ait Aris. eum, qui deliberat in agendis vti vno quasi medio: quo procedit ad suadendum hoc esse agendum: illud vero non. Hęc Arist. primo Rhetorices ad Theodecten.

Quæ Auer. Cõm. 58.

Quæ nostri expositores. Expõ propria.

ARGYR. *Quare, potest vnum, ex pluribus phantasmatibus facere. Et hæc est causa sane cur non omnis imaginatio videtur opinionem habere, quia eam quæ est ex ratiocinatione, non habet at hæc, illam nimirum habet. Quapropter, deliberatiuum, appetitus non habet.*

Tex. 59. Quare, potest vnũ, ex pluribus phãtasmatibus facere. Et causa hæc est eius, quod est nõ videri opinionem hr̃e, quoniam eã quæ ex syllogismo est nõ habet. Hæc ãt, illam, propterea deliberatiuum nõ habet appetitus.

COMMENTARIVM.

Ex his Arist. deducit tria. Primum est ex quot constat ratio deliberatiua: & ait rationem deliberatiuam ex pluribus phantasmatibus constare, quia saltem ex tribus, vt ait Expositor. Concurrit.n. ad illam mediũ, quod est aliorum mensura, concurrunt etiã duo, inter quæ vertit.q. de electione, quorum vnũ alteri præeligitur: vñ inquit Aristo. quare ille, qui deliberat, potest vnũ facere ex pluribus phantasmatibus: qm de duobus agendis facit vnum, facit ãt illud ex pluribus, quia ex tribus.s. phãtasmate ipsius vtilis. phantasmate ipsius min⁹ vtilis, & phãtasmate ipsius magis vtilis. Hęc.n. tria habet deliberans in sua mente, quorũ vnum facit.s. quod magis vtile videtur. Philop. vero dixit eum, qui deliberat, facere vnum, hoc est vnã conclusionẽ ex tribus.s. terminis, & duabus propõnibus. nam deliberans syllogizat sic, magis bonũ, & quod vtilius est, semp est agendum: debellare finitimos vtilius est, ergo finitimi sunt debellandi. Hic ergo syllogismus constat medio, & duobus extremis, ac duabus propõnibus ex his factis. Aliud exemplum ponit Philo. vt, ille pħs est, hęc est minor, omnis pħs est honorabilis, hęc est maior. ergo ille honorabilis. Quęrit ergo quæ harũ propositionũ mouet appetitum ad honorandũ eum. Rñdet ꝙ vtraq;. nõ.n. minor sola: nõ.n. honoraretur, nisi sciretur maior.s.ꝙ omnis pħs honorãdus. neq; maior sola, quia nisi sciremus hunc pħm esse, eum non honoraremus, & ita ex pluribus phantasmatibus vnũ fit, per phantasmata.n. propões verisimiles intelligit, quæ apparent audientibus vere, vt postea dicemus. Sed dubitatur contra hanc Philop. expõnem: deliberans.n. orator est, qui sumpta mẽsura ab ipso vtili, vel inutili persuadet agẽdum, vel dissuadet, vt ad Theodecten scribit Arist. at (vt Aristo. inquit eodem libro) orator suadet, aut enthymemate, aut exemplo, quorum nullum tribus terminis constat, neque duabus propositionibus, dialecticus autem syllogismo. Propterea per illa tria intelligenda videntur esse intelligenda prima fronte phantasma ipsius vtilis, phantasma ipsius magis vtilis, & phantasma ipsius minus vtilis, quæ deliberans in mente tenet, vt eligat vnum illorum.s. semper magis vtile. Eligit autem illud quandoq; exemplo, quandoq; enthymemate: semper tamen assumpto argumento ab ipso vtili. Sed expositio Philoponi vera est, quia eam affert Aris. postea, nã licet persuadens nõ exprimat vtrasq; propositiones, relinquit eam, quę per se patet, audiẽtibus. verum de his Arist. postea. Hæc de primo excerpto. Deducit secundo Aristo. non omnem imaginationẽ esse cum opinione: nam belluæ imaginantur, non autem opinãtur. Quod vero nõ semper imaginatio sit cum opinione, probat, quia non semper habet imaginatio sibi coniunctã deliberationem. At contra omnis opinio secum habet imaginationem, nullum est.n. animal opinans, quod non imaginetur. vnde inquit. Et causa hæc est eius: quod est non semper imaginationem videri opinionem habere: sup. secum coniunctam: quoniam eam opinionem non habet, quæ ex syllogismo deliberatiuo est, cum non oĩs imaginatio sit cum enthymemate, vel exemplo, quæ sunt syllogismi eorũ, qui deliberant. At cõtra hæc.s. opinio semper secum coniunctã habet illam.s. imaginationẽ, hæc de.2. excerpto. Tertio deducit ex simili ratione non omnem appetitum habere secum coniunctũ deliberatiuũ ipsum, siue ipsam deliberationem, quoniam non omnis appetitus est cũ opinione. Preterea non omnis appetitus est cum syllo deliberatiuo, vnde inquit. Propter quod, hoc est ob similem cãm non omnis appetitus habet secum coniunctum deliberatiuum: cum non omnis appetitus sit cum opinione, quæ ex syllogismo deliberatiuo est: bellue.n. appetũt, quę nec opinantur, nec deliberant, nec consultant. Plinius in lib. historiæ naturalis, belluis tribuit deliberationem, & discursum, quod nos ex his, quæ vidimus in venationibus, & in canib⁹, & in belluis dubitamus. Canis.n. vestigiarius sequens leporem, vel aliam quãuis belluam, cum percepit se odorare belluã à dextris, viã à sinistris omittit, & eã ex dextris sequitur. percipit.n. vtranq; viam: & se ex vna percipiens odorare, & non ex altera, deliberat sequi belluam à dextris, & non à sinistris, & quod magis est, persæpe lepus conditur: & canis vltra locum leporis progressus, cum nõ vltra percipiat se odorare, mox redit, quod absq; delibera tione fieri non potest. De his vero astutijs, quibus belluæ vtuntur, vt à canibus aufugiãt, nos testari possumus innumeras, qui non minus venationum studia sequimur, q̃ bonarum literarum. Has.n. absq; aliquo discursu esse non auderem dicere, quũ expertissimos venatores quotidie decipiant: non tamen discursus harum est perfectus, vt in hominibus.s. cum consilio, & cum vniuersalibus propositionibus: verum de his alibi. Quærit hic Philop. cum quatuor sint, phãtasia, opinio, deliberatiuum, & rationatiuum, vtrum deliberatiuum sit idem rationatiuo. Respondet ꝙ sicut phantasia non est eadem opinioni, sic nec rationatiuum est idem deliberatiuo.

(Marginalia: Qua Plin. — Dubitatio. — Responsio.)

Vincit autem interdum appetitus, mouetq; voluntatem, interdum hæc illum, appetitus inquam appetitũ vt sphæra, cũ incontinẽtia fit. atq; semper superior, magis est princeps mouetq; natura. Quo fit, vt tres iam motus efficiantur. ARGYR.

Vincit autem aliquando & mouet a voluntatem, aliquando autem illa mouet hunc, sicut sphæram, appetitus appetitum cum incontinentia b fit c. natura autem quæ sursum, principalior est, & mouet. Quare tribus motibus iam est ipsum moueri.

(Marginalia: Tex. 57. a βούλησιν voluntatem: deliberationẽ. b ἀκρασία incontinentia. c γίνεται)

COMMENTARIVM.

His declaratis, nunc qũo appetitus sit principiũ mouendi in hominibus exponit. Sed cum hoc Arist. superius exposuerit, (declarauit.n. hominem moueri ab appetitu vt cætera animalia) fortasse, vt placet Them. soluit dubium. Dictum.n. est in homine duplicem esse appetitum.s. rõnalem, qui est voluntas, & irrationalẽ, qui est sensitiuus appetitus. primus, vt dictum est, deliberationẽ sequitur, secundus sequitur sensum. Quæret ergo quispiam an vterq; horum sit mouens, an alter tantum, propterea ponit talẽ conclusionem, videlicet, in homine aliquãdo sensitiuus appetitus, qui sensum sequitur, vincit voluntatem, quę sequitur deliberationem, aliquando contra voluntas appetitum, & hanc ponit, cum inquit. Vincit autem aliquando.s. appetitus sensitiuus, qui sine deliberatione sensum sequitur, voluntatem. aliquando contra voluntas illa vincit hunc sensualem appetitũ, vt sphæra superior vincit inferiorẽ sphæram. sphæra.n. suprema quæ diario motu mouetur, vincit inferiores rapiendo illas: atq; mouendo motu raptus, eodem motu.s. quo superior ipsa mouetur. Q. vero sensualis appetitus moueat aliquando voluntatem, probat exemplo, cum inquit. Dico sup. ꝙ appetitus.s. sensualis mouet appetitum.s. rationalem, cum in ipso homine fit intemperantia, atq; incontinentia, quæ est circa coitum libido. ergo cõclusio est sensualem appetitum mouere rationalem aliquando, veluti in ipsis hominibus incõtinentibus. Contra autem aliquando mouet voluntas sensualem appetitũ, vt sphæra superior mouet inferiorem. Quo vero ad verba attinet, verbum § voluntatem § græce est, βούλησιν, bulesim, quod non deliberationem, sed rõnalem appetitum sonat, qui voluntas dicitur. Verbum vero illud § sicut sphæram § dupliciter intelligi potest. vno modo, vt nostri expositores intelligunt.s.ꝙ voluntas mouet sensualem appetitum, vt sphæram, hoc est, vt orbem inferiorem mouet orbis superior, nam sphæra semper intelligitur pro orbe contento, secundum Arist. Mouet dico voluntas quasi orbis superior sensualem appetitum vt sphæram.s. quasi orbem inferiorẽ, & hoc pacto exponendo vtrosq; appetitus quasi duos orbes accipit Arist. nam vterq; est conuersiuus, eo ꝙ vterq; mouetur ab externis, & mouet quasi rediẽs ab eodẽ. Aliter potest intelligi, vt sit rationalis appetitus, quasi motor, forma, atque anima sensitiuus vero quasi sphæra, cœlum, atque orbis: & tunc cõclusio est, vincit autem aliquando sup. sensualis appetitus, & mouet voluntatem, dico, vt appetitus.i. sensualis mouet appetitum rationalem, vt fit in ipsa incontinentia, aliquando contra illa mouet hunc: modo quo motor, anima, atque forma mouet propriam sphæram: est.n. rationalis appetitus, vt anima, & forma: sensitiuus vero, vt sphæra atq; cœlum. ille.n. quid in-

corporeum,hic corporeus est: hæc est conclusio, & illius expositio. Deinde differētiam asignat inter hos motus, asserens motum quo mouetur,vinciturq; appetitus sensitiuus à voluntate,esse ſm naturam,ordinemq; naturalem. Contra vero motum quo mouetur volūtas à sensuali appetitu esse præter naturalem: vnde inquit.Volūtas autem quæ sursum principalior est, & ipsa mouet sensualem appetitum natura hoc est ordine naturali: sup. cum econtra fit motus,præter naturaliter fieri videtur. Huius ratio ex hisce patet,quæ hic dixit,quoniam preternaturaliter inferior sphæra mouet superiorem, & præternaturaliter corpus mouet animam. ergo præternaturaliter sensualis appetitus,qui est quasi corpus,vel quasi inferior sphæra, mouet rationalem appetitum, quæ est quasi sphæra superior: vel quasi anima ſm diuersas expositiones. Ex hisce quasi corollarie infert: quare appetitum ipsum sensualē est moueri ab appetitu rationali quasi tribus motibus. Them. hæc ad hominem retulit: cū inquit.Quare motus tres spectantur in hoīe. duo qui ad duas appetitiones pertinent: tertius q ab vtraq; appetitione raptu conficitur:& ita patet quid sit principium mouens in homine. Thomas,quē cæteri nostri sequūtur inquit,vt sphera saturni tribus motibus mouetur: quia primo sphæra saturni mouetur super polos mundi motu diurno ab ortu in occasum. Secundo super polos zodiaci ab occasu in ortum motu:quo omnes planetæ mouentur. Et tertio motu proprio; quo à proprio deferente mouetur: ita sensitiuus appetitus tribus motibus mouetur. primo quidem ab intellectu discurrente. secundo à voluntate sequente deliberationem intellectus: & tertio motu proprio. Potest etiam dici voluntatem mouere sensualē appetitum tribus motibus:quia actu elicito à seipsa: imperato interno,& imperato externo, de quibus superius diximus.Et si dices,quando voluntas vincit sensualem appetitū: an quando sensualis appetitus rationi obedit,vbi patet ꝙ non: nam cū tunc non sit pugna, tunc non est victoria: an quando pugnat: & iterum patet ꝙ non: nam illo pugnante non vincit: nisi quispiam dixerit rationalem appetitum vincere sensualem, cum sensualis illi obedit: nam licet non sit pugna actu: est pugna ſm inclinationem,rōnali.n.prædominante sensualis licet obediat: inclinatur tamen ad contrarium. Philop. vero.d.ꝙ aliud est intemperantia,aliud incontinentia. Intēperantia quidem(vt inquit) est pugna pasionū & rationis cū nondum alter vicerit. Incontinentia vero, quando pasiones rationi dominantur. Vult igitur voluntatem vincere sensualem appetitum,cum ipsum in pugna exuperat. Them. vero,si recte ea quæ.d.intellexi,vult in huiusmodi motu, quo debilior mouetur à valentiori,appetitum debiliorem suum non deserere motum: sed eum seruare & simul alterius valentiore,& fortiore motu rapi: cum.n.in cōuenien te præualet voluntas: tn̄ sensualis appetitus renititur,atq; in oppositum remurmurat: veluti cum in continente sensualis appetitus fortior est,victa tamen volūtas contranititur,nec in alteram partem mali conscia trahere cessat.

Qō pulchra. Sed quæret fortasse quispiam(& quidem non ab ratione,) propter quid sunt nonnulli homines, qui semper agunt ꝑ rationalem appetitū: alij vero sunt,qui quasi semper agūt per sensualem appetitum, alij vero sunt qui interdum per rationalem,interdum per sensualem appetitū agunt. *1. Solutio.* Dixerunt nonnulli hoc esse ex deceptione: aliqui.n.semper quasi sensualem appetitum sequuntur: quasi decepti ab apparenti bono: arbitrantes bonum ſm sensum esse simpliciter bonum.Alij vero rationem sequuntur,quia non decipiuntur: cum apparens bonum cognoscant non esse bonum. Alii vero sunt, qui aliquando recti specie decipiuntur,aliquando non decipiūtur. *Refutatio.* Quæ sol. stare non potest, quoniam nemo nisi per ignorantiā erraret,qm̄ nonnisi deceptus. *2. Solutio.* At Aris. asserit in libris moralium etiam per scientiam nonnullos peccare. Alij dixerunt hoc esse ex differentia vsus,atq; habitus, quia.n.incontinens vsu, habituq; ad lasciuia tendit: ex hoc vsu habituq; ipse sensualem appetitum sequitur. Continens contra ex habitu continentiæ rationalem sequitur: alij vero,qui nōdum firmati sunt, nec in hoc,nec in illo,nunc sensualem, nunc rationalē appetitum sequuntur. *Refutatio.* Sed nec hæc solutio stat,nam ante habitum,aliqui cum agere ceperunt,mox sensualem appetitum secuti sunt: alij contra rationalem: alij vero nunc rationalem,nunc sensualem,quę dr̄ia ab habituum dr̄ia proficisci non potest,cum nullus præcesit. *Quæ astronomi.* Rerum vero cœlestium scriptores,quorum princeps fuit Ptolemæus, hominum dr̄iam reduxit ad stellas: in libris.n.apotelesmatū lunam bene mercurio configuratam natos facere rationales.d Male vero configuratam,irrationales: vnde pro statu lunæ cum mercurio de moribus nati præcipit esse iudicandum. *Refutatio.* Quare secundum hos,is sequitur rationalem appetitum in agēdis,qui è cœli dispositione h̄ habet: ille vero irrationalem ob similem causam. Sed hoc stante, nos nostrorum actuum plene domini non essemus,sed ex celi statu haberemus,vt domini nostrorum actuum simus: illi vero nō sint: quod est reprobatum à peripateticis clarisima ratione lib.diuinæ scientiæ.9. & in moralibus. *Propria solutio peripatetica.* Propterea,saluo semper meliori iudicio, dicerem vincere, & vinci esse semper à libertate voluntatis,quę per essentiam est libera,vt Philop.autumat.voluntas.n.libere, atq; contingenter vincit,quia vult vincere sensualem appetitum, ab eodem vero vincitur,qa vult vinci: quis.n.dubitat voluntatem incontinentis posse vincere appetitū? licet cum difficultate,habitus.n.nunq̄ à volūtate tollet,quod illi est proprium.s.agere libere atq; cōtingenter:bene tamen tollit facilem actionem,qui.n.assueti sunt voluptatibus, non facile abstinent se ab illis,possunt tamen,si volūt,abstinere. Hac ratione euenit,vt homines semper à volūtate moueantur, quoniam siue vincat voluntas sensualem appetitum,siue ipsa vincatur,non nisi ipsa volente vincit,aut vincitur, & ita semper à voluntate mouentur, verum de huiusmodi alibi diximus.

ARGYR. *Ea vero ratio cui sciæ tribuuntur, nō mouet,sed manet.*

Tex.cōm.58. Scientificum autem non mouet,sed manet.

COMMENTARIVM.

DECLARAVIT Arist.speciale principiū mouendi in hominibus, asserens appetitum esse,quod mouet, quia quis dicet,si appetitus mouet,quid rō facit? quidq; scientificum ipsum? propterea inquit.Scientificum autem non mouet, sed manet: manet dico à mouendo vacans, & per scientificum, intellectum speculatiuum intelligit: hic.n. non mouet, cum non sit de his, quibus agimus:est.n.eius finis veritas,& nō actio. *Quæ expositio.* Expositores nostri hunc tex.cum sequenti copulant. ideo dicuntur Aristo.velle exponere, quæ rō sit in hominibus mouens. nam cum triplex sit rō speculatiua: practica,vl̄is,& particularis:in re Aristo.declarare dicunt, quæ harum mouet. Quæ expō & si stare posit: verbis tamen non conuenit,vt consideranti verba patet.Propterea,vt dixi, cum Aristo.declarauit appetitum esse id,quod mouet,statim subscribit, quid scientificum facit. ostendens ipsum non mouere, sed stare.Quæ expō est Philoponi, qui per scientificum speculatiuū intellectum intelligit. nam speculatiuo intellectui cōnaturalis est quies,stantes enim magis intelligimus.

ARGYR. *Cum autem existimationum ac rationum alia sit vniuersalis,alia singularis (illa nāque dicit: omne bonum honoribus esse afficiendum,hæc vero dicit, me bonum esse) hæc iam opinio mouet, non illa vniuersalis, quin potius ambæ mouent,at illa quiescens magis,hæc autem non quiescens.*

Tex.58. Quæstio. Solutio. Quoniam autem hæc quidem ipsius vniuersalis existimatio, & ratio est, alia vero ipsius particularis (hæc quidem dicit, quoniā oportet talem tale agere: hæc autem,qm̄ hoc est tale,& ego talis)iam hęc mouet opinio non quæ vniuersalis,aut vtraq;, sed hæc quidē quiescens magis, hæc autem non.

COMMENTARIVM.

ARISTOTELES hic mouet.q.supponit.n.rationē practicam,quam hic existimationem,atq; rōnem appellat mouere:qđ verum est,vt dicemus,per modum consiliarij, mouet enim voluntas per modum imperātis, rō vero per modum consultantis, supponendo ergo ꝙ rō atq; existimatio

matio mouet,cum duplex sit ratio. vlis altera,vt q̃ parētibus exhibēdus est honor à filijs, aut q̃ omni pħo honeste viuendum sit,particularis vel singularis altera,vt q̃ callias pater sit,niphus filius,atq; ego pħs,quærit quæ harum mouet,vt consultās,an vlis an particularis,& inquit. Q̃m aũt hæc quidem vlis existimatio,& ratio est: alia vero particularis,& exponit per exēplum vtranq;,& inquit. Hæc quidem.n.dici,q̃m oportet talem.s.filium tale agere.s. honorare parentes.Hæc propositio est vlis,quoniam dicit, omnē filium parentes oportere honorare. Hæc vero dicit,quoniam hoc.s.callias est tale,puta pater, & ego talis.s.filius: ideo quærit vtrum sup.iam hec.s.particularis mouet opinio,non quæ vlis. Vnde s̃m Them̃.legenda est hæc litera interrogatiua hoc pacto,cum duplex sit propositio,& practica,vniuersalis,& particularis,quæ illarũ mouet, vt consultans? Respondet s̃m Them̃. an vtraq;,verum non eodē mō,nam vniuersalis mouet quiescendo,standoq;,particularis vero imminendo instādoq; actioni: vnde inquit.Aut vtraq;.s.mouet vt cōsultans, sed hæc.s.vniuersalis qescens magis. Hæc autem non quiescens,sed actioni instādo,vnde si sic syllogizauero: omni pħo honeste viuendum.Ego pħs,statim particularem,quæ est minor,sequitur, mihi ergo honeste viuendum.Ex hisce apparet Aristo. per existimationem,atq; rationem non totum syllogismum practicum,qui mouet ad agendũ,intellexisse,sed propōnem,quę eius syllogismi altera pars est: nam dixit illam esse duplicem.s.vniuersalē,quam nos maiorem appellamus: & particularem.s.minorem.Voluit autem vtranq; mouere, licet non eodem modo,nam vniuersalis mouet quasi quiescendo,particularis mouet,quasi motui innixa,quare totus syllogismus proprie mouet vt consultans: cum nulla propōnum seorsum sine altera mouet: non enim quia ego pħs sum,sequitur mihi honeste viuendum esse, nisi præscierim omni pħo honeste viuendum esse, neque sequitur mihi honeste viuēdum esse si præscierim omni pħo honeste viuendum esse: nisi addidero,ego autem philosophus.Quare id quod ex toto mouet,vt consultans, est vniuersus syllogismus,partes vero eius mouent,sed non eodē modo, vt exponit Them̃. quoniam vniuersalis mouet remote; particularis propinque,totus vero syllogismus mouet s̃m omnem rationem. Ex his perspicuum est,quod Ari. superius dixit,quomodo ex pluribus phantasmatibus eligitur vnũ. per phantasma.n.intelligit propositiones verisimiles, quæ videntur phantasiabiles. Animaduerte tamen q̃ Philoponus resoluit textum in syllogismum, & prosyllogismum, cum ipse Arist.ponat tres propositiones,verum ad rē non refert. Sed circa finē huius capitis,quod est de principio mouendi; quæruntur nonnulla,& primo an intellectus & appetitus differant realiter. Auer,vt in libro de intellectu diximus,voluit tres esse appetitus,naturalem, sensitiuum, & intellectiuum: qui est voluntas. Naturalis est idem,qđ natura,quatenus tendit in aliquid tanquam in eius finem, atque perfectionem. Sensitiuus est idem, quod sensus, vt ad ipsum sequitur fuga, vel prosecutio. Intellectiuus est idē, quod intellectus,vt ad ipsum sequitur prosecutio vel fuga: & cum intellectus sit duplex particularis, quæ dianoea est,vel cogitatiua,& vniuersalis,qui intellectus est,iō duplex est voluntas, altera quæ est vniuersalis intellectus vt ad ipsum sequitur fuga, vel prosecutio, altera, quæ est cogitatiua simili ratione. Tenet ergo Auerroes appetitũ naturalem esse intellectum, vt intellectus est quædam natura,quæ tēdit in eius perfectionem. Iterum intellectum esse voluntatem, vt ad eum sequitur fuga, vel prosecutio. Hanc opinionem sequitur Ioannes Gandauensis in hoc 3. libro,qui addit intellectum non esse sensitiuum appetitum,sed bene naturalem, atque intellectiuum. Alij dixerunt potentiam cognitiuam, & appetitiuam in quouis genere esse duas formaliter, atque ex natura rei,vnam tamen rem realiter: dixi in quouis genere,quoniam in genere cognitionis intellectiuæ appetitus & intellectus differunt ex natura rei,& sunt vna res. In genere cognitionis sensitiuæ sensus & appetitus similiter differunt ex natura rei, non realiter. In genere cognitionis naturalis natura & appetitus naturalis ex natura rei differunt & non realiter. Alij vero dixerunt omnem appetitum differre realiter ab ea potentia,cuius est appetitus,vt voluntas ab intellectu,sensitiuus appetitus à sensu, & appetitus naturalis à natura. Nos vero dicamus q̃ problema de eodem,& diuerso aliter secundum peripateticos,aliter secũdum iuniores est soluendum. Peripatetice enim aliqua possunt dici eadem,vel diuersa,aut ratione,aut subiecto, vt in lib. 4. disputationum metaphysicarum exposuimus,ea dicunt subiecto eadem,quę vel eidem subiecto insunt,vel quę de eodem subiecto prædicantur. Subiecto vero differunt, q̃cunque nec de eodem subiecto dicuntur, nec eidem subiecto insunt. Ea vero dicuntur eadem ratione, quorum definitio vna, eademq; est, differunt autem ratione, quorum definitio, aut conceptus alius atque alius est. Patet ergo quid peripatetice sit dicendum,potentia enim cogitatiua,& appetitus sibi correspondens subiecto eadē sunt, quoniam vel eidem subiecto insunt, vel de eodem subiecto prædicantur. Intellectus enim & voluntas eidem animæ numero insunt,vel de eadem numero anima prędicantur. Appetitus sensitiuus,& sensus similiter aut eidem animæ sensitiuæ insunt: aut de eadem anima numero prædicantur. Natura & eius appetitus similiter aut eidem rei insunt, aut de eadem re numero prædicantur. Differunt vero ratione, quoniam si potentia, & eius appetitus definirentur; diffinitiones eorum diuersæ reperirentur. Quare appetitus & potentia, quæ illi correspondet, subiecto eadem sunt, ratione ac definitione differunt. Secundum iuniores vero diceremus, aliqua dici posse eadem vel diuersa realiter,aut realitate rei essentiæ, vel prædicamenti,aut realitate rei existentiæ. Illa dicuntur distincta realiter realitate rei prædicamenti, quæcunque non in eodem genere, vel specie ponuntur, vt subiectum quod est substantia, & eius propria passio, quæ est qualitas, & hoc pacto potentia: & appetitus illi correspondens differunt realiter, quoniam non sunt in eadem specie, & si sint in eodem genere. Differuntq; re essentiæ, quoniam definitione. Illa vero differunt realiter re existētia,quorum existentia est diuersa, eorum vero existentia est diuersa,quęcunque possunt separari, vt album, & dulce, quæ possunt reparari i diuersis subiectis,& hoc pacto cognitiua potentia,& appetitus illi correspondens non differunt realiter re existentiæ,quoniam nō possunt separari,nulli enim potest voluntas competere,cui nō insit intellectus,& econuerso, simili ratione,& in cæteris. potentia igitur cognitiua,& eius appetitus differunt realiter re essentiæ, atque re prædicamenti, quoniam nō sunt in eadem prædicamenti specie: differuntq; definitione, quæ est eorum essentia. Sunt vero eadem realiter re existētia, quoniam ab eodem subiecto inseparabilia sunt. Hæc de dilucidatione problematis huiusmodi.

Quærunt secundo, vtrum appetitus & intellectus inter animæ virtutes,sint per se causæ motus animalis, & ne sit de nomine contentio, Per motum animalem intelligunt hic peripatetici non motum cuius principiũ est anima,quomodo.2.huius,nutritionem Aristo.animalem motum appellauit, & alibi anhelationem animalem motum etiam dicit, & motum cordis etiam: quo cor constringitur, atque expanditur, sed per motum animalem intelligunt hic, omnem operationem, ad quam spiritus animalis concurrit; & quidem ob appræhēsionem aliquam,quæ illam præcedit, quomodo motum quo animal de loco ad locum à seipso progreditur, diceremus animalem, similiter & motum, quo animal moueret manum, aut pedem, animalem appellaremus, saltem secundum partem. Rursus motum, quo imperfecta animalia,vt conchylia, & id genus, extenduntur, constringunturq;, etiam animalem vocant: licet nō progressiuum, huius ergo quæritur principium productiuum, totale, & per se. Et per intellectum Aristo. & cæteri expositores, (vt Themistius, & Auerrois) intelligunt virtutem appræhensiuam. modo intrinsecus appræhendat,siue in homine illa sit intellectus proprie, in brutis phantasia: siue sensus interior. Et per appetitum etiam intelligimus, appetitum animalem, qui est duplex, rationalis,vt voluntas,& appetitus sensitiuus. Et intelli-

Quæstiones. | q.5. 36. et 37. | 1.Positio. | q.39. 2 Pō. | 3.Pō. | 4.Positio. | Dilucidatio. | Diff.4. | q.2. Quis motus animalis sit.

intelligas sic.q. vtrum inter animæ virtutes, quæ magis se tenent ex parte animæ, intellectus & appetitus sint per se motus animalis principia, dico inter animæ virtutes, quæ magis se tenent ex parte animæ, qm̃ appetibile.8.physi.auscul.est animalis motus principium,non tñ se tenet ex parte animæ,cum sit extrinsecus mouens.Virtus quoq; motiua,quę membris infixa est,principium est motus animalis, quæ non ex parte animæ se tenet, sed ex parte membrorũ, cum sit aut mẽbri complexio, aut compositio, aut aliquid has comitans. Est ergo sensus,q.vtrum inter animæ virtutes,quæ se tenent ex parte animæ, intellectus,& appetitus sint per se principia motus animalis. Sunt autem in.q.hac tria potissimum,quæ dubitationẽ nobis afferunt: quorum primum est, quo in genere causæ intellectus, & appetitus animalis motus principia sunt: quod Aristote. non expressit, nec Them. nec Auer. nec alius expositor. Secundum vero, quia cum intellectus & appetitus duo sint vt proxima.q.patuit, emergit dubitatio, an hæc duo ex æquo concurrant,vel ordine quodã alterum altero prius,an ambo copulatiue,an disiunctiue. Tertium vero,quia si intellectus & appetitus essent plene,atq; sufficienter principia motus animalis, tunc animal esset semper in motu, veluti cœlum: quippe cum sufficientibus omnibus causis positis,semper sit effectus, nisi sit aliquod impediens:hæc ergo tria sunt, quæ dubitationem non leuem nobis afferunt.

Q̃nis sensus [illegible]

Aristot.ergo rem perpulchre disputans, tandem incipiens soluere problema inquit. § Videntur igitur duo hæc mouentia, aut appetitus: aut intellectus, siquis phantasiam ponat, sicut intelligentiam quandam, & reliqua. § Vbi cum Aristot. probasset totale mouendi principium, non esse vegetatiuam potentiam, nec sensitiuam: nec intellectum, nec appetitum, concludit aut appetitum, aut intellectum esse totale mouendi principium, modo per intellectum intelligamus quid commune ad verum intellectum, & ad imaginationem, vbi patet eum disiunctiue locutum esse, vel disiunctim: non enim dixit hæc ambo copulatiue esse mouendi principium, sed vel appetitum, vel intellectum: quoniam non semper hæc duo insimul sunt vnum totale principium motus, si ex verbis illis plane colligitur. Exponens vero quid ipse per intellectum intelligat, post pauca inquit. § Intellectus autem, qui propter aliquid ratiocinatur, & qui practicus est. § Vbi patet eum velle intellectum, qui est progrediendi principium, non esse theoreticum, hoc est speculatiuum, contemplariumque. quatenus contemplarius est. Sed practicum,hoc est actiuum, quatenus actiuus. quandoquidem theoreticus nihil nisi, ad cognitionem prærordinet. Actiuus vero ad opus, & per actiuum intellectum intelligit tam verum intellectum, quam phantasiam ad agendum ordinatum. Secundum ergo hæc intellectus actiuus, vel appetitus est progrediendi primum totale,appetitum autem vocat quid commune ad voluntatem, & sensitiuum. Hanc opinionem boni interpretes habuerunt, cum Aristot. disiunctiue loquatur. Sed dato quòd verba Aristot.sub disiunctione intelligantur,adhuc non videtur, quomodo intellectus practicus, hoc est actiuus, sit totale principium. potest enim actiuus intellectus accipi quandoque, vt sub appræhensione rei operabilis incomplexa,stat,aut vt sub appræhensione rei operabilis complexa, vbi patet intellectum non posse esse totale mouendi principium, vt stat sub incomplexa, rei operabilis appræhensione, nam ex tali præcognitione nunquam voluntas mouetur ad fugam vel persecutionem, oportet enim obiectum appræhendi saltem aut vt conueniens, aut vt disconueniens, & intellectum dijudicare illud esse tale,aut tale, si voluntas debet moueri, nec intellectus potest esse totale mouendi principium, quatenus stat sub appræhensione complexa vniuersali,non enim ex sola vniuersali appræhensione homo mouebitur, nam (vt Aristot.inquit) siquis præscierit parentes esse honorandos, non propterea honorabit parentes:nisi præsciat in particulari hos esse eius parentes:nec est totale mouẽdi principiũ: vt stat sub particulari appræhensione sine vñi. Siquis.n.præscierit hunc esse eius patrẽ,ex hac cognitione particulari ad honorandũ illũ mouebitur nũquam,nisi præscierit vniuersalem,parentes,videlicet,sunt honorandi.

2.Opinio.

Tex.cõm.34.

Refutatio.

Ergo appetitus, vel actiuus intellectus non est mouendi totale principium, nisi quatenus stat sub toto syllogismo practico, quo concludit hoc, vel illud esse agendum. Sed hæc positio etiam hoc pacto exposita stare non potest. primo quia si sub disiunctione actiuus intellectus vel appetitus est mouendi totale principium, etiam per actiuum intelligendo, vt dictum est tunc seorsum appetitus sine tali intellectu. & actiuus talis sine appetitu potest esse motus totale principium,patet consequentia ex virtute disiunctiuæ.si enim homo potest currere vel sedere,ex vi disiunctiuæ, quæ semper cadit inter opposita, potest seorsum stare, & non currere,& seorsum currere,& non stare.At,vt Aris. hic deduxit, appetitus sine præcognitione nunquam mouebit,nec cognitio sine appetitu. Ergo quouis modo actiuus intellectus intelligatur: verba Aristot. intelligi non possunt sub disiunctione. Præterea.Dato ꝙ actiuus intellectus accipitur, vt stat sub perfecto syllogismo, quo probatur calliam esse honorandum.vtpote,quia pater est: adhuc voluntas ex eius natura contingens, & ad opposita illimitata est. Ergo adhuc talis intellectus sic sumptus non erit totale motus principium,non enim ex eo sic dictante sequitur omnino motus. Ego enim præscio maiores semper esse honorandos, & hos esse maiores:tamen experior esse in libertate mea hos honorare,vel dehonorare,vt postea melius disputabimus. Propterea Auerroes arbitratur actiuum intellectum modo præxpositum, & appetitum esse ambo copulatiue duo mouendi principia,quandoquidem actiuus intellectus etiam modo prædicto expositus sine appetitu mouere non possit,nec appetitus sine intellectu illo modo exposito. Qua ratione verba Aristot.disiunctiue prolata,copulatiue ipse intelligit. Et cum dicebatur, quomodo duo possunt esse causæ eiusdem effectus, an ex ęquo,an ordine quodam?Auer.ait.Illa duo redigi in vnã cãm ab vnitate finis, qđ est vnum appetibile,qđ quidẽ mouet intellectũ, & appetitum manens vnum numero:& idem.Alij dixerunt illa duo redigi in vnam causam ab vnitate consensus, redeunt enim ambo illa in vnam causam, quoties alterum alteri consentit,propterea Auer. dicebat superius intellectum mouere animal quatenus desiderat, & appetitum, quatenus cognoscit, rediguntur enim in vnam causam, vel propter vnitatem appetibilis, vel vnitatem consensus. Sed quouis modo hæc positio exponatur, stare non potest, vnitas enim finis, non facit agentia redigi in vnam causam:duo enim canes famelici appetentes eundem panem numero: non sunt vna causa mouens, nec longe minus consensus vnus, omnes enim qui nauim trahunt inter se consentiunt: qui reuera non sunt vna causa.Q: si fuerint vna causa,ab vnitate consensus,tũc actiuus intellectus,& appetitus erunt vna causa, vt duo trahentes nauim,quod est falsum. Alij dixerunt hæc duo esse motus principia non ex equo: quia actiuus intellectus etiam sic expositus (vt dictum est)concurrit vt causa vniuersalis, & principalis, appetitus vero, vt cã proxima, & minus principalis.quę expositio fuit Philoponi,per quam concordauit Aris. cum Platone.Sed pace horum virorum dixerim, ego non video, quomodo intellectus actiuus, vt stat sub practico syllogismo, quo ꝓbauit calliam esse honorandũ, quia est pater,sit vl̃is causa,& principalis,vl̃is quidem esse non põt, qm̃, vt sic, nullum alium numero motum dictat, aut voluntati ostendit, omne.n.vl̃e aut prædicatione dicitur, aut causalitate. Constat autem intellectum hoc pacto syllogizantem non esse vniuersalem prædicatione,nec causalitate, cum nihil præter hunc effectum voluntati ostendat. principalis vero minime,quia,vt.9.lib.diuinæ scientiæ plane colligitur, vt voluntas est principium per modum principis, intellectus per modum consiliantis. At principalior in agendo est princeps, quam consiliarius. Propterea, sine præiudicio, dico solum appetitum de virtutibus animæ, vt animæ sunt, esse totale animalis motus principium effectiuum, in brutis quidem imperfectisque animalibus sensitiuum. In hominibus vero solam voluntatem, dico solam voluntatem, quoniam sensitiuus appetitus in hominibus non est mouendi principium, nisi

Refutationis

Põ Auer.

Cõm.49 et 50.

Refutatio.

3.Põ.

Tex.cõm 10. Propria põ & perspa.

nisi quatenus voluntas vult, aut permittit. Dico de virtutibus animæ vt animæ sunt, quoniam appetibile est causa mouens, non tamen est virtus animæ. Dixi effectiuum: propter instrumentale principium, quod est virtus motiua existens in membris.s.musculis, vel cordis. Præterea dico effectiuum propter appetibile, quod mouet vt finis. Secundo dico actiuum intellectum, vt syllogizantem hoc, vel illud esse agendum, esse causam sine qua non, dico cām sine qua non, quoniam non est causa necessaria: qua posita necessario motus sequitur: quoniam obseruatio docet nos hoc vel illud libere agere, etiam intellectu dictante hoc vel illud esse agendum, vt dicemus postea. Intellectus.n. voluntati vel appetitui ostendit in hominibus duo opposita, & syllogizat alterum esse agendum. voluntas autem libere eligit aut id, quod actiuus intellectus syllogizauit esse agendum, aut eius oppositum, quod non agendum esse dictauit: in cæteris vero animalibus phantasia ostendit appetitui quid agendum, appetitus vero, nisi sit prohibés statim agit, non.n.bruta libere agunt. Ex his apparet, qūo fit motus, nam cum Socr. procul prospicit amicum, tanquam delectabile obiectū, tale obiectum multiplicat spēm vsq; ad intellectum, per talem aūt speciem intellectus tandem syllogizat eum esse adeundum, quod si placuerit voluntati, mox imperat virtuti motiuæ, quæ est ipsis membris, vt mēbra moueat, donec Soc. perueniat ad amicum, & tu intelligas omni impedimento deducto, quare hoc pacto fit motus, & vt dixi de homine: de cæteris animalibus est dicendum. Quibus clarissima ratione patet principium per se effectiuum motus animalis totale de virtutibus animæ, vt animæ sunt, esse solum appetitum, sed non sine intellectu vel phantasia præostendente ambo opposita, vel alterum tantum. Patet etiam quo genere causę appetitus sit mouēdi principium, qm̄ in genere causæ agentis. Insuper etiam patet non duo esse mouendi principia ex quo, sed alterū.s. appetitum, intellectum vero esse cām, sine qua non, vel cōsultantem. Demum patet quare animal non semper est in motu, qm̄ licet de virtutibus animæ sola potentia appetitiua sit mouendi principium, non tamen semper mouet, qa non semper est in actu, oportet.n.fieri in actu ab ipso appetibili, si mouere debet in brutis, vel debet actu percipere motum, si in hominibus mouet, nec valet omnibus causis positis, quę ad aliquem effectum requiruntur, ergo effectus est, nisi causæ illę essent naturaliter agentes. positis.n. omnibus necessarijs ad motum, potest homo non moueri, quoniam libere, & contingenter seipsum mouet. Hactenus de principio motus.

Quō fit motus.

3. q. 1. Solutio: 2. Solutio: Refutatio. Cōm. 50. Cap. 62.

Quærunt.3.vtrum intellectus, & voluntas per aliquam communem spēm moueant. Rn̄dent nonnulli, ꝙ Arist. p ipsius intellectus quidem, quo est illo perfectior, sui vero ipsius, quo res est esse, & essentia sui. Alij dixerūt Ari. intelligere per cōem spēm, ipsum appetibile, qd' est finis, atq; forma mouens appetitum, & intellectum. Sed pace horū dixerim, hi Arist. verba non intelligunt, nam hi absurdum, ad quod Arist. deducit, arbitrantur esse opinionem Aristo. Aristoteles.n. vt Them. & Auer. exposuerunt, voluit probare intellectum, & voluntatem, siue appetitum, non mouere animal ipsum, vt duæ res, quarum vtraq; seorsum moueret, nam si intellectus, & appetitus mouerēt, vt duæ cāæ seorsum, videlicet, intellectus per se, & seorsum, & appetitus per se, atq; seorsum: ita vt quælibet per se sit sufficiens motus principium, tunc mouerent, vt duæ causæ numero differentes, atq; per accidens distinctæ, quare motus animalis, à nulla illarum esset per se primo, quare motus animalis erit à quadam virtute vtriq; cōi, quæ est spēs vtrique illorum communis, cuius participatu intellectus, & appetitus animal mouerent, & progredi facerent. Affert exemplum Them. per quod patet consequentia, verbi causa, tam bipes, quam quadrupes incedit, nec qua illud quadrupes incedit, sed qua communi conueniunt, quod est pedes habere: ergo ex hoc exemplo consequentia videlicet, ꝙ si intellectus & appetitus essent duæ causæ motus, quarū quælibet per se esset sufficiens principium motus, motus animalis esset primo, ratione eiusdem virtutis communis: quę est species vtriq; communis, quo concesso vlterius deducit intellectum mouere animal sine appetitu: & appetitum sine intellectu, vt superius diffuse deduximus de Auer. intētione. Ex hisce ergo patet Arist. per communem speciem intellexisse nō formam vtriq; communem, sed speciem: qd' est quoddam vniuersale, participatione cuius vtrūq; illorū seorsum mouet: quod Arist. non asserit tanquam verum: sed tanq̄ sequēs ad propositū: quod reputat absurdū: vt textum, & verba Auer. & Them. consideranti patet. Quarto quæro vtrum voluntas sit libera per essentiam? Et vr̄ ꝙ nō: quia tunc esset libera respectu finis: & etiam mediorum in finem. Modo respectu vltimi fini oēs ponunt eam non esse liberam: sed necessitari. consequētia vero patet: quia si voluntas est libera per essentiam: vbicunq; erit voluntas: erit libera: & sic cum respectu finis sit voluntas, etiam respectu eius erit libera. Secundo ipsa voluntas mouetur ab appetibili, ergo appetibile mouet voluntatem: sed appetibile mouet mere naturaliter, ergo voluntas mouetur ab appetibili mere naturaliter, & ita non videtur libera. Tertio primi motus non sunt in potestate nostra, ergo saltem respectu illorum non erit libera. In contrarium est Aristote. 9. metaph. vbi vult voluntatem esse per essentiam liberam. Respondent nonnulli ꝙ voluntas esse libera secundum determinationem sui actus, non autem ſm actuationem. Vbi debes scire ſm hanc opinionem, ꝙ quando intellectus ostendit aliquid voluntati sub ratione boni, tunc obiectum ostensum actuat voluntatem, qm̄ agit in voluntatem necessario, & respectu illius voluntas necessario patitur: dicitur vero hic actus, qui ab obiecto ostenso voluntati mittitur, primus actus, & vulgari verbo complacentia. Cum vero intellectus ostendit voluntati aliquid sub ratione mali, voluntas etiam necessario actuatur ab illo, & dicitur hic actus displicentia, & primus motus. Alius vero actus est, qui dr̄ determinatio ad velle, aut ad nolle, aut tertius, quo determinat se ad neutralitatem, & quilibet horum est actus positiuus, vt dicunt, verū primus est ab obiecto sibi ostenso sub ratione boni, vel mali. Secundus & tertius sunt ab illa determinante se. Sunt qui addunt quartū, qui non est actus positiuus, sed est negatio, qua ipsa ad nihil se limitat, sed stat suspensa. Volunt igitur voluntatem esse liberam solum respectu suæ determinationis, sed primorum actuum, non est libera. Sed alij asserunt voluntatem esse liberam per essentiam, immo esse libertatem contradictionis formaliter, probant. primo quia aliquis actus noster denominatur liber libertate contradictionis, vt nunc suppono, quia omnes concedunt in doctrina Aristo. tunc vltra, sed omne denominatiue tale, est tale ob aliquid, quod est formaliter atq; intrinsecus tale. Vel igitur actus ille liber denominatiue, pp o'bm, quod mouet voluntatem, est liber, aut pp voluntatem, quæ mouetur ab obiecto. Non pp obiectum, quia cum illud mere naturaliter moueat, per ipsum talis actus non poterit denominari liber. Sin autem ille est liber propter voluntatem, ergo voluntas est per essentiam libera. Defendendo hanc pōnem sumamus primo ꝙ voluntas ab obiecto sibi ostenso ab intellectu mouetur non ab velle vel nolle, sed solum ad cognoscendum esse bonum vel malum. Est tamen quæstio vtrum iste motus, quo mouetur ad cognoscendum esse bonum vel malum sit appetitio, vel displicentia, an sit accidens, an sola obiectio obiecti. Sed quicquid sit, satis est accipere illū actum nec esse velle, nec nolle, sed esse actum illatum ab obiecto, quo voluntas depræhendit obiectum sibi ostensum sub ratione boni vel mali. Alius autem est actus voluntatis, qui dicitur velle aut nolle, quod ipsa eligit circa obiectum. Est aūt volitio vel nolitio, oīones equiualentes orationibus optatiuis: vnde hæ ꝓpōnes appeto, diligo hoc vel illud, odio habeo hoc vel illud, nō sunt act' exerciti voluntatis, sed significant actus volūtatis. Hi vero actus præsupponunt primos: non.n. pōt voluntas in aliqd ferri, nisi in illud, quod apparet sibi bonum, nec nolle aliquid, nisi appareat sibi malū. Secundo accipio ꝙ duplex est voluntatis libertas in proposito, altera dicitur indifferentiæ, altera contradictionis. Libertas indifferentiæ est qn̄ voluntas ad neutram partem cōtradictionis magis inclinatur, & hæc est voluntas non magis inclinata ad alte-

Te. cōm. 50.

4. Qō.

Tex. cōm. 10.

rium oppositum, quam ad alterum, vt cum est indifferens ad modum vel quietem. Libertas vero contradictionis est, qn licet voluntas possit stare, neutra tamen magis inclinatur ad alteram partem contradictionis, q̃ ad alteram, Hoc pacto dici solet, ꝙ licet studiosus non sit liber libertate indifferentiæ ad agendum ſm virtutes, est tamen liber libertate contradictionis, quia potest etiam, si velit, agere contra habitum, & ita etiam libertas contradictionis est idem quod voluntas connotans posse velle vtrunq; oppositorū. Ex his concludo ꝙ libertas contradictionis est ipsa voluntas quatenus est potestas quædam, qua voluntas concurrentibus omnibus causis requisitis ad suum effectum, habet ꝙ possit cum eis coagere & ponere actum suum in effectum, vel non ponere, vt ei placuerit, & hæc vocatur cōtradictionis libertas, & voluntas. Animaduertendum ergo pro solutione ad rationes ꝙ aliud est voluntatem velle, & passiones alicuius appetitus domare, vel abscindere, vel (vt vtar verbis cōiter loquentium) refrenare vel reprimere, cum.n. aliquis irascitur, statim vellet non irasci, sed qm̃ non potest ita cito irascibilem reprimere, ideo non ita cito mitescit. Ira.n. tristitia, gaudium, & id genus requirūt localem spirituum motum, ideo non possunt ad nutum voluntatis deleri. Ex his concedi solet voluntatem posse aliquid non velle libertate contradictionis, quod tamen non potest non appeti naturali appetitu. anima.n. non potest non appetere vltimum finem, licet voluntas possit illum non velle libertate contradictionis, quia anima eum appetit appetitu naturali, quo ab illo perfectibilis, voluntas tamē cum sit libertas contradictionis: potest illum non velle: licet nunquam refrenare poterit naturalem animæ appetitum, quem habet, vt perficiatur ab illo. v.g. siquis fuerit in igne, licet possit non velle intelligere combustionē, tamen nunquam poterit non intelligere, quia nūquam refrenabit sensum ne sentiat. Similiter anima circa finem vltimum merito appetitus naturalis non potest non appetere illum, voluntas tamen potest illum non velle libertate contradictionis, licet nunquam refrenabit animam, ne illū appetat. ergo anima non potest non velle finem libertate indriæ, licet possit non velle libertate ꝯdictionis. Nunc ad rōnes, Ad primam dicēdum ꝙ cum voluntas sit per essentiam libertas cōtradictionis, dico ꝙ respectu omnium est libertas contradictionis, & sic respectu finis & mediorū in finem, cum quo tamen stat eam non posse refrenare naturalem animæ appetitum ne illum appetat, potest tamen refrenare naturalem animę appetitum circa media in finē: & ita aliquando facit. Ad secundum patuit solutio. Ille.n. motus, quo mouetur ab obiecto ostenso, non est velle, nec nolle, nec actum suspendere, sed est appræhensio quædam, qua appræhendit illud esse eligibile, vel fugibile, nec respectu illius est libera, qm̃ ille actus non est volūtatis, nisi, vt subiecti sed potius est obiecti ostensi. nec sequitur, voluntas respectu illorum primorum motuum non est libera, ergo non est per essentiam libera, quia respectu primorum non est libera, quia non sunt actus eius. Sufficit enim ad hoc vt sit libertas contradictionis, vt sit libera respectu suorum actuum. Per idem ad tertium, primi.n. motus non sunt voluntatis, & ideo non sunt in potestate nostra. potius .n. sunt obiecti. non.n. est in potestate voluntatis, cum sibi præsentatur aliquod sub ratione boni, quin deprehendat illud esse appetibile. Sed in potestate eius est illud velle, vel non velle, quia licet appræhenderit illud esse appetibile: poterit illud non velle. Hæc pauca de hac quæstione sufficiāt, nam in theologicis plura dicemus, nunquam vero satis sit peripatetice sic disputasse. Quinto quæritur vtrum volūtas creata possit libere velle & libere non velle libertate contradictionis. Vr̃ ꝙ non. primo quia si potest libere velle & libere non velle aliquid libertate ꝯdictionis, poterit poni in esse, possibile.n. (primo priorum) est quo posito in esse, nullum sequitur impossibile. Qꝫ aūt non possit poni in esse, patet: quia tunc voluntas libere vult, & libere nō vult aliquid libertate contradictionis. Hoc autem est impossibile, ergo impossibile est voluntatem libere velle & libere non velle aliquid libertate ꝯdictionis: cum semper hoc positum inesse implicet ꝯdictionem. Præterea. Si voluntas posset libere velle, & libere non velle aliquid libertate contradictionis, aliquis actus esset in potestate voluntatis. Hoc aūt falsum est, quia vel actus q. est vel actus, qui non est. non actus qui est, quia ex quo ille est, non est amplius in ptāte voluntatis. non actus q. non est, quia cū ille nihil sit, non potest esse in potestate alicuius. Præterea. Si voluntas posset libere velle, & libere non velle libertate contradictionis, posset libere suspēdere oēm eius actū. Hoc autem falsum est, quia dato ꝙ suspendat oēm actum eius, cum voluntarie suspendat oēm actum: tunc volendo suspendet: & ita respectu huius, quod est suspendere oēm actum suum, habet actum volendi, & sic non suspendit omnem actum suum, qua ratione fit, vt hæc propō voluntas libere suspēdit omnem actum suum, inferat contradictoria esse simul vera. non ergo pōt voluntas suspendere omnem suum actum, In contrarium patet ratio, nam voluntas est essentialiter libertas contradictionis, ergo potest libere velle & libere non velle, libertate contradictionis. Pro declaratione. q. accipiamus primo quid sit ipsam voluntatem libere velle. 2. quid libere non velle. 3. quid sit voluntatem libere posse suspendere actum suum omnem. Quantum ad primum dico ꝙ voluntas libere vult, quia aliquando vult, & immediate antequam inceperit velle, potuit nō incipere velle. Quantum ad secundum dico ꝙ voluntas dicitur libere non velle, quia voluntas aliquid non vult, & immediate ante ea potuit voluisse. Quantum ad tertium dico ꝙ suspendere omnem actum suum, potest dupliciter intelligi, aut negatiue, & sic nihil aliud est, quam non habere aliquem actum libere, & ad hunc sensum voluntas potest suspendere omnem actum suum. Aut potest intelligi affirmatiue, & sic denotatur ꝙ ipsa nullum actum habet, & nullum actum vult habere, & hoc modo illa propositio, voluntas potest suspendere omnem actum suum, implicat contradictionem, quia si nullum actum vult habere, ergo habet aliquem actum, vt patet. Ex his deducitur quid est voluntatem libere velle & libere non velle libertate contradictionis. non.n. est voluntatem velle & non velle A vel indifferenter eam velle & non velle A, sed est velle A in B instanti, & potuisse antea vel noluisse, vel non voluisse. Aut est non velle A in B instanti, & potuisse antea voluisse. Vel efficacius voluntatem libere velle & libere non velle est positis omnibus, quæ requiruntur ad actum suum habere in potestate sua incipere velle, & non incipere velle, vel si incepit, est in potestate sua posse desinere velle, vel non velle, quando sibi placuerit. Tunc ad rationes dico. Ad primā ꝙ voluntas potest libere velle, & libere non velle omne sibi obiectum. Et quando dicitur, hoc non potest poni in esse, nego hoc. non.n. illo modo ponitur in esse, vt in argumento dicitur, sed vt dictum est in suppositionibus, voluntas.n. potest libere velle, & non libere velle, non quo hæc sit in esse, voluntas libere vult & libere non vult, sed quo cum primo vult, prius potuit non velle, & cum primo non vult prius potuit velle, h.n. modo debet poni in esse. Sed dices, h̃ est possibilis, voluntas libere vult: ergo ista potest esse vera, voluntas libere vult. Dicendum ꝙ consequentia nulla est, quia possibile est tm̃ Deum esse, & possibile est nullam propositionem esse veram, & id genus: & tñ nunquam tales propositiones erunt veræ, vel pn̄t esse veræ. Sed ideo tales propositiones dn̄r possibiles, quia ita pōt esse sicuti per eas significatur. nō.n. per istam, poſe est nullam propōnem esse veram, denotat ꝙ hæc pōt esse vera, nulla propō est vera, sed solum ꝙ poſe sit ita esse sicut per eā propōnem, quæ est, nulla propō est vera, denotatur. Ad secundum dicendum ꝙ in potestate voluntatis est actus qui est, quia pōt illum continuare, vel non continuare, & est actus q. non est non de inesse, sed qa antequam illum habeat, potest illum habere libere. Vterque ergo actus est in potestate voluntatis, nam qui est, est in eius potestate, vt non continuet, qui nō est, vt possit efficere. Ad tertium patet solutio, quia voluntas potest suspendere omnem actum suum positiuum per negationem, non autem per affirmationem: vt diximus. Multa alia de voluntate essent dicenda: quę in theologicis domino concedente dicemus: & quidem diligentissime.

5. Qō.

De possibili pulchra.

Necesse

ARGYR.

Necesse est igitur omne quod viuit animamq; habet, nutriendi vim habere ab ortu generationeúe vsq; ad interitũ corruptionemúe suam. necesse est. n. omne quod est ortum, accretionem & statum & decretionem habere, quæ quidem vt patet sine nutritione fieri nequeunt. Necesse est igitur, vniuersis his quæ accrescunt atque decrescunt, inesse potentiam nutriendi.

Tex.cõm.59.

Vegetatiuam quidem igitur animam necesse est habere oẽ quodcunq; viuit, & aĩam habet, à generatione vsq; ad corruptionem, necesse est. n. quod genitum est, augmentum habere, & statum, & decrementum. Hæc autem sine alimento habere impossibile est. Necesse est igitur inesse vegetatiuam potentiam in omnibus *viuentibus mortalibus*, natis, corruptibilibus.

φυομένοις crescentibus φθίνουσιν. decrescẽtibus.

COMMENTARIVM.

HACTENVS de motiuo: at nunc de vegetatiuo ptractationem aggreditur. nam vt Auer. inquit. cum egisset de omnibus vſibus virtutibus aĩæ, nunc de virtute aĩæ vegetatiua aggreditur: vt ostendat, quæ earum sit viuentibus data pp melius, & quæ pp necessitatem. Expositor vero vr̃ huius intentionis aliam causam assignare. Dicit. n. postquam Aristot. determinauit de singulis partibus aĩæ, hic oñdit quõ adinuicem ordinantur. Et primo ponit hanc conclusionem, oẽ quod viuit, & aĩam habet, habet vegetatiuam potentiam, & syllogizat h̃ pacto: oẽ crescens stans & decrescens habet vegetatiuam potentiam: oẽ viuens crescit, stat, & decrescit, oẽ igitur viuens habet vegetatiuam potentiam, Huius syllogismi primo accipit conclusionem, & inquit. igitur aĩam necesse est h̃re oẽ, quodcunq; viuit, & aĩam habet, dico necesse est habere à g̃none ipsa, atq; ortu, vsq; ad corruptionem, atq; finem vitæ. Per hæc verba § à generatione vsq; ad corruptionem. § Expositor colligit Aris. innuere hoc esse intelligendum in viuentibus, quæ generantur & corrumpuntur, excludens corpora cœlestia, quæ viuunt, & animam h̃nt, & t̃n vegetatiuam potentiam non habent. Quod quidem licet colligi possit ex his verbis, arbitror tamen Arist. hoc non dixisse, nisi ad dr̃iam sensus, & motiuæ potentiæ. nam viuens, & quod aĩam habet, non à principio vitæ, ad eius finem sensum, vel potentiam sensitiuam habet, & ad dr̃iam potentiæ motiuæ, quæ non à principio ad finẽ viuentibus inest. Et dicit. § Quod viuit & animam habet § vt oñdat h̃ cõe esse etiam aĩalibus, Hæc enim à principio ortus, vsq; ad finem vitæ vegetatiuam potentiã semper habent, vnde per habẽs animam animal intelligit. Hæc est conclusio. Deinde accipit minorẽ, & inquit. Necesse est. n, quod generatur atq; genitum est idem, necesse est, vt omne viuens, quod generatur, habeat augmentum, statum, & decrementum: hæc fuit minor. Deinde sumit maiorem: hæc autem sine alimento, hoc est sine potentia nutritiua, h̃re non põt. Est ergo maior, oẽ viuens habet augmentum, statum, & decrementum. Hæc fuit maior, repetit conclusionem, & inquit. Necesse igitur est inesse vegetatiuam potentiam in oĩbus notis, & corruptibilibus, hoc est oĩbus viuentibus à principio ad finem. Quo ad verba attinet, verbum, natis græce est φυομένοις latine augmentabilibus etiam, tamen (vt arbitror) hic pro genitis accepit, verbum verbo, corruptibilibus græce est, φθίνουσιν, latine etiã diminuibilibus, tamẽ corruptibilibus transtuli. nã hic describit viuens, quod generatur, & corrumpitur. Quærunt vtrum viuens deuenire possit ad tempus status, qualem arbitrantur esse iuuẽtutem in qua virtus, nec augeat, nec imminuat? Et vr̃ q̃ non, quia oẽ viuens post ortum, semper tẽdit ad corruptionem, semper. n. post ortum minori tp̃e erit victurum. ergo semper post ortum tendit ad decremẽtum, quare post ortum vnum erit tempus. s. decrementum. Præterea. Aliquando viuens ante tp̃s status moritur. ergo non transit per tria tp̃a. Egidius lucidus doctor arbitratur ex rei natura nullum esse statum, sed omne tempus esse, aut augmenti, aut diminutionis s̃m rei veritatem: imaginatur enim quandiu ossa sunt tenera, & calor naturalis fortis, augeri viuens: cum vero calor non est fortis, tunc viuens decrescit: cum vero nec augmentum, nec decrementum sensibile est, status est viuentis: ergo inter augmentum & decrementum ex rei natura non datur tempus medium, datr̃ tamen tempus in quo nec vnum, nec alterum sensibile est. Quod vero non detur tale medium ex rei natura, Probat Egidius, primo quia inter calorem fortem, & non fortem non datur medium, quemadmodum nec inter cõtradictoria, cum. n. est fortis generat magis quam fuerit deperditũ, cum vero non fortis, quod restaurat, est minus quam id, q̃d resolutum erat. ergo sicut inter fortem, & non fortem non datur medium, ita inter accrementum & decrementum nõ dabitur medium. Secũdo si tale tempus ex natura rei esset dabile, medium tempus in quo. s. calor naturalis præcise t̃m restauret, quantum fuisset deperditum, sit tota iuuentus (vt medici arbitrantur) & sit, gratia argumenti, decem annorũ, quæritur vtrum in fine talis temporis sit calor æque fortis sicut in principio erat, vel fortior, vel debilior. Si æque fortis, vel fortior, ergo sicut in principio sufficiebat per decẽ annos restaurare quantum resoluebatur: ita sufficiet in fine decem annorum, & ita per plures annos adhuc, & sic in infinitum. Sin autem dicatur calorem esse debiliorem in fine, q̃ erat in principio, ergo in aliqua proportione: & ita prius etiam erat debilior, licet in minore proportione: cũ ab extremo ad extremum, non nisi per medium transitus fiat: sed in principio decem annorum non poterat calor restaurare nisi t̃m quantum resoluebatur, ergo prius ante finem, quando calor fuit debilior q̃ in principio, non poterit restaurare t̃m, quantum resoluebatur: & ita tunc fuisset diminutio, & non status: cuius oppositum supponebatur. Ex his argumentis Egidius autumat statum viuentis esse, quando viuens, nec sensibiliter crescit, nec sensibiliter decrescit, & ita inter crementum, & decrementum medium esse negat, sed inter crementum, & decrementum sensibilia concedit medium. Contra hanc opinionem fere omnes aduersantur, Gandauensis. n. argumentatur, inter quoslibet duos motus oppositos est quies media, in qua subiectum nullo illorum motuum mouetur. Sed crementum & decrementum sunt duo motus contrarij, ergo inter eos debet dari quies media. Maior probatur. 8. phy. alioquin idem simul esset, & non esset, vt deducit Gandauensis, at omnis quies est in tempore, ergo inter crementum & decrementum est tempus, in quo viuens, nec crescit, nec decrescit, & hoc tempus saltem erit status. Præterea. Alij argumentãtur q̃ hac positione instanti qu&libet hora viuentis esset tẽpus status, quod est contra omnes. & consequentia probatur, quia s̃m Egidium, illud est tempus status, in quo non est sensibilis accretio, nec sensibilis iminutio, sed in nulla hora suæ vitæ viuens sensibiliter videtur, aut accretum, aut diminutũ. ergo quælibet hora suæ vitæ erit status. Præterea. In instanti medio copulante tempus auctionis tempori diminutionis viuens, nec augetur, nec diminuitur, ergo dabitur medium inter crementum & decrementum. Añs probatur, quia si illo instanti viuens augeretur, igitur post illud augebitur, & si in illo instanti diminueretur, ergo ante illud diminuebatur. quare idem simul & semel cresceret, & decresceret, quod est impossibile. Vtraq; vero consequentia patet, quia nullius motus datur primum, vel vltimum. 6. phy. Præterea. Alij argumento Auic. eandem positionem sic reprobant, aliq̃n virtus vitalis conseruat calorem, & facit augmentum, vt in pueritia, aliquando neq; cõseruat calorẽ, & facit augmentum, vt in senectute, ergo aliquando alterum illorum sufficit facere. Tenet argumẽtũ, quia natura non procedit ab extremo ad extremum sine medio, sed cum non possit aliquando facere augmẽtum, & non conseruare calorẽ: est. n. hoc omnino impossibile, non . n. calor diminuitur, nisi in senio. ergo aliquando sufficit calorẽ conseruare, & non facere augmẽtum, quod quidem est tẽpus status. His argumentis oẽs, quos ego legi, Egidium condẽnãt, & eius argumenta resoluunt. Ad primum dicunt calorem esse fortem tempore status, verum non sp statum esse afferunt, cum calor est fortis. Dicũt. n. augmentum desinere pp humidi terrestreitatem, qua redditur extẽsioni ineptum: alij dicunt inter fortem & debilẽ non esse medium

1. Quæstio. Vtrum sit possibilis status in viuentibus.

Pō Egid.

Rñes Egid.

Contra Egi. q̃o.

medium sed inter fortiorem & debilem medium esse fortem, & ita volunt augmẽtum fieri, qñ calor est fortior, dimi nutioné vero, cum calor est debilis, statum cum est fortis. Ad scdm dñt calorem in principio & fine esse æque forte, non tñ in fine sufficere per decem alios annos conseruare, qm̃ disparitas est ex parte humidi, nã in principio iuuentu tis nõ erat ita terrestre, quin cum maiore adhuc terrestreitate suum calorem posset conseruare sub gradu, sub quo prius fuit. In fine vero iuuentutis erit humidũ in extremo latitudinis siccitatis, cum qua põt calorem conseruare, & quia continuo efficitur siccus, ideo immediate post finem non amplius sufficit humidum calorẽ conseruare sub eodem gradu, sed continue diminuet. Hæc sunt, quæ ꝯ Egid. oés fere asserunt. Verum Auer. pñti loco velle vr̃ omne viuens non habere nisi crementum & decrementum, crementum quidem, vt perueniat ad debitam quantitatem, in qua possit exercere suam operationem, decrementum vero, ne fiat transitus ad corruptionem immediate ab ipsa rei perfectione. Them. ẽt viuẽs oẽ non nisi accretionem, & minutionem pati dicit, vbi nihil de statu loquitur. Est ergo signum ꝙ statum tẽporalẽ noluerunt. Vnde ex dictis Auer. colligo hanc rõnem, si datur status, aut datur, vt viuens ꝑueniat ad suam perfectionẽ, aut vt transeat per ipsum ad corruptionem, non vt perueniat ad suam perfectionẽ, quia per solam accretionẽ ad talem perfectionem viuens attingit, nec vt ꝑ ipsum transeat ad corruptionẽ, quia per minutionem satis fieri põt hic trãsitus, ergo nulla est necessitas status. Teneo disputandi grã ego, viuens augeri vsq; ad A instans, quod est vltimum ꝑ exclusionẽ prioris & posterioris motus, tenendo auctionẽ & diminutionem esse motus continuos, est quidem vltimum per exclusionem prioris, quia in illo non est auctio & immediate antea erat. Est ẽt primum per exclusionem posterioris, quia in illo non est minutio, sed immediate post illud. hoc tamen instans se tenet cum sequenti motu, & non cum præcedenti, qm̃ sp ab vltimo fit denominatio. Ex his sequitur clari posse statum momentarium, in quo viuens nec augeẽ, nec minuitur, non tñ datur status temporalis. Tunc ad primam dico inter motus contrarios semper interuenire quietem per negationem vtriusq; motus, est.n. deuenire ad quoddam instãs, in quo nec prior, nec posterior motus est, in quo mobile dicetur quiescere per negationem, ꝙ in eo non meatur ali quo contrariorum motuum. hæc ãt quies nõ dicitur priuatiua, qm̃ esset temporalis. Cum vero accepit Gandauensis totum terminum ad quem esse in mobili, hoc est intelligẽdum, qm̃ motus per aliquid sibi internum terminatur: gño .n. est finis alterationis: quæ tñ non est in eo, quod prius alterabatur, sed in prima materia: quando vero motus non terminatur per aliquod sibi internum talis motus finitur per terminum extremum. Ad secundam nego consequentiam, quia licet status sit insensibilis auctio, vel insensibilis diminutio, nõ tñ contra, insensibilis auctio vel minutio insensibilis omnis est status: vlis.n. affirmatiua non conuertitur in terminis, nisi gratia terminorum, quare status erit tempus medians inter sensibilem auctionem, & sensibilem minutionem, in quo neutra sensibiliter est. Ad tertiam patet solutio, solum.n. probat dari medium momentarium, quod ego, & Egid. non negamus. Ad quartam nego illa esse extrema, licet.n. sint contraria, non tamen sunt extrema, inter quæ mediet aliquid quod differat re ab vtroq; extremo. Præterea dato ꝙ sint extremi & contrarij motus, non oportet inter eos esse medium temporalem, sed momentarium, imo ex argumento illa sunt ꝯdictoria: conseruare.n. calorem & facere augmentum, non conseruare calorem, & non facere augmentum sunt contradictoria, ergo nihil debet esse medium. Patet ergo ex his recte Auer. & The. duo tantum tempora vitæ annotasse.s. augmenti, & decrementi, quoniam tertium ex natura rei dabile non est. Tunc ad primum dico respectu decursus ætatiui vnum est tempus, videlicet, minutio, quoniam post ortum omne viuens tendit ad non esse, respectu vero magnitudinis duo tantum sunt tempora. Ad secundum licet viuens ante statum præmoriatur, tamen per accidens non venit ad statum, est tamen per se aptum peruenire, & sic Arist. loquiẽ.

Qua Auer. Cõm. 59.

At non in omnibus viuentibus necesse est sensum esse, etenim neq; ea possunt tactum habere, quorum corpus est simplex, quæque non sine materia formarum sunt suscepti neque fieri potest, vt sine hoc sensu animalium quicqu in rerum sit ratione.

Tex. cõm. 60.

Sensum autem, nõ necesse est in omnibus viuẽtibus esse. neq;.n. vtiq; ea quorumcunq; corpus simplex est, tactum contingit habere, neq; sine hoc possibile est esse animal vllum, neq; quæcunq; non susceptiua specierum sine materia sunt.

COMMENTARIVM.

PROBAVIT omnibus viuentibus inesse potentiam vegetatiuam. at nunc probat non oibus viuentibus inesse potentiam sensitiuam, quam per sensum intelligit, & hoc proponit, & inquit. Sensum ãt non necesse est in omnibus viuentibus esse, ꝙ si omnibus viuentibus potentia vegetatiua inest, & non omnibus viuentibus inest potentia sensitiua: patet dr̃ia vegetatiuæ ad alias animæ partes, quia omnes aliæ præsupponunt vegetatiua, tanquam priorem, & cæterarum fundamentum. Quod vero non omnium viuentium sit sensus, probat Arist. quia non omnium viuentium est tactus, ergo non omnium viuentium est sensus: est.n. tactus omnium sensuum primus ita, vt vbi tactus non est, illic sensus nullus esse possit. Q. vero non omnium viuentiũ sit tactus, probat tribus rationibus. primo, quia stirpium, quarum est corpus simplex, vti illarum pars miscibilis, non est tactus, vt nunc supponit, ergo non omnium viuentium est tactus. Huius accepit añs, cum inquit. Et lege sic, neq;.n. ea.s. plantæ, quorumcunq; est corpus simplex, vt eorum pars miscibilis, tactum habere contingit, vt nunc supponendum est. Secundo idem añs probat, quia tactus non est nisi animalium, at non omne viuens animal est, ergo non omnium viuentium tactus, & hoc inquit. Neq; sine hoc possibile est esse animal vllum. immo non nisi animal tactum habet, sed suppleas rationem, non oẽ viuẽs est animal, ergo non omnium viuẽtium est tactus. Tertio probat idem añs, tactus non est nisi eorum, quę sunt specierum susceptiua sine materia. At non omne viuens est susceptiuũ sine mã, ergo non omniũ viuentium est tactus. Inquit, neq;, quæcunq; specierum sine materia nõ susceptiua sunt, tactum habent, sed solum ea, quæ spẽs sine materia suscipiunt, tactum habent. Suppleas rationem, sed non omne viuens spẽm suscipit sine materia, quia planta non suscipit spẽm sine materia, ergo non omnium viuentium est tactus. Patet ergo tribus rationibus non omnium viuẽtium esse tactum. Quod si non omnium viuentiũ est tactus, nec omnium viuentium erit sensus: est.n. tactus primus omnium sensu, sine quo nullus sensus alicui inesse potest. hoc pacto legendus est textus. Philop. vero hunc textum resoluit ad duas rationes, quarum prima est ex parte corporis plantarum. Secunda vero ex parte animę. Ex parte corporis quidem, quia corpus plantarum videtur simplex, nam licet ex quatuor elementis constat, tñ tñ in plantarum corpore terrei est, ꝙ earum corpus sit quasi terra, quæ inepta est sen sui, vt patet in capillis & ossibus, quæ ꝑꝑ nimiã terrestreitatem, non habent sensum. Ex parte animæ vero argumentatur, quia earum anima spẽs sine materia non suscipit, ergo anima earum caret potentia, qua possit illas suscipere, & ita caret sensu. Hæc ex Philop. prima tamen expositio melior est, quia nullum verbum Arist. omittit indeterminatum. Auer. vero verba illa ⸢neq;.n. quorumcunq; corpus simplex est tactum habere contingit⸣ intelligit de corporibus cœlestibus. q.d. tactũ non esse oium viuentium, quia non cœlorum quæ viuunt, ergo tactus non est omnium viuentium. Sed hæc expositio non conuenit intentioni Aris. qm̃ exclusit cœlestia corpora superius ab hac consideratione, quia solum de viuentibus corruptibilibus proposuit. Sunt doctissimi viri, qui stirpibus sensum tactus tribuerunt, vt Anaxagoras Clazomenius. Demo. abderita, Ebrutalis phs iunior, & Platonicorum nonnulli, & mouebantur ex eo: quia cum stirpes nutrimento participent, alimoniæ sensum habeant necesse est, hoc est tactũ, & gustũ. Verum

Qua Auer. Cõm. 60.

Refutatio.

Verum in Collectaneis positionem hanc refutauimus, vt in.2. lib. videre potes, vnde Them. hic. d. plantis naturam sensum negasse, q corpora earum simplicibus proxima sint, & q crassiora sint: quam vt possint subtilitatem sentiendi admittere. Arist. vero probat plantis non inesse sensum, q eis appetitio non insit, vtpote nec tristitia, nec lætitia, quod vero nec tristitia insit, nec lætitia, argumento nobis est plantarum immobilitas, non. n. à re ipsa tristi plantæ retrahuntur, nec ad rē delectabilem diffunduntur, plantis ergo, quia appetitio non inest, nec sensus inesse potest. Sed de his hactenus.

ARGYR. *Animal aũt necesse est sensum habere, si nihil facit frustra natura. nam vniuersa quæ natura conficiuntur, gratia sunt alicuius, aut sunt casus eorum quæ alicuius causa fiunt. Si igitur corpus quod habet, vim gradiendi, non haberet sensum, corrumperetur sane, & non ad suum proficisceretur perueniretq; finem, quem quidem opus esse naturæ constat. Quo nanque pacto nutrietur? Immobilibus enim adest nutrimentum eo in loco, vbi sunt orta, quo nutriri possunt suapte natura.*

Tex. 60. Casus συμπτώματα. Aīal aũt necesse est sensum hr̄e, si nihil frustra facit natura, gratia. n. alicuius oĩa sunt, quę natura subsistunt, aut casus sunt eorum, quæ sunt alicuius gratia. Si igitur omne progressiuũ corpus non haberet sensum, corrũperetur vtiq;, & in finem non vtiq; veniet, qui est naturæ opus, Qũo. n. aletur? Manentibus

Hoc τοῦτο. vnde

quidem enim inest hoc, vbi nata sunt.

COMMENTARIVM.

CVM declarauit potentiam vegetatiuam esse priorē & vliorem potētia sensitiua. nunc exponit, cām pp sensus quã inest, & inqt. Aīal aũt necesse est sensum hr̄e, pbat aũt h̄, & pōt argm̄ fieri à primo ad vltimum, aīal est, ergo est pp finem, h̄ est, vt gñet sibi simile, & tale quale ipsum est, vt exponit Them. alioqui natura aliquid frustra fecisset, si aīal est, vt generet sibi simile, necesse est vt cibum assumat, qui conuertatur in eius substantiam, quo ēt crescat, vt possit peruenire ad tantam quantitatem, vt generare possit, & eius superfluum conuertatur in semen. Propter tria. n. aīal cibum assumit, vt nutriatur, & conseruetur, vt crescat, & pueniat ad debitam quantitatē, sub qua gñare possit, & conuertatur in semen. Patet ergo si aīal est, vt generet, ipsum necessario assumere debere cibum: sed cum non possit assumere cibum eo loco, vbi aīal genitum est, sed procul, necesse est ipsum habere sensum, quasi ducem, quo ducat ad locum cibi salubriter: si. n. sensum non haberet obuiaret corruptiuis causis: & ita non perueniret ad locum cibi: qđ si nõ pueniret ad locũ cibi: cibũ nunquã assumeret, & si cibum nunquã assumeret, non posset puenire ad debitũ tp̄s, quo posset debitum naturæ opus perficere, gñando sibi simile. Inquit. Aīal autē necesse est sensum habere, si nihil frustra facit natura. Quod vero si nihil frustra facit natura, aīal sensum habere necesse sit probat, & assumit diuulgatum principium physicorum vt exposuit lib. 2. physi. auscul. videlicet quæcunq; natura subsistunt, aut sunt alicuius gr̄a, aut sunt casus, qui sequuntur ea: quæ sunt alicuius gratia, hoc supposito argumentatur. Si igitur nullum progressiuum corpus sensus haberet, antequam veniret ad locum ciborum, ex quibus enutritur: corrumperetur, qm̄ careret duce, quo peruenire posset salubriter ad eum locũ: careret. n. sensu, quo discerneret, corruptiua: quę fieret sibi obuia. vltra si corrumperetur antequam veniret ad locum ciborum: nõ perueniret ad finem, qui est naturæ opus, hoc est ad generandum sibi simile. vbi. n. non posset peruenire ad locum, non nutriretur, vbi vero non nutriretur, semen emittere non posset, quod est nutrimenti superfluitas, imo (vt dicit Them.) moreretur illico: ppea dicit Arist. qũo. n. aletur, quasi dicat, nullo pacto enutriretur. Quod si dicas aīal nutriri ex suis radicibus in loco vbi ortum est, vt plātæ & animalia immobilia enutriuntur. Contra obijcit, qa immobilibus animalibus vel plantis nutrimentum inest in loco, vbi ipsa sunt apta esse, ideo non mouentur procul: at animalibus progressiuis nutrimentum ipsum non reperitur eo loco: vbi illa orta sunt. Quo vero ad verba attinet, Auer. verba illa§ quo modo enim aletur. §sic habet §Est. n. s̄m modum motus sine sensu§ & exponit Arist. hæc dixisse pp corpora cœlestia, quæ habent motum, & tamen carēt sensu: propterea dicit illa habere motum alio modo atque alia ratione, quam animalia hæc habeant, sed bonus Auer. sæpe truditur in fabulas, perlibrat. n. ea quæ nõ sunt in lib. Arist. sed quæ sunt ficta ab interpretibus Barbaris. Philop. hunc locum eodem modo intellexit, ponderat vero verba Arist. cum ait, alia esse propter aliquid, alia consequi ea, quæ sunt propter aliquid. Dicit. n. capillos in capite pilos in cilijs, & pilos in barba esse aliquid, capillos quidē tegmenti gratia, pilos ciliorum gratia custodiæ, pilos barbæ driæ causa, vt differat vir à muliere: caniciem vero capillis quæ in senecta accidit, asserit esse consequens id quod est propter aliquid, quia consequitur phlegma quod abundat in senecta. Præterea. Textum resoluit in duas rationes. Prima quidem est, si aīal progressiuum non haberet sensum, tunc frustra esset sibi datus progressus, quia vel non progrederetur, vel in malum. s. præcipitium se præcipitaret, & sic frustra datus esset progressus. Secunda vero, qa progressiua aīalia cibum quærunt procul, ergo indigent sensu, quo ducantur ad cibum. Them. vero textum ad vnã rationem resoluit, vt visum est. Quidam h̄ disputant obiter cum diuo Thoma, an anima cœli sit intellectus cœlũ ipsum perficiens, atq; informans. Argumentatur Tho. q sic, quia. 12. primæ philosophiæ lib. Aristo. vult in motu cœli esse duo consideranda, alterum mouens non motum, alterum vero, quod mouet motum, quod mouet non motum, mouet sicut desiderabile, & cum non desiderio concupiscentiæ vel sensus, mouebit vt desiderabile, intellectiuo desiderio, propterea concludit id quod mouet motum, mouere vt appetens, & intelligens: at nullum corpus dicitur appetens, & intelligens nisi per intellectum ipsum informantem: quo vt forma perficiente intelligere & appetere dicatur: quare ex his sequitur cœlestem animã esse intellectum cœlum ipsum informantem, & in esse constituentem. Contra obijciunt Iuniores, quia hoc concesso: quælibet intelligentia esset pars alicuius compositi, & cũ omnis pars moueatur per accidens motu totius, quælibet intelligentia moueretur per accidens motu cœli: quod Arist. & Auer. negant alioqn esset corruptibilis. Præterea. Tunc quælibet intelligētia esset physicæ considerationis, quod negat. 2. phy. auscul. nam quælibet esset actus corporis naturalis. Sed defendendus est expositor Tho. qui melius semper Arist. verba intellexit: quam cæteri repræhensores: tenemus enim intelligentiam esse formam cœli, è qua cœlum ipsum dependet in esse, verum duplex est forma, altera è qua id cuius est dependet in esse; & ipsa ab illo non dependet, & hæc est forma, & nullius compositi pars, quia nec pars materialis, nec formalis: altera est, è qua id depēdet, cuius ipsa forma est, & ipsa ab illo dependet etiam in esse, & hæc semper est pars alicuius compositi ex materia, & forma resultantis. Tunc patet solutio ad argumenta contra diuum Thomam, non. n. sequitur intelligentiam esse partem, licet ab ea cœlum dependeat, similiter concesso quod quælibet intelligētia per accidēs moueatur motu cœli, vt. 8. Physicorum dictum est: non tamē sequitur ipsam esse corruptibilem, quia non mouetur per accidens dependendo à cœlo, sed potius contra cœlo ab ipsa dependente. Ad secundam patuit solutio in metaphysicæ libro primo. Diximus enim omnem intelligētiam, vt anima est, esse physicæ considerationis, vt intellectus vero est metaphysicæ rationis, verum de re hac in multis locis abunde diximus. Philoponus hic soluit dubium de talpa: quæ quærit cibum procul, & non habet visum, & de verme, qui mouetur, & caret visu. Respondet q talpa habet visum, sed tenui tunica opertum propter continuam sub terram latitationem. Item de verme dicit, q natura mollitiem ob indigentiam suppleuit, nam sui corporis mollitie discernit ac si videret: sicq; potest dici de aliis multis animalibus.

An cœli anima sit forma dans esse cœlũ. Opĩo Thomæ. Te. c. 36.

Fieri

Fieri autem nequit: vt corporum quicquam mobile atq; ortum animam quidem habeat discernentemque mentē, sensu autem vacet. Cur enim nō habebit? aut enim animæ, aut corpori idipsum melius erit. At neutri videtur melius esse. illa nanque ob hoc non intelliget magis. illud autem non ob idipsum magis persistet. Nullum igitur, vti diximus, non immobile corpus: habet animam absque sensu.

Tex. cōmē. 61.

Non potest autem corpus habere animā quidem, & intellectum discretiuum, sensum autem non habere, non mansiuum existens, generabile autem. at vero neque ingenerabile. Quare enim non habebit? aut. n. animæ melius est, aut corpori: Nunc aūt neutrum est, hæc quidem enim non magis intelligit, hoc autem nihil erit magis propter illud. Nullū ergo habet animam corpus non manens, sine sensu.

COMMENTARIVM.

DICTVM est datū esse animali sensum, vt per ipsum discernere possit in eligendo cibum, vtilia ab inutilibus, salubria ab insalubribus, corruptiua à conseruatiuis. Contra videtur ad hoc in aliquibus animalibus sufficere intellectum discretiuum, hoc enim duce, possunt animalia huiusmodi hæc omnia sufficienter discernere, ergo in hominibus videntur sensus superflui. Respondit ergo fieri non posse, vt corpus habeat animam, & discretiuum intellm, & sensu careat, si est animal progressiuum, & generabile. Vnde inquit. Non potest aūt corpus habere animam & intellectum discretiuum, sensum autem nō habere, si non mansiuum est, sed gressiuum, generabile autē: hoc est si est progressiuum, & generabile. Sed verba illa §at vero neq; ingenerabile§ & reliqua, Them. cui non parua fides adhibenda est, sic legit, at vero non ingenerabile, quasi dicat quod dictum est de generabili: non oportet dici de ingenerabili, quia ingenerabile habere pōt animam & intellectū discretiuum, id est distinctè appræhensiuum, & sensu carere, vt cœlum & ita, neque, pro, non, legēdum est: Deinde verba illa. §Quare enim non habebit§ legenda sunt, sic: nam cur ne habebit, quasi dicat, nam si habet ad quid ne habere sensum vtile erit? & tunc verbū non, pro ne interrogatiue legendum est, & hoc pacto verba græca non corrumpuntur. Quo vero ad nihil ingenerabili corpore animato sensum habere vtile sit: probat Arist. quia non confert illi ad intelligēdum: cū corpus cœleste intelligat per essentiam suæ animæ, & non per spēs acquisitas à sensibilibus. nec confert illi pro cōseruatione, quia ex sensu cœlum nō magis vel plus perdurabit, non enim eget cibis, quos medians te sensu discernat, tunc dat eā cōclusionem, quā superius dedit: & inquit. Nullum ergo corpus scilicet generabile, non manens, sed progressiuum aīam habet sine sensu: ingenerabile vero bene habet aīam sine sensu. Hæc est expositio Them. quā Auer. sequi videtur, & non est extorta: sed græcis verbis conueniens, nam hæc conclusio sic legitur, nullum ergo corpus generabile, & progressiuū habere pōt aīam sine sensu: ingenerabile vero mobile potest habere animam sine sensu, & sic hæc conclusio sequitur ad omnia, quæ dixit. Thomas vero in textu omnem facilitatem vult esse considerandam, & omnem violentiam esse explodendam: vult Aristot. duo fecisse, quoniam primo eum probare dicit generabile corpus, & mobile non posse animam habere, & intellectum distinctè appræhēsiuum, qui sensum habeat, nec hoc probat, sed tanquam ex dictis probatum assumit, superius enim probauit animā talis corporis intelligere non posse sine phantasmate. Secundo dicit eum probare corpus æternum habere nō posse animam & intellectum discretiuum, & sensu carere, & per intellectum discretiuum intelligit intellectum appræhensiuum singularium. Vnde Platonici dixerunt esse dæmones corporeos animatos, eosque habere intellectum discretiuum, & corpora æterna, vt Apuleius asserit, ideo Aristot. secundo probat tale dæmonicum corpus, licet æternum, habere nō posse animam & intellectum discretiuum sine sensu, dico intellectum discretiuum, quia corpus æternum, vt cœlum: habet intellectū sine sensu, quoniam cœlestis intellectus non est discretiuus, hoc est singularium perceptiuus, sed per essentiam appræhensiuus: at nullum corpus æternum habere potest animam, & intellectum singularium appræhensiuum, & carere sensu, & hoc proponit, at vero neque corpus ingenerabile potest habere animam, & intellectum discretiuum, & sensu carere. Deinde probando hoc, quærit, quare enim tale corpus sensum non habebit? aut enim istud non habere est animæ melius, aut corpori, & ꝙ nec animę, nec corpori sit melius non habere sensum probat, & primo ꝙ non sit animæ melius, nam anima huiusmodi corporis carentia partis sensitiuæ, nec melius, nec magis intelligit, immo carentia talis partis non percipit singularia discretiue, quæ Platonici illam percipere asserunt. Quod vero hæc carentia corpori non sit melior, probat, quia ex tali carētia corpus non diutius perduraturū est: ergo vniuersaliter concludit nullum corpus mobile aīam habere posse sine sensu, siue illud sit corruptibile, siue incorruptibile: si modo sit mobile, & intellm habeat discretiuum. Hæc expositio, vt recte Expositor considerauit, nullam ponit in verbis Aristotelis extorsionem: nec violentiam: tamen in re ponit nō leuem dubitationem. Est enim dubium primum, vtrum anima in tali corpore melius intelligat sine sensu. Et videtur ꝙ melius: quia vt Auer. in cōmento argumentatur, sensus potius impedit intellectionem, q̄ illi conferat, facit enim intelligibile non intelligi nisi per speciem, & non ꝑ essentiam, & ita intellectio est obscura atque nocturna, intellectio vero quæ fit sine sensu, est intuitiua & matutina. ergo sensus intelligenti potius impedimento erit. Secundo dubium est quia sensus non facit ad æternitatem eius cuius est sensus: nam (vt Auerroes inquit) sensus in maiori parte non est causa longitudinis vitæ, & perpetuę durationis, quia omne habens sensum est mistum, & ita corruptibile. ergo hæc expositio facit dubitationē in re. Propterea expositio Themistij videtur magis conueniens, quoniā nec verbis, nec rei dissona est, si verba legant, vt diximus. Egidius fingit ſm Plato. animā intellectiuam habere duplex corpus, tenue alterum, atque æternum animæ ipsi proportionatum, crassum alterum & mortale, animæ disproportionatum, animastico vero corpori proportionatum. Ait illud tenue esse æternum, quia æterna forma nō potest esse actus corporis corruptibilis immediatus, alterum vero crassum, mortale, ꝙ anima æterna, mediante corpore æterno, bene esse potest forma corporis mortalis. Contra ergo hanc opinionē Egid. dicit Arist. loqui. dicit. n. nullū corpus habere posse animam intellectiuam sine sensu: siue tale corpus sit, tenue, & æternum, siue crassum, & mortale. Verum ad argumentum Plat. respondet æternam formam posse esse actum corporis corruptibilis, non immediate: sed mediante dispositione corruptibili. Quæ responsio, & expositio dubia est. expositio quidem, quia Plato tale corpus medium tenue, & immortale nūquā somniauit, potissimū cum æternum esse non possit. responsio vero, quia pari ratione non videtur forma æterna esse actus dispositionis corruptibilis, vel corporis corruptibilis mediante dispositione corruptibili, eadē enim quæstio erit de corpore, & de dispositione. Propterea est argumentū illud quo probaretur tale corpus medians, dico formam æternam bene posse esse corporis mortalis actum, quando non est æterna simpliciter vtraq; ex parte. nā quando incipit non ante corpus, potest ipsa æterna à parte post esse actus corporis simpliciter mortalis. Ex his quæ Arist. dixit Them. deducit animatam naturam extrema sui parte vtraque sine sensu esse, extrema sunt, cœlum, & plantæ. Carent plantæ sensu, præ ignobilitate, & crassamento naturæ. Caret & cœlum, nobilitate, & naturæ excellentia. Præterea. Planta sensu caret, ꝙ procul cibum non quærat, cœlum vero ꝙ cibo nullo pacto egeat, hæc Them. verum an plantæ sensum habeant, secundo huius in Collectaneis disputauimus, & in hoc tertio paulo superius. Si vero cœlum, in libro de Substantia orbis, & in libro de cœlo. Sed quo ad verba attinet, debes scire ꝙ verba illa §quare non habebit§ dupliciter reperiuntur in græcis codicibus, vnomodo affirmatiue,

Quæ Egid. ad mentem Plat.

matiue,sic quare habebit,& sic exponit,hæc Alex.est enim sensus cum cœleste corpus sit ingenerabile, cur habebit sensum. Videtur enim quòd non debeat habere, quia vel erit corpori cœlesti bonum, vel eius animæ. non corpori quia licet sensus conferat his quę habent mortalia corpora quatenus per eos præseruantur à præcipitijs, & quærũt cibos procul,cœlo cum sit corpus immortale, nõ cõfert, non animæ, quia sensus sunt vtiles animæ pro scientia vniuersalium.vt.s.acquiratur ex sensibus. at cœlestis anima p essentiam scit. Aliomodo verba illa leguntur cum negatione vt in codicibus nostris, & sic Plutarchus legit. Interrogat enim, cum cœlum sit ingenerabile cur nõ habebit sensum. Respondet secundum Plutarchum an animæ melius est, & corpori. Nunc autem vtrũque est, hæc quidem enim scilicet anima magis intelligit sup.si cœlum habet sensus,quia particularia,& vniuersalia, & non impeditur ab intellectione vniuersalium, ex eo quia sentit singularia. Hoc autem, scilicet corpus erit magis.s.perfectius propter illud hoc est propter habere sensus quia sensitiuũ melius est non sensitiuo.Propterea concludit, nullum ergo habet anima corpus manens sine sensu.quia anima cœlestis,& anima animalis progressiui, & cuiuslibet animalis habet sensum. Sic igitur Plutarchus verba omnia legit affirmatiue.Alexander vero negatiue, vt patuit. Digreditur autem hic Philoponus vtrum cœlestia habeant sensus. Quod cœlestia habeant animam intellectiuã, siue intellectũ,Platonici & Peripatetici concordant,sed de sensibus differũt.Platonici quidem cœlestibus sensus tribuũt: Peripatetici vero remouent. Pro Peripateticis argumentatur primo quia si cœlestibus sensus inessent, essent passibilia,deducitur,quia subiectum sensus est passibile. Respondet Philop.pro Platonicis,ꝙ in nobis sensitiua potentia patiente subiecto indicat sensibilia, in cœlestibus potentia sensitiua indicat sensibilia: sine passione subiecti: cœlum enim corpus est impassibile, nostrum corpus vero passibile. Hanc solutionem probat, quia si aer & aqua sine passione possunt ministrare species sensibilium sensibus: & illas recipere nulla corruptione accidente in ipsis cur cœlestia sine eorum passione sensibilium species recipere non possunt? Secundo pro Peripateticis argumẽtatur Philoponus, quia si cœlestia habent sensum, haberent tactum.Est enim tactus primus omnium sensuũ.Praeterea.Tactus est deterior ceteris,modo vbi ẽ melius, erit deterius.At non habẽt tactum,quia sic essent mista ex elementis. Respondet iterum pro Platonicis, ꝙ necesse est cœlestia habere tactum,quia licet in nobis deteriora precedant meliora, vel simul sint. In illis tamen Aristot. met sermonem hunc reprobauit: dixit enim illa habere intellectiuum sine sensitiuo, & vegetatiuo. ergo non est verum vniuersaliter, ꝙ vbi est melius sit deterius. Tertio pro Peripateticis iterum argumentatur, si cœlestia haberent sensus,haberent instrumenta, omnis enim sensus per instrumentum operatur. At cœlestia non habent instrumenta,sunt.n.omiomera ac similaria. Respondet pro Platonicis, ꝙ non oportet vt semper compræhensio sensibilium fiat per instrumenta. nam in nobis sensus cõmunis existens in vno spiritu cognoscit sensibilia quinque sensuum.Præterea.Irrationalis virtus per vnum spiritum oia sensibilia comprælendit. ergo cœlum potest habere sensus cum vniformitate corporis, erunt ergo sensus, quos habet, toti cœlo coextensi. Quarto argumentatur pro Peripateticis iterum, quia viuenti, vt viuens, sensus non sunt necessarij,vt plantæ indicant, quæ vitã habent,& non sensum. Respondet,ꝙ viuenti vt est viuens, sensus necessarij non sunt, sed viuenti perfecto sunt necessarij non ad viuendum, sed ad excellentiam. Quinto argumentatũ pro Peripateticis si cœlestia haberent sensus, haberent desiderium, vbi desiderium,ibi ira, & voluptas, & tristitia at absurdum videtur dicere cœlestia irasci, tristari, & desiderare quia tunc corrumperentur. Respondet pro Platonicis concedendo cœlestia habere desiderium, quo desiderant imitari primam mentem, tale enim desiderium omni enti inest, quia vnumquodque appetit assimilari Deo, aut omnino, aut aliqua ex parte. Iram vero non habent, non enim oportet vbi est desiderium, esse iram. Zoophyta enim habent desiderium, & tristantur,& lætantur, non tamẽ irascuntur. possunt ergo cœlestia habere desiderium,& non iram, nec oportet vbi est desiderium,ibi esse tristitiam, nisi illud desiderium sequatur tactum,sicut non sequitur in cœlo. Sexto argumentatur, quia omnis sensus fit ad exteriora, sed extra cœlum nihil est, ergo non possunt cœlestibus sensus inesse. Respondet pro Platonicis extra cœlum deorsum esse sensibilia & illa sentiunt.Platonici ergo asserunt cœlestia habere sensus non propter necessitatem, sed propter vtilitatẽ, & excellentiam.Propter vtilitatem quidẽ, quia sunt vtiles animæ,quia per illos appræhendit singularia,& terrena. Propter excellentiam vero, quia sunt de excellentia corporis nobilissimi:verum libro de Substantia orbis rem hanc disputaui,nunc vero de re hac hactenus.

Philoponi digressio vtrum cœlestia sensus habeant. — Opinio duplex Plat. & Peripat. — Pro Peripat. — Responsio pro Pl.

ARGYR.

Atqui si sensum habet: necesse est ipsum vel simplex corpus, vel mistum esse. Sed fieri non potest, vt sit simplex, non.n.habebit tactum. At hunc sensum inesse necesse est.

Tex.cõmẽ.62.

At vero si & sensum habet: necesse est corpus esse aut simplex, aut mistum. Imposibile autem est simplex esse. tactum enim non haberet. Est autem necesse hunc habere.

COMMENTARIVM.

EXPOSITORES sequentes Them. volũt ꝙ Arist. probet ꝙ sensus sit necessarius omnibus animalibus, ad hoc vero ostendere volunt ꝙ Arist.proponat duo.Quorũ primum est ꝙ si animal sensum habet, eius corpus necesse est esse aut simplex,aut mistum.Secundum ꝙ si animal sensum habet,impossibile est eius corpus esse simplex. ꝓbat, quia tactum non haberet, modo necesse est vt omne animal habeat tactum. Hæc ergo duo diuus Expositor asserit Arist.præassumere. Philoponus vero asserit,ꝙ cũ Arist.diuisisset animalia à plantis:& à cœlestibus, nunc vult diuidere animalia inter se.Et primo ponit eorum conuenientias. Secundo eorum differentias.vocat aũt animalia progressiua,& zoophyta animalia cõiter, quia vtrisque competit animalis definitio, quæ est substantia animata sensitiua.Quãtum ad primum vult probare ſm Philoponum, ꝙ necesse ẽ omne animal habere sensum tactus. Ante tamẽ quã hoc probat,innuit tres syllogismus primus est, necesse est corpora, quæ habent sensum,velut animalia,aut simplicia,aut cõposita esse.non sunt simplicia, igitur sunt cõposita. Quod sint composita fiat secundus syllogismus: si non essent composita, non haberent tactũ, quia vbi est tactus ibi est mistio. siquidem ex quibus est,hæc tãgit. Tangit aũt multa: ergo necesse est habere tactum. Quod habeat tactum probatur alio syllogismo sic,si animal est corpus aĩatum, omne autem corpus animatum tangibile est: omne autem tangibile tactum compræhẽdit, ergo tactus est in nobis. hi sunt tres syllogismi Arist.ergo innuẽs primum sylľm,iterum quasi tres facit. Vnde dicit. At vero si & sensum habet necesse est corpus esse aut simplex, aut mistum.Hic est primus sylľs. Secundus, non poťe est esse simplex,tactum.n.non haberet. Tertius sylľs,est aũt necesse ipsum habere.Hæc ergo præmittit ſm Philoponum, in quibus innuit totam vim primi syllogismi. Fortasse Aris. volens probare ꝙ necesse est sensum inesse omnibus animalibus præmittit tres suppositiones. Quarum prima est, si animal habet sensum, necesse est eius corpus esse, aut simplex, aut mistum. Secunda vero est, corpus animalis habentis sensum non potest esse simplex, quia si esset simplex,non haberet tactum. Tertia suppositio est, necesse est omne animal habere tactum: ad quid vero seruiant suppositiones istæ, in sequentibus ostendetur.Vel dici potest quòd Aristot.in his tribus propositionibus posuit suam intentionem, vt expositor inquit. Est enim eius intentio probare, quòd omni animali insint sensus, quam intentionem in his tribus propositionibus collocauit, quia si omni animali inest tactus, vel gustus, omni animali inest sensus, ideo sumit omni animali inesse tactũ, deinde omni animali inesse aliquo pacto gustum, quia ex his

